Nachricht für den Buchbinder!

Nachstehende 2 Titel und Inhaltsverzeichniss sind bei dem Einbinden des Bandes der **ersten** Abtheilung vorzuheften.

Cartonblatt pag. 425. 426, so dem voranstehenden Bogen 122 angedruckt, ist ebenfalls in der **ersten** Abtheilung einzukleben.

SCRIPTORES
RERVM MEROVINGICARVM.

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

TOMVS I.

GREGORII TVRONENSIS OPERA.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCLXXXV.

MONVMENTA

GERMANIAE

HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM RERVM MEROVINGICARVM

TOMVS I.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

Tabula I—IV. ad pag. 24, tabula V. ad pag. 465.

GREGORII TVRONENSIS OPERA

EDIDERVNT

W. ARNDT ET BR. KRVSCH.

PARS I.

HISTORIA FRANCORVM.

INSUNT IV TABULAE.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCLXXXIIII.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR MDCCCXIX.

Gregorii Turonensis historia Francorum vel, ut veteres codices scribunt, historiarum libri, primum inter rerum a Francis aevo Merovingico gestarum scriptores locum summo iure obtinet; quam mox cetera eius opera sequentur, ita ut uno volumine coniuncta habeas, quae auctor insignis et de historia sui temporis optime meritus posteris reliquit. Tum etiam de eius sermone satius iudicabitur, quam nunc fieri potuit, uno tantum libro ad codicum fidem recensito. Quod sane difficillimum erat negotium, neque omnibus numeris illud esse absolutum, editor doctissimus diligentissimus ipse testatus est. Nam cum codices inter se valde differant et qui ad Gregorii aetatem propius accedunt non integrum opus, sed partes tantum praebeant, neque scribendi rationem neque grammaticae regulas, ne ab ipso quidem constanter observatas, certo certius ex eis eruere licebat. Codices vero, quibus Miraculorum libri continentur, longius ab eius remoti sunt aetate, et quamvis non pauca antiquitatis vestigia servaverint, alia esse mutata et ad usum saeculi IX. accommodata, vix est negandum. Quare lectores, ne differentiis praesertim in verborum formis obviis offendantur, rogatos velim, largam et accuratissime collectam materiam ad sermonem qualis saeculo VI—VIII. in usu fuerit cognoscendum valde utilem

hoc tomo praeberi confisus. Id quidem doleo, libros arcta necessitudine cum Gregorii historia coniunctos — Fredegarium quem vocant et Gesta Francorum dico —, ne volumen nimis extenderetur, in alterum seponi debuisse. Attamen facere non possum, quin iam hoc loco profitear, me nullo modo iis adstipulari quae nuper vir illustrissimus, in historia omnium aetatum et gentium enarranda summus, in rerum scriptoribus iudicandis sagacissimus, de his auctoribus, quos nonnulla notatu digna eaque a Gregorii narratione diversa continere intellexit, quasi alioquin non ex hoc penderent, proposuit, quae ne ipsum quidem defensurum esse, si novae editiones cum accurata fontium indicatione prodierint, mihi est persuasum. Alteri vero vel tertio tomo praeter hos rerum publicarum scriptores etiam praecipuae episcoporum aliorumque in ecclesia celebrium virorum vitae sunt destinatae, nonnullae editae, aliae nunc demum ex codicum fide antiquitatis colori restitutae. Quae propediem editum iri spero.

Dabam Berolini,
29. Decembr. 1883.

G. WAITZ.

GREGORII EPISCOPI TURONENSIS HISTORIA FRANCORUM.

EDIDIT

WILHELMUS ARNDT.

Quae de vita Gregorii Turonensis episcopi ac rebus ab illo gestis comperta habemus, omnia fere ex diversis eiusdem scriptis haurienda sunt, in quibus non semel de se ipso retulit, plerumque etiam notas temporum addidit, ita ut vitae ex ordine annorum texendae facultas nobis praebeatur. Valde enim dolendum est, quod qui amicitia cum Gregorio erat coniunctus intima, qui praeter ceteros suos aequales ingenio atque facultate quae cognoverat litteris mandandi florebat, Venantius ille Fortunatus, amico superstes, vitam posteris tradere neglexit. Quae autem conservata est, Vita Gregorii, saeculo demum decimo aut per Odonem abbatem Cluniacensem aut per clericos Turonenses, qui episcopum celebrem inter sanctos ecclesiae numerari desiderabant, composita[1], *nihil fere novi affert, quippe quae tota fere ex scriptis Gregorii carminibusque Venantii excerpta sit, cum genuina quae videntur esse fide careant. Quae cum ita sint, vestigia illorum qui vitam Gregorii antea explicuerunt persequi coacti sumus, ipsius libris pervolutatis, res gestas breviter descripturi. Lubenti autem animo profitendum est, quantum virorum doctorum, Loebell, Kries, de Giesebrecht, Koepke, Monod, studiis adiuti simus*[2], *qui ubique fere rectum iam viderunt luculenteque exposuerunt.*

Gregorius Florentius vel Gregorius in libris Historiae Francorum scriptis[3] *appellatur. Georgii et Florentii nomina ex patre avoque traxit, Gregorius autem episcopi*[4] *Lingonensis honoris gratia nominatus videtur esse, quem avum matris fuisse*

1) *Odoni abbati Ruinart Vitam attribuit, quam praefationi suae annexuit; Surius autem, Vit. SS. Nov. p.* 376, *illam 'per clericos Turonenses descriptam' esse dixit. In codice Paris. nr.* 9732, *qui saec. XV. demum exaratus est, eidem Vitae, ut v. d. R. Iacobi Halensis benigne mihi scripsit, hoc lemma praefigitur: 'Fortunatus Pictavensis episcopus ad laudem beati Gregorii hoc opus subsequens fecit'. Quod aperte falsum esse, non est quod fusius dicamus.* 2) *Loebell, 'Gregor von Tours und seine Zeit', Lipsiae* 1839, *editio altera* 1869. *Kries, De Gregorii Turonensis vita et scriptis. Vratislaviae* 1839. *Giesebrecht, 'Zehn Bücher fränkischer Geschichte vom Bischof Gregorius von Tours', voll. duo, Berolini* 1851, *ed. altera Lipsiae* 1878. *Koepke, 'Gregor von Tours', in 'Kieler Allgem. Monatsschrift f. Wissensch. u. Literatur'* 1852, *p.* 775—800, *in 'Kleine Schriften', Berolini* 1872, *p.* 288—325. *repetitum. Monod, 'Études critiques sur les sources de l'histoire mérovingienne'. Paris.* 1872. 3) *Cf. notas criticas indici capitum libri I, in. et ex., et subscriptioni lib. VI. subiectas, ubi in codice Corbeiensi Florens nominatur.* 4) *Sic Monod, l. c. p.* 24, *statuit.*

compertum habemus. Num Gregorius tunc demum cognominatus sit, cum sacros ordines suscepit, dubium est. Si Miraculis S. Andreae apostoli, quae a Gregorio composita esse feruntur, fides tribuenda est — de qua re equidem valde dubito — diem 30. *mensis Novembris natalem egit.* Haec[1], *inquit,* sunt tamen quae de virtutibus beati apostoli praesumpsi indignus ore, sermone rusticus, pravus conscientia propalare. Deprecor autem eius misericordiam, ut, sicut in illius natali processi ex matris utero, ita ipsius obtentu eruar ab inferno, et, sicut in die passionis eius sumpsi vitae huius exordium, ita me sibi proprium ascire dignetur alumnum. *Rusticitatem sermonis sui Gregorius non semel confessus est, sed minus patet, quomodo alumnum sancto Andreae proprium se voverit, cum sancto Iuliano se obtulisse notum sit*[2]. *Sin autem Gregorius auctor huius opusculi putandus non est, etiam dies natalis in incertum revocatur.*

Iam quaeritur, quo anno Gregorius lucem aspexerit. Auctor Vitae Greg. c. 11. *scripsit:* Anno centesimo septuagesimo secundo post transitum domni Martini, Sigiberto rege anno duodecimo regnante, — — beatus Eufronius appositus est ad patres suos. *Quae ex Miraculis S. Martini hausta sunt, ubi l. II, c.* 1. *in. haec leguntur:* Anno centesimo septuagesimo secundo post transitum beati Martini antistitis, Sigiberto gloriosissimo rege duodecimo anno regnante, post excessum sancti Eufroni episcopi, non meo merito, cum sim conscientia teterrimus et peccatis obvolutus, sed tribuente fideli Deo, qui vocat ea quae non sunt tamquam quae sunt, onus episcopati indignus accepi. *Pergit auctor Vitae c.* 24*:* Sexdecim annos hic in episcopatu exegerat, cum aequivocus eius ille magnus Gregorius in sede apostolica subrogatur. *Quae unde sumpta sint, nescio, nisi, calculo posito, ex summa omnium annorum, quos episcopatum egit, a scriptore ea separata fuisse concedis. Haec enim affert c.* 26*:* Vigesimo et primo igitur episcopatus sui anno, tamquam septenario annorum numero ter in fide sanctae Trinitatis completo, appositus est ad patres suos, non tam dierum, quia ferme tricennalis ordinatus est, quam perfectione plenus. *Non deerant qui auctorem de his rebus ex memoriis Turonensibus instructum fuisse dicerent, quae vel necrologia vel chronica censuerunt. Ego autem primum ludum septenarii numeri offendo, quem superstitione quadam imbutus scriptor sibi fecit; deinde quod certae notae temporum, ut anni regum Francorum, l. c. prorsus desunt, tum maxime, quod ex ipsis Gregorii libris*[3] *auctor scire potuit, hunc ad minimum viginti et unum annum episcopatum egisse. Accedit quod idem refert, Gregorium 'ferme tricennalem' episcopum ordinatum fuisse, nam saeculo quinto iam fere ubivis conciliorum canonibus cautum erat*[4]*, ne quis, nisi annos triginta complesset, ad ordinem episcopalem promoveretur. Cum Gregorium 'ferme tricennalem' dixerit, aut ignoravit, quot annos natus episcopus factus sit, aut ipsum cum iis, qui multis ante annis, licet ad legitimam triginta annorum aetatem non pervenerint, tamen ob magna sua merita, veluti Epiphanius Papiensis, Remigius Remensis, hoc munus assecuti sunt, aequiparare voluit. Ex ipsis Gregorii verbis constat, anno duodecimo Sigiberti regis episcopum se consecratum esse, qui, cum huius regis primordium ab anno* 561. *iam vergente (mense Decembri?) ducendum sit*[5]*, cum anno* 572. *iam vergente et anno* 573. *magna ex parte completo congruit. Idem narravit, post mortem beati Eufronii decessoris sui episcopatum dies novemdecim cessasse. Cum Eufronii festum in ecclesia Turonensi die* 4. *mensis Augusti*[6] *celebretur, Gregorium die* 23. *mensis eius-*

1) §. 38. *Epilogus scriptoris finem facientis, Ruinart col.* 1264. 2) *Cf. infra p.* 6. 3) *H. F. X,* 31*:* hos enim libros in anno vigesimo primo ordinationis nostrae perscripsimus. 4) *e. g. Concil. Aurelian. a.* 538. §. 6, *cf. Hinschius, 'Kirchenrecht' I, p.* 17. 5) *Cf. Koepke, 'Kl. Schr.' p.* 306. 6) *Cf. Ruinart in editione Gregorii col.* 536 *n. Usuardi Martyrologium ex recens. Ioannis Molani (Acta SS. Boll. ed. nova, Iun. Tom. VI, p.* 407*):* Eodem die depositio sancti Euphronii, decimi octavi episcopi Turonensis et confessoris, de quo proximus eius

dem episcopum consecratum esse, constat, qui cum anno tantum 573. convenit. Cum hac ratione Gregorius ipse non consentit, duodecimo regis Sigiberti anno cum centesimo septuagesimo secundo post transitum sancti Martini comparato. Hic enim, Gregorio teste[1], *Attico Caesario consulibus, id est a. 397, mortuus est*[2]. *Quae computatio annum 569. efficit, qui sine dubio falsus est. Si Vitae scriptorem secuti Gregorium episcopum factum* ferme tricennalem *perhibemus, anno aut 543. aut 539. ipsum natum, anno aut 594. aut 590, i. e. a. 21. episcopatus, defunctum esse, necesse est. Neque vero ratio concordat quae e cap. 24. Vitae ducitur; nam cum Gregorii I. papae, a. 590, Sept. 3. consecrati, primordium a. 16. Turonensis episcopi factum esse in Vita referatur, a. 574. consecratus, a. 544. natus, a. 595. mortuus erat.*

Gregorius in fine Historiae Francorum haec habet[3]: A transitu sancti Martini usque ad memoratum superius annum, id est ordinationis nostrae primum et vigesimum, qui fuit Gregorii papae Romani quintus, Gunthramni regis tricesimus primus, Childeberti iunioris nonus decimus, anni 197[4]. *Sed haec quoque confuse relata sunt, quia Gregorii papae annus quintus a die 3. m. Septembris a. 594. usque ad 3. m. Septembris a. 595. extenditur; tricesimus primus regis Gunthramni a. 590. ex. — 591. ex. est; Childeberti iunioris annus nonus decimus in a. 593—594. incidit. Non dubium est, quin ex triplici hac annorum computatione annus Childeberti nobis praeferendus sit, cum Gregorius ipse inde a libro quinto Historiae suae illo rege annos designaverit. Itaque primus Gregorii episcopatus annus efficitur a Chr. n. 572—573; a qua ratione non abhorrent ea, quae supra ex Miraculis S. Martini exscripsimus. Demptis de a. 572—573. annis triginta, quos canones sanxerunt, ne quis intra hanc aetatem episcopatum adipisceretur, Gregorium a. 542—543. natum esse, manifestum est. Sed alio loco probatur, eum iam ante annum 542. lucem vidisse. Haec enim cap. 10. libri III. de Miraculis S. Martini legimus:* Matri vero meae hoc ordine virtus sancti subvenit. Tempore quo, transactis parturitionis doloribus, me edidit, dolorem in uno tibiae musculo incurrit — — Post ordinationem meam advenit Turonis vel ad occursum antistitis sancti, vel causa desiderii mei. Cum hic igitur per duos aut tres menses commorata fuisset, et assidue beati pontificis auxilium precaretur, tandem respiciente miseratione consueta, discessit dolor a tibia, qui per triginta quatuor annos feminam fatigaverat. *Patet, matrem non multo post ordinationem filii Turonis venisse, sive per filium ipsum vocata est, sive sua sponte venit, desiderio filii videndi tenta. Refert enim Gregorius (Mir. S. Mart. II, 1), se mense secundo post ordinationem graviter aegrotare coepisse, ita ut omnis vitae spes paene evanuisset. Quid igitur veri similius est, quam quod mater vocata fuit, ut filium inter vivos etiam agentem videret? His statutis, a. 573. ex. mater sanata, a. 539, aut, si ante mensem Novembrem haec acta sunt, a. 538. Gregorius natus erat*[5]. *Quam computationem locus quidam ex Mir. S. Martini I, 32. et 35. confirmat:* Anno centesimo sexagessimo tertio post assumptione sancti ac praedicabilis viri beati Martini antestitis, regente ecclesiam Turonicam sancto Eufronio episcopo anno septimo, anno secundo Sigiberthi gloriosissimi regis, inrui in valitudinem cum pustulis malis et febre *etc. Paulatim convalescens, sepulturae sancti*

successor Gregorius Turonensis nonnulla scribit in Francorum historia et de gloria Confessorum, *et:* Turonis sancti Euphronii episcopi et confessoris. *Silentio non praetereo, quae in Martyrologio ex codice Bernensi nr. 289. valde vetusto (cf. editionem a sociis Bollandianis a. 1881. paratam p. 36) extant III. Non. Aug.:* Agustiduno depositio Eufronii episcopi, *in multis aliis Martyrologiis (cf. A. SS. l. c. p. 405) repetita. Attamen usum Turonicae ecclesiae sequi volumus.*

1) *H. F. I,* 48.

2) *Repugnant quae Gregorius in fine libri primi H. F. retulit:* A passione ergo Domini usque transitum sancti Martini anni 412 conpotantur. *Haec enim a. 445. efficiunt.*

3) *Secundum codicem Parisinum nr.* 10848 *(= p).*

4) *CLXLVII codex Paris.* 10848.

5) *Hac ratione dies natalis 30. Nov. quodam modo probatur.*

Martini visendae tantum eum desiderium cepit, ut, omnibus aliis rebus neglectis, iter praepararet, Turonis veniret, sanitatem plenam reciperet. Illo tempore iam diaconum se ordinatum fuisse, ipse narravit[1]. *Cum vero iam saeculo quinto canonibus ecclesiasticis provisum fuisset, ne quis diaconus, priusquam annos viginti quinque complevisset, ordinaretur, Gregorium iter ad basilicam sancti Martini facientem minimum hos annos natum fuisse patet*[2]. *Secundus Sigiberti regis et septimus Eufronii episcopi Turonensis annus* 563. *post Chr. n. est. Itaque Gregorius diaconus a.* 538. *aut paulo ante lucem aspexit*[3].

Patre Florentio Gregorius natus erat, filio Georgii senatoris[4] *et Leocadiae, quae a stirpe Vectii illius Aepagati originem traxit, quem Gallicana ecclesia inter primos martyres suos veneratur*[5]. *Inter nobilissimos ergo Romanos in Galliis degentes, in quibus memoria gloriosi Romanorum imperii ita viguit, ut se titulo senatorio a plebe distinguerent Francosque victores semper barbaros haberent, Gregorii gens numeranda est. Huc accedit, quod Armentaria quoque, mater Gregorii, senatorio loco orta erat, avo videlicet Gregorio illo, qui primum comes Augustidunensis civitatis, deinde episcopus Lingonensis*[6] *erat. Eiusdem avus maternus Florentius senator erat, qui praeter matrem Armentariae ex Artemia uxore sanctum Nicetium episcopum Lugdunensem et Gundulfum ducem genuit*[7]. *Iste Florentius a civibus Genavensibus episcopus petebatur, sed Artemia instigante honorem refutavit. Ab ipsa matris stirpe et sanctus Tetricus Lingonensis*[8] *episcopus et sanctus Eufronius Turonensis*[9] *episcopus oriundi erant, cum ille sancti Gregorii Lingonensis episcopi filius, hic eiusdem nepos esset. Patruus Gregorii Turonensis sanctus Gallus Arvernensis episcopus erat, frater Florentii*[10]. *Iam*

1) *L. c. cap.* 35*:* defer eum Gregorio diacono, et ipse eum secum retineat. At ille nihil moratus mihi exibuit. Quod ego cum summa veneratione collectum loco digno reposui; *v. quoque infra p.* 6. 2) *Cf. Vit. c.* 7: Tempore praestituto diaconus ordinatus est. *Gregorium, cum iam puer se ecclesiae vovisset, quam primum ad ordines adipiscendos anhelasse persuasum habemus.* 3) *Monod l. c. p.* 28. *consentit. Conveniunt quoque quae Gregorius l. de Vit. Patrum, II, §.* 2. *de se ipso narravit:* Tempore quo Gallus episcopus Arvernam regebat ecclesiam horum scriptor in adulescentia degens graviter aegrotabat — — advenit parvulo desiderium — — ut ad beati Ilidii basilicam deportaretur. *Gallus episcopus a.* 546. *factus, a.* 554. *mortuus est. De Vit. Patrum VIII, §.* 2*:* Nam recolo in adulescentia mea cum primum litterarum elementa coepissem agnoscere et essem quasi octavi anni aevo, et ille *(Nicetius episcopus Lugdunensis)* indignum me lectulo locari iuberet. *Nicetius a.* 543. *presbyter, a.* 551. *episcopus ordinatus est.* 4) *Cf. Vit. Patr. XIV, §.* 3*:* Famulus tuus est puer Florentius, Georgi quondam filius senatoris. 5) *Cf. H. F. I,* 29. 31. *Vit. Patr. VI, §.* 1*:* Pater eius *(sc. Galli)* Georgius nomine, mater vero Leocadia a stirpe Vectii Aepagati descendens, quem Lugduno passum Eusebi testatur historia, qui ita de primoribus senatoribus fuerunt, ut in Galliis nihil inveniatur esse generosius atque nobilius — — Ille vero Gallum se vocitare pronuntiat, civem Arvernum, Georgi filium senatoris. Quem abba ut cognovit de prima progenie esse progenitum *etc.* 6) *Cf. H. F. V,* 5*; Vit. Patr. VII, §.* 1*:* S. Gregorius ex senatoribus primis *etc.* 7) *Vit. Patr. VIII, §.* 1*:* Florentius quidam ex senatoribus, accepta Artemia coniuge, cum duos iam haberet liberos, ad episcopatum Ianubensis urbis expetebatur; *H. F. V,* 5*:* sancti Nicetii, avunculi matris meae; *H. F. VI,* 11*:* Haec cernens Childebertus Gundulfum ex domestico duce facto de genere senatorio Massiliam dirigit — — Qui Turonis venit. Quem benigne acceptum recognosco matris meae avunculum esse. 8) *Vit. Patr. VII, §.* 4*:* Sanctus Tetricus filius et successor eius. 9) *H. F. V,* 15*:* dixerunt, eum nepotem esse beati Gregorii — — respondit rex: prima haec est et magna generatio; *ib. X,* 31, §. 18*:* Eufronius — — ex genere illo quod superius senatores nuncupavimus. 10) *Vit. Patr. VI. §.* 1.

videmus, quomodo illud Gregorii confirmetur, omnes praeter quinque episcopos Turonenses parentum suorum prosapiae coniunctos fuisse[1].

Quando Florentius Armentariam uxorem duxerit, non satis constat; sed circa a. 534. *id factum fuisse veri simile est. Gregorius* tempore, *inquit*[2], quo Theudebertus Arvernorum filios in obsidatum tolli praecepit, pater meus, nuper iunctus coniugio, voluit se sanctorum reliquiis communiri, petivitque a quodam sacerdote, ut ei aliquid de eisdem indulgeret, quo scilicet in viam longinquam abiens tali praesidio tutaretur. *Ex Historia autem Francorum* (*III,* 23) *scimus, Theudebertum, cum de periculo, in quod patre moribundo patrui illum vocabant, certior factus esset, cunctis postpositis, ad Theudericum genitorem se transtulisse, Deuteria uxore una cum filiola Arvernis relicta. Quem in illo discrimine, sive saluti Deuteriae uxoris providit, sive Arvernorum, qui iam paulo ante a patre defecerant, fraudem metuit, obsides imperasse, veri simile est*[3]. *Diem autem Theudericus rex a.* 533. *ex. vel* 534. *in.*[4] *obiit. Ergo Florentium iam a.* 534. *in. Armentariam uxorem duxisse, necesse est. Ex qua liberos, quoad scimus, tres genuit, filios scilicet et filiam, cuius nomen ignoramus. Quae Iustino*[5] *cuidam Eusteniam*[6], *quae Necetii*[7] *cuiusdam uxor fuisse videtur, et Iustinam*[8] *peperit, monasterio puellarum Pictavensi praepositam. Num Florentii et Artemiae filia ante Gregorium nata fuerit, nescimus. Frater autem Petrus ab ipso 'senior' vocatur. Is diaconus factus a.* 574. *turpiter interfectus et Divione a latere sancti Gregorii proavi*[9] *sepultus est.*

Florentius, Gregorii pater, aegra valetudine saepius usus fuisse videtur, cum 'infirmitate humoris podagrici' laboraret[10]. *Hac de causa num morem illius aevi secutus loca sancta frequentaverit, ubi precibus ad sanctos effusis pii peregrini sanari desiderabant, nescimus, sed, cum iam puer undecim annorum febri tertiana valde agitatus, per benedictionem Martii abbatis Arvernensis restitutus sit*[11] *atque pater una cum uxore propter liberos aegrotantes sancti Iuliani ecclesiam Brivatensem*[12] *petierit, hoc ambiguum non habemus. Certe patrem matura morte sibi ereptum lugebat Gregorius*[13]. *Mater, quae latos divitesque fundos in Cavillonensi territorio possedisse videtur, post decessum mariti Arvernensi urbe relicta, in Burgundiam*[14] *sese contulit. Ceterum Gregorius bona valetudine numquam utebatur, saepius morbo oppressus*[15], *quem non medi-*

1) *H. F. V,* 50. 2) *De Glor. Mart. c.* 84. 3) *Cf. Koepke, 'Kl. Schr.' p.* 305. 306. 4) *Cf. Richter, 'Annalen des Fränk. Reichs' p.* 54, *n.* 5) *Mir. Mart. II,* 2*:* Iustinus vir sororis meae; *cf. etiam De Glor. Mart. c.* 71. 6) *Mir. Mart. IV,* 36*:* ad neptem nostram Eusteniam. 7) *H. F. V,* 14 Necetius, vir neptis meae. *Idem videtur esse qui H. F. VIII,* 18. *comes Arvernicus, tum Arvernae, Rutenae atque Uceticae dux ordinatus esse dicitur.* 8) *H. F. X,* 15*; cf. Venantii Fortunati Carm. VIII,* 13, *quod a poeta nomine Iustinae ad Gregorium missum esse capitum indice docemur, et IX,* 7, *aeque ad Gregorium directum, v.* 81 *sqq.:*

adde Iustinam pariter precantem
nempe commendans famulam propinquam,
et refer, quantum sibi cara profert
neptis honorem.

9) *H. F. V,* 5. 10) *De Glor. Conf.* 40. *Cf. Vit. Gregorii c.* 2. 11) *Vit. Patr. XIV,* §. 3. 12) *Mir. Iul.* 24. 25. 13) *De Glor. Mart.* 84. *de reliquiis a patre possessis, quas, illo mortuo, mater secum portabat:* Post, *inquit,* multos vero annos has reliquias a genitrici suscepi. *Tunc* invenili fervore *sese iam egisse, ipse fatetur. Monod l. c. p.* 28. *patrem maturius mortuum esse censet, eo quod Gregorius se adolescentem aegrotum a patruo, S. Gallo episcopo, et matre circumdatum fuisse scripsit. Sed haec ratio ex silentio scriptoris ducta est.* 14) *Mir. Mart. I,* 36*; III,* 60. 15) *De Glor. Mart.* 51*:* Nam cum mihi nimia lippitudine oculi gravarentur. *Mir. Iul.* 25*:* mihi caput a sole percussum graviter dolere coepit. Qui dolor accrescens febrem intrinsecus generabat, ita ut nec cibum capere nec loqui permitteret. *Vit. Patr. II,* §. 2. *Mir. Mart. I,* 32*; II,* 1.

camentis, sed sanctorum suorum meritis se depulisse ipse confitetur. Cum puerulus quondam nimia stomachi pituita ac febre valida *angeretur, ut ad beati Illidii ecclesiam Arvernensem transferretur, petiit.* Tunc sancti deportatus ad tumulum, orationem ad Dominum fudit, spondens prostratus sponte, quod si eum obtentu antistitis sui ab hoc contagio liberaret, clericum se futurum; nec prorsus moraretur, si deprecatio obtineret effectum [1]. *Non dubitandum est, quin fidem solverit. Fortasse iam puer minores ordines assecutus est, qui in monasterio Sancti Iuliani Brivatensis aliquantum temporis degisse videatur. Nam bis se alumnum sancti Iuliani profitetur, eundem Venantius Fortunatus* [2] *amicus nuncupat. Sed non negamus, hanc apud Sanctum Iulianum quam praesumimus stationem etiam ante episcopum ordinatum habitam esse potuisse, praesertim cum Venantius Gregorium a sancto Iuliano Turonis missum esse dicat. Quae coniectura fortasse eo probatur, quod Gregorius apud sanctum Nicetium patruum moratus, iam officium ecclesiasticum receperat, sive acolythus sive subdiaconus erat* [3].

Litteris Gregorium puerum iam operam navasse, veri simile est, praesertim cum quae olim in meridiana Galliarum parte a Romanis cultae florebant artes non prorsus evanuissent. Si Vitae Gregorii fides tribuenda est, sanctus Gallus avunculus studia pueri regebat [4]. *Quamquam Gregorius ipse hac de re magnum silentium egit nihilque de puerilibus studiis prompsit, nisi quod octo fere annos natus prima elementa discere coepit* [5]. *Sed ecclesiasticis potius quam saecularibus scriptoribus a sancto Avito episcopo Arvernensi eruditus erat, id quod ipse cupiverat* [6]. *Re vera Gregorius ex omnibus scriptoribus Romanis Vergilii tantum Sallustiique dicta laudavit; Vergilianum praecipue colorem Gregorii sermo sapit. Sallustianorum autem librorum solum Catili-*

1) *Vit. Patr. II,* 2. 2) *Cf. Mir. S. Iul.* 50*:* Ego autem Domini misericordiam per beati martyris Iuliani patrocinia deprecor, ut advocatus in causis alumni proprii coram Domino assistens obtineat; *ib.* 2*:* Quodam autem tempore dum ad occursum beati Nicetii antistitis usque Lugdunum processissem, libuit omnino, non aliter nisi orationis causa Viennam adire et praecipue sepulcrum visitare Ferreoli martyris gloriosi. Insederat enim menti propter antiquam dilectionem eorum *(i. e. quia Nicetius et Ferreolus mutuo se valde diligebant)*, me sic esse eius alumnum ut Iuliani. *Quod iter ante Nicetium a.* 551. *defunctum factum esse patet. Venantius Fortunatus Carm. V,* 3. *v.* 11 *sq. (M. G. Auct. antiq. IV, p.* 106*) de Gregorio episcopo consecrato:*

Martino proprium mittit Iulianus alumnum
et fratri praebet quod sibi dulce fuit.

Codex Sangallensis hoc scholion habet: quia ipse Gregorius in monasterio Sancti Iuliani nutricius *(sic legendum, non* novicius *quod Leo v. d. mavult)* fuit et monachus. 3) *Cf. Vit. Patr. VIII,* §. 3*:* ad cuius *(sc. Nicetii)* et ego laevam, cum adhuc diaconatus fungerer officio, propinquus accubueram. *Quod, cum s. Nicetius a.* 551. *mortuus esset, ante hunc annum actum est. Iam supra diximus, Gregorium minime viginti quinque annos natum diaconum ordinatum fuisse; ergo ante a.* 551. *subdiaconus tantum erat, quem ordinem pueris iam tribui posse, canones non vetuerunt.* 4) *Vita c.* 1*:* Ut autem aetatulae robur admisit, litterarum studiis mancipatur, in quibus quidem studiis primitus sub Gallo episcopo, suo videlicet patruo, sensus illius teneritudo coaluit. 5) *Vit. Patr. VIII,* §. 2. 6) *Vit. Patr. II, praef.:* De cuius igitur vita *(Illidii)* aliqua scripturus, veniam peto a legentibus. Non enim me artis grammaticae studium imbuit neque auctorum secularium polita lectio erudivit, sed tantum beati patris Aviti Arverni pontificis studium ad ecclesiastica sollicitavit scripta. Si mihi non ad iudicium contingerent quae ipso praedicante audivi vel cogente relegi, quia nequeo observare: qui me post Davidici carminis cannas ad illa euangelicae praedicationis dicta atque apostolicae virtutis historias aepistolasque perduxit. — — Qua de re crudae rusticitatis temeritatem ostendens, quae de beato cognovi Ilidio, illo quo possum proferam stilo.

nae coniurationis prologum legisse memoriaque retinuisse videtur[1]. *Quae homini bene litterato tunc sufficiebant studia, ex Andarchio intelligi possunt, quem Gregorius* de operibus Virgilii, legis Theodosianae libris arteque calculi a pleno eruditum *praedicat*[2]. *Ipsum autem melius Andarchio litteris instructum fuisse, non putarim. Certe artem Latine scribendi callebat, etsi non est quod hanc eius facultatem nimio plus efferamus, cum lingua Romana in Galliis tunc temporis etiam vigeret, quae quamvis iam rusticitate polluta in sermonem Francogallicum delabi coepisset, tamen per ecclesiam atque per illos, qui ex senatoribus Romanis se procreatos esse gloriabantur, in omnibus communis vitae consuetudinibus adhibebatur. Gregorius saepius rusticitatem sermonis sui conqueritur, qua in re potius veritatis quam modestiae amori illum satisfecisse, mihi persuasum est. Si Venantii Fortunati opera soloecismis teterrimis repleta sunt, si liber Anthimi medici ad Theudericum regem Francorum de observatione ciborum missus lingua agresti redundat, quam tunc et loquebantur et scribebant, non est, cur Gregorii rusticitatem miremur. Nec laus Fortunati amici obstat, qua*[3] *Gregorius* florens in studiis et sacra in lege fidelis *extollitur, cum de studiis ecclesiasticis, non saecularibus h. l. agatur. Tum Gregorius ipse profitetur*[4], *philosophantem rhetorem a paucis intelligi, loquentem rusticum a multis, quare non mirandum est, quod vetustiores operum eiusdem libri adeo impolito incultoque, ne dicam rudi, sermone scripti sunt, ut a diplomatibus regum Merovingicorum quoad verborum structuram vix differant. Quem incultum potius librariis quam scriptori iniungi, Gregorius ipse vetat.* Sed timeo, *inquit*[5], ne, cum scribere coepero, quia sum sine litteris rhetoricis et arte grammatica, dicat mihi aliquis: Ausu rustico et idiota, ut quid nomen tuum inter scriptores indi aestimas? Aut opus hoc a peritis accipi putas, cui ingenium artis non suppeditat, nec ulla litterarum scientia subministrat? qui nullum argumentum utile in litteris habes, qui nomina discernere nescis, saepius pro masculinis feminea, pro femineis neutra et pro neutris masculina commutas; qui ipsas quoque praepositiones, quas nobilium dictatorum observari sanxit auctoritas, loco debito plerumque non locas. Nam pro ablativis accusativa et rursum

1) *Sallustium ter H. F. IV,* 13; *VII,* 1; *Vit. Patr. IV, praef. laudavit. De studiis suis Vergilianis v. Glor. Mart. Praef.:* Non ego Saturni fugam, non Iunonis iram, non Iovis stupra, non Neptuni iniuriam, non Aeoli sceptra, non Aeneada bella, naufragia vel regna commemoro; taceo Cupidinis emissionem; non Ascanii referam dilectionem hymenaeosque, lacrymas vel exitia saeva Didonis; non Plutonis triste vestibulum, non Proserpinae stuprosum raptum, non Cerberi triforme caput; non revolvam Anchisae colloquia, non Ithaci ingenia, non Achillis argutias, non Sinonis fallacias; non ego Laocoontis consilia, non Amphitryonidis robora, non Iani conflictus, fugas vel obitum exitialem proferam; non Eumenidum variorumque monstrorum formas exponam; non reliquarum fabularum commenta, quae hic auctor aut finxit mendacio aut versu depinxit heroico; sed ista omnia tamquam super arenam locata et cito ruitura conspiciens, ad divina et euangelica potius miracula revertamur. — *Vir doctissimus Godofredus Kurth, professor Leodiensis, in opusculo valde laudabili, quod: 'Saint Grégoire de Tours et les études classiques au VI. siècle' ('Revue des questions historiques', Oct.* 1878*) inscribitur, quaerit, utrum Gregorius omnes Vergilii Sallustiique libros puer legerit, an excerpta tantum, quae in uno libello composita pueris in scholis a magistris porrigebantur. Ego autem Vergilii Aeneida integram a Gregorio perlectam, immo summo studio pertractatam esse non negarim, de studiis Sallustianis iudicio suspenso. In praefatione libri de Vitis Patrum haec habentur:* quaeritur a quibusdam, utrum 'vitam' sanctorum an 'vitas' dicere debeamus. Agellius autem et complures alii philosophorum 'vitas' dicere voluerunt. Nam Plinius auctor in tertio artis grammaticae libro ait: 'Vitas antiqui cuiuscumque nostrum dixerunt; sed grammatici pluralem non putant habere vitam'. Unde *etc. Quibus verbis non probatur, et A. Gellii et Plinii opera Gregorium in manibus habuisse. Ciceronem in praefatione libri de Gloria Martyrum laudavit, sed sine dubio ex Hieronymo.*
2) *H. F. IV,* 46. 3) *Carm. V,* 15. 4) *H. F. Prol.* 5) *De Glor. Confess. praef.*

pro accusativis ablativa ponis. — — Sed tamen respondebo illis et dicam, quia opus vestrum facio et per meam rusticitatem vestram prudentiam exercebo. Nam, ut opinor, unum beneficium vobis haec scripta praebebunt: scilicet, ut quod nos inculte et breviter stylo nigrante describimus, vos poteritis lucide ac splendide stante versu in paginis prolixioribus dilatare.

Cum mater in fundis suis degit, Gregorius ab ea remotus vel in monasterio Brivatensi Sancti Iuliani, vel Arvernensi in urbe, vel apud s. Nicetium avunculum, episcopum Lugdunensem, commoratus est, unde matrem saepius se visitasse constat[1]. *Anno* 563. *Gregorius Turonis ad tumulum beati Martini profectus, ut prosperitatem valetudinis restitueret, postquam sanctus Eufronius episcopus a.* 573. *mortuus est, a clero populoque Turonensi episcopus petitus est, consensu Sigiberti regis, qui una cum coniuge Brunechilde tunc temporis Remis morabatur; ubi etiam Gregorius affuisse videtur. Mox per Egidium episcopum Remensem*[2] *consecratus, priusquam in suam dioecesem se contulerit, Arvernum et Sancti Iuliani monasterium Brivatense visitasse videtur*[3]. *Matrem paulo post Turonis filii salutandi causa venisse, iam narravimus*[4]. *Secundo mense post ordinationem Gregorius in villa quadam prope sedem suam sitam graviter aegrotabat, sed virtute s. Martini se sanatum esse commemoravit*[5].

Anno 575. *Sigiberti regis mortem inopinatam graviter dolebat, praesertim cum Chilpericus rex, in cuius potestatem tunc provincia Turonensis redacta erat, una cum uxore Fredegunde Gregorio infestus esset. Iam anno* 575. *ex. vel a.* 576. *in. Roccolenus a Chilperico missus Gregorio mandavit, ut sibi Gunthchramnum Bosonem trade-*

1) *Mir. Mart. I,* 36*; III,* 60. 2) *Haec ex verbis Venantii Fortunati, Carm. V,* 3, *v.* 11—16 *(MG. Auct. antiq. IV, p.* 106*) coniicere licet:*

Martino proprium mittit Iulianus alumnum
 et fratri praebet quod sibi dulce fuit.
quem patris Egidii Domino manus alma sacravit,
 ut populum recreet, quem Radegundis amet.
Huic Sigiberethus ovans favet et Brunichildis honori:
 iudicio regis nobile culmen adest.

Quae in Vita Gregorii c. 11. *de electione fusius narrata sunt, ex ingenio scriptoris fluxerunt. Itaque dubito, quin Gregorius, ut honorem acciperet, auctoritate regis reginaeque persuasione adductus sit. Veri simile etiam est, Gregorium non a civibus Turonensibus electum, sed a rege intrusum esse, qui, a.* 573. *gravi discidio de possessione Turonensis urbis inter se et Chilpericum orto, episcopi ex suis fautoribus ibi constituendi summo desiderio teneri debuit. Monod, l. c. p.* 30, *n.* 2, *propter varios tunc temporis in urbem Turonensem impetus factos difficilius fuisse ad consecrationem Gregorii in ipsa dioecesi celebrandam, dixit. Quae num opinio recta sit, non definio.* 3) *Cf. Mir. Iul.* 34*:* Contigit, ut post ordinationem meam Arvernos accederem; profectusque beati basilicam adivi, expletaque festivitate, disruptis a palla quae sanctum tegit tumulum fimbriis, in his mihi praesidium ferre credens, impleta oratione discessi. *Monachi, qui Turonis basilicam honoris S. Iuliani gratia construxerant, postea a Gregorio episcopo petierunt, ut has reliquias in illam basilicam transferret. Quod pridie Kal. mensis quinti factum esse, ab ipso Gregorio l. c. c.* 35. *refertur, ubi miraculum virtute S. Iuliani* in nocte illa, priusquam sanctae reliquiae ibidem collocarentur, *factum commemorat.* Erat autem, *inquit,* 3. Kal. mensis quinti. *Qui cum pergat:* aequatur Maius Octobri, cum nova porrigit pocula, et plus habet quam ille, cum in promptu non ostenditur vinea, et in domo gignuntur falerna, *more insolito a Gregorio, quippe qui Martium aliis locis semper primum mensem habeat, Maium quintum supra appellatum esse, anno a Ianuario inchoato, cum Ruinartio coniicimus. Itaque ecclesia S. Iuliani Turonensis a.* 574, *die* 30. *mensis Aprilis dedicata fuisse videtur.* 4) *Cf. supra p.* 3. 5) *Mir. Mart. II,* 1.

ret, qui, cum nex Theudeberti, filii Chilperici, ei imputaretur, in ecclesiam Sancti Martini Turonensem confugerat, asylum petiturus. Quod cum Gregorius recusaret, Roccolenus domum episcopalem in altera Ligeris fluminis ripa sitam funditus evertit. Attamen a. 576. *Gregorius Merovechum, Chilperici filium, minas patris novercaeque fugientem, in eadem ecclesia accepit, sed iram regis metuens, per diaconum quendam simul cum Nicetio, neptis Eusteniae marito, hac de re illum certiorem fecit. Iste autem a Fredegunde instigatus, ut Merovechus de basilica eiceretur, imperavit. Quod cum Gregorius se facturum esse negaret, ad urbem capiendam a.* 577.[1] *rex exercitum misit. Hoc tempore, et a. quidem* 576, *ut videtur, inter Gregorium et Felicem episcopum Namneticum gravis discordia*[2] *orta est.*

Anno 577. *Gregorius concilio episcoporum Parisiensi, ubi Praetextati episcopi causa agebatur, interfuit*[3]. *Eodem anno Winnocum peregrinum Turonis presbyterum consecravit*[4].

Anno 580. *pestilentia Turonensem populum invasit, neque infantibus a Gregorio enutritis pepercit*[5]. *Tum Gregorius pro thesaurario Chlodovechi apud Fredegundem reginam intercessit*[6]. *Cum Agila, a Leovegildo rege misso, Turonis de religione catholica et Ariana*[7] *disputavit; deinde cum Chilperico rege, qui librum de Trinitate erroribus Sabellianis infectum protulit*[8].

Eodem anno Gregorius grave periculum vix evasit, quod Leudastes in eum intendebat, qui a. 575. *a Theudeberto, filio Chilperici regis, Gregorio studiose commendatus, biennio post ipsum falsis criminationibus insectari non erubuit, dicens, se a Merovecho, instigante Gregorio, bonis propriis spoliatum esse. Quae cum sine successu essent, ille, postquam Chilpericus rex Ansoaldum Turonis misit, qui cum Gregorio populoque Turonensi consultatione data Leudastem ex comitatu pepulit, ad regem se contulit, ut Gregorium laesae maiestatis accusaret, eo quod Fredegundem reginam cum Bertramno episcopo Burdegalensi adulterium commisisse dixisset civitatemque Turonensem Childeberto, filio Sigiberti regis, tradendam curasset. Regem autem Turonensium rebellionem re vera suspicatum esse, eo intelligimus, quod Eberulfus dux et Eunomius comes urbem Turonensem valde munierunt. Gregorius ad regem Suessionis vocatus, postquam in synodo apud Brinnacum villam habita, iureiurando interposito, sese purgavit*[9], *in gratiam restitutus, una cum rege atque Fredegunde aliquantulum temporis commoratus est. Ipse refert, se cum rege in villa Novigento degisse, unde tunc Chilpericus rex legatos ad Childebertum foederis faciendi causa*[10] *misit, ut Gunthramno bellum inferrent. Domum reversus, dioecesim valde vastatam repperit, et quamquam ipse favorem Chilperici regis sibi conciliaverat, ita ut exempli gratia bono eventu pro furibus*[11] *deprecaretur, efficere non potuit, ut, cum bellum inter Chilpericum et Gunthramnum a.* 581. *denuo exarsisset, civitati Turonensi parceretur. Tamen in his angustiis tenax propositi erat, sed iam cautior, cum Leudastes ad eum venisset, petens, ut in ecclesiae communionem reciperetur, Gregorius hac de re ad Fredegundem retulit, eaque dissuadente, comitem a se absolvi posse negavit*[12].

Anno 584. *die festo paschali cum Oppila, qui ex Hispaniis ad Chilpericum legatus missus erat*[13], *disputavit. Eodem anno Chilpericus rex apud Calensem villam venatus occiditur, quem Gregorius 'Neronem nostri temporis et Herodem'*[14] *iudicavit.*

Turonensi urbe post mortem Chilperici sub ditionem Gunthramni subiuncta, quoniam partibus Childeberti Gregorium favere notum erat, non defuerunt qui ei persuadere conarentur, ut, Gunthramno relicto, sese cum dioecesi sua Childeberto traderet[15].

1) *Cf. H. F. V*, 4, 14. 2) *Ib. V*, 5. 3) *Ib. V*, 18. 4) *Ib. V*, 21. 5) *Ib. V*, 34. 6) *Ib. V*, 39. 7) *Ib. V*, 43. 8) *Ib. V*, 44. 9) *Ib. V*, 47—49. 10) *Ib. VI*, 2. 11) *Ib. VI*, 10. 12) *Ib. VI*, 32. 13) *Ib. VI*, 40. 14) *Ib. VI*, 46. 15) *Ib. VII*, 13.

Sed Gunthramno fidem servavit, quem a. 585, *die* 4. *mensis Iulii Aurelianis degentem visitavit*[1].

Anno 586. *Confluentem profectus est, ubi Childebertus rex morabatur*[2]. *Unde in castrum Eposium se contulit, Wulfilaici monasterium aditurus*[3], *quo in itinere Remensem quoque urbem attigisse videtur*[4]. *Unde reversus, apud Gunthramnum Childerici Saxonis causam*[5] *egit.*

Anno 587, *die* 15. *mensis Augusti Gregorius exsequiis Radegundis reginae Pictavis interfuit*[6].

Anno 588. *Childeberto regi Mettis obviam ivit, Remis profecturus*[7]. *Unde legatus ad Gunthramnum in urbem Cabillonensem missus, Childeberti nomine professus est, regem pactionem in villa Andelao factam servatum iri velle. Dominicae autem resurrectionis die*[8] *se apud Gunthramnum fuisse, ipse declarat*[9].

Anno 589. *Ingobergae, viduae Chariberti regis, moribundae adstitit*[10]. *Deinde iussu Childeberti regis Florentianus maior domus et Romulfus comes palatii ad vectigalia exigenda festo sancti Martini*[11] *in urbem Turonensem venerunt*[12]. *Quae a prioribus regibus Turonensibus indulta esse, cum Gregorius legatis explicavisset, illi libro redituum prolato aliud statuerunt. Tandem ad regem nuntios misit, 'ut quid de hac causa iuberet mandata remitteret'. Tunc ille reverentia sancti Martini tributum indulsit. — Eodem quoque anno Gregorius et Merovechus episcopus Pictavensis litteris crebro a rege petiti sunt, ut pacem inter Ingotrudem et Bertegundem facerent. Qui etsi huic rei studiose instabant, nihil effecerunt*[13]. *Anno post cum Ingotrudis in monasterio, quod olim in atrio S. Martini Turonis condiderat, neptem suam abbatissam instituisset, monialibus*[14], *quae hac de causa irae indulserunt, vituperatis, Gregorius intercessit. Quod ante diem* 9. *mensis Martii a.* 590. *factum fuisse, eo intelligitur, quod Ingotrudis ipso die sepulta est.*

Iam anno 589. *in monasterio S. Radegundis Pictavensi inter Chrodieldim, quae se filiam Chariberti regis esse dicebat, et Basinam, Chilperici filiam, grave discidium exortum est. Chrodieldis die* 1. *mensis Martii Gregorium adiit; quo factum est, ut auxilio vocatus, anno post una cum aliis ex regnis Childeberti et Gunthramni electis episcopis ad litem hanc sedandam*[15] *constitueretur. Iudicium ipse Historiae Francorum*[16] *inseruit. Eodem anno a diacono, quem ad reliquias sanctorum colligendas Romam miserat, de Gregorio I. papa electo et de portentis, quae tum Romae visa sunt, certior factus est*[17]. *Iste diaconus cum usque ad diem* 3. *mensis Septembris, quo Gregorius consecratus est, Romae commoratus esset, mense iam vergente in urbem Turonensem redierit necesse est. Postea Gregorius cum presbytero quodam disputavit, qui Christum resurrexisse negavit*[18]. *Mense Novembri huius anni concilium Mettense habitum est, ubi causa Egidii episcopi Remensis agebatur. Gregorius num affuerit, ignoratur*[19].

1) *Cf. H. F. VIII,* 1. 2) *Ib. VIII,* 14; *cf. Mir. Mart. III,* 17. 3) *Ib. VIII,* 15. 4) *Mir. Mart. III,* 17. 5) *H. F. VIII,* 18. 6) *H. F. IX,* 2; *De Gloria Conf. c.* 106; *cf. Vitam S. Radegundis a Baudonivia scriptam c.* 27. 7) *H. F. IX,* 13. 20. 8) *i. e. Apr.* 18. 9) *H. F. IX,* 20. 10) *Ib. IX,* 26. 11) *Id est aut d.* 4. *m. Iulii, quem Giesebrecht v. c. praefert, l. c. II, p.* 151, *n.* 1, *aut d.* 11. *m. Novembris. Venantius Fortunatus, Carm. lib. X,* 11: Versus, *inquit,* facti in mensa in villa sancti Martini, *qui quamquam nomina praetermisit, tamen Florentianum atque Romulfum exactores fuisse, ex sequentibus carminibus (lib. X,* 12 b *et* d*) intelligitur. Ex versibus illis patet, et Gregorium et Fortunatum ipsum simul cum legatis epulis affuisse, quae die resurrectionis dominicae (Apr.* 18*) datae sunt. Quibus causis commotus Giesebrecht v. c. diem* 4. *m. Iulii statuisse videtur.* 12) *H. F. IX,* 30. *Mir. Mart. IV,* 6. 13) *H. F. IX,* 33. 14) *Ib. X,* 12. 15) *Ib. X,* 15. 16) *Ib. X,* 16. 17) *Ib. X,* 1. 18) *Ib. X,* 13. 19) *Se ipsum praesto fuisse, nihil dixit H. F.* X, 19, *fortasse veritus, ne a lectoribus increparetur,*

Anno 591. Simonem episcopum accepit, qui Antiochiae destructae subsidium rogavit[1]. *Quo facto, quidam prodiit, qui Christum se esse professus, multos homines stultos ac credulos sibi conciliavit, ex quibus Gregorius nonullos adhortatus, ad veram fidem convertit*[2]. *Eodem anno Childebertum regem adiit. Qui cum per Remensem pagum properaret, civem quendam Remensem obvium habuit, qui famulum suum hac in urbe miraculo quodam a sancto Martino adiutum esse narravit*[3]. *Tum aliquamdiu apud regem moratus*[4], *in urbem Pictavensem se contulit, unde ad Lociciagense monasterium, huic urbi vicinum, perrexit*[5]. *Denique Santonas ingressus est*[6].

Anno 593. Childebertum regem adiit, qui post mortem Gunthramni Aurelianis versabatur. Quod paulo ante aestivum sancti Martini festum (Iul. 4) factum fuisse, ipse dixit[7].

Obiisse Gregorium anno 594, die 17. mensis Novembris, verisimile est[8]. *Quod ante mortem Romam urbem ipsum petiisse, ibique a Gregorio I. summis honoribus acceptum esse, Vitae scriptor tradit*[9], *huic rei fides abrogata est.*

Itaque multas urbes Gregorius vidit, Gallia et meridiana et septentrionali tota fere hinc inde perlustrata[10]. *Reges, reginas, episcopos, magnates, qui in Merovingico regno degebant, omnes fere de facie novit. E quibus praeter ceteros Venantius ille Fortunatus laudandus est, qui in vicina Pictavensi urbe versabatur, amore Radegundis reginae ex Italia in Gallias adductus. Testes amicitiae cum Gregorio iunctae carmina multa sunt*[11]. *Quin immo ita illum dilexit, ut carmina collecta et in libros divisa*

amicitia olim cum Egidio coniunctus, quippe qui ipsum consecravisset. Sed de Egidio condemnato tam accurate retulit, ut illi causae interfuisse mihi videatur; velut episcopos a rege citatos, quamvis gravis caeli intemperies orta esset, deesse non ausos esse, narravit. Quin iter ad concilium Mettense factum idem sit ac quod anno post paravit per Remense territorium, dubitamus.

1) *H. F. X*, 24. 2) *Ib. X*, 25. 3) *Mir. Mart. IV*, 26: Hoc autem factum est ante quatuor festivitatis dies in memorati regis anno 16; *c.* 27: adveniente autem festo beati Martini. *Ergo aut dies 1. mensis Iulii aut dies 8. mensis Novembris intelligendus est. Quia Gregorius ultra profectus est, mensem Iulium antepono.* 4) *Mir. Mart. IV*, 28. 5) *Ib. c.* 30. 6) *Ib. c.* 31. 7) *Mir. Mart. IV*, 37: Tempore autem quo post obitum gloriosissimi regis Guntchramni Childebertus rex Aurelianensium urbem adivit — — id cum nobis fuisset questus; *c.* 38: Non post multos dies, cum solemnitatis sanctae dies annuus recurrisset, nos a rege regressi, festivitati eius adfuimus; *c.* 41: Alia vero festivitate adveniente, quae in hieme celebratur. 8) *Haec anni computatio ex anno quo Gunthramnus rex defunctus est pendet, id quod a. 593. factum esse putamus. Cuius post mortem Gregorius miracula per sanctum Martinum acta descripsit, in quibus huius sancti festum aestivum (Nov. 11) commemorat (cf. Mir. Mart. IV, 41). Tum (c. 44) quendam Principium virtute sancti Martini sanatum quatuor menses apud basilicam Martini resedisse dixit. Deinde (c. 45) festum sancti perhibet, quem aestivum habere debemus. Ultimo denique Miraculorum sancti Martini capite (47) de miraculo 'praesenti tempore' acto agit. Anno 596. (Iul. 23) Gregorius I. iam successori Pelagio litteras misit (Iaffé, Reg. nr. 1435, olim 1065; ed. Mansi, Concil. Coll. X, 35). — Diem 17. mensis Novembris emortualem Necrologia fere omnia habent, uno tantum eodem recentiore excepto, ubi Gregorius 18. die m. Novembris mortuus esse dicitur; cf. Act. SS. Boll. l. c. p. 618—620. Cf. etiam* Testimonia virorum illustrium de sancto Gregorio episcopo Turonensi *a Ruinartio (ed. Migne, p. 130) collecta, ubi haec scripta sunt:* Ex Kalendario Sacramentarii S. Gatiani cathedralis ecclesiae Turonensis annorum 800, et altero Maioris Monasterii ab annis circiter 600 scripto: XV. Kal. Decembris sancti Gregorii Turonensis. 9) *c. 24; cf. quae Monod l. c. p. 37. hac de re attulit.* 10) *Cf. quae Monod l. c. p. 37. de urbibus, quas Gregorius visitavit, collegit.* 11) *Sunt haec: Praefatio collectioni praefixa; lib. V, carm. 3. 4. 5. 8—17; lib. VIII, carm. 11—21; lib. IX, carm. 6. 7; lib. X, carm. 5. 6. 10. 11. 12. 14. Ad eundem epistola Vitae S. Martini praefixa scripta est; ad Armentariam, matrem Gregorii, carmen 15, lib. X.*

ipsius laudi dicaret. Sed graviter dolendum est, quod illi libri, ut verborum copia et ubertate in dicendo redundant, ita exilitate et penuria rerum laborant, ut ad vitam Gregorii ornandam vix quidquam afferant. Dignum forte est, quod memoriae tradatur, villam ad Vigennam fluvium sitam[1] *Venantio Gregorium dono dedisse, et versibus quos ipse composuerat transmissis, amico mandasse, ut de vita et miraculis sancti Martini carmina conderet*[2], *quam ob rem quos ipse de hoc sancto libellos composuerat transmisit*[3].

Quanta liberalitate et benivolentia episcopus praestiterit, ex omnibus ipsius libris apparet. Egenos nutrivit, infantes orphanosque recepit neque ecclesiae defuit, cui vel pecuniam ad pacem civibus redimendam contulit[4]. *Sanctos fervidissimo amore veneratus, reliquias eorum summo studio adipiscendas curavit, quibus et ecclesias sibi subditas ditaret et aegrotis sanitatem restitueret. Nec minorem operam basilicis aedificandis navavit, ita ut in epilogo*[5] *Historiae Francorum de se ipso scribere merito posset:* Basilicae sanctae parietes adustos incendio repperi, quos in illo nitore vel pingi vel exornari, ut prius fuerant, artificum nostrorum opere imperavi[6]. Baptisterium ad ipsam basilicam aedificari praecepi, in quo sancti Iohannis cum Sergii martyris reliquias posui; et in illo priori baptisterio sancti Benigni martyris pignora collocavi. In multis vero locis infra Turonicum terminum et ecclesias et oratoria dedicavi, sanctorumque reliquiis inlustravi, quae memorare ex ordine prolixum censui. *Quod utinam fecisset! Aliis enim libris deficientibus, de his Gregorii studiis perpauca scimus. Sancti Stephani protomartyris oratorium Turonense ampliatum eiusdemque altare a se promotum esse, ipse narravit*[7]; *oratorium Artannense (dioec. Arvern.) ab illo renovatum esse, Fortunatus prodidit*[8].

De operibus suis Gregorius in epilogo Historiae Francorum adiecto: Decem, *inquit,* libros Historiarum, septem Miraculorum, unum de Vitis Patrum scripsi; in Psalterii tractatu librum unum commentatus sum; de Cursibus etiam ecclesiasticis unum librum condidi. *Quae omnia adhuc exstare, commentariis psalmorum exceptis, quorum praefatio tantum et fragmenta duo*[9] *nota sunt, valde laetamur. Opera maiora iam saeculo decimo sexto edita sunt, sed liber de cursibus ecclesiasticis desiderabatur, quem nostris temporibus Fridericus Haase, professor Vratislaviensis b. m., in codice Bambergensi inventum in lucem vocavit*[10]. *De minoribus autem libellis Gregorius in*

1) *Lib. VIII, carm.* 19. 2) *Lib. V, carm.* 86*:* ad eundem cum libro praestito *scriptum.* 3) *Vit. S. Martini Praef. (M. G. SS. Antiq. IV, p.* 293 *sq.):* cum iusseritis, ut opus illud — — quod de suis virtutibus explicuistis versibus debeat digeri. — — — — in quaternionibus quos direxistis, ipsi per vos oblaturus, confestim transcribendos curabo — —. 4) *H. F. VII,* 46. 5) *Ib. X,* 31. 6) *Cf. quoque quos hac de re Fortunatus condidit, Lib. X, carm.* 6, Versus ad ecclesiam Toronicam, quae per Gregorium episcopum renovata est; *v.* 11. 12*:* quae modo templa sacer renovata Gregorius effert, et rediit priscus cultus honorque suus; *v.* 17. 18*:* Martini auxiliis operando Gregorius aedem reddidit iste novus quod fuit ille vetus; *v.* 87 *sqq.:* fundamenta igitur reparans haec prisca sacerdos extulit egregius quam nituere prius. Nunc placet aula decens, patulis oculata fenestris, quo noctis tenebris clauditur arte dies. Lucidius fabricam picturae pompa perornat, ductaque qua fucis vivere membra putes. 7) *De Glor. Martyr. c.* 34. 8) *Lib. X,* 5. *et* 10. 9) *Praefationem ex codice Vaticano, fragmenta ex vetustissima collectione de virtutibus et vitiis in Codice ms. sancti Martini Tornacensis conservata edidit Ruinart, Greg. ed. col.* 1257—1260. 10) *S. Georgii Florentii Gregorii Turonensis episcopi liber ineditus de cursu stellarum ratio qualiter ad officium implendum debeat observari, sive de cursibus ecclesiasticis nunc primum edidit, recensuit, vindicavit Frid. Haase. Vratislaviae* 1853. *Haec editio in editione Gregorii operum minorum Francogallica ab Henrico Bordier repetita est, Tom. IV, p.* 8 *sqq. Fragmenta iam e codice Vaticano, nunc latente, Angelus Mai, in nova collectione Scriptorum veterum tom. III, p.* 239, *ediderat, sed quis scripsisset, non intellexit.*

praefatione libro de Gloria Confessorum praefixa: In primo, *inquit*, libello inseruimus aliqua de miraculis Domini ac sanctorum apostolorum reliquorumque martyrum, quae hactenus latuerunt, quae Deus ad corroborandam fidelium fidem quotidie dignatur augere, quia valde molestum erat, ut traderentur oblivioni. In secundo posuimus de virtutibus sancti Iuliani martyris. Quatuor vero libellos de virtutibus sancti Martini. Septimum de quorumdam feliciosorum vita. Octavum hunc scribimus de miraculis confessorum. *Alia quoque opuscula a Gregorio confecta esse, ex scriptis ipsius scimus. Librum enim de missis a Sidonio Apollinare compositis condidit*[1], *quem perditum dolemus. Passionem etiam septem apud Ephesum Dormientium in Latinum sermonem vertit, Syro quodam interprete adiuvante*[2].

Quod opuscula, quae in codicibus Gregorio perperam tribuuntur, attinet, Historiae apostolorum, quae per Abdiam quendam discipulum apostolorum et primum Babyloniae episcopum Hebraice composita, a Iulio Africano in Latinam linguam versa est, liber tertius, in quo de vita S. Andreae apostoli agitur, decurtatus ac praefatione et epilogo auctus, in codicibus quibusdam Gregorio tribuitur[3]. *Etsi stili barbaries Gregorianae aliquo modo similis est et in capite penultimo de oleo mirifico, ex sepulchro sancti Andreae fluente, 'primus Miraculorum liber' laudatur, in quo hac de re se iam egisse scriptor vitae retulit, fieri non potest, ut Gregorium vel auctorem vel emendatorem eiusdem habeam, non nescius, diem natalem Gregorii, qui cap. ult. Vitae traditur, hoc iudicio in incertum revocari.*

Vita quaedam brevis sancti Iuliani, quae in libris manu scriptis exstat, maximam partem ex libro Gregorii exscripta est, quem de miraculis sancti Iuliani condidit. Quamvis codices quidam eam Gregorio tribuant, alius scriptoris esse censemus[4]. *Nec vita sancti Aridii abbatis Lemovicensis, cuius prologus Gregorii nomen fert, ipsius est*[5].

Vitae sancti Maurilii, quam a Venantio Fortunato compositam esse constat, in codicibus quibusdam prologus praefixus est, qui a Gregorio Turonensi ad sanctum Germanum Parisiensem episcopum scriptus esse perhibetur, cum hic ab illo petiisset, ut Vitas sancti Maurilii et Albini, quas Fortunatus presbyter luculento sermone descripserat, scriptorum vitiis iam pene depravatas *emendaret. Gregorium Fortunati amici superstitis Aristarchum fuisse, credat Iudaeus Apella*[6]*!*

1) *H. F. II*, 22*:* Quod in praefatione libri, quem de missis ab eo compositis coniunximus, plenius declaravimus. 2) *De Glor. Martyr.* 95*:* Viri autem usque hodie palliolis sericis aut carbasinis coaperti, in ipso loco requiescunt; quod passio eorum, quam Syro quodam interpretante in Latinum transtulimus, plenius pandit. *Syros multos in regno Francorum fuisse, Gregorius docet; cf. H. F. VIII*, 1*; X*, 26. *Exemplar passionis sanctorum VII Dormientium Graeca lingua compositum fuisse puto. Ruinart edidit* Historiam Septem Dormientium Maioris Monasterii *(l. c. col.* 1270 *sqq.), quae in epistola praefationis loco praefixa Gregorii esse dicitur:* Epistola sancti Gregorii episcopi Turonensis ad beatum Sulpicium Bituricensem archiepiscopum in vitam sanctorum septem dormientium. *Sed potius decimo vel undecimo saeculo tribuerim.* 3) *Ruinart prologum, capitum indicem et duo capita ultima (col.* 1261—1264*) tantum edidit. Bordier ex eodem, quo Ruinart iam usus est, codice S. Germani de Pratis nr.* 488. *vitam integram (tom. IV*, 35—96*) in lucem vocavit, alio codice Parisiensi nr.* 5339. *adhibito. In utroque codice haec verba vitam ducunt:* Prefatio Gregorii episcopi Turonensis in libro miraculorum beati Andreae apostoli, *quam in Sangermanensi haec excipiunt:* Finit Gregorii Turonensis episcopi liber de virtutibus et miraculis beati Andree apostoli. *De opere Abdiae vel potius Iulii Africani v. Bordier l. c. IV, p.* 30. 4) *Ruinart col.* 1265—1270, *Bordier IV*, 97—103. *ediderunt. Lemma fert:* Incipit praefatio Gregorii episcopi Turonici in passione sancti Iuliani martyris. 5) *Ed. Ruinart col.* 1283—1308*; Bordier IV*, 162—208. 6) *Prologum* (Incipit prologus beati Gregorii Turonorum archiepiscopi [*sic!*] in vita beati

Duos[1] *priores Miraculorum sancti Martini libros Gregorius primos composuisse videtur. Ipse in praefatione huic operi praefixa, quod* dulcissimis fratribus ac filiis ecclesiae Turonicae sibi a Deo commissae *dicat, se, ait, per matrem Armentariam bis terque ad rem aggrediendam*[2] *admonitum fuisse. In animum autem induxerat miracula virtute sancti Martini acta ex eo tempore, quo Paulini Nolani*[3] *episcopi opus desinit, duobus libris referre, quorum prior (quadraginta capita) miracula, ante episcopum constitutum facta, alter (sexaginta capita) ea quae post acta esse cognoverat contineret, ita ut centum miracula efficerentur*[4]. *Cuius rei consilium post ipsum episcopum ordinatum se cepisse, his verbis patefecit:* Spes autem mihi erat me non frustrari a voto, quod in octo annis, Domino iubente, complevi. *Anno* 581, *quo octo annos episcopus egerat, priores libros finitos esse, patet*[5]. *Sed quia, quinquaginta novem virtutibus relatis, sexagesimam summo desiderio exspectavit, ut libro finem imponere posset*[6], *non uno tenore miracula condita esse intelligitur. Partem autem quandam, quae e libro priore et capitibus forte quibusdam alterius constitisse videtur, ante annum* 576. *iam scriptam fuisse, ex Venantio Fortunato audimus*[7], *qui, ut* opus illud quod de virtutibus sancti Martini explicuit *sibi mitteret, a Gregorio petiit. Germanum Parisiensem episcopum, quem die* 28. *mensis Maii a.* 576. *mortuum esse constat, vivum etiam tunc laudavit. Ne longum faciam, c.* 7. *l. II. post annum* 574[8], *c.* 12, *ubi Ragnimodus iam episcopus Parisiensis dicitur*[9], *post a.* 576, *c.* 58, *ex quo Leudastem Turonensi comitatu motum fuisse intelligi videtur*[10], *post a.* 580. *scripto, inter annos* 573. *et* 581. *duos priores miraculorum sancti Martini libros compositos esse constat.*

Liber de Miraculis sancti Iuliani demum post annum 585. *compositus est, cum in capite ultimo Vitae sancti Nicetii iam mentio facta sit*[11], *in qua expeditio a.* 585. *contra Gundoaldum Ballomerem Convenas facta commemoratur*[12]. *Huc accedit, quod in c.* 40.[13] *c.* 39. *libri alterius de Miraculis S. Martini iam prolatum est.*

De gloria beatorum martyrum liber, in quo de miraculis Salvatoris nostri rebusque ab apostolis et a Gallicanis martyribus gloriose gestis agitur, paulo post Miracula S. Iuliani compositus est, cum c. 65. *haec appellata sint*[14]. *Ceterum in isto quoque libro*

Maurilii episcopi et confessoris. Sanctissimo sanctae Parisiorum matris ecclesiae presulum domino Germano Gregorius Turonicae metropolis humilis episcopus salutem) *Ruinart l. c. col.* 1282, *totam Maurilii vitam Bordier l. c. IV,* 126—159. *edidit.* 1) *Cf. Giesebrecht, Vers. Gregorii, Tom. I, p. XXVI sqq., Monod l. c. p.* 41 *sqq.* 2) *Praef. Mir. Martini, Ruinart col.* 993. 3) *Mir. Mart. I,* 2. *II,* 60*:* Et quia prior libellus ab eo tempore initiatus est, quo Paulinus reliquit, et sub quadraginta capitulis constabat impletus, destinavi hunc incoeptum sub sexaginta complere. 4) *Mir. Mart. II,* 60. 5) *l. l. II,* 60*:* Tamen si adhuc meremur videre miracula, placet ea alteri coniungi libello. Nam, ut diximus, hi duo libelli in hoc numero teneantur. 6) *l. c. II,* 60*:* In quo cum quinquaginta novem virtutes descripsissem, et sexagesimam adhuc attentius praestolarer. 7) *Cf. supra p.* 12. *Ceterum Gregorius, dum cap.* 2. *libri primi de Miraculis S. Martini scribit, Fortunatum quatuor de S. Martino libros iam composuisse, compertum habuit.* Sed, *inquit,* et Fortunatus presbyter omne opus vitae eius in quatuor libris versu conscripsit *(Ruinart col.* 1004*).* 8) *II,* 8*:* Tres virtutes istas ipsa die factas fuisse constat, quo Sigibertus glorisissimus rex, Sequanam transiens, sine collisione exercitus pacem cum fratribus fecit. *Cf. H. F. IV,* 49. 9) *II,* 12*:* Ragnimodus tunc diaconus, nunc episcopus. 10) Audiens autem Leodastis, qui tum Turonicum gerebat comitatum. *Cf. H. F. IV,* 47. 11) *Mir. S. Iuliani c.* 50*:* Memini huius caeci in libro vitae sancti Nicetii. 12) *Vitae Patr. c.* 8, §. 11*; cf. H. F. VII,* 35—39. 13) Cum autem ad me Aridius presbyter ex Lemovicino venisset — — cuius etiam in secundo virtutum beati Martini libro memini. 14) In huius urbis territorio et Iulianus martyr agonis palmam legitime decertando promeruit. De cuius virtutibus quae ad nos usque venerunt in libro, quem de eius miraculis proprie scribere praesumpsimus, declaravimus.

c. 105. expeditio contra Gundoaldum parata commemoratur. Capita quaedam huic libro postea adiecta esse, e c. 83. intelligitur, ubi de reliquiis anno 590[1]*. Romae per diaconum quendam Turonensem captis agitur. Eodem tempore liber de Gloria Confessorum totus fere iam completus erat, cum Charimeres illo tempore referendarius*[2] *regis Childeberti II. fuerit*[3]*, quem a. 588, Agerico defuncto, episcopum Virdunensem consecratum esse, ex Gregorio*[4] *ipso scimus. Fortasse Gregorius librum iam longe ante a. 588. scribere incepit, quippe qui c. 12. rem quandam in Hispania a. 583. 'nuper' factam esse se cognovisse*[5] *dixerit. Ceterum c. 24. memoratur liber de vita beatae Monegundis, iam olim conscriptus et Vitis Patrum insertus*[6]*. Similiter remittit lectores c. 25. 29. huius de Gloria Confessorum agentis operis ad c. 15. libri de Vitis Patrum. At librum de Gloria Martyrum laudat c. 69*[7]*. Librum autem de Gloria Confessorum post tertium de miraculis sancti Martini librum finitum esse, Gregorius ipse testis est*[8]*.*

Hic, qui Miracula S. Martini ab anno 582. usque ad annum 587. continet, illo spatio temporis scriptus est, et quidem paulatim, ubi singulae res notuerunt. Caput enim 1. incipit: Quid autem nuper pertulerim, primum inseram huic libello miraculum. *Tunc c. 8. Florentium et Exsuperium ex Hispania ad Chilpericum regem*[9] *legatos missos esse (a. 582), c. 17. in oppidum Remense Gregorium se contulisse narratur, neque est quod illud iter Remense atque a. 586. in urbem Confluentem habitum aliud fuisse putemus.*

Libri quarti inter annos 588. et 594. compositi in capite primo de Gregorio 'nuperrimo tempore' dolore ventris affecto agitur, c. 4. aestas, c. 5. hiems a. 588. commemoratur. Praeterea, quae a. 589 (c. 5), 591.[10] *(c. 26 sqq.), 594. (c. 37. 38. 41) acciderunt, hoc in libro tradita sunt, qui eodem modo ortus est ac superiores*[11]*.*

Denique librum qui de Vitis Patrum *aut, ut Gregorius ipse maluit*[12]*,* de Vita Patrum *inscribitur, cum tot virorum vitas, maxima ex parte nimis extensas, contineat, non uno tenore scriptum, sed ut materies suppeditabat ita inceptum, continuatum finitum esse putamus, id quod l. de Gloria Confessorum c. 25. probatur, ubi vitam beati Senoch, qui anno 576, die 24. Novembris obiit, iam 'dudum' compositam esse dicitur. Haec igitur inter annos 576. et 588. condita est. Post a. autem 588. reliquae Vitae ortae sunt, quae in libro de Gloria Confessorum appellantur*[13]*. Sed S. Nicetii*[14]*, in qua expeditio Convenensis (a. 585) tractata est, Vita in libro de miraculis Sancti Iuliani*[15] *iam commemorata, inter annos 585. et 587. scripta est. Leobardi*[16] *reclausi, qui a. 593. demum obiit, Vita ante hunc annum composita esse nequit.*

Omnes libri minores a Gregorio ultimis vitae annis in unum quasi corpus redacti sunt, nam in epilogo Historiae Francorum libri X. septem Miraculorum libros, unum de Vitis Patrum se scripsisse testatus est. Ordinem autem librorum sic constituere voluit[17]*, ut liber de Gloria martyrum primus, de Miraculis sancti Iuliani secundus esset, quem libri quatuor de Miraculis sancti Martini, liber, quem primum* de quorundam feliciosorum vita, *deinde* Vitae Patrum, *denique grammaticis rationibus commotus*[18] Vita Patrum *inscripserat, atque liber de Miraculis Confessorum*[19] *exciperent.*

1) *Cf. H. F. X,* 1. 2) *Cf. c.* 95. 3) Haec audiens Charimeris, qui nunc referendarius Childeberti regis habetur. 4) *H. F. IX,* 23. 5) *De Glor. Conf.* 12*:* In Hispaniis autem nuper factum cognovi. 6) *Vit. Patr. c.* 19. 7) ut de illis fontibus Hispaniae supra retulimus, *id est in libro de Glor. Martyr. c.* 24. 8) *De Glor. Conf.* 6*:* Et quia tertium de eius operibus libellum scripsimus, ne et hic liber ab eius virtutibus sit immunis, scribere in eodem aliqua de his quae nobis evidenter sunt comperta tractavimus. 9) *Cf. H. F. VI,* 18. *ex.* 10) *supra p.* 11. 11) *Cf. c.* 8, *quod incipit:* Praesenti vero anno. 12) *Cf. supra* 7, *n.* 1. 13) *c.* 15. = *V. P.* 16, *c.* 24. = *V. P.* 19, *c.* 25. = *V. P.* 15, *c.* 39. = *V. P.* 12. 14) *V. P.* 8. 15) *c.* 50. 16) *V. P. c.* 20. *Obiit d.* 18. *Ianuarii a.* 593. 17) *Cf. Praef. lib. de Glor. Conf.* 18) *Praef. Vit. Patr.* 19) *Praefatio libri de Vitis Patrum consentit, ubi codices Ruinart teste (col.* 144.*) habent:* et scripsi fateor in inferiore Confessorum libro aliqua de

Historiam scribendam eo tempore Gregorius suscepit, quo feritas gentium et regum furor, ut ipse in praefatione Historiae Francorum, de qua iam agitur, testatur, ita exarserint, ut bono cuique metus incuteretur. Itaque postquam singulas per imperatores ecclesiae Romanorum illatas persecutiones in libro primo enumeravit, ad suum aevum progressus, facere non potuit, quin peiorem in ecclesiis gemitum fuisse quam tempore persecutionis Diocletiani exclamaret[1]. *Quae tam dura, tam perniciosa tempora ut pingerentur, Gregorius tam historicus quam episcopus duabus ex causis digna censere debuit, ut quantum maiores passi essent posteri recolerent utque Dei gubernatio quam mirabilis esset probaretur. Historiam Francorum diversis temporibus compositam esse, ita ut tres praecipue partes distinguendae sint, inter viros doctos, qui huic rei studium navaverunt, constat*[2]. *Primam partem libri quatuor priores efficiunt, in quibus res a principio mundi usque ad mortem Sigiberti regis (a.* 575*) gestae narratae sunt. Libro quarto annorum computationem usque ad necem Sigiberti productam subiecit, qua auctorem historiae suae iam finem fecisse intelligi videtur. Hos autem quattuor libros anno* 575. *compositos fuisse, ad coniciendum ratio nos deduxit, quod in c.* 49. *libri IV. miraculum in basilica beati Martini actum 'in sequentibus libris' se descripsisse Gregorius profitetur. Quibus verbis libri secundi de Miraculis sancti Martini capita* 5. 6. *et* 7. *sine dubio intelliguntur, quae ante annum* 576. *scripta sunt*[3]. *Hos quatuor libros a Gregorio ipso recognitos esse, sunt quae nobis suadeant. Rebus enim perpaucis, quae additae sunt, exceptis*[4], *in capite libri quarti* 36, *ubi de sancto Nicetio Lugdunensi episcopo agitur*[5], *vitam eiusdem a se ipso non ante annum* 585. *scriptam appellavit.*

Alteram partem, quae e libris quinto et sexto constat, a libro quinto incepisse, eo probatur, quod Gregorius, quasi opus ordiretur, prologum praemisit. Huc accedit, quod ab hoc libro usque ad finem in rebus narrandis seriem annorum secutus, Childeberti II. regis, quem hac ratione legitimum agnovit, annos computavit, quamquam per plures annos Chilperico rege vivere coactus erat. Quibus in libris res a Sigiberto rege a. 575. *defuncto ad annum* 584. *gestae relatae sunt, quo a. Chilpericus rex occisus scriptori ut finem faceret occasionem dedisse videtur.* Heu! heu! *inquit*[6], percussit Deus Chilpericum et omnes filius eius; nec superavit de his, qui processerunt de lumbis eius, qui regat regnum illius in aeternum! Erant ei eodem tempore de diversis uxoribus filii quattuor, excepto filiabus. Cum autem haec in posterum impleta fuissent *etc. Cum autem a.* 584. *Chilperico filius natus sit (cf. VI, c.* 41*), qui Chlotharius appellatus patri superstes successit, non defuerunt*[7] *qui Gregorium librum quintum iam ante Chlotharium natum scripsisse coniecerint. Qua in re erraverunt. Gregorius namque, Merovechi stultitia vituperata, de filiis tantum egit, qui 'tunc', id est a.* 577, *iam nati*

quorundam vita, *quod editores Ruinart superiores suo arbitratu in* superiore *mutaverunt. De ordine librorum in praefatione operum minorum quaerendum est.* 1) *H. F. IV,* 47. 2) *Giesebrecht, Köpke, Monod vv. cc. laudare libet. Ego quidem opinionem Gabrielis Monod (l. c. p.* 45—48*), rebus quibusdam levioris momenti exceptis, probo. Giesebrecht has partes fecit:* 1) *lib. I—IV;* 2) *V—VIII,* 34*;* 3) *VIII,* 35*—X,* 30*; a quo Köpke aliquid differt:* 1) *l. I—IV;* 2) *V—VII, inter a.* 584. *et* 585. *scripti;* 3[a]) *VIII, a.* 589*;* 3[b]) *IX, a.* 590*;* 3[c]) *X, a.* 591. 3) *H. F. IV,* 49*:* Quod in sequentibus libris, Domino iubente, desseruimus. *Hanc perfecti formam antepono, praesertim cum alii codices concordent, dum* disseremus *editio tantum vulgata codicesque a nobis despecti praebent, et verba* Domino iubente *potius ad rem actam, quam ad agendam inclinare mihi videantur. Sed si hac in sententia perstamus, in verbis:* in sequentibus libris *difficultas quaedam latet, quae, si Gregorium libros de Miraculis sancti Martini cum Historia Francorum coniungere voluisse coniicimus, facile removetur.* 4) *De his infra est agendum.* 5) sanctus Nicetius — — sicut in libro vitae eius *(i. e. Vit. Patr. c.* 8*)* scripsimus. 6) *Lib. V, c.* 14. 7) *Cf. Köpke, 'Kl. Schr.' p.* 310.

erant. E quibus Merovechus a. 577, *reliqui tres, Chlodovechus scilicet, Chlodobertus, Dagobertus (cf. V, 34. 39) a. 580. diem obierunt. Praeterea lib. V, c. 38. de Hermenegildo tum vivo locutus, illum a. 585. interfectum esse, ignorarit. In capite 20. ex eiusdem libri, postquam de Salonio et Sagittario episcopis complura narravit:* Sic faciebant, *inquit,* singulis diebus; donec ira Dei diruit super eos; quod in posterum memoraturi sumus. *Quos cum in libro VII, c. 39. a. 585. mortuos esse retulerit, liber V. ante a. 585. compositus esse non potest, nisi locum laudatum postea additum esse putamus, id quod ego quidem praefero. Nam aliis etiam locis alia a Gregorio post inserta esse constat. Ut exemplum adiungam, de Rauchingo nequissimo homine a. 587. occiso*[1] *se in posterum acturum esse promisit*[2]. *Post a. 585. hos libros recognitos esse, verisimile est. Quod ante a. 591. factum esse, c. 39. libri sexti probatur, ubi Sulpicius Bituricensis episcopus ita laudatur*[3], *ut illum tunc inter vivos fuisse intelligamus, qui mense Ianuario a. 591. mortuus est*[4]. *Gregorium autem ante a. 579. ad hos duos libros scribendos non aggressum fuisse, c. 5. libri V. probatur, ubi de Pappolo episcopo Lingonico a. 579. mortuo et de Mummolo successore agitur. Quae Historiae Francorum pars, ut ex historia Hermenegildi intelligitur*[5], *uno tenore condita est, cum postmodo in libro VI. ad annos singulos res gestae relatae sint. Libro secundo Miraculorum sancti Martini ante a. 580. non finito, librum quintum et sextum Historiae Francorum inter annos 580. et 584. vel 585. Gregorium composuisse, nobis persuasum est.*

Tertia pars Historiae Francorum libros VII—X, c. 30.[6] *complectitur. Gregorium aliquamdiu ab opere incepto destitisse, ex initio libri VII. intelligimus. Quod a. 585. denuo eum aggressum fuisse, eo probatur, quod Salvium episcopum Albigensem, qui a. 585, die 10. mensis Decembris*[7] *obiit, 'hoc anno' mortuum esse tradidit. Quae sequuntur capita 2—22. libri VII. res a. 584. gestas quasi complent, quae in sexto libro, cum in morte Chilperici desinat, minime absolutae erant. Quod c. 23.*[8] *libri VII.* praesenti quoque anno *incipit, non est, quod a. 584. illud scriptum esse coniiciamus, cum praesentem annum ipsum, de quo iam retulit, Gregorius forte intellexerit. Tum a capite scilicet 24. libri VII. usque ad c. 30. libri X. (a. 591) ubique aequalis*[9] *historiam scripsit. Maiorem autem operam rebus a. 584. et 585. gestis quam posteris navavit, cum totum librum VII. et 37 capita libri VIII (sunt 84 capita) rebus duobus tantum annis gestis tribuerit, sex annis, 586—591, in duos libros paucaque capita (VIII, 38—46. IX. X, 1—30, sunt capita 83) congestis.*

Gregorium post opus finitum libros sex priores recognovisse atque nonnulla adiecisse, iam memoravimus[10]. *Hoc quidem iam pridem a viris doctissimis animadversum est, sed quidam adeo progressi sunt, ut Gregorii textum interpolationibus repletum esse dicerent. Quorum princeps Cointius*[11] *est, qui codices Bellovacensem et Corbeien-*

1) *Cf. H. F. IX,* 9. 2) *V,* 3. 3) Est enim vir valde nobilis et de primis senatoribus Galliarum, in litteris bene eruditus rhetoricis, in metricis vero artibus nulli secundus. 4) *Cf. X,* 26. 5) *V,* 38*; cf. Giesebrecht I, p. XXIX.* 6) *Epilogum a.* 594. *demum additum esse, Gregorius ipse dixit.* 7) *Cf. H. F. VIII, 22, ubi de successore Salvii:* Post obitum, *inquit,* sancti Salvii hoc anno Desideratus Albiginsibus episcopus datus est. 8) *In c.* 24. *Gregorius ad alium annum iam transiit.* Anno, *inquit,* igitur decimo Childeberthi regis. 9) *Quod, ut Giesebrecht perspexit, hae dictiones probant VII,* 23*:* praesenti anno; *VIII,* 22*:* hoc anno, hoc tempore, his diebus; *VIII,* 23. 24*:* hoc anno; *VIII,* 32*:* hoc tempore; *VIII,* 33*:* in his diebus, nuper; *VIII,* 34*:* nuper gestum. *Tum et in libro octavo et in sequentibus saepius scripta sunt:* eo anno, *X,* 23. 29. 30*:* hoc anno. *Giesebrecht, qui ex his locutionibus divisionem fecit, quam supra commemoravi, non astipulor.* 10) *Videsis Giesebrecht l. c. ad I,* 29. *II,* 10. 24. 37. *III,* 35. *IV,* 28. *VI,* 14. 42. 45. *Animadvertas, haec omnia ex libris sex prioribus sumpta esse.* 11) *In Annalibus ecclesiasticis Francorum* 1666. *Vol. II.*

sem (B. 3. 5), quibus usus est, veram Gregoriani operis formam praebere, eaque capita, quae in his desiderantur, potius falsarii quam Gregorii esse, contendit. Quem Ruinart in praefatione operibus Gregorii praemissa rationibus firmissimis refellit, ita ut nil fere novi iam addere possimus. Omnes Historiae Francorum codices lacunis quidem laborant, sed aut scribarum negligentia aut consilio quodam decurtatos eos esse, facile probare possumus. Exempli causa codices classis B[1] *proferam, i. e. Cameracensem, Bruxellensem, Bellovacensem, Leidensem, Corbeiensem, ex eodem fonte ortos, in quibus haec capita desiderantur: Lib. I,* 28. 29. 31. 33—38. 43—47*; lib. II,* 1. 14—17. 21—23. 26. 36. 39*; lib. IV,* 5—7. 11. 12. 15. 19. 32—37. 43. 48*; lib. V,* 5—7. 9. 10. 12. 20. 32. 36. 37. 40. 42. 45—49*; lib. VI,* 7—11. 13. 15. 22. 29. 36—39. *Addam, hanc codicum classem pervetustam esse, cum iam circa a.* 660. *Fredegarius talem librum excerptum chronicis suis inseruerit*[2]. *Sin autem Cointius, his exceptis, reliquos codices Gregorianos interpolatos esse censuit, iam ea re eum refellere possumus, quod codicis cuiusdam litteris, quas unciales vocamus, exarati ideoque vetustissimi pretiosissima fragmenta exstant, quorum Leidense (A 2) libri V. capita* 43—47. *continet eaque numeris signata. Etiam Monod, quippe qui totam classem B priorem editionem librorum sex esse contenderit, aperte erravit. Iam Ruinart in laudata praefatione rectum exposuit, idem tam diserte, ut facere non possimus, quin ipsius verbis utamur, classi tantum B pro codicibus Corbeiensi vel Bellovacensi scripta*[3]. *'Gregorius', inquit*[4], *'libro II, capite 3. describit persecutionem a Vandalis in Africa excitatam, atque ea occasione epistolam Eugenii Carthaginiensis episcopi integram exhibet, ut habetur in editis et in nostris codicibus. At classis B, relata persecutionis historia, epistolam omittit, ita tamen, ut evidenter appareat, eam de industria praetermissam fuisse, sic enim habet ut caeteri codices:* Ille vero cum se vi viderit abduci, epistolam civibus .... hoc modo transmisit; *et ipsa epistola praetermissa historiam prosequitur. — — — Liber tertius idem est omnino in omnibus codicibus; proindeque non est ulla de eo controversia. At libro IV, capite* 13, *in classi B, sicut et in nostris codicibus et editis, Gregorius loquens de litania seu supplicatione ad sanctum Iulianum Brivatensem per Gallum episcopum instituta, ait:* iuxta institutione sancti Galli, sicut superius scripsemus. *Locus autem ille quem laudat habetur supra capite* 5, *quod tamen caput in classi B desideratur. — — — — Caput* 20. *libri V, in quo varia Sagittarii et Salonii episcoporum flagitia Gregorius descripsit, deest in codicibus classis B, et tamen iidem codices habent caput* 27. *eiusdem libri, quod manifeste vigesimum supponit. Sic enim habet Gregorius hanc causam retractans:* contra Salonium et Sagittarium episcopum iteratur illa antiqua calamitas. *Capite autem ultimo* (50) *eiusdem libri, quod nullus codex non habet, haec verba leguntur:* Igitur cum, vale post sinodum memoratum regi iam dicta, *quae de synodo Brinnacensi dicta sunt, cuius acta et occasionem narravit Gregorius in capite* 47. *et sequentibus. Sed haec capita omnino non habent codices classis B. Quin et haec ipsa capita hic omissa manifeste supponit caput* 32. *libri sequentis, quod in omnibus codicibus classis B habetur. — — — — Libri VI. caput* 12. *Gregorius ab his verbis incipit:* Igitur Chilpericus rex cernens has discordias inter fratrem et nepotem suum pullulare, *quae scilicet discordiae aliae non sunt ab illis quas Gregorius praecedenti capite narraverat; quod tamen caput* 11. *omittunt codices classis B, licet habeant duodecimum. Immo et iidem codices*

1) *Classem C, ubi cum Gregorio Fredegarius coniungitur, et classem D, in quam codices collegimus, qui textum pro libidine scribarum mutatum praebent, hoc loco non curamus.* 2) *Sic rem se habere, e Fredegario ipso intelligitur; Ruinart enim erravit, qui in notis Gregorio VI,* 12. *subiectis Fredegarium etiam c.* 11. *libri VI. excerpsisse contendit.* 3) *Capitum quoque numeros ad nostram editionem correximus, eaque omisimus quae de lacunis aliorum codicum disputavit.* 4) *Praef.* §. 93—96.

habent caput 24. eiusdem libri, quod sic incipit: Nova iterum contra Theodorum episcopum bella consurgunt, quae verba manifeste et necessario totum caput undecimum, quod ab codicibus classis B abesse iam observavimus, praesupponunt. — — — Haud minus sibi invicem cohaerent capita 34. et 35. eiusdem libri, in quorum priori mors unius Chilperici regis filii describitur, quod est alterius fundamentum, utpote sic incipiens: Dum autem haec agerentur, nuntiantur reginae puerum qui mortuus fuerat etc. Et tamen primum a codicibus classis B abest, qui habent alterum'. — Denique Ruinart recte contendit, capita 15. et 16. arcte constricta divelli non posse, quamvis caput 15. codicibus classis B desit. Monod[1], amicus meus, gravitate illarum quas Ruinart protulit rationum considerata, ipse fatetur, his in codicibus perfectam et numeris omnibus absolutam librorum priorum editionem nobis conservatam non esse, sed elementa tantum vel potius fundamenta illius parandae, quae Gregorius singula litteris mandasset. Quo modo autem fieri potuit, si eius sententia vera esset, ut in capitibus, quae in codicibus B habentur[2], opuscula minora Gregorius laudaret appellaretque eodem modo, quo in aliis capitibus, quae his codicibus desunt, id gessit? Num re vera memoriae suae vim tantam habere poterat, ut quae consulto omiserat post multos annos accurate suppleret? In omnibus codicibus B post finem libri IV. capita 7. et 8. libri VII. sequuntur, quae Monod inter illa elementa Gregoriani operis, quae statuit, numeravit. Cum autem caput 7. libri VII. incipiat: Quibus discedentibus, legati iterum Childeberti ad antedictum regem veniunt, iure quaerimus, utrum haec verba plane abrupta initio careant, necne. Quo autem casu evenerit, ut haec capita loco suo mota sint, nescimus; id solum constat, librum septimum eo tempore iam extitisse, quo classis B archetypus scriptus est.

Ultimum (X, 31) Historiae Francorum caput cum a Cointio suspectum iudicatum esset, Kries[3] v. cl. ut interpolatum prorsus eicere voluit. Gravi casu evenit, ut optimis codicibus finis truncatus sit, quare caput ultimum in illis desideratur, quod codices B 1 et 2 habuisse ex indice libro X. praemisso intelligitur. Sunt etiam qui illud servaverint: Primus codex Casinensis, A 1, qui quamvis minoris aetatis sit quam alii, tamen inter bonos numerandus est, secundus Beccensis (D 9), tertius Claromontanus (D 11). Maiorem partem (ad verba: inlibataque permaneant) Cluniacensis (D 1), Parisiensis (D 3), Montispessulanus (D 4), Vaticanus (D 5) habent, quibus Regiomontanum iam perditum (D 12) addas. Huc codices quidam accedunt, in quibus Severi Sulpitii Vita sancti Martini, inscriptiones Turonicae aliique libelli, qui ad Turonensem urbem spectant, adiuncta sunt. E quibus unus (p = Parisiensis 10848) hanc subscriptionem fert: Explicit liber decimus sancti Gregorii Turonensis episcopi de gestis Francorum, qua ex codice integro illum exscriptum esse indicatur. Itaque huius capitis auctoritas libris scriptis satis confirmata est. Certe liber decimus finitus non est, quia res gestas usque ad mortem suam memoriae tradere Gregorius in animo habuisse videtur. Fortasse iam a. 592.[4] epilogum scripserat, quem a. 594.[5] recognovit.

1) l. c. p. 63. 2) e. g. I, 48. II, 5. III, 2. 12. 16. IV, 16. 49. V, 1. 3) De Gregorii Turonensis vita et scriptis. Scripsit Dr. C. G. Kries. Vratislaviae 1839, quem iam Waitz, 'Göttingische Gelehrte Anzeigen, Jahrgang 1839', p. 769 — 739. refellit. Quae Cointius attulerat, Kries cumulaverat, Lecoy de La Marche, 'De l'autorité de Grégoire de Tours; étude critique sur le texte de l'histoire de France'. Paris. 1861, avide instituit. Quod opusculum clericali animo dictatum esse, iam alii (cf. Bordier l. c. IV, 317) exposuerunt, nos, cum nihil novi proferat, prorsus neglegimus. — G. Kries libellum Giesebrecht l. c. II², p. 255—262, et Monod l. c. p. 64. sqq. impugnant. Ex iis quae illi adferunt pauca hic repetere libet. 4) Sic explicatur Gunthramni regis trigesimus primus annus = 592, qui cum anno 21. ordinationis Gregorii et cum 19. Childeberti iunioris in epilogo male comparatur. 5) X, 31: a transitu sancti Martini usque ad memoratum superius annum, id est ordinationis nostrae primum

Ut autem hiatum annorum 591, *quo liber decimus finitur, et* 592. *vel* 594. *missum faceret, occasio ei data non est. Tum Kries verba premit:* Quos libros licet stilo rusticiori conscripserim, tamen coniuro omnes sacerdotes Domini, qui post me humilem ecclesiam Turonicam sunt recturi, per adventum domini nostri Iesu Christi ac terribilem reis omnibus iudicii diem, si numquam confusi de ipso iudicio discedentes cum diabolo condempnandi estis, ut numquam libros hos aboleri faciatis aut rescribi, quasi quaedam legentes et quaedam praetermittentes; sed ita omnia vobiscum integra inlibataque permaneant, sicut a nobis relicta sunt. *Quis moriturus testamento non caveat, ut quae in vita sua diligenter excoluit a posteris in eodem, quo ipse relinquere coactus erat, statu conservarentur? Quod unicuique licitum est, id scriptori negatum esset? Praeterea Gregorius nil aliud fecit, nisi quod scripturam sacram*[1] *imitatus est, quae ita finitur:* Contestor enim omni audienti verba prophetiae libri huius, si quis apposuerit ad haec, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiae huius, auferet Deus partem eius de libro vitae, et de civitate sancta, et de his quae scripta sunt in libro isto. — *Deinde quod Kries contendit, epilogum et praefationem libri de Gloria Confessorum inter se repugnare, cum hic octo, illic septem tantum libri miraculorum commemorati sint*[2], *illi septem iure optimo comprehensi sunt, quippe qui miracula contineant, dum octavus ampliores dissertationes de vitis sanctorum, qui Gregorio bene innotuerunt, exhibet. Praeterea prologo libri de Gloria Confessorum post Historiam Francorum composito, perfacile fieri potuit, ut Gregorio non satis persuasum esset, quo ordine opuscula sereret. Quod seriem episcoporum ultimi capitis diversam ab illa quam Historiae inseruit, nominibus, ordine praesulum quorundam Turonensium annisque omnibus mutatis, id premere nolumus, cum scriptor ipse affirmaverit, quamquam in libris superioribus de episcopis Turonensibus quaedam scripsisset, se iterum summo studio rem eandem tractare velle. Neque ipse negat, intervalla ordinationum quarundam constituenda non esse. Arduam igitur rem suscepit, quam quin sincere compleverit, non est quod dubitemus. — Deinde Gregorius vituperatus est, quippe qui annos a morte sancti Martini usque ad suum tempus peractos perperam computasset, id quod non nego, sed ob eam causam extremum caput spurium esse, intelligere nequeo, cum omnes fere annorum sancti Martini computationes, quas in Historia Francorum*[3] *legimus, falsae sint. — Denique, quod Kries contendit, fieri non potuisse, quin Gregorius, qui stili sui rusticitatem ubique confessus est, Martianum Capellam eiusque septem liberales disciplinas cognovisset, istum scriptorem*[4] *quinto et sexto saeculo non solum in Gallia, sed in toto Occidente ab omnibus pueris, qui litteris interioribus imbuebantur, perbene cognitum esse, respondeo. Omnes igitur quas Kries contra auctoritatem epilogi attulit rationes, usque ad hodiernum diem saepius repetitas nunc refutatas esse, persuasum habemus.*

Gregorium bene praeparatum ad opus revera magnum et grave condendum accessisse, prodamus vix necesse est, quippe qui quattuor reges Francorum, totidem reginas, multos regum filios filiasque cognoverit, cum pluribus Galliarum epi-

et vicesimum, qui fuit Gregorii papae Romani quintus, Gunthramni regis tricesimus primus, Childeberti iunioris nonus decimus *etc.* 1) *Apocal. c.* 22, *v.* 18. 19. *Cf. quoque exempla quae Monod ex Rufino et Hieronymo protulit.* 2) *Quae de lemmate* de vitis Patrum, *quo in epilogo Gregorius usus est, diverso ab illo* de Vita Patrum, *quod in praefatione libri de Gloria Confessorum anteposuit, idem vir doctus affert, nullius sunt momenti, quia Gregorius ipse in hoc titulo scribendo non satis constans fuisse videtur. Huc accedit, quod* de vita *l. l. in codice Casinensi scripta sunt, cum alii duo* de vitas *habeant.* 3) *Cf. finem libri I.* 4) Martianus noster *a Gregorio nominatur. Simili modo IV,* 12*:* Sollius noster. *De Glor. Mart.* 41*:* Prudentius noster.

scopis conversatus sit, plurima monasteria ipse visitaverit. Vigebant etiam in eo domesticae memoriae Arvernicae. Tum episcopus Turonensis factus, quasi in medio regno Merovingico positus, videndi vel audiendi quae in Galliis gererentur amplam occasionem habebat. Monendum autem est, ipsum et clericum et Romanum fuisse: ecclesiam enim victricem ubique laudibus extulit, Romanus autem Francorum barbariem et vituperavit et abhorruit. Certe veritatem in historia scribenda ubique explorandam esse, bene intellexit. Falsa interdum protulit aut inscius recti aut fontibus suis delusus, sed numquam calumniator aut homo mendax exstitit. Si ipse de fide auctorum dubitabat: tradunt enim multi, fertur *vel aliud simile*[1] *caute adiecit. Quae modo narravit se ex aliis audiisse saepius confessus est*[2]*; quin auctorum suorum nomina nonnumquam protulit*[3]*. Libris scriptis se usum esse, ipse interdum prodidit; si neglexit, arte critica adhibita, cognoscere possumus. Scripturam sacram praecipue in primo libro, ubi a principio mundi exorsus, Eusebio Hieronymoque ducibus, in generationes indagandas operam studiumque contulit, et passim in usum suum vertit. Gestorum Pilati I, 21. 24. mentionem fecit. Praeterea chronico Eusebii Hieronymo interprete, Orosio et Victorii cursu paschali*[4] *usus est. Eusebii historia ecclesiastica, a Rufino in Latinum sermonem versa, non nominatur quidem, sed in libro primo saepius*[5] *exscripta est. Quae patres ecclesiastici scripserant magna ex parte a Gregorio lecta fuisse, putamus, ut sancti Clementis Recognitiones Rufino*[6] *interprete cognovit. Chronicon*[7] *Vitamque sancti Martini a Sulpicio Severo composita habuit. Vitae sanctorum, quas in Historia Francorum vel adhibuit vel nominavit, sunt hae: S. Saturnini*[8]*, Ursini*[9]*, Martyrum qui tempore persecutionis Vandalicae in Africa passi sunt*[10]*, S. Remigii Remensis a Venantio Fortunato scripta*[11]*, S. Maxentii*[12]*. Num vita S. Aniani usus sit*[13]*, dubium est. Praeterea in libris manuscriptis nonnullae vitae sanctorum exstant, quae cum Gregorio ad verbum consentiunt, ut Vita sancti Briccii*[14]*; sed has omnes Gregorii fontes minime fuisse, sed potius ex ipso exscriptas esse, censemus*[15]*. Deinde epistolas Sidonii Apollinaris*[16]*, Ferreoli Ucecensis episcopi*[17]*, Aviti Viennensis episcopi eiusque alia opera*[18]*, sancti Remigii ad Chlodovechum regem epistolam consolatoriam, quae adhuc exstat, novit*[19]*. Nonnulla autem scripta haud parvi pretii Gregorius solus conservavit, ut Eugenii Carthaginiensis episcopi epistolam ad dioecesanos missam*[20]*, pactum in villa Andelao ictum*[21]*, episcoporum epistolam ad Radegundem reginam missam una cum responso eiusdem reginae*[22]*, episcoporum scriptum de tumultibus in coenobio Pictavensi motis cum iudicio hac de re facto*[23]*. Sermonem Gregorii papae Romae habitum exscripsit*[24]*. Vehementer autem dolendum est, quod Renati Profuturi Frigireti*[25] *et Sulpicii Alexandri Historiae, quibus Gregorius usus est, perierunt. Sulpicii Alexandri ex libro tertio et quarto quaedam*

1) *Cf. I,* 30. *II,* 6. 9. 14. 21. 39. 41. 42. *III,* 8. *IV,* 46. 2) *I,* 10*:* cuius *(sc. Nili)* nunc litura multi locorum perlustratores referta sacris monasthiriis dicunt esse. *II,* 6*:* de quo oraturio quae a quibusdam audivi, narrare non distuli. *IV,* 34*:* ut a fidelibus viris cognovimus. 3) *IV,* 12. *VI,* 6. 8. *VII,* 1. *VIII,* 12. *X,* 1. 24. 4) *Cf. Prolog. l. I. Interdum Hieronymi chronicon non plane intellexit et Orosium e memoria laudavit.* 5) *e. g. I,* 28. 6) *I,* 5. *Prosperi opus de promissionibus atque praedicationibus Dei Gregorio notum fuisse, Monod l. c. p.* 79. *contendit, id quod in dubium voco. Paulinum II,* 13. *falso quidem, ut videtur, laudavit.* 7) *I,* 7. *Prol. lib. II.* 8) *I,* 30. 9) *ib.* 10) *II,* 3. 11) *II,* 31. 12) *II,* 37. 13) *II,* 7*; cf. G. Kaufmann, 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' VIII,* 130. *sqq.* 14) *Quam in multis codicibus et Parisiensibus et Monacensibus legimus, nondum editam.* 15) *Cf. quae Monod l. c. p.* 82. *acerrime dixit, omnes vitas, quae ad verbum cum Gregorio consentiunt, post eum confectas esse.* 16) *II,* 24. 25. 17) *Nunc perditas; cf. VI,* 7. 18) *II,* 34. 19) *II,* 31. 20) *II,* 3. 21) *IX,* 20. 22) *IX,* 10. 42. 23) *IX,* 41. *X,* 16. 24) *X,* 1. 25) *vel Frigiredi, quod in c.* 8. *lib. II. legitur.*

memoriae prodidit[1], *Renati librum duodecimum laudavit*[2]. *Illum saeculo quinto in. vixisse, eundem natione Romanum fuisse, verisimile est; hunc ex natione Gothorum (sc. Wisigothorum) originem traxisse, ex nomine ipso intelligitur*[3], *quem vel saeculo quinto ex. vel sexto in. degisse, putamus.*

Annales illius temporis vel in consules Romanos vel in reges Francos digestos fuisse, censeamus necesse est. Fieri autem potuit, ut indictio etiam anni adiiceretur, id quod Marii Chronico probatur. Utroque annalium genere Gregorium usum fuisse, ipse testatur[4]. Nam, *inquit*, et in consolaribus legimus, Theudemerem regem Francorum, filium Richimeris quondam, et Ascylam, matrem eius, gladio interfectus. *Praeterea annos Chlodovechi rebus quibusdam gestis adscripsit*[5], *ipse denique a libro quinto seriem rerum gestarum hoc modo explicavit. Gregorio exemplar Annalium Ravennatium ad manum fuisse, cui Arelatensia adiecta erant, Holder-Egger maxime probavit*[6]. *Annales Andegavenses extitisse et a Gregorio adhibitos fuisse, ex capitibus* 18. *et* 19. *l. II. videmus. Praeterea Gregorius Annales Burgundionum bene novit, qui Mario quoque Aventicensi episcopo noti erant*[7]. *Monod a Gregorio etiam Annales adhibitos fuisse putavit, qui aut in septentrionalibus Galliarum regionibus aut in territorio Arvernico scripti erant. Hos autem re vera Arvernenses fuisse, nos probare posse confidimus. A capite enim* 37. *libri III. usque ad finem operis Gregorius summa diligentia portenta retulit*[8], *quae, cum et tempus, quando facta sint, et locus, ubi evenerint, religiosissime notata sint, a Gregorio non ex memoria sed ex scriptis relata fuisse, patet. Non dubitamus, quin harum rerum haud parvam partem ipse litteris mandaverit*[9], *sed quaedam ex libris certe hausit. Haec sine dubio portenta sunt, de quibus et in libro tertio et in quarto mentionem fecit, cum a.* 548. *vel* 554. *iam de his quippiam illum adnotasse, non sit quod credamus. Cum autem a.* 558. *et* 563. *de territorio Arvernensi, ubi prodigia visa erant, distinctius egerit, has res ex Annalibus Arvernensibus fluxisse*[10], *coniicere licet. Haec forte omnia exemplari Annalium Ravennatium adscripta erant, nisi cyclum paschalem Victorii his rebus auctum*

1) *II*, 9. 2) *ib. II*, 9. *In capite* 8. *ex hoc quaedam de Aetio exscripsit.* 3) *Cf. Jac. Grimm, 'Kl. Schriften' III, p.* 188, *qui Gothicum nomen Frigairêths restituit. Cf. Wattenbach, 'Geschichtsquellen' I, ed.* 4. *p.* 81; *Schirren, De ratione, quae inter Jordanem et Cassiodorium intercedat, commentatio p.* 7, *qui Friqiretum eundem ac Profuturum Braccarensem episcopum, ad quem Vigilius papa a.* 538, *Iun.* 29. *scripserat (Iaffé Reg. ed.* 2, *nr.* 907*), fuisse coniecit.* 4) *II*, 9. 5) *II*, 27: anno autem quinto regni eius. *Ib.*: nam decimo regni sui anno. *II*, 30: Actum anno 15. regni sui. *II*, 37: Anno 25. Chlodovechi. *II*, 43: migravit autem post Vogladense bellum anno quinto. *Quintum quemque annum notatum esse, vides. Qui forte in exemplari, quo Gregorius usus est, ita digesti erant, ut post annum regis promotum quatuor qui insecuti sunt annorum spatium vacaret. Consulum nomina semel habet, lib. I.* 6) *Cf. 'Neues Archiv' I. et: 'Ueber die Weltchronik des sogenannten Severus Sulpitius', Gottingae* 1875. 7) *Cf. II*, 13. *III*, 11. *IV*, 10. *Quae Monod l. c. p.* 160. *sqq. statuerat, non sustinet, ut ipse mihi confitetur, rationibus, quas in Sybel, 'Hist. Zeitschr.' XXVIII, p.* 415—422, *protuli, persuasus.* 8) *III*, 37. *IV*, 9. 20. 31. 51. *V*, 17. 18. 23. 33. 41. *VI*, 14. 21. 25. 33. 44. *VII*, 11. 41. 45. *VIII*, 8. 17. 23—25. 42. *IX*, 5. 17. 44. *X*, 23. 30. 9) *e. c. lib. V*, 18: Cum autem apud Parisius moraremur, signa in caelo apparuerunt. *V*, 23: apparuit nobis beati Martini vigilias celebrantibus. *VI*, 14: Audivimus enim eo anno in Narbonensem urbem inguinarium morbum graviter desaevire. 10) *IV*, 9. *Gregorius de uvis in sambuco visis dixit:* videmus *(pro: vidimus)*, *IV*, 51, *a.* 575: In eo anno fulgor per caelum discurresse visus est, sicut quondam ante mortem Chlothari factum vidimus. *Ipsum, cum in suo Annalium exemplari portentum factum esse legerit, id meminisse patet. Certe quae sequuntur verba:* Tunc in circulum lunae quinta stela ex adverso veniens introisse visa est *fontem scriptum produnt. Etiam IV*, 51. *Gregorius ex memoria simile factum adiecit.*

Gregorio ad manum fuisse arbitrari mavis. Urbe Pictavensi in illis capitibus saepe memorata, ubi portenta retulit, Gregorius[1] *Annalibus quoque Pictavensibus usus videtur esse. Num alia annalium exemplaria adhibuerit, non satis constat; sed in capitibus quibusdam narrationem annalibus satis propinquam indagasse mihi visus sum, ita ut Annales Wisigothicos iam enucleare possimus*[2]. *Quae autem in libris posterioribus annalium ad modum composita sunt*[3], *Gregorio ipsi adscribamus, ita ut res quasdam, postquam de illis certior factus est, statim descripsisse putandus sit.*

Multa autem, praecipue in prioribus libris, ipsum e memoriis hominum retulisse, constat. Quae in diversis ecclesiis a clericis narrabantur una cum fabulis domesticis prodere non aspernatus est. Carmina etiam epica, in quibus res a regibus heroibusque Merovingicis fortiter gestae celebrabantur, ipsi ad manum fuerunt[4].

Denique monendum est, Gregorium opus suum ita instituisse, ut libro cuilibet capitum indicem[5] *praemitteret. Quod in opusculis minoribus Historiae Francorum numquam mentio fit, eo explicatur, quod libros Historiae Francorum in publicum trahi noluit, praesertim cum Fredegundis reginae, cui minime pepercit, iram metueret*[6]. *Quare verisimile est, Gregorio vivo libros sex priores editos non esse.*

Codices in quatuor classes divisimus, quarum primae (A) Casinensem et pervetusti cuiusdam codicis fragmenta, quippe qui totum opus contineant, alteri (B) illos qui sex priores tantum libros habent, tertiae (C) codices tribuimus, qui, libris nono et decimo in unum contractis, librum decimum Fredegarii chronicon cum continuatione addunt[7]. *Hi libri quamquam cum codicibus B crebro conveniunt, tamen in prioribus sex libris capita exhibent, quae in omnibus codicibus B desiderantur. Cuius rei causa haec, nisi fallor, est, quod codex Palatinus (C 1) ex quodam classis B codice exscriptus et ope exemplaris integri classis A, cuius interitum iam dolemus, emendatus atque auctus est, aeque ac omnes tertiae classi adscripti libri. In quartam denique classem (D) reliquos libros collegimus, qui omnes fere a librariis foedissime corrupti sunt neque textum Gregorii integrum conservaverunt, ut praefatio* Decedente *etc. in omnibus desideratur.*

A 1) Casinensis nr. 275, cuius collationem Ruinartio Stephanozzius transmisit, tam negligenter factam, ut Pertz b. m. anno 1822. mense Iulio in celeberrimo ipso monasterio summa cum hospitalitate receptus, codicem integrum denuo ad verbum conferre deberet, cf. 'Archiv' V, p. 53. sqq. Est membranaceus saeculi XI. ex. vel XII. in., a diversis librariis litteris Beneventanis admodum fractis sine dubio ex exemplari Merovingico exscriptus, quod verborum scripturam continuam ubique fere habuit. Quo in libro haec capita desiderantur: in libro septimo capitis secundi pars ultima, eiusdem libri caput 3, pars prima capitis quarti; in libro nono finis undecimi, totum duodecimum, initium capitis decimi tertii; in libro decimo finis capitis tertii, totum quartum caput, principium capitis quinti. Quae omnia ex medio textu, lacuna non indicata, excidebant. Cum tricesimi quaternionis folium primum evulsum sit, finis capitis 28. et initium capitis 29. libri decimi perierunt. Codex folia 235, quaterniones 29 et binionem, ut supra iam monuimus, mutilatum, quippe qui tria tantum folia complectatur, continet. Verborum divisio saepe inepta est, interdum etiam archetypi litteras Merovingicas scriptorem haud bene intellexisse, patet. Codex magni pretii est, ita ut lectiones omnes adnotaverimus.


1) *e. g.* V, 41. *Simili modo res Pictavis gestas refert lib.* V, 24. 2) III, 20. 30. IV, 8. 3) *e. g.* VII, 41. 43. 4) *Cf. Junghans, 'K. Childerich und Chlodovech', p.* 10. 5) *Cf. Prolog. H. F.:* cuius capitula deursum subieci. 6) *Cf. quae Koepke l. c. p.* 308 *sq. hac de re disseruit.* 7) *Cf. quae Krusch disseruit 'N. Arch.' VII, p.* 320 *sqq.*

A 2) Vetustissimus et praestantissimus codex fuisse videtur, cuius tria tantum fragmenta ad nostra tempora venerunt. Primum Bethmann b. m. in codice olim Sancti Maximini Miciacensis, tum Petavii, nunc bibliothecae L e i d e n s i s *nr.* 21. *reperit, ubi duo folia tegimenti instar Hegesippo praefixa sunt, quae Gregorii textum a libro V, c.* 43*:* sentitis et quam iniqua *ad c.* 47*:* vel omni populo *continent. Codicem benevolentia Du Rieu v. cl., bibliothecae Leidensis praefecti, transmissum ipse contuli. Zangemeister et Wattenbach, Codicum litteris maiusculis scriptorum exempla, Tab. XXXXV specimen dederunt. Secundum fragmentum quattuor foliorum, e quibus proh dolor! maior pars alterius columnae excisa est, idem Bethmann v. cl. a.* 1846. *Romae in codice* V a t i c a n o *reginae Christinae* 689 bis *reperit, quod textum a IX,* 27*:* ab eo loco quasi *ad c.* 37. *eiusdem libri:* et ut licerit *continet. Ipse contulit. Tertium fragmentum, folium scilicet unum, quod libri V. initium a capite* 1*:* filium eius parvulum *ad caput* 3*:* praeventus interiit, *Waitz noster in bibliotheca* H a v n i e n s i *reperit contulitque. Codex saeculo VII. litteris uncialibus exaratus, maximae formae est. Pagina binas columnas, lineas* 31 *cum trigesima secunda vacua relicta comprehendit. Primae litterae capitum neque colore neque magnitudine a reliquis differunt, sed primam capitis uniuscuiusque lineam librarius ipse minio exaravit, idemque capitum numeros margini minio adscripsit. Compendia scribendi perpauca, verborum distinctio fere nulla, ratio scribendi Merovingica. Quaedam corrector suo arbitratu mutavit, exemplari non adhibito. Capita quae reliquis omnibus in libro quinto praeter A* 1 *desunt, hoc in codice aderant, ut ex numeris margini per librarium ipsum adscriptis intelligitur. Quin hac in re ipso A* 1 *correctior A* 2 *est.*


B 1*)* C a m e r a c e n s i s *nr.* 624, *apud ipsam ecclesiam cathedralem Sanctae Mariae a duobus librariis exaratus. Prior ab initio ad IV,* 40. renovandam, *a quaternione scilicet per ipsum* Q^{I} *signato, ad nonum scripsit, cuius in pagina duodecima media calamum stitit, reliqua pagina vacua relicta, cum proxima dua folia abscisa sint. Alter scriba a IV,* 40. actionem, *a quaternione scilicet X, ad XVI. scripsit, cuius ultimum folium abscisum est. Cum in textu nihil desideretur, totum opus inter duos librarios divisum fuisse patet, qui uno eodemque tempore archetypum in duas partes divisum describere iussi erant. Membrana maior, spissa, hic illic rescripta. Pagina binas columnas, lineas triginta quattuor comprehendit. Capitum numeri in margine sinistro rubro colore notati sunt. Atramentum fuscum, sed nigrius illud, quo alter scriba utebatur. Litterarum uncialium forma mira aequalitate excellit, altera manus paulo rudior maiorque. Litterae pictae nullae praeter primam praefationis atque libri quinti sextique. Positura rara; prior manus nil adhibuit nisi punctum, altera signo quoque; usa est. Verborum distinctio nulla. Compendia pauca, eadem communia.*

Codici, qui primum in librum sextum exiit, ante saec. VIII. ex. libri septimus octavus, nonus et decimus additi sunt, quaterniones scilicet minio signati I, II, (tertius iam deest), IV, V, (sextus deest), VII, VIII, VIIII, cuius tria folia extrema una cum reliquis abscisa sunt. Columnae binae, lineae 34. *Capitum numeri primaque uniuscuiusque linea miniata sunt. Membrana nitidior illa prioris partis est. Atramentum in quaternionibus I. et II. fere viride, in reliquis nunc fuscum nunc pallidum apparet. Litterae summa et elegantia et aequalitate scriptae semiunciales sunt, quas vocamus. Litterae primae uniuscuiusque non solum libri sed etiam quaternionis ornatae sunt, aut viride, aut sine coloribus, sed mira elegantia pictae. Isti quaterniones ab uno tantum librario esse scripti videntur. Hic illic nonnulla atramento viridi, manu nunc scribae ipsius, nunc alia Merovingica eadem nitidissima correcta sunt, quae ex codice ipso fluxisse videntur. Posituram alterius partis scriba diligenter adiecit, punctum videlicet et quod semicolon vocamus signum; hoc quidem rarius. Verborum distinctio omnino nulla, sed librarius saepe puncto voces divisit. Compendia propter litteras semiunciales iam pluria quam in priore codicis parte sunt. In ratione scribendi tres*


Gregorius Turonensis.



LO FRATREM SUUM EX
ERCITU CONMOUET ·
EUMQ: APUD UIENNAM
CIUITATEM INCLUSU OB
SIDIT · UERUM UBI MINO
RI POPULO ALIMENTA DE
FICERE COEPERUNT · TI





IGITUR UT SAEPIUS DIXIMUS
ingundis a uiro cum imperatoris
exercitu derelicta : dum ad ipsum
principem cum filio paruolo
duceretur in africa defunc
ta est et sepulta. leuuichildus
uero hermenchildum filium
suum quem ante dicta mulier



Gebr. Burchard, photolith.

Gregorius Turonensis
Cod. Parisiensis Nr. 17654.


IGITUR CHRODICILDIS REGINA
PLENA DIERUM · BONISQUE OPERIBUS PRE
DITA · APUT URBEM TURONICAM OBIIT
TEMPORE INIURIOSI EPISCOPI; QUAE PA
RISIUS CUM MAGNO PSALLENTIO DEPOR
TATA IN SACRARIO BASILICAE SCI PETRI AD
LATUS CHLODOUECHI REGIS SEPULTA EST
A FILIIS SUIS CHILDEBERTO ATQUE CHLO
THARIO REGIBUS; NAM BASILICAM ILLAM
IPSA CONSTRUXERAT · IN QUA ET GENOUE
FA BEATISSIMA EST SAEPULTA.
II DENIQUE CHLOTHARIUS REX INDIXE
RAT UT OMNES AECLESIAE REGNI SUI
TERTIAM PARTEM FRUCTUUM FISCO DISSOL



EXPLICIUNT CAPIT. INCIP. LIBER SEXTUS

I. ANNO IGITUR SEXTO REGNI SUI CHILDEBERTHUS REX

Lichtdruck v. A. Frisch, Berlin

Gregorius Turonensis

Cod. Lugdunensis.

NIUNTRATIONI · ADDITAUTEM
ETLITTERASLITTERISNOSTRIS·
IDEST · ω · SICUTGRAECIHABENT ·
AE · THE · UUI · QUARUMCARAC
TERESHISUNT ω AE THE UUI
ETMISITEPISTULASINUNIUER

Cod. Vaticanus Regin. 689

SIMUS NUNTIOS ADREGEM
UTQUIDDEHACCAUSAIUBERET
MANDATAREMITTERET · SED

Cod. Casinensis 275

simul adponens si carius honore accedere · sed nouerit sat
Intpr. tu mulare ad usque perfusum ;· Boetius haec audiens
isti delibat dictis · nonne uestum dixi istum delere ubi
presse · Sed et probi honore predictus serius beatum

Cod. Bruxellensis 9403

peccatoribus · Indulgeret hic habebat servonem · con
siliarium · similis patri eclucolennium · dequo fertur

haec · scivum certe quae est pacrisius se
peliunt · fredegundae reginae · in aeclesia
adereliceae ;,;

partes aliquid inter se differunt, sed exemplar tres librarii summa diligentia secuti videntur esse. — Codicem Bethmann iam contulit, tum ipse summa qua fieri potuit diligentia Cameraci in aedibus bibliothecae, viro doctissimo Lefèbre otium benivole praestante, illum excussi.

B 2) Bruxellensis nr. 9403, *olim Duboisianus, per quattuor librarios scriptus est. Primus quaterniones I—XVII. et I—X. scripsit, qui libros sex priores continuerunt, sed tres priores iam avulsi sunt, ut codex nunc II, 3:* ponens me *incipiat. Secundus scriba librum septimum et octavum, quinque scilicet et quattuor quaterniones, tertius librum nonum, septem scilicet quaterniones, quartus denique librum decimum, quattuor scilicet quaterniones, ad X, 29.* admiratione *scripsit. Duo vel tria folia extrema avulsa sunt. Litterae minusculae uncialibus intermistae sunt, ita ut potius scripturam Merovingicam quam Carolingicam aequent. Primae litterae pictae, sed satis rudes sunt. Compendia scripturae pauca, positura rara est. Multa correcta sunt, eadem sine exemplari. Codex in omnibus fere cum B 1 accuratissime convenit, etsi ex Cameracensi non exscriptus est, quia interdum non huius sed aliorum eiusdem classis B codicum lectionem praebet, ut in subscriptione libri quinti. Conf. etiam l. VII, c. 25. not. Codicem Berolinum missum ad litteram ipse contuli.*

B 3) Bellovacensis Sancti Petri, deinde Antonii Oiselii, tum Claudii Iolii, tum Parisiensis, 'Notre Dame' 132 bis, *nunc bibliothecae Parisiensis nr.* 17654. *Est membranaceus, una eademque manu saeculo VII. litteris uncialibus exaratus. Quaterniones in calce signati sunt, e quibus temporum iniuria perierunt I. II. III. IV, fol.* 1. *V, foll.* 3—6. *VI. XVIII, fol.* 8. *XX. et omnes qui insecuti sunt, cum quibus libri I—II,* 2. *med. II,* 9—12. 19—32. *V,* 18. 24. *sqq. exciderunt. Lineae* 26 *per paginam totam currunt. Prima capitis uniuscuiusque linea rubra, cuius littera prima bestiis pictis ornata est. Commata littera paulo maior, rubro colore picta, ducit. Codex imbre situque adeo corruptus est, initio maxime et fine, ut multa iam legi nequeant. Post Bethmannum ego codicem Parisiis in bibliotheca tunc imperiali contuli, ubi Leopoldus Delisle et Claude excellentissimi viri, quorum alterum iam mortuum lugemus, rara benivolentia me adiuverunt.*

B 4) Leidensis inter Vossianos Lat. nr. 63, *membranaceus in quarto, cuius priores septem quaterniones cum ultimis exciderunt, ita ut iam II, 9:* a Gerontio *incipiat, V, 23:* remotus est *desinat. Multa quoque evanuerunt. Saeculo VIII. a duobus librariis exaratus est, quorum alter litteras solas semiunciales scribere consueverat, alter iam litteris minusculis (cf. specimen in libro meo 'Schrifttafeln', tab.* 13*) scribere doctus erat. Verborum distinctio imperfecta est, positura potius verba quam commata dirimit. Litterae ornatae nullae; capitum prima quaeque linea litteris uncialibus scripta est. Codicem Berolinum missum accurate excussi.*

B 5) Corbeiensis Sancti Petri, deinde Antonii Oiselii, tum Parisiensis, 'Notre Dame' 132, *nunc bibliothecae Parisiensis nr.* 17655, *una manu saeculo VII. exaratus, eadem Merovingica, cuius specimen Mabillonius, De re diplomatica, dedit. Membrana quadrata, interdum valde tenuis. Lineae* 24 *et* 28 *variant. Paginis singulis a scriba ipso titulus:* lib. .. greg. tur. *semper fere superscriptus est. Litterae primae raro tantum pictae ornataeque sunt; verborum distinctio rara, positurae signa adhibita sunt, raro: vel* ∵, *rarissime* ⁊. *Capitum numeri rubro colore scripti sunt. Compendia scripturae perpauca. Codex egregie conservatus, libros sex priores, quaterniones duodecim, continet. Librarius in describendo saepissime verba mutavit, stilum elegantiorem reddere conatus. Ipse contuli.*

C 1) Laurissensis, deinde Palatinus, tum Vaticanus, tum Parisiensis, iam Heidelbergensis nr. 864, *membranaceus in folio, saeculo IX. apud Sanctum Nazarium exaratus est. Hic illic folia quaedam calamo atramentoque alio sed coaevo addita sunt. Eadem manus emendationes non paucas adiecit, quae cum A* 1 *saepe conveniunt. In ratione scribendi plerumque cum B* 1 *et* 2 *consentit. Ipse contuli.*

C 1*) *Monacense fragmentum Keinz v. cl., bibliothecarius regius Monacensis mecum communicavit, quod ex tegumine libri cuiusdam enucleaverat. Codex, ex quo hoc folium excisum est, saeculo IX. in membrana optime scriptus erat. Textus capitum* 3. 4. 9. *tam bonus est, ut eum C* 1 *praeferas. Ipse contuli.*

C 2) *Mettensis, dein Pithoei, tum Thuani, tum Colbertinus, iam bibliothecae Parisiensis nr.* 5921, *membranaceus in folio, saeculo XI. apud Sanctum Arnulfum a pluribus exaratus. Initio amisso, II,* 7*:* At illi cum fletu *incipit. Librarius hic illic suo arbitratu mutavit vel addidit quaedam. Alia manus multa sine exemplari correxit, pluraque capita modo in schedulis, modo in margine supplevit. Hoc codice (Colbertino A) Ruinart iam usus est, tum et a Bethmanno et a me pervolutatus est.*

C 3) *Parisiensis, inter Supplementa latina nr.* 808, *tum* 1538. *signatus, nunc* 9765. *Est membranaceus, saeculo X. a tribus, ut videtur, librariis satis negligenter exaratus. In editione quam paraverunt Guadet et Taranne adhibitus est (Regius B). Ipse eum evolvi.*

C 4) *Bertinianus, iam civitatis Audomariensis nr.* 706, *membranaceus saeculi X. Multa omisit, breviavit, mutavit. Gregorium II,* 9. 12. 18. *ex Gestis regum Francorum interpolavit. Bethmann evolvit.*

C 4*) *Codex Sancti Vedasti Atrebatensis, iam Bruxellensis nr.* 6439–6451, *membranaceus formae maximae, saeculo XI. exaratus, ex superiore libro exscriptus est. Cf. SS. II, p.* 192. *Ipse eum inspexi.*

C 5) *Sanctae Mariae in Otterburg, dioec. Maguntinae, iam Parisiensis nr.* 5922, *membranaceus in folio min., saeculo XI. ex. a duobus librariis ex exemplari mutilo exscriptus, iam IV,* 16. effugient *desinit; spatio nullo relicto, ab eodem scriba Reginonis chronicon additum est. Sermo ubique elegantior factus est. Iam Ruinart eum (Regium A) habuit, tum Bethmann inspexit.*

C 6) *Leodiensis Sancti Laurentii, iam Bruxellensis nr.* 9361—9367, *membranaceus in folio, saeculo XII. exaratus. Specimen in 'Schrifttafeln', tab.* 22, *dedi. Bethmann eum inspexit, ipse Berolinum missum iterum evolvi.*

C 7) *Sancti Huberti Andaginensis, iam bibliothecae civitatis Namucensis nr.* 11, *membranaceus in folio, saeculo X. elegantissime exaratus. Cf. 'Archiv' VIII, p.* 476.

C 8) *Guelferbytanus inter Augusteos* 10. 9. *iam periit, novem foliis integris et septem foliorum fragmentis exceptis, quae e tegumentis librorum enucleata Schoenemann b. m. Pertzio et Bethmanno olim transmisit, libros, unde ea sumpsit, Argentorati ligatos fuisse, ratus. Continet folium primum, in calce numero quaternionis III. signatum, II,* 13*:* quo viso ait — 25*:* truncabat, *secundum cum tertio, quarto et quinto II,* 32*:* iam possideret regnum — 40*:* pandit qui cum, *sextum IV,* 28*:* condignam — restituit, *septimum et octavum IV,* 41*:* filiam habebat — 44. *ex. nonum, in calce* Q VIII *signatum, IV,* 49*:* contra eum quidam – Explicit liber IIII Deo gratias amen, *decimum, cuius inferior tantum pars extitit, V,* 19*:* eros suos praecedente — 25*:* foedus inter nos initum, *undecimum V,* 34*:* nam et discordantibus — 35*:* glorientur sed sit, *duodecimum V,* 43*:* nec nostram Dominus — *V. ex., decimum tertium VI,* 6*:* . . . co autem tibi quia iam absolvor ab his vinculis — 17 *in., decimum quartum IX,* 10*:* est enim certe necessitatis causa — ad civitatem suam, *decimum quintum X,* 2*:* quia non a me laxaberis — nisi tantum recognoscem, *decimum sextum X,* 9*:* conviciis atque maledictionibus — de exercitu Guntramni regis regnabantur pro. *Eiusdem codicis duo folia fuisse videntur, quae Pertz e tegumento libri cuiusdam bibliotheca Berolinensis enucleavit, quae infra describenda sunt. — Codex saeculo X. optime scriptus, quod ad textum pertinet, C* 1 *aequat.*

D 1) *Cluniacensis, membranaceus saeculi X, paene omnia capita, ut A, continet, cum IV,* 33. *et IX,* 4. *sola desint*[1]. *In textu vero una cum hac tota classi*

1) *Dubium est, num IV,* 37, *habuerit, quia Bouquet ad hoc caput nihil ex ipso notavit.*

quam plurimum ab A. B. C recedit et multa etiam peculiaria habet, quae librario debentur, non raro et singulas et plures voces omisit, immo alia de suo inseruit. Novimus eum solummodo ex annotatione Bouqueti, qui solus eo usus est; iam enim periisse videtur.

D 2) Codex, ex quo editio princeps fluxit.

D 3) Sancti Michaelis codex, membranaceus in folio, saeculo XI. per 'fratrem Hervardum' binis columnis 35 linearum scriptus, qui ex 27 quaternionibus in calce signatis constat, Gregorium et Adonis Viennensis Chronicon sine capitum distinctione continuit. Scriba saeculi XII. suo arbitratu librum emendavit. Iam in duas partes discerptus est, e quibus prior, qui quaterniones I—X. et XXI—XXVII. cum Gregorio ad VI, 17. sabbati *et Adone a* numero concluduntur *ad finem continet, olim Claudii Faucheti, dein Petavii, tum Isaaci Vossii erat, cuius inter libros Lugduni Batavorum iam asservatur nr. 39. Altera pars, quae quaterniones XI—XX. cum Gregorio a* Priscus praecinctus *ad verba Adonis* Duo enim menses senario *continet, olim Thuani, deinde Colberti erat, iam Parisiensis nr. 5920. est. Hac parte iam Ruinart (Colb. M) usus est. Partibus compositis codicem integrum effici, Bethmann primus perspexit, post quem ego partem Parisiensem evolvi.*

D 4) Montispessulanus nr. 31, membranaceus in folio, saeculo XIII. vel XIV. una manu scriptus est. Gregorium in hoc codice Adonis Viennensis Chronicon excipit. Cf. 'Archiv' VII, p. 196. Capita librarius suo arbitratu divisit, indicibus non mutatis. Multa omissa sunt.

D 5) Blesensis Sancti Launomari, iam Vaticanus reginae Christinae nr. 556, membranaceus in folio, saeculo X. a pluribus exaratus, e quaternionibus in calce signatis constat. Multa correcta sunt, modo a scriba ipso, modo ab alio. Cf. 'Archiv' V, 58—60. Pertz a. 1822. contulit.

D 6) Petavianus, iam Vaticanus Christinae nr. 1056, olim 342, membranaceus in folio, a variis saeculi XI. manibus exaratus, Gregorium et Adonem continet, cuius tamen primae tantum lineae supersunt. Capita 16—44. libri VI. falso loco (VII, 27. med.) errore librarii inserta sunt, qui ex exemplari male ligato tardius intellexit, quomodo ordo restituendus esset. Bethmann evolvit.

D 7) Gemmeticensis, iam Bernensis nr. 155, membranaceus in folio, saeculo XIII. una manu exaratus, Gregorium et Balderici Dolensis historiam belli sacri continet. Capita nusquam numeris distincta atque plura in unum contracta, hic illic breviata sunt. Bethmann examinavit.

D 8) Turonensis Sancti Martini a Morellio etiam visus atque adhibitus est, sed iam periit.

D 9) Beccensis, teste Ruinartio, admodum vetustus, quippe qui eum 'ante annos 700 accurate et eleganter' scriptum esse dixerit, iam latet. Omnes decem Historiae Francorum libros continebat.

D 10) Vindocinensis Sanctae Trinitatis, iam perditus, teste Ruinartio, qui eum habuit, chartaceus saec. XV, quinque tantum priores libros continebat, eosdem integros, prima praefatione excepta. Libro quinto capita sexti subiuncta erant, at librum ipsum se reperire non potuisse, scriptor conquestus est.

D 11) Claromontanus nr. 20, membranaceus in folio, saeculo XII. ab uno eodemque librario scriptus, decem et octo quaterniones cum uno binione continebat, quorum iam quartus, quintus, duodecimus perierunt. Itaque omnia a verbis c. 42. libri secundi: sed totum adsimulatum auro erat enim *ad verba c. 18. libri quarti:* quae erant necessaria detulerunt *iam desiderantur. In libro quarto c. 32—37. desunt, c. 38. incipiebat:* Eo namque tempore mortuo, *ut solus inter alios D 9. A verbis c. 40. libri sexti:* unius esse virtutis cui *ad verba c. 1. libri octavi:* diruta est, iuberem ope publica *textus*

desideratur, quia quaternio duodecimus periit. Indices capitum saepius suo arbitratu librarius mutavit. Ipse evolvi.

D 12) Regiomontanus iam perditus, sed teste Ruinartio, qui eum habuit, 'completus, exceptis extremis capitibus, quae ob detracta aliqua folia desunt'. Haec folia quattuor, binis columnis saeculo XIV. exarata, incipiunt X, 25. med.: . . . lica circumventione circumvenerat, *tendunt usque ad finem. Quae Waitz in codice Montepessulano nr. 305, olim collegii Trecensis, reperit. Textus a librario ita corruptus est, ut liber, qui inter codices numeretur, vix dignus sit.*

D 13) Vaticanus reginae Christinae nr. 630, olim 1260, membranaceus formae octavae, saec. XIII. ex. vel XIV. in. scriptus, Gregorii librum primum ad initium c. 47: puellam expetiit *continet, reliqua paginae parte vacua relicta. Tum in codice* liber de auctoribus civitatum *legitur, quem duo opuscula geographica et liber de gestis Salvatoris excipiunt. Bethmann evolvit.*

D 14) Sancti Benedicti, tum Augustidunensis, ubi nunc in bibliotheca seminarii magni nr. 40. asservatur, a. 1709. per Bertrandum de Senaux episcopum Augusti dunensem illi legatus, manu continua saeculo XI. ex. in membranis scriptus est. Sunt quaterniones septem, qui ad caput 40. libri V: ecce inimicus in manu *tendunt. Scriba ordinem capitum non servavit, in libro quarto multa omisit. Nullius pretii est. Codicem Parisios, intercedente v. cl. Haraldo de Fontenay, missum ipse evolvi.*

Hi sunt codices, qui locos singulos Historiae Francorum continent:

a) Codex capituli Veronensis nr. 50, olim 52, membranaceus saec. IX, homilias, regulam S. Benedicti, encomium vitae monasticae, dicta S. Efrem, itinerarium Burdigala civitate Hierosolymas, notitiam provinciarum Galliae, nomina pontificum Romanorum continet. Homiliis locus Gregorii I, 21. 23. insertus est. Bluhme descripsit. Ego librum non curavi, cum nil novi adferat.

b) Codex bibliothecae regiae Berolinensis, Theol. lat. in fol. 355, saeculo IX. ex. in membranis scriptus, olim liber Sancti Liudgeri in Werdena, a fol. 139. excerpta ex Historia Francorum continet, quibus lemma praefixum est: Incipit de miraculis sanctorum quae sanctae memoriae Gregorius (Turonensis *corrector addidit*) conscripsit. *Sunt autem haec: I, 42. VI, 29. VII, 1. X, 1. X, 24. Textus B 2 proximus, sed ex illo non scriptus est. Ipse contuli et quae discrepant littera β notavi.*

c) Codex Parisiensis nr. 1451, olim Colbertinus nr. 1868, de quo v. Maassen, 'Quellen und Litteratur des canonischen Rechts' I, p. 613 sq., membranaceus saec. IX, capita V, 43. VI, 5. 40. continet. In c. 43. libri V. littera c quae differunt notavimus, in c. 5. et 40. libri sexti librum praetermisimus, cum nihil novi afferat. Codicem H. Pabst, lugendus collega, contulit.

Ultimum libri decimi caput in quam plurimis codicibus legitur, ex quibus ad textum constituendum Leidensem inter Vossianos 12. (l) et Bruxellensem nr. 5391, olim Gemblacensem (g), a Bethmanno collatos, nec minus Parisiensem nr. 10848, olim Suppl. lat. 1012, saeculo X. exaratum (p) et a nobis examinatum adhibuimus.

Codices, qui iam perierunt, praeter eos quos supra recensuimus, hi sunt adferendi: Augiensis in catalogo librorum a. 821. facto, Neugart, Episc. Constant. 539, laudatur: 'Chronica Gregorii Turonensis, vol. I. II'. Idem sine dubio ac Murbacensis est, qui in codice Genavensi 21, 'Arch.' VII, 1018. commemoratus est. Clarevallensis in catalogo codicum Clarevallensium laudatur, Montfaucon, Bibl. II, p. 1365: 'Gregorius Turon. de gestis Francorum, item Chronicon eiusdem'. Laurissensis sancti Nazarii in catalogo, A. Mai, Spicilegium Vatic. V, p. 161, his verbis commemoratur: 'Gesta Francorum Gregorii Turonensis libri V. in uno codice'; est igitur non idem ac C 1. Centulensis in inventario Sancti Richarii a. 831. facto apud Hariulfum III, 3. laudatur: 'Gregorii episcopi Turonici de generatione Adae et de gestis Francorum'. Laudat denique Ruinart in §. 124. praefationis suae codicem monasterii Sancti Trudonis in Hasbania, olim

Henschenio notum, et in notis ad II, 1. codicem Sancti Germani. — In catalogis vetustioribus saepe ut Gregorii codices nominati sunt, qui non Historiam Francorum, sed Gesta regum Francorum continent, in permultis libris mss. Gregorii nomine inscripta.

In textu prioris partis constituendo id egimus, ut codices B 1 et 2 sequeremur, religiose vero lectiones, quas A 1. B 3. 4. 5. C 1 praebent, notaremus. In posteriore parte ubi A 1. C 1. D 5 convenerunt eos secuti sumus, sed in verborum formis exprimendis a libris vetussissimus recedendum nobis non erat. Ad capita recensenda, quae in classi B iam desiderantur, ad C 1 vel A 1 fugimus, interdum varias lectiones ex D 5 notantes. Quo factum est, ut scribendi ratio in diversis Historiae partibus non eadem proponi potuerit. Sed quamvis multa nimis barbare scripta potius librariis quam Gregorio ipsi tribuantur necesse sit, ne temeritatis arguamur, omnia fere, quae B 1 et 2 praebent, retinuimus, initio vero, ubi huius folia deperdita sunt, ubique fere B 1 exprimi iussimus. Cum autem codices omnes B ad idem exemplar hic illic corruptum[1] *redeant, quod archetypus, ex quo B 1 et 2 descripti sunt, novis mendis maculavit, haec, quantum fieri potuit, tollere conati sumus. In c. 31. libri X. discrepantiam etiam ex D 11. 12. 'g. l. p.' dedimus.*

Editiones, quae ante nostram viderunt lucem, sunt hae[2]*:*

I. Editio princeps: 'B. Gregorii Turonensis episcopi Historiarum praecipue Gallicarum lib. X. In vitas patrum fere sui temporis lib. I. De gloria confessorum praecipue Gallorum lib. I. Adonis Viennensis episcopi Sex aetatum mundi breves seu commentarii usque ad Carolum Simplicem Francorum regem. Venundantur ab impressore Iodoco Badio et Ioanne Parvo'. — Epistola praevia XII. Kal. Dec. 1512. data est, subscriptio post Gregorium XV. Kal. Nov. 1512, post Adonem Id. Nov. 1522, privilegium regium triennale in calce libri le 12. Mars 1511, *unde numerum 1522. typographi errore pro 1512. expressum esse constat. Editio ex codice iam plane ignoto (D 2) facta est, nec editor quidquam de eo dixit.*

II. 'Gregorii Turonici historiae Francorum libri decem. In quibus non solum Francorum res gestae sed etiam martyrum cum infidelibus bella et ecclesiae cum haereticis concertationes exponuntur. Adonis Viennensis chronica. Parisiis 1561. apud Guil. Morelium typographum regium et Guilelmum Guirard ac Almaricum Warancore sub D. Barbarae signo in via Iacobaea'. — Editor Guilelmus Morelius est, cui ad hoc negotium efficiendum codex Sancti Martini Turonensis (D 8) a Simeone de Maillé archiepiscopo Turonensi missus erat. In calce variae lectiones ex 'veteri libro', editione scilicet principe, et 'ms.' additae sunt. Sed innumeris locis utrumque editor confudit.

III. 'Gregorii Turonici historiae Francorum libri decem, quorum quarto duo capita praecipua ex manuscripto exemplari hac nostra editione accesserunt. Appendix item, sive liber XI, centum et decem annorum historiam continens quodam autore quorum gratia totum opus recudimus. In quibus omnibus non solum Francorum res gestae sed etiam martyrum cum infidelibus bella et ecclesiae cum haereticis concertationes exponuntur. Basileae per Petrum Pernam 1568'. — Editor Flacius Illyricus 'pervetusto codice bibliothecae Sancti Nazarii' usus est, qui, cum inde libri IV, c. 33. et 34. petita sint, quae, exceptis A 1 et D 1, in reliquis codicibus desiderantur, nunc perditus existimandus est.

IV. 'Historia christiana veterum patrum . . . Laurentii de la Barre labore et industria castigata et per ordinem digesta. Parisiis apud Michaelem Sonnium 1583'. — Gregorii opera ex editis repetita inde a fol. 231'. leguntur.

V. Bibliotheca magna veterum patrum. a) ed. Coloniensis a. 1583, vol. VI, 2, p. 417. b) ed. Parisiensis cura Margarini de la Bigne, a. 1589. VII, p. 521. c) ed. Coloniensis a. 1618, VI; d) Lugdunensis a. 1677. XI, p. 703. In quibus textus Flacianus repetitus est.

1) *Ut unum certe exemplum afferamus; lib. II, c. 9. omnes codices B et C pro* ullatinus (ullatenus) *habent:* ualentinus. 2) *Cf. Bordier l. c. IV, p. 281—318.*

VI. 'Gregorii Turonensis episcopi historiae Francorum libri decem. Quibus non ita pridem adiectus est liber XI, centum et decem annorum historiam continens, alio quodam auctore. His appendicem ad Gregorium ad quingentos circiter annos concinnatam aliaque nonnulla eiusdem saeculi est argumenti opuscula, quae pagella sequens docebit, hactenus non edita, adtexuimus. Ex bibliotheca Laur. Bochelli. Parisiis, e typographia Petri Chevalerii in monte D. Hilarii. 1610'. — *Tota editio ex Flaciana fluxit, appendicis autem loco decem et septem paginae variantibus membr. L. Bochelli et cod. Oiseliani (B* 3) *impletae sunt.*

VI. 'Corpus Francicae Historiae veteris et sincerae. Hanoviae 1613. *ed. a Marquardo Frehero'. — In prima parte, inde a p.* 1. *usque ad p.* 244. *Historia Francorum exstat. Freherus Flacii tantum editionem repetivit, nisi quod Gregorii praefationem ex C* 1 *primus dedit, e quo etiam varias lectiones hic illic margini adiecit.*

VII. 'Historiae Francorum Scriptores coaetanei . . . opera et studio Andreae Du Chesne. Lutetiae Parisiorum 1636', *Tom. I, p.* 251—459. — *Praeter editiones codicibus B* 5. *C* 2. *D* 3. *D* 6 *et fortasse D* 7 *usus est.*

VIII. 'Sancti Georgii Florentii Gregorii episcopi Turonensis opera omnia, necnon Fredegarii scholastici epitome et chronicum cum eius continuatoribus et aliis antiquis monumentis ad codices manuscriptos et veteres editiones collata, emendata et aucta, atque notis et observationibus illustrata; opera et studio domni Theodorici Ruinart, presbyteri et monachi Benedictini e congregatione Sancti Mauri. Lutetiae Parisiorum, F. Muguet 1699'. *in folio. — Habuit Ruinart partim ab amicis missos codices A* 1. *B* 3. 5. *C* 1. 2. 5. *D* 3. 9. 10. 11. 12, *ita ut omnia Historiae Francorum capita primus typis dare posset. Est autem editionis huius textus fere totus editionis principis, cum barbariem codicum recipere nec Ruinart nec priores editores ausi sint. — Haec editio ad verbum in Patrologia Latina, quam Migne edi iussit, tom. LXXI. repetita est.*

IX. Textum, qualem Ruinart constituit, recepit Dominus Bouquet in 'Rerum Gallicarum et Francicarum Scriptores', tom. II, Parisiis a. 1739. *a p.* 74. *usque ad p.* 464, *in notis varias codicis Duboisiani (B* 2) *et Cluniacensis (D* 1) *lectiones addens.*

X. 'Sancti Georgii Florentii Gregorii, episcopi Turonensis, historiae ecclesiasticae Francorum libri decem, ex duobus codicibus mss. nunc primum cura Le Glay et Teulet collatis, emendaverunt et animadversionibus Theod. Ruinart, D. Bouquet aliorumque doctorum virorum et suis illustraverunt J. Guadet et N. R. Taranne. Parisiis apud Jules Renouard, via dicta de Tournon No. 6'. *Tom. I.* 1836. *Tom. II.* 1838. — *Est editio iussu Societatis Historiae Francicae parata, sed nil aliud praebet nisi editionem Bouquetianam, cui in notis variae lectiones codicum B* 1. 5. *C* 3 *adiectae sunt.*

Versiones exstant Francogallicae anni 1610. *a Claude Bonnet parata, anni* 1668. *ex interpretatione abbatis de Marolles, anni* 1823. *a cl. viro Guizot parata, a.* 1836. *et* 1838. *per Guadet et Taranne procurata, a.* 1838. *per v. cl. J. J. E. Roy facta, a.* 1859. *per Henricum Bordier in duobus voluminibus emissa, a.* 1861. *editio nova Guizotiana. Germanicam versionem Wilhelmus de Giesebrecht a.* 1851. *in duobus voluminibus edidit, 'Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit', Vol.* 12, 16, *quae a.* 1878. *recognita est. Est opus numquam satis laudandum, quo et nos optime adiutos fuisse, grato animo profitemur.*

In rebus geographicis enucleandis duo imprimis versati sunt, Alfredus Jacobs, 'Géographie de Gregoire de Tours et de Frédegaire', Paris, ed. altera 1861, *et Augustus Longnon, 'Géographie de la Gaule au VI*[e] *siècle.', Paris.* 1878, *quem semper fere consului.*

Scribebam Lipsiae mense Septembri 1881. *W. Arndt.*

GREGORII PRAEFATIO PRIMA INCIPIT[a].

Decedente atque[b] immo potius pereunte ab[c] urbibus Gallicanis liberalium cultura litterarum, cum nonnullae res gererentur[d] vel rectae[e] vel inprobae[f], ac feretas[g] gentium desaeviret[h], regum furor acueretur, ecclesiae[i] inpugnarentur ab hereticis, a catholicis tegerentur, ferveret Christi fides in plurimis, tepisceret[k] in nonnullis, ipsae[l] quoque ecclesiae[m] vel ditarentur a devotis vel nudarentur a perfides[n], nec repperire[o] possit quisquam peritus dialectica in arte[p] grammaticus, qui haec aut stilo prosaico aut metrico depingeret[q] versu: ingemescebant[r] saepius plerique[s], dicentes: 'Vae diebus nostris, quia periit studium litterarum a nobis, nec repperiretur[t] in populis, qui gesta praesentia promulgare possit in paginis'. Ista etenim atque et his[u] similia jugiter intuens dici[v], pro commemoratione[w] praeteritorum, ut notitiam[x] adtingerint[y] venientum[z], etsi incultu[a] effatu[b], nequivi[c] tamen obtegere vel certamena[d] flagitiosorum[e] vel vitam[f] recte viventium; et praesertim his[g] inlicitus[h] stimulis[i], quod a nostris fari plerumque miratus sum, quia philosophantem rhetorem[k] intellegunt pauci, loquentem rusticum multi. Libuit etiam animo, ut pro suppotatione[l] annorum ab ipso mundi[m] principio libri primi poniretur[n] initium, cuius capitula deursum[o] subieci[p].

INCIPIUNT[a] CAPITULA LIBRI PRIMI.

1.[b] De Adam et Eva[c].
2. De Cain et Abel.
3. De Enoch iusto.
4. De diluvio.

Praef. et Capp. *A* 1. *B* 1. 5. *C* 1. 3. 5–7.

Praef. a) Incipit praephatio historiae ecclesiasticae *A* 1, *ubi non multo post alia manus* domni Gregorii Turonensis archiepiscopi *addidit;* Incipit praefatio Gregorii episcopi Toronensis ecclesiae *B* 5; † In Christi nomine incipit prefatio Gregorii Toronici episcopi prima feliciter *C* 1; In Christi nomine incipit praefatio Gregorii episcopi Turonici feliciter *C* 3. — *Tota praefatio in C 4 et D per librarios omissa est, in B* 2. 3. 4. *C* 2, *initio mutilato, intercidit.* b) itaque *A* 1. c) in *B* 5. d) gerentur *C* 1, *corr.* e) recte *B* 5. *C* 1. f) inprobe C 1. g) feritas *A* 1. *C* 1. h) desę *B* 1, *parvo spatio vacuo relicto*; deseviret *C* 1. i) aeclesiae *B* 5; ecclaesiae *C* 1. k) refrigesceret *A* 1; tepesceret *C* 1. l) ipsi *corr.* ipsę *C* 1. m) aeclesiae *B* 5. n) perfidis A 1. *B* 5. *C* 1. o) reperiri A 1. p) aut *addit* *A* 1. q) depingerit *C* 1, *corr.* r) ingemeescebant *B* 1 *prius, radendo tum correctum est;* ingemiscebant *B* 5. s) plurique *B* 1, *rad. corr.* plirique. t) repperitur *A* 1. *C* 1, *in C* 1 *corr. superscr.:* repperiretur; repperietur rhetor *C* 5; reperitur rethor *C* 7; rhetor *in marg. add.* *C* 3. u) atque his *A* 1. v) dixi *A* 1. *B* 5; *in A* 1 *alia et, ut videtur, recentior manus corr.:* duxi. w) commemoracione *B* 5. x) not::: am *A* 1, *ubi alia manu:* notitiam; noticiam *B* 5. y) adtingerent *A* 1. *B* 5; attingerint *C* 1. z) venientē *C* 1. a) inculto *C* 1. b) affatu *A* 1; affato *C* 1. c) nequevi *B* 5; nequi *C* 1, *ubi* vi *corr. add. est;* neque *Fred.* d) *finis huius vocis evanuit in B* 5; certamina *A* 1. *C* 1. e) flagiciosorum *B* 5. f) vel vitam *des.* *B* 1. 5. *Fred.* g) *deest* *C* 1. h) illectus *A* 1. i) stimolis *C* 1. k) rethorem *A* 1. l) supputatione *A* 1. m) mundo *B* 5. n) ponere *A* 1; poneretur *C* 1. o) deorsum *A* 1. *C* 1. p) *addunt* Explicit prephatio *A* 1; Explicit praefatio Gregorii *C* 1.

Capp. a) *sic* *A* 1; In Christi nomine incipit Greorgi Florenti sive Gregorii Turonensis episcopi historiae aeclesiasticae liber primus capitulatio *B* 5. *Quid B* 1 *habuerit, legi iam nequit.* Incipiunt capitula libri primi sequentis operis *C* 1. — *In B* 1. 5 *desunt capp.* 28. 29. 31. 33—38. 43—47; *in C* 1 *c.* 28. 29. 31. 33—38. 44—47; *in C* 3 *c.* 28. 29. 31. 33—38. 41—47; *in C* 5 *c.* 27—48; *in C* 7 *tantummodo* 44—47. *Indicem omnino omittunt C* 4. *D* 1. 3. 4. 5. 6. 14; *plane diversum exhibent D* 2 *(de D* 11 *propter folium primum avulsum nil constat) et D* 8 *(quantum ex Morelii editione coniicere licet), ubi sic incipit:* De creatione Adae et Aevae et de Adae typo. Ut Cain occidit Abel fratrem suum. Enoch iustus quomodo a Deo translatus est. De diluvio; de Noe; de archa; de ira Dei; et supputatione generationum *etc.* b) *ante hunc titulum unus A* 1 *habet:* De demonstratione quomodo ipse esset catholicus. c) Euua *B* 5.

Capp. *A* 1. *B* 1. 5. *C* 1. 3. 5—7.

a) Babylonia *A* 1; Babyllonia *B* 5; Babilonia *C* 1. b) Esau *A* 1. *B* 5; Isaac et Esau *C* 1. c) Egypto *A* 1; Aegypto *B* 5. d) transito *B* 5. e) Irlitici *C* 1. f) generatione *A* 1; generationibus *B* 5. *C* 1. g) *deest* *A* 1; usque ad *B* 5. *C* 1. h) Salomon *A* 1; Salomone *B* 5. *C* 1. i) edif. *A* 1. k) Israhelici *C* 1. l) Lugdunos *A* 1; Lugdunus *B* 5. *C* 1, *ubi corr.* Lugdunum. m) nece *A* 1. n) miralibus *B* 5. o) apostolo *A* 1. p) resurrectionis *A* 1. *C* 1. q) Pylati *B* 5. r) et de i. P. atque H. *a corr. addita sunt* *C* 1. s) de pascha apostolorum et Neroni *C* 1, *ubi corr.:* de passione a. atque Neronis morte. t) euangelistae *B* 5. u) persequutione *C* 1. v) Galliis *A* 1. w) Croco *C* 1. x) dilubro *A* 1. *C* 1. y) *alia manus in* *A* 1 *addit:* desr̄ Theodosii inperatoris et castitate amantiti. z) adventum *B* 5. a) Melania *A* 1. *C* 1. b) Theodosii *A* 1; Theudosio *expuncta littera* o *B* 1; Theodosi *B* 5. c) xxxiiii *C* 1. d) tiranni *C* 1.

EXPLICIUNT[a] IN CHRISTI NOMEN CAPITULA LIBRI PRIMI.

IN CHRISTI NOMEN INCIPIT HISTORIARUM LIBER PRIMUS.

Scripturus[b] bella regum cum gentibus adversis, martyrum cum paganis, ecclesiarum[c] cum hereticis, prius fidem meam proferre cupio, ut qui ligirit[d] me non dubitet esse catholicum. Illud etiam placuit propter eos, qui adpropinquantem mundi[e] finem disperant[f], ut, collectam[g] per chronicas vel historias anteriorum annorum[h] summam[i], explanitur[k] aperte, quanti ab exordio[l] mundi sint anni. Sed prius veniam[m] legentibus praecor, si aut in litteris aut in sillabis[n] grammaticam artem excessero, de qua adplene[o] non sum[p] inbutus[q]; illud tantum studens, ut quod in eclesia credi praedicatur sine aliquo fuco[r] aut cordis hesitatione[s] reteneam, quia[t] scio, peccatis obnoxium[u] per credulitatem[v] puram obtenire[w] posse veniam apud Deum.

Credo[1] ergo in Deum[x] patrem[y] omnipotentem. Credo in Iesum Christum, filium eius unicum, dominum deum[z] nostrum, natum a patre, non factum, non post[a] tempora, sed ante cunctum tempus semper fuisse cum patre. Nec enim pater dici potuerat[b], nisi haberit[c] filium; neque filius esset[d], si patrem utique[e] non haberet. Illos vero, qui dicunt[f]: 'Erat quando non erat', execrabiliter[g] rennuo[h] et ab eclesia segregare[i] contestor. Credo, Christum hunc verbum esse patris, per quem facta sunt omnia. Hunc verbum carne[k] factum credo, cuius passionem[l] mundus redemptus[m] est, et humanitatem, non deitatem subiacuisse passione[n], credo[o]. Credo, eum tertia[p] die resurrexisse[q], hominem perditum liberasse, ascendisse caelos, sedere a[r] dexteram Patris, venturum ac

Praef. *A* 1. *B* 1. 5. *C* 1. 3—7. *D*.

a) *sic B* 1; Expliciunt capitula. Incipit historiarum liber primus *A* 1; Expliciunt cap̄ libri I. in Christi nom̄ incp̄t lib̄ historiarum primus *B* 5; Expliciunt capitula libri primi. Georgii Florenti sive Gregorii Toronici episcopi historiarum incipit liber primus *C* 1, *ubi corr.:* historiae ecclesiasticae, *et in margine add.:* Scedula scriptoris; Expliciunt capitula libri primi Georgii Florenti sive Gregorii Turonici episcopi historiarum ecclesiasticae. Incipit liber primus. Scedula scriptoris *C* 3; In nomine domini nostrì Iesu Christi incipit liber I. historiarum gentis Francorum editus a beato Gregorio Turonensium (civitatis *add. D* 5) archiepiscopo *D* 2. 5; Incipit ystoria Francorum collecta a beato Gregorio Turonensi episcopo *D* 14. b) scributurus *B* 5. c) ecles. *B* 5; ecclaęiarum *C* 1. d) legerit *A* 1. *B* 5. *C* 1. e) finem mundi *B* 5. *C* 1. f) desperant *A* 1. g) collecta *A* 1. *C* 1; oblectam *B* 1. h) *deest B* 5. i) summa *A* 1. *B* 5. *C* 1. k) explanetur *A* 1. *B* 5. *C* 1. l) *litterae* ex *a corr. add. sunt C* 1. m) legentibus veniam *C* 1. n) syllabis *B* 5. *C* 1. o) aprime *A* 1; adpaene *B* 5; adplane *C* 1, *ubi corr.:* adplene; plene *D* 1. p) solum *C* 1. q) imbutus *A* 1. *C* 1. r) fugo *B* 5; foco *C* 1, *corr.* s) esitatione *A* 1; haesitatione *B* 5. *C* 1. t) quas *C* 1, *corr.* u) obnixium *C* 1. v) credulitatis puritatem *D* 1. w) optinere *A* 1; obtinere *B* 5. *C* 1. x) Deo *C* 1. y) *sic A* 1. *B* 5. *C* 1; patre *B* 1. z) *deest A* 1. *C* 1. a) per *A* 1. b) poterat *C* 1. 3. c) haberet *A* 1. *B* 5, *et in C* 1, *sed ibi a corr. supra lineam add.* d) *in C* 1 *a corr. supra lineam add.* e) *deest C* 1. f) qui dicunt *a corr. supra lineam add. C* 1. g) execrebiliter *C* 1, *corr.* h) renuo *A* 1. i) segregari *A* 1. k) factum carnem *A* 1. l) passione *A* 1, *et C* 1 *ex corr.* m) redemtus *C* 1. n) passioni *A* 1; passionibus *C* 1, *ubi radendo corr.:* passioni. o) *deest C* 1. 3. p) tercia *B* 5. q) *litterae* re *in C* 1 *a corr. add.* r) ad *A* 1. *B* 5. *C* 1. 3.

1) *Cf. Historiam tripartitam lib. II, c.* 9. *et lib. V, c.* 7, *quam Greg. secutus hic videtur esse.*

iudicaturum vivos et mortuis[a]. Credo, sanctum Spiritum[b] a[c] Patre et Filio processisse, non minorem[d] et quasi ante[e] non esset, sed aequalem et semper cum Patre et Filio coaeternum[f] deum, cumsubstantialem[g] natura[h], aequalem omnipotentia, consempiternum esse[i] essentia[k] et nunquam[l] sine Patre fuisse vel Filio, neque minorem Patre[m] vel Filio. Credo, hanc Trinitatem sanctam in distinctione[n] subsistere personarum, et aliam[o] quidem personam Patris, aliam Filii, aliam Spiritus sancti. In qua Trinitate unam Deitatem, unam potentiam, unam essentiam[p] esse, confiteor. Credo beatam[q] Mariam, ut virginem ante partum, ita virginem et post partum. Credo animam inmortalem[r], nec tamen partem habere[s] Deitatis. Et omnia quae a 318 episcopis Nicaenae[t] instituta[u] sunt[v] credo fideliter. De fine vero mundi ea sentio quae a prioribus dedici[w], Antechristum[x] prius esse venturo[y]. Antechristus[z] vero[a] primum circumcisionem inducit[b], se asserens Christum, deinde in templo[c] Hierusolimis[d] statuam suam collocat adorandam, sicut Dominum dixisse legimus: (Matth. 24, 15.) *Videbitis[e] abhuminationem[f] desolationes[g] stantem in loco sancto.* Sed diem[h] illam omnibus hominibus oculi[i] ipse Dominus manifestat, dicens: (Marc. 13, 32.) *De die autem illa et ora[k] nemo scit, neque angeli caelorum neque filius, nisi Pater solos[l].* Sed et hic respondibimus[m] hereticis, qui nos inpugnant, asserentis[n], minorem esse Filium Patri, qui hanc diem ignoret. Cognoscant ergo, hunc filium christianum populum nuncopatum[o], de quo a Deo praedicetur[p]: (2. Cor. 6, 18.) *Ego ero illis in patre[q], et ipsi erunt mihi in filios.* Si enim haec[r] de unigenito Filio praedixisset, nunquam[s] ei angelos praeposuisset. Sic enim ait: *Neque angeli caelorum neque filios[t];* ostendens non de unigenito, sed de adoptivo[u] populo haec dixisse. Noster vero finis[v] ipse Christus est, qui nobis vitam aeternam, si ad eum conversi fuerimus, larga benignitate praestabit.

De subpotatione[w] vero huius mundi evidenter chronicae Eusebii Caesariensis episcopi ac Hieronimi presbiteri prolocuntur[x] et rationem[y] de omni annorum serie[z] pandunt. Nam et Horosius[a] diligentissime haec[b] inquaerens[c], omnem numerum annorum ab initio mundi usque ad suum tempus in unum colligit[d]. Hoc etiam et Victurius[e]

Praef. A 1. B 1. 5. C 1. 3–7. D.

a) mortuos *A* 1. *B* 5. *C* 1. b) Spiritum sanctum *B* 5. c) *in C* 1 *a corr. add.* d) minore *C* 1, *corr.* e) non esset ante *A* 1. f) quoaeternum *C* 1, *corr.* g) consubstantialem *A* 1. *B* 5. *C* 1. h) naturam *B* 5. i) *deest A* 1. k) etsententia *B* 1. l) numquam *A* 1. *B* 5. m) Patri *B* 5. n) distinctionem *A* 1. o) alia — persona — alia — alia *B* 5. p) etsententiam *B* 1; u. ess. *in C* 1 *a corr. add. — Sequentia usque ad primi huius libri capitis verba:* in animam *des. C* 5. *Eadem C* 4 *ita decurtavit:* confiteor. Ergo sanctorum praecedentium patrum sequens hystoriam atque eorum dicta brevi sermonis conexione recolligens, a principio mundi inchoandum fore decrevimus I. Igitur totius fabricae completa mole, Deus, dum cuncta quae fecerat sibi ipsi complacerent, novissime hominem ad imaginem et similitudinem suam creavit, ut praeesset piscibus maris et volatilibus caeli et bestiis universeque creaturae omnique reptili, quod movetur in terra. Formavit igitur dominus Deus hominem de limo terrae et inspiravit in faciem eius spiraculum vitae, et factus est homo in animam viventem. Cui Adae dormienti ablata est costa, et mulier Eva creata est *etc.* q) beata Maria *B* 5. r) inmotalem *B* 1, *corr.* s) Deitatis habere *C* 1. t) Nicene *A* 1; Nicenae *B* 5; Nicaene *C* 1. u) constituta *C* 1. v) concilio *add. C* 3 *et e corr. C* 1. w) didici *A* 1. *B* 5. x) Antichristum *A* 1. *C* 1; didici Neronem et Antichristum *C* 6. y) venturum *A* 1. *B* 5. *C* 1. *In B* 5 *post* didici *vox haud legibilis extat, et verba* venturum *sequentia usque ad* sed primum *erasa sunt; in voce* venturum *litterae* um *aeque ac vox* sed *alia manu et atramento nigriore scriptae sunt.* z) Antichristum *A* 1; Antichristus *C* 1. a) *deest C* 1. b) inducet *A* 1. c) templum *B* 5. d) Ierusolimis *A* 1. e) videbatis *B* 5. f) abhom. *A* 1; abum. *B* 5; abom. *C* 1. g) desolationis *A* 1. *B* 5. *C* 1. h) sed de diem *B* 5. i) *sic B* 1. *C* 1. 3; *deest B* 5; occultans *A* 1; occultam *C* 1 *e corr. et C* 3; recoli *D* 3 (*ubi a corr. add.* debere) 5. 6. 13; ignorari *reliqui codices et editiones.* k) hora *A* 1. *B* 5. *C* 1 *e corr.* l) solus *A* 1. *B* 5. *C* 1. m) respondebimus *A* 1. *B* 5. *C* 1. n) asserentes *A* 1. *B* 5. *C* 1. o) nuncupatum *A* 1. *C* 1. p) praedicitur *A* 1. *B* 5. q) patrem *A* 1. r) hoc *C* 1, *corr.* s) numquam *B* 5. t) filius *A* 1. *B* 5. *C* 1. u) adoptativo *B* 5. v) fines *B* 5. w) supputatione *A* 1; suppotatione *B* 5. x) proloquantur *A* 1. *B* 5; proloquuntur *C* 1. y) ratione *B* 1, *corr.* z) saeriae *B* 5. a) Orhosius *B* 1; Orosius *B* 5. b) *deest C* 1. c) inquirens *A* 1. *B* 5. *C* 1. d) collegit *C* 1. e) Victorinus *A* 1. *B*. 5. *D* 1; Victorius *C* 1.

cum ordine[a] paschalis solemnitates[b] inquirere[c] fecit. Ergo et nos scriptorum[d] supra memoratorum exsemplaria[e] sequentes, cupimus[f] a primi homines[g] conditione, si Dominus[h] dignabitur suum commodare[i] auxilium, usque ad nostrum tempos[k] cunctam annorum congeriem conpotare[l]. Quod facilius adinplemus[m], si ab ipso Adam sumamus exordium.

1[a*]. Principio[a] Dominus caelum terramque[b] in christo suo, qui est omnium principium, id est in Filio suo, furmavit[c], qui post creata mundi totius elementa[d], glebam adsumens fragilis limi, hominem ad suam imaginem similitudinemque plasmavit[e] et insufflavit[f] in faciem eius spiraculum[g] vitae, et factus est[h] in animam viventem. Cuius dormienti[i] ablata costa, mulier Ewa[k] creata est. Nec dubium enim est, quod hic primus homo Adam, antequam peccaret, tipum[l] Redemptoris[m] domini praetulisset[n]. Ipsi[o] enim in passionis[p] sopore[q] obdormiens, de latere suo dum aquam cruoremque producit[r], virginem inmaculatamque eclesiam[s] sibi exhibuit[t], redemptam sanguine, latice[u] emundatam, non habentem maculam aut rugam[v], id est limphis[w] ablutam propter maculam, extensam in crucem[x] propter rugam. Hi[y] ergo primi hominis[z] inter amoena[a] paradisi[b] beati[c] viventis[d], anguis astu inlecti[e], divina praecepta transiliunt[f], eiectique ab angelica sede, mundi laboribus depotantur[g]. cf. Eph. 5, 27.

2. Cognitum[a] autem satellitem, mulier concipit[b] peperitque duos filios. Sed dum[c] Deus unius sacrificium dignanter suscipit[d], alius invidia inflammante tumiscit[e], et in fraterni sanguinis effusionem[f] novus parecida[g] consurgens, fratrem opprimit[h], vincit, interimit[i].

3. Exhinc[a] cunctum genus in facinus exsecrabile[b] ruit praeter Enoch iustum, qui ambolans[c] in viis Dei, ab ipso Domino propter iustitiam adsumptus[d] de medio[e], peccantes[f] populi liberatur[g]. Sic enim legimus: *Ambolavit*[h] *Enoch cum Domino*[i], *et non conparuit, quia Deus tulit eum.* Gen. 5, 24.

4. Dominus ergo commotus contra iniquitates[a] populi, non in suis semitis gradientes[b], diluvium mittit cunctamque animam viventem de superficiem[c] terrae diluvium[d] inundante[e] delivit[f]; tantum[g] Noe[h] fidelissimum ac peculiarem sibi suique tipus[i] speciem

Capp. 1—4. *A* 1. *B* 1. 5. *C* 1. 3—7. *D*.

a) ordinem *A* 1. b) sollemnitatis *A* 1; sollempnitatis *B* 5; solemnitatis *C* 1. c) inquireret *A* 1; inquaerere *B* 5. d) scribtorum *B* 5. e) exemplaria *A* 1. *B* 5. *C* 1. f) copimus *C* 1. g) hominis *A* 1. *B* 5. *C* 1. h) *bis scr. C* 1. i) commulare *C* 1. 3. k) tempus *A* 1. *B* 5. *C* 1. l) computare *A* 1. *C* 1. m) adimplebimus *A* 1; adimplemus *B* 5. *C* 1. 3.

Cap. 1. a*) *hoc caput cum prologo coniunctum est D* 5. a) in principio *A* 1. *D* 2. 5. b) terraque *B* 1, *corr.* c) formavit *A* 1. *B* 5. *C* 1. d) aelimenta *B* 5. *C* 1. e) formavit *D* 1. 3. f) inspiravit *C* 1 *e corr.* g) spiracolum *B* 5. h) homo *add. C* 1. 3. i) dormientis *A* 1. k) Eva *A* 1. *B* 5. *C* 1. l) typum *A* 1. *B* 5. *C* 1. m) Redemtoris *A* 1. n) rętulisset *C* 1, *corr.* o) ipse *A* 1. *B* 5. *C* 1. p) passione *A* 1. q) supore *C* 1, *corr.* r) produxit *A* 1. s) aecclesiam *C* 1. t) exibuit *C* 1. u) s. ac l. *A* 1; laticae *C* 1. v) rigam *C* 1, *corr.* w) lymphis *B* 5; lippis *corr.* limpis *C* 1. x) cruce *A* 1. *C* 1. y) hii *B* 5. *C* 1. z) homines *A* 1. *B* 5. *C* 1. a) amaena *C* 1, *corr.* b) paradysi *B* 5. c) beate *A* 1. *C* 1. d) viventes *A* 1. *B* 5. *C* 1. e) inlectu *C* 1, *corr.* f) transierunt *A* 1. g) deputati sunt *A* 1; deputantur *B* 5. *C* 1.

Cap. 2. a) cognita autem a viro mulier *D* 1. b) concepit *A* 1. *B* 5. *C* 1. c) *a corr. add. C* 1. d) suscepit *A* 1. *C* 1. e) tumescit *A* 1. *C* 1. f) effusione *C* 1. 3. g) parricida *A* 1. *C* 1; parrecida *B* 5. h) obprimit *A* 1; oppremit *C* 1. i) interemit *A* 1; v. et interimit *C* 1. 3.

Cap. 3. a) et exhinc *A* 1; exhunc *C* 1, *corr.* b) exaecrabile *B* 5. c) ambulans *A* 1. *B* 5. *C* 1. d) assumptus *A* 1. e) de medio *a corr. in litura scr. C* 1. f) peccantis *A* 1. *B* 5. *C* 1. g) liberator *C* 1, *corr.* h) ambulavit *A* 1. *B* 5. *C* 1. i) Deo *A* 1.

Cap. 4. a) iniquitatis *C* 1. b) gradientis *A* 1. c) superficie *A* 1. d) diluvio *A* 1. e) inundantem *C* 1, *corr.* f) delevit *A* 1. *B* 5. g) tantumque *A* 1. h) ne *B* 1. 5. i) typus *A* 1. *B* 5; tipū *videtur fuisse in B* 1, *nunc eras.*

praeferentem cum sua[a] vel trium natorum coniugibus posteritates[b] reparandae gratiae[c] in[d] arca reservavit. Increpant nobis[e] hic[f] haeretici, cur[g] Scriptura[h] sancta Dominum dixissit[i] iratum. Cognoscant ergo, quia Deus[k] noster non ut homo irascitur: commovetur enim ut terreat, pellet ut revocet, irascitur ut emendit[l]. Sed nec hoc ambigo, quod species illa arcae[m] typum[n] matris gessisset aecclesiae[o]. Ipsa enim inter fluctus[p] et scupulos[q] huius saeculi transiens, nos ab inminentibus malis materno gestamini[r] fovens, pio amplexu ac protectione defendit.

Ab Adam ergo usque ad Noe generationes 10, id est Adam, Sedh[s], Enos, Cainan, Malalehel[t], Iareth[u], Enoch, Mattusalam[v], Lamech[w], Noe. In his ergo decim[x] generationebus[y] inveniuntur anni 2242. Adam vero in terra Enacim[z] sepultum[a], quae prius Ebron[b] vocabatur, liber Iesu Nave[1] evidenter explanat[c].

29. Ex quibus et ille primus Lugdonensis[a] ecclesiae Photinus[b] episcopus fuit, qui plenus dierum diversis adfectus[c] suppliciis, pro Christi nomine passus est. Beatissimus vero Hireneus[d, 5], huius successor martyris, qui a[e] beato Policarpo ad hanc urbem directus est, admirabili virtute enituit; qui in modici temporis spatio praedicatione sua maxime in integrum[f] civitatem reddidit christianam. Sed veniente persecutione, talia ibidem diabulus[g] bella per tyrannum exercuit, et tanta ibi multitudo christianorum ob confessione[h] dominicae nominis est iugulata, ut per plateas flumina currerent de sanguine christiano; quorum nec[i] numerum nec nomina collegere[k] potuimus, Dominus enim eos in libro vitae conscripsit. Beatum Hirenaeum[l] diversis in sua carnifex praesentia poenis adfectum Christo domino per martyrium dedicavit. Post hunc[6] et 48 martyres passi sunt, ex quibus primum[m] fuisse legimus Vectium[n] Epagatum.

30. Sub Decio vero imperatore multa bella adversum[a] nomen christianum exoriuntur, et tanta stragis[b] de credentibus fuit, ut nec numerari[c] quaeant[d]. Babillas[e] episcopus Anthyocinus[f] cum tribus parvolis[g, 7], id est Urbani[h], Prilidan[i] et Epolon, et

Capp. 28. 29. *A* 1. *C* 1 (*e corr. scribae*). 3—7. *D*. — *Cap.* 30. *A* 1. *B* 1. 5. *C* 1. 3—7. *D*.

Cap. 28. a) *sic A* 1; scismatis *C* 1; scismata *D* 5 *et e corr. C* 1. b) concitet *C* 1. c) Antonii *A* 1. d) heresis *C* 1. 5. *D* 5. e) *deest C* 1. 3—7. f) Polycarpus *A* 1. *D* 5. g) octogesimo *A* 1. *D* 5. h) holocaustum *A* 1. *D* 5. i) Gallias *A* 1; Galliis *D* 5. k) multum *C* 1. l) gemis *A* 1. m) passionum *A* 1. *D* 5.

Cap. 29. *Vide quae ad c.* 28. *annotavimus.* a) Lugdunensis *A* 1. *D* 5. b) Ephotinus *A* 1; Protinus *C* 1, *corr.* c) affectus supliciis *D* 5. d) Irenaeus *A* 1. e) *deest A* 1. f) integro *A* 1. *D* 5. g) diabolus *A* 1. *D* 5. h) confessionem dominici *A* 1. *D* 5. i) nec numerum *des. C* 1. k) colligere *A* 1. *D* 5. l) Irenaeum *A* 1. *D* 5. m) primos *C* 1. 5; primo *C* 3. n) Vetuum *A* 1; Vetirum *D* 5.

Cap. 30. *Huic capiti in C* 1 *numerus* 28. *praefigitur.* a) adversus *C* 1. b) strages *A* 1. *B* 5. c) numerare *B* 5. d) queant *A* 1. e) Babyllas *C* 1. f) Anthiocenus *A* 1 *constanter;* Anthiochenus *B* 5; Anthiocinus *C* 1. g) parvulis *A* 1. h) Urban *A* 1. *C* 1. i) Prilidani *B* 5.

1) *Cf. Oros. VII,* 14; *Hieronymi Chron. l. c. p.* 169 *i.* 2) *Cf. Hieronymi Chron. l. c. p.* 171 *b.* 3) *Cf. Hieronymi Chron. l. c. p.* 171 *o:* Persecutione orta in Asia Polycarpus et Pionius fecere martyrium. *Cf. Eusebii Hist. eccl. IV,* 15*:* acceptabile holocaustum omnipotenti oblatus ut Deo. 4) *A.* 177, *Iun.* 2. *persecutio christianorum praecipue in Viennensi et Lugdunensi Galliarum urbibus saeviit. Commentarium de martyrum Gallicorum actibus ad ecclesias Asiae Phrygiaeque missum servavit Eusebius, Hist. eccl. V,* 1. 5) *Quae de Irenaeo Gregorius affert ex Actis huius sancti, iam perditis, hausisse videtur.* 6) *Illi non post Irenaeum, sed ante ipsum simul cum Photino episcopo passi sunt, quorum nomina ipse Gregorius refert lib. I. De gloria martyrum c.* 49. *R. Cl. v. Giesebrecht in sua Gregorii interpretatione ed.* 2. *I, p.* 27. *haec verba:* Post hunc — Vectium Epagatum *a Gregorio opus suum denuo redigente demum addita esse censet; sed verba c.* 31. *de morte Vectii Epagati repugnant.* 7) *Martyrologium ex codice Bernensi* 289. *secundum apographum meum a Sociis Bollandianis editum ad* 9. *Kal. Febr. haec notat:* Antiochia passio sancti Babilli episcopi cum tribus parvulis. *Utrum Gregorius ex Martyrologio, an Martyrologium ex Gregorio hauserit, nobis incognitum est. Acta Babillae et sociorum in Boll. AA. SS. Ian.* 24, *II, p.* 571 *sqq. exstant.*

Xystus[a. 1] Romanae eclesiae episcopus et Laurentius archidiaconus et Hyppolitus[b] ob dominici nominis confessionem[c] per martyrium consummati sunt[2]. Valentinianus[d] et Novatianus[e] maxime[f] tunc heretiquorum[g] principes, contra fidem nostram inimico inpellente[h], crassantur[i. 3]. Huius tempore septem viri episcopi ordenati[k] ad praedicandum in Galliis[l] missi sunt, sicut historia passiones[m] sancti martyres[n] Saturnini denarrat. Ait 251. enim: *Sub Decio et Grato consolibus*[o], *sicut fideli recordationem*[p] *retenitur*[q], *primum ac summum Tholosana civitas sanctum Saturninum habere coeperat sacerdotem*[4]. Hii[r] ergo missi sunt: Turonicis[s] Catianus[t] episcopus, Arelatensibus Trophimus episcopus, Narbonae[u] Paulos[v] episcopus, Tolosae[w] Saturninus episcopus, Parisiacis[x] Dionisius[y] episcopus, Arvernis Stremonius episcopus, Lemovicinis[z] Martialis[a] est distinatus[b] episcopus. De his vero beatus Dionisius[c] Parisiorum[d] episcopus, diversis pro Christi nomine adfectus[e] poenis, praesentem vitam gladio inminente[f] finivit. Saturninus vero, iam securos[g] de martyrio, dicit duobus presbiteris suis: 'Ecce ego iam immolor et tempus meae resolutiones[h] instat. Rogo, ut, usque dum debetum[i] finem impleam, a vobis paenitus[k] non relinquar[l]'. Cumque conpraehensus ad Capitulium[m] duceretur[n], relictus ab his, solus adtrahitur[o]. Igitur cum se ab illis cerneret direlictum[p], orasse fertur: 'Domine Iesu Christe[q], exaudi me de caelo sancto[r] tuo, ut numquam haec eclesia de his civibus mereatur habere ponteficem[s] in sempiternum'. Quousque[t] nunc in ipsa civitate ita evenisse cognovimus. Hic[u] vero tauri furentes[v] vestigiis allegatus[w] ac de Capitulio[x] praecipitatus, vitam finivit. Catianus[y] vero, Trophimus Stremoneusque[z] et Paulos[a] atque Marcialis, in summa sanctite viventes, adquisitus[b] eclesiae populos ac fidem Christi per omnibus dilatatam, felice[c] confessione migrarunt. Et sic tam isti[d] per martyrium quam hii[e] per confessionem relinquentes terras[f], in caelestibus pariter sunt coniuncti.

Cap. 30. *A* 1. *B* 1. 5. *C* 1. 3—7. *D*.

Cap. 30. a) Xistus *A* 1. *C* 1. b) Hippolitus *A* 1. c) confessione *B* 5. d) Valentianus *A* 1. e) Novantinus *C* 1, *corr.* f) maximi *A* 1; maximae *B* 5. g) hereticorum *A* 1. *C* 1; heretici quorum *B* 1. 5. h) inpellenti *B* 5. i) grassantur *B* 5. k) ordinati *A* 1. *B* 5. *C* 1. l) Galleis *B* 5. m) passionis *A* 1. *B* 5. *C* 1. n) martini *A* 1; martyris *B* 5. *C* 1. o) consulibus *A* 1. *C* 1. p) recordatione *A* 1. *C* 1; recordationi *B* 5. q) retinetur *A* 1. *C* 1; retenetur *B* 5. r) hic *B* 1; hi *C* 1. s) Toronicis *B* 5. *C* 1. t) Gatianus *A* 1. u) Narbone *A* 1. *C* 1. v) Paulus *A* 1. *B* 5. *C* 1. w) Tholose *A* 1. x) Parisiciacis *B* 1. *C* 1. y) Dinosius *rad. corr. B* 1. z) Lemovecinis *A* 1; Lemovicinus *B* 5. a) Marcialis *A* 1. *B* 5. *C* 1. b) destinatus *A* 1. c) Dyonisius *A* 1. d) Pararisiorum *A* 1. e) affectus *A* 1. f) imminenti *B* 5. g) securus *A* 1. *B* 5. *C* 1. h) resolutionis *A* 1. *B* 5. *C* 1. i) debitum *A* 1. *C* 1. k) penitus *A* 1. *B* 5; poenitus *C* 1. l) relinquatur *A* 1. m) Capitulum *A* 1; Capitolium *B* 5. n) duceritur *B* 5. o) attrahitur *A* 1. p) derelictum *A* 1. *B* 5. *C* 1. q) Christi *B* 5. r) *deest B* 5. s) pontificem *A* 1; pontefecem *B* 5. t) quod usque *B* 5. u) hi *B* 1; illi *B* 5. v) furintis *A* 1; furentis *B* 5. *C* 1. w) alligatus *A* 1. x) Capitolio *A* 1; Capitolium *B* 5. y) Gatianus *A* 1 *et B* 5 *e corr.*; Cathianus *C* 1. z) Stremoniusque *A* 1. *B* 5. *C* 1. a) Paulus *A* 1. *B* 5. *C* 1. b) adquisitos *A* 1. *C* 1; adquaesitores *B* 5. c) felici *A* 1. *C* 1. d) istae *B* 5. e) hi *A* 1. f) terram *A* 1.

1) *Xystus II. obiit a.* 258, *Aug.* 6. 2) *Dies S. Laurentii archidiaconi Romani in Martyrologio Bernensi* 4. *Idus Augusti, Hippolyti,* qui dicitur Nonnus, 11. *Kal. Sept. notantur. Hippolytus in Portu urbis Romae martyrizatus est.* 3) *Gregorius Valentinum, qui saeculo II. medio Alexandriae et Romae docuit, cum Novatiano presbytero Romano circa a.* 251. *antipapa electo perperam hic coniungit.* 4) *Verba:* Sub Decio — sacerdotem *in c.* 2. *Passionis S. Saturnini, Acta Martyrum ed. Ruinart. Aug. Vindel. Tom. I, p.* 301 *sq. leguntur. Quae in sequentibus Gregorius de Galliae apostolis affert, non ex Passione S. Saturnini sumpta sunt, quae nihil his de rebus habeat. Aut ex vulgi traditione Greg. haec retulit, aut Passione S. Ursini Bituricensis usus est, quae nuper lucem vidit in 'Monuments inédits sur l'apostolat de sainte Madeleine en Provence' ed. Faillon, II, p.* 423 *sqq. Sed notandum est, Vitae Sancti Ursini, quae in unico tantum codice servata est, primum caput, unde suprascripta sumta esse possunt, lacunosum mutilatumque esse.*

31. De horum vero discipulis[a] quidam[1] Bituricas[b] civitatem adgressus, salutare omnium, Christum dominum populis nuntiavit. Ex his ergo pauci quodam modo[c] credentes, clerici ordinati, ritum psallendi suscipiunt, et qualiter ecclesiam construant vel omnipotenti Deo sollemnia caelebrare debeant, inbuuntur. Sed illis parvam adhuc aedificandi facultatem habentibus, cives[d] cuiusdam domum, de qua ecclesiam faciant, expetunt[e]. Senatores vero vel reliqui meliores loci fanaticis erant tunc cultibus obligati[f]; qui vero crediderant[g] ex pauperibus erant, iuxta[h] illud Domini quod Iudaeis exprobrat[i], dicens: *Quia meretrices et publicani praecedunt vos in regno Dei.* (Matth. 21, 31.) Hi vero, non obtentam[k] a quo petierant domum[l], Leocadium[m] quendam et primum Galliarum senatorem, qui de stirpe Vecti[n] Epagati[o] fuit[p], quem Lugduno passum pro Christi nomine superius memoravimus[2], repererunt. Cui cum petitionem suam et fidem pariter intimassent, ille respondit: 'Si enim domus mea, quam[q] apud Bituricam urbem habeo, huic operi digna esset, praestare non abnuebam[r]'. Illi autem audientes, pedibus eius prostrati, oblatis tricentis[s] aureis cum disco argenteo, dicunt eam huic mysterio[t] esse condignam. Quod[u] ille[v], acceptis de his tribus aureis pro benedictione, clementer indulgens reliqua, cum adhuc esset in errore idolatriae inplicitus, christianus factus, domum suam fecit aecclesiam. Haec est nunc ecclesia apud Bituricas[w] urbem prima, miro opere conposita et primi martyres[x] Stephani reliquiis inlustrata[y].

32. Vicinsimo[a] septimo loco Valerianus et Gallienus[b] Romanum imperium sunt adepti, qui gravem contra christianus[c] persecutionem suo tempore conmoverunt[d]. Tunc Romae[e] Cornilius[f], Cyprianus[g] Cartaginem[h] felici[i] sanguinem[k] inlustrarunt[l. 3]. Horum tempore et Chrocus[m. 4] ille Alamannorum[n] rex[o], commoto[p] exercito[q], Gallias pervagavit[r]. Hic autem Chrocus multae adrogantiae[s] fertur fuisse. Qui cum nonnulla inique[t] gessisset[u], per consilium, ut aiunt, matris iniquae, collectam, ut diximus[v], Alamannorum[w] gentem, universas Gallias[x] pervagatur[y] cunctasque aedes, quae antiquitus fabraecatae[z] fuerant[a], a fundamentis subvertit. Veniens vero Arvernus[b], delubrum[c] illud[5], quod Gallica lingua Vasso Galate[d] vocant, incendit, diruit atque subvertit. Miro enim

Cap. 31. *A* 1. *C* 1. 3—7. *D.* *Cap.* 32. *A* 1. *B* 1. 5. *C* 1. 3—7. *D.*

Cap. 31. a) disciputi *A* 1. b) Biturigas *A* 1. c) admodum *D* 5. d) civis *A* 1. *D* 5. e) expertunt *C* 1, *corr.* f) oblegati *A* 1. g) credebant *A* 1. h) iusta *D* 5. i) exprobat *D* 5. k) obtenta *D* 5. l) domo *D* 5. m) Leochadium *A* 1. n) Vetti *A* 1. o) Aepagati *A* 1; Epagathi *D* 5. p) funit *A* 1. q) que *A* 1. r) abnuerem *C* 1, *sed litterae* rem *e corr.*; *superscribendo corr.* abnegarem *D* 5. s) trecentis *A* 1. *D* 5. t) misterio *D* 5. u) qui *D* 5. v) *deest* *D* 5. w) Biturigas *A* 1. x) martyris *A* 1. *D* 5. y) illustrata *A* 1.

Cap. 32. a) vicesimo *A* 1; vicensimo *B* 5. *C* 1. b) Galienus *A* 1. c) christianos *A* 1. *B* 5. *C* 1. d) commoverunt *B* 5. e) Rome *A* 1; Romane *C* 1, *corr.* Rome. f) Cornelius *A* 1. *C* 1. g) Corn. et Cypr. *B* 5. *C* 1. h) Carthaginem *B* 5. *C* 1. i) felice *B* 5. k) *sic* *B* 1, *rad. corr.* sanguine, *quod habent* *A* 1. *B* 5. *C* 1. l) illustrarunt *A* 1. m) Crocus *A* 1. n) Alammannorum *A* 1. o) *a corr. add.* *C* 1. p) commotu *B* 5. q) exercitu *B* 5. r) pervacavit *A* 1. s) arrogantiae *A* 1. *B* 5. t) iniquae *B* 5. u) gesisset *C* 1. v) diximus *A* 1. *B* 5. *C* 1. w) Allammannorum *A* 1. x) Galleas *C* 1. y) pervagavit *C* 1. z) fabricatae *A* 1. *B* 5; fabricati *C* 1. a) fuerunt *A* 1. *B* 5. b) Arvernos *A* 1. c) delybrum *B* 5. d) Galatae *A* 1. *B* 5; Gallate *C* 1.

1) *Ursinus, de quo Gregorius in libro De gloria confessorum, c.* 80. *egit.* 2) *Supra c.* 29. 3) *Sed Cornelius obiit a.* 252. *sub Decii principatu. Cyprianus vero a.* 258. *prope Carthaginem capite plexus est, Valeriano et Gallieno imperatoribus. R. De Cypriano cf. etiam Hieronymi Chron. l. c. p.* 183 *f.* 4) *Cf. quae docte de hoc rege Monod, 'Études critiques sur les sources de l'histoire Mérovingienne', p.* 95—97. *exposuit. Chron. Hieronym. l. c.* 183 *m:* Alamanni vastatis Galliis in Italiam transiere. 5) *Mercurii. De nomine Vasso-Galate cf. Giesebrecht l. c. I, p.* 367 *sq. Sine dubio Gregorius ipse templi huius ruinas bene novit.*

opere factum fuit atque firmatum. Cuius paries duplex erat, ab intus enim[a] de minuto lapide, a foris vero quadris sculptis[b] fabricatum fuit. Habuit enim paries ille crassitudinem[c] pedes triginta. Intrinsecus vero marmore ac[d] museo variatum erat[e]. Pavimentum[f] quoque aedes[g] marmore stratum, desuper vero plumbo[h] tectum.

33. Iuxta[a] hanc urbem Liminius Antolianusque martyres requiescunt. Ibi Cassius ac Victorinus in dilectione Christi fraterno affectu sociati, per effusionem cruoris proprii caelorum regna pariter sunt adepti. Nam[b] refert antiquitas, Victorinum servum fuisse ante dicti templi sacerdotis. Qui dum frequenter[c] vicum, quem christianorum vocant, ad persequendos christianos adit, Cassium repperit christianum. Cuius praedicationibus atque miraculis motus, credidit Christo, relictisque fanaticis sordibus ac baptismo consecratus, magnus[d] in virtutum operatione enituit. Nec multo post per martyrium, ut diximus, in terris sociati, ad caelestia pariter regna venerunt[e].

34. Inruentibus[a] autem Alamannis in Gallias, sanctus Privatus Gabalitanae[1] urbis episcopus in criptam Memmatinsis[b. 2] montis, ubi ieiuniis orationibusque vacabat, reperitur, populum Gredonensis[c. 3] castri monitione conclusum. Sed dum oves suas ut bonus pastor lupis tradere non consentit, daemoniis immolare conpellitur. Quod spurcum ille tam exsecrans[d] quam refutans, tamdiu fustibus caeditur, quoadusque putaretur exanimis. Sed ex ipsa quassatione, interpositis paucis diebus, spiritum exalavit. Chrocus vero apud Arelatinsim[e] Galliarum urbem conprehensus, diversis adfectus[f] suppliciis, gladio verberatus interiit, non inmerito poenas, quas sanctis Dei intulerat, luens.

35. Sub Diocliciano[a], qui tricesimo tertio loco Romanum rexit imperium, gravis contra christianos per annos quattuor[4] persecutio exagitata est, ita ut quadam vice in ipso sacratissimo die paschae magni christianorum populi ob veri Dei cultum inter-
c. 310. ficerentur. Eo tempore Quirinus[5] Sisciensis[6] ecclesiae sacerdos gloriosum pro Christi nomine martyrium pertulit[b], quem, ligato[c] ad collum[d] molare saxo, in fluminis[e] gurgite sevitia inpulit paganorum. Igitur cum cecidisset in gurgite, diu super aquas divina virtute ferebatur, nec sorbebant aquae quem pondus criminis non praemebat. Quod factum admirans multitudo populi circumstantes[f], dispecto[g] furore gentilium, ad liberandum properant sacerdotem. Haec ille cernens, non passus est, se a martyrio subtrahi, sed erectis ad[h] caelum oculis ait: 'Iesu domine, qui gloriosus resedis[i] ad dexteram Patris, ne patiaris me hoc stadio removeri, sed suscipiens animam meam[k], coniungere me tuis martyribus in requiae[l] sempiterna dignare'. Et[m] his dictis reddidit spiritum. Cuius corpus a christianis susceptum venerabiliter sepulturae mandatum est.

Cap. 32. *A* 1. *B* 1. 5. *C* 1. 3—7. *D*. *Cap.* 33—35. *A* 1. *C* 1. 3—7. *D*.

Cap. 32. a) *deest A* 1. b) scalptis *A* 1. c) grossitudinem *A* 1. *B* 5. d) marmore ę museu *A* 1. e) *a corr. add. C* 1. f) pavimentum — tectum *des. D* 12. g) aedis *A* 1. *B* 5. *C* 1. h) plumbum *B* 5.

Cap. 33. a) iusta *D* 5. b) iam *A* 1. c) plerumque *A* 1. *D* 5. d) magnum in virtute operatione innituit *A* 1. e) migraverunt *D* 5.

Cap. 34. a) irruentibus *A* 1. b) Memmatensis *A* 1. *D* 5. c) Credonensis *D* 5. d) execrans *A* 1. e) Arelatensim *A* 1; Arelatensem *D* 5. f) affectus *D* 5.

Cap. 35. a) Dioclitiano *A* 1; Diocletiano *D* 5. b) tulit *A* 1. *D* 5. c) legato *A* 1; ligatum *D* 5, *corr.* ligato. d) collo *D* 5, *corr.* collum; eius *add. A* 1. e) fluminibus *A* 1. f) circumstantis *A* 1. *D* 5. g) despecto *D* 5. h) oculis ad caelum *D* 5. i) resides *D* 5. k) *deest A* 1. l) requie *A* 1. *D* 5. m) *deest D* 5.

1) *Hodie Iavols (dép. de la Lozère).* 2) *Hodie Mont Mimat, ab urbe Mende (dép. Lozère) ad meridiem.* 3) *Grèzes-le-Château (dép. Lozère).* 4) *Falso.* 5) *Cf. quae Chron. Hieronym. l. c. p.* 189 *n de hoc sancto affert, quae etsi breviora sunt, tamen affinitatem quandam cum Gregorio prae se ferunt. Acta S. Quirini (Ruinart, Acta Martyr. IV, p.* 165—170*) iam ex Hieronymo hauserunt; quae Gregorium habuisse verisimile est, quamvis sancti oratio in his non reperiatur.* 6) *Hodie Sissek ad Sabariam (Sau) fl. in Ungaria.*

36. Romanorum tricesimus quartus imperium obtinuit[a] Constantinus, annis triginta regnans feliciter[b]. Huius imperii anno undecimo, cum post excessum Diocliciani[c] pax reddita fuisset ecclesiis[1], beatissimus praesul Martinus apud Sabariam[2] Pannoniae civitatem nascitur parentibus gentilibus, non tamen[d] infimis. Hic Constantinus anno vicessimo[e] imperii sui Crispum filium[f] veneno, Faustam coniugem calentem[g] balneo interfecit[3], scilicet quod proditores regni eius esse voluissent. Huius tempore venerabile crucis dominicae lignum per studium Helenae[h] matris repertum est, prodente Iuda Hebraeo, qui post baptismum Quiriacus est vocitatus. Usque in[i] hoc tempus historiographus in chronicis scribit Eusebius. A vicessimo[e] primo enim eius imperii anno Hieronimus[k] praesbiter addidit, indicans[4], Iuvencum praesbiterum euangelia versibus conscribsisse[l], rogante supradicto imperatore.

37. Sub Constantis[5] autem imperio Iacobus Nisebenus[a] fuit, ad cuius praeces inclinatae aures divinae clementiae multa pericula a civitate eius repulerunt. Sed et Maximinus[6] Treverorum[b] episcopus potens in omni sanctitate repperitur.

38. Nono decimo Constantini[7] iunioris anno Antonius monachus transiit centesimo quinto aetatis anno[8]. Beatissimus Helarius[a. 9] Pictavinsis[b] episcopus suasu[c] hereticorum exilio[d] deputatur, ibique libros[e] pro fide catholica[10] scribens, Constantio misit; qui quarto exilii anno eum absolvi iubens, ad propria redire permisit.

39. Tunc iam et lumen nostrum exoritur, novisque lampadum radiis Gallia perlustratur[a], hoc est eo tempore beatissimus Martinus in Gallias[b] praedicare exorsus est, qui Christum, Dei filium, per multa miracula verum Deum in populis declarans, gentilium incredulitatem avertit[c]. Hic enim fana distruxit[d], heresem[e] oppraessit[f], eclesias aedificavit et, cum aliis multis vertutibus[g] refulgeret[h], ad consummandum laudes[i] suae titulum[k] tres mortuos vitae[l] restituit. Quarto[m] Valentiniani et Valentis anno[11] sanctus Helarius[n] apud Pictavus[o], plenus sanctitate et fide, multis virtutibus aeditus[p], migravit ad caelos; nam et ipsi[q] legitur mortuos suscitasse[12].

Capp. 36—38. *A* 1. *C* 1. 3—7. *D*. *Cap.* 39. *A* 1. *B* 1. 5. *C* 1. 3. 4. 6. 7. *D*.

Cap. 36. a) optinuit *A* 1. b) filiciter *D* 5, *corr.* c) Dioclitiani *A* 1; Diocletiano *D* 5, *corr.* Diocletiani. d) infimis tamen *D* 5. e) *ita* *C* 1; vicesimo *rel.* f) filiom *C* 1, *corr.* g) calente *A* 1. *D* 5. h) Elenae *A* 1. i) *deest* *A* 1. *D* 5. k) Ieronimus *A* 1. l) *ita* *C* 1; conscripsisse *rel.*

Cap. 37. a) Niebenus *A* 1. *D* 5; *corr. add. in* *C* 1: episcopus. b) Treverum *A* 1.

Cap. 38. *Antecedenti iungitur* *D* 2. 5. a) Ylarius *A* 1; Hilarius *D* 5. b) Pictavensis *A* 1. *D* 5. c) *pro hac voce exhibet* *A* 1: subea sub. d) deputatur exilio *A* 1. e) librum *D* 5.

Cap. 39. *deest* *C* 5. a) prelustratur *C* 1. b) Galliis *A* 1. c) evertit *C* 1. d) destruxit *A* 1. e) heresim *A* 1. *B* 5. f) oppressit *A* 1. *C* 1; obpressit *B* 5. g) virtutibus *A* 1. *B* 5. *C* 1. h) re *litterae a corr. add.* *C* 1. i) laudis *A* 1. *B* 5. k) titolum *B* 5. l) vita *C* 1, *corr.* m) quarto — anno *antecedenti sententiae iunguntur* *A* 1. n) Ylarius *A* 1; Hilarius *C* 1. o) Pictavis *A* 1; Pectavus *B* 5; Pectavius *C* 1, *rad. corr.* p) editus *A* 1. q) ipse *A* 1. *C* 1.

1) *Cf. Hieronym. Chron. p.* 189. *post numeros persecutionis Diocletianae:* Pax nostris a Constantino reddita. 2) *Hodie Stein-am-Anger in Ungaria.* 3) *Cf. Sidon. Apoll. Epp. V,* 8: iisdem fere temporibus extinxerat coniugem Faustam calore balnei, filium Crispum frigore veneni. 4) *Cf. Hieronym. Chron. l. c. p.* 192 *d.* 5) *Immo Constantii. Cf. Hieronym. Chron. l. c. p.* 193, *d:* Iacobus Nisibenus episcopus agnoscitur, ad cuius preces saepe urbs discrimine liberata est. 6) *Cf. Hieronym. Chr. l. c. p.* 193 *p.* 7) *Falso; nam Constantinus II. iam quarto regni sui anno interfectus est.* 8) *Haec Gregorius sumpsit ex Hieronym. Chron. l. c. p.* 195 *i.* 9) *Cf. Hieronym. Chron. l. c. p.* 195 *k. x.* 10) *Libri 'De Trinitate' intelligendi sunt, quibus ipse, ut videtur, titulum praefixit:* De fide; *cf. Ebert, 'Gesch. der christl. Lat. Liter.' I, p.* 129. 11) *Cf. Hieronym. Chron. l. c. p.* 197 *h.* 12) *Mortuum infantem ab eo suscitatum Fortunatus in eius Vita libro I, c.* 12 *refert. R.*

40. Melania[1] vero matrona nobilis et incula[a] urbis Romanae Hierusolimis[b] ob devotionem abiit, Urbano[c] filio Romae relecto[d]. Quae ita se in cuncta bonitate ac sanctitate omnibus praebuit, ut Thecla[e] vocatur[f] ab incolis.

41. Post mortem autem Valentiniani Valens integri[a] successor imperii, monachus[b] ad militiam[c] cogi iobet[d], nolentes fustibus praecipit[e] verberari[f, 2]. Post[3] haec bellum saevissimum in Tharatia[g] Romani gessire[h], in quo tanta stragis[i] fuit, ut Romani, amisso equorum[k] praesidio, pedebus[l] fugirent. Cumque a Gotis internitione[m] maxima caederentur[n], et Valens sagitta fugiret[o] sauciatus, parvum tugurium adgressus[p], inminentibus hostibus, super se incensam casulam, optatam[q] caruit sepulturam. Sicque ultio divina ob sanctorum[r] effuso[s] sanguinem[t] tandem emissa processit. Hucusque[u] Hieronimus[v]; ab hoc vero[w] tempore Horosius[x] presbiter plus scripsit.

42. Igitur[4] cum Gratianus imperator distitutam[a] cernerit[b] esse rem publicam, Theodosio[c] collegam imperii facit. Hic Theodosius[d] omnem spem suam atque fiduciam[e] in Dei misericordiam[f] ponit; qui multas gentes non tam gladio quam vigiliis et oratione conpescuit, rem publicam confirmavit, Constantinopuli[g] urbem victor ingressus est.

43. Maximus[5] vero cum per[a] tyrannidem oppraessis[b] Brittannis sumsisset[c] victuriam[d], a militibus imperator creatus est. In urbe Treverica[e] sedem instituens, Gratianum imperatorem circumventum dolis interfecit[f]. Ad hunc[g] beatus Martinus iam[h] episcopus venit. In loco ergo Gratiani Theodosius[i] ille, qui totam spem in Deum posuerat, totum[k] suscepit[l] imperium. Qui deinceps divinis affatibus[m] fretus, Maximum[n] spoliatum imperio interfecit[o].

44. Apud Arvernis[a] vero primus episcopus[b] post Stremonium[c] episcopum praedicatoremque Urbicus fuit, ex senatoribus conversus, uxorem habens, quae iuxta[d] con-

Capp. 40—43. *A* 1. *B* 1. 5. *C* 1. 3—7. *D*. *Cap.* 44. *A* 1. *D*.

Cap. 40. a) incola *A* 1. *B* 5. *C* 1. b) Ierusolimis *A* 1. c) Orbano *C* 1, *corr.* d) relicto *A* 1. *B* 5. *C* 1. e) Tecla *A* 1. *C* 1. f) vocaretur *A* 1. *B* 5. *C* 1.

Cap. 41. *novum caput non indicatur in C* 3. a) interi *A* 1. b) monachos *A* 1. *B* 5. *C* 1. c) miliciam *B* 5. d) iubet *A* 1. *B* 5. *C* 1. e) precepit *A* 1. *C* 1. f) verberare *C* 1. g) Tracias *A* 1; Tharacia *B* 5; Thracia *C* 1. h) gessere *B* 5. *C* 1. i) strages *A* 1. *B* 5. k) aequorum *C* 1. l) pedibus *A* 1. *B* 5. *C* 1. m) internicione *A* 1. *C* 1. n) ceder. *B* 5. o) fugeret *C* 1. p) ingressus *A* 1. *B* 5. q) optata — sepultura *A* 1. r) sacrum *A* 1. s) effusum *A* 1; effusione *B* 5; effusio *C* 1, *corr.* t) sanguine *B* 5. *C* 1. u) *ab hac voce novum in C* 1 *exoritur caput; in A* 1 *verba* hucusque — scripsit *rubro scripta sunt colore.* v) Ieronimus *A* 1. w) quoque *C* 1. x) Orosius *A* 1.

Cap. 42. *novum caput non indicatur in C* 3. a) destructam *A* 1. b) cerneret *A* 1. *B* 5. *C* 1. c) Theodosium *A* 1; Theudosio *C* 1. d) Theudosius *C* 1. e) fiduciam *A* 1. *B* 5. *C* 1. f) misericordia *A* 1. g) Constantinopolim *A* 1. *B* 5; Constantinopoli *C* 1.

Cap. 43. a) pro *C* 1, *corr.* b) oppraessus *B* 1, *rad. corr.;* obpressis *B* 5; oppressis *A* 1. *C* 1. c) sumpsisset *A* 1. *C* 1; sumpsit *B* 5. d) victoriam *A* 1. *B* 5. *C* 1. e) Triverica *C* 1. f) interficit *A* 1. *C* 1. g) hunc Maximum *A* 1 *et e corr. C* 1. h) *deest B* 1. *C* 1. i) Theudosius *C* 1. k) tantum *C* 1, *corr.* l) suscipit *A* 1. m) divinis a fratribus *B* 1. n) Maximus *C* 1, *corr.* o) interficit *C* 1.

Cap. 44. *in C* 5 *hoc loco liber primus desinit, omissis cap.* 44—48, *clausula addita, quam v. p.* 56, *l.* 46. a) Arvernum *D* 5. b) primus episcopus *post* praedicatoremque *leguntur D* 5. c) Austremonium *D* 5. d) iusta *D* 5.

1) *Totum caput ex Hieronym. Chron. l. c. p.* 198 *f fluxit. Ibi haec leguntur:* unico praetore tunc urbano filio derelicto, *quae Gregorius male intellexit.* 2) *Cf. Hieronym. Chron. l. c. p.* 198 *m. Edictum imperatoris habetur in Cod. Iustin. X, tit.* 31, *l.* 26. 3) *Quae sequuntur in Hieronym. Chron. l. c.* 199 *a invenies.* 4) *Hoc caput ex Orosii lib. VII, c.* 34. *fluxit.* 5) *Cf. Orosii lib. VII, c.* 34. 35.

suetudinem ecclesiasticam remota a consortio sacerdotis, religiose vivebat. Vacabant enim ambo orationem[a], elemosinis atque operibus bonis. Cumque haec agerent, libor[b] inimici, quae[c] semper est aemula sanctitate[d], commovetur in faemina; quam in concupiscentiam viri succendens, novam Evam effecit. Nam succensa mulier a libidine, operta peccati tenebris, pergit ad domum ecclesiae per tenebras noctis. Cumque obserata omnia repperisset, pulsare fores aecclesiasticae domus coepit hac[e] voce[f] huiusmodi dare: 'Quousque[g] sacerdos dormis? Quousque hostia[h] clausa non reseras? Cur satellitem spernes[i]? Cur obduratis auribus Pauli praecepta non audis? Scripsit enim: *Revertimini ad alterutrum, ne temptet vos Satanas.* Ecce ego ad te revertor, nec ad 1 Cor. 7, 5. extraneum sed ad proprium vas recurro'. Haec et his similia diu[k] declamanti, tandem sacerdotis tepiscit religio. Iubet eam cubiculo intromitti, ususque[l] concubitum[m] eius, discedere iubet. Dehinc tardius ad se reversus et de perpetrato scelere condolens, acturus poenitentiam, diocesis suae monasterium appetit[n], ibique cum gemitu ac lacrimis quae commiserat diluens, ad urbem propriam est reversus. Qui, inpleto vitae[o] cursu, migravit a saeculo. Nata est enim filia ab hoc conceptu, quae in religione permansit. Ipse quoque sacerdos cum coniuge et filia in cripta Cantabennensi[p, 1] iuxta aggerem[q] publicum est sepultus. In cuius loco Legonus episcopus subrogatur.

45. Quo defuncto, sanctus Hillidius successit, vir eximiae sanctitatis ac praeclarae virtutis, qui in tanta sanctitate emicuit, ut fama eius etiam extraneos fines adiret. Unde factum est, ut imperatoris Treverici[2] filiam expetitus ab spiritu inmundo curaret[a], quod in libro illo, quem de eius vita conscripsimus[3], memoravimus. Fuit autem, ut fama refert, valde senex et plenus dierum plenusque bonis operibus[b]; qui felici consummatione vitae huius perfunctus[c] tramitem[d], migravit ad Dominum[e], sepultusque in cripta suburbano[f] civitatis illius. Habuit autem et archidiaconum nomine et merito Iustum; qui et cursum vitae bonis consumans operibus, magistri tumulo sociatur. Iam vero post transitum beati Illidii confessoris ad gloriosum eius sepulcrum tantae virtutes[g] apparent, ut nec[h] scribi integre queant nec memoria[i] retineri. Huic sanctus Nepotianus successit.

46. Igitur apud Arvernus[a] sanctus Nepotianus quartus habebatur episcopus. A Treveris vero ligati[b] in Spaniam[c] mittebantur, ex quibus Arthemius[d] quidam ammirabilis sapientiae atque pulchritudinis et prima aetate florens, vi febrium est correptus. Praecedentibus vero aliis, hic apud Arvernus[a] aegrotus relinquitur; nam eo tempore apud Treverus[e] sponsali erat vinculo nexus. A sancto autem Nepotiano visitatus atque oleo sancto perunctus, tribuente Domino, redditur sanitati. Qui cum ab eodem sancto verbum praedicationis accepisset, oblitus tam sponsam terrenam quam facultates proprias, sanctae copulatur ecclesiae, factusque clericus, in tanta praelatus est sanctitate, ut beato Nepotiano successor exsisteret ad regendas dominici[f] gregis caulas.

Capp. 44—46. *A* 1. *D*.

Cap. 44. a) orationi *D* 5. b) livor *D* 5. c) qui *D* 5. d) sanctitati *D* 5. e) ac *D* 5. f) voces *D* 5. g) quousque — dormis *des. A* 1. h) ostia *D* 5. i) spernis *D* 5. k) *deest A* 1. l) usque *D* 5. m) concubitu *D* 5. n) expetit *D* 5. o) cursu vitae *D* 5. p) Cantabenensi *D* 1; Cantobennensi *D* 5. q) agerem *A* 1.

Cap. 45. a) liberaret *D* 1. b) *sic corr. ex* bonas operis *D* 5. c) perfectus *D* 5. d) *deest D* 5. e) Christum *D* 5. f) in suburbanio *D* 5 *e corr.* g) virtutis *D* 5, *corr.* h) ne *D* 5, *corr.* i) memoriae *D* 5.

Cap. 46. a) Arvernum *D* 5. b) legati *D* 5. c) Hispaniam *D* 5. d) Artemius *D* 5. e) Treveris *D* 5. f) gregis dominici *D* 5.

1) *Chantoin, praesidium urbis Clermont: cf. Longnon p.* 497. 2) *Maximi.* 3) *Vitae Patrum c.* 2.

47. Per idem tempus Iniuriosus quidam de senatoribus Arvernis cum magnis opibus[a] similem sibi in coniugio puellam expetiit, datumque[b] arrabone[c], diem statuit nuptiarum. Erat autem uterque unicus patri. Adveniente vero die, celebrata sollemnitate[d] nuptiarum, in uno strato ex more locantur. Sed puella graviter contristata, aversa ad parietem, amarissime flebat. Cui ille: 'Quid', inquid, 'turbaris? Indica, quaeso, mihi'. Illaque[e] silente, adiecit[f]: 'Obsecro te per Iesum Christum, filium Dei, ut mihi quid doleas sapienter exponas'. Tunc illa conversa ad eum ait: 'Si omnibus diebus vitae meae plangam, nunquid tantae erunt lacrymae, ut queant abluere[g] tam inmensum pectoris mei dolorem. Statueram enim, ut corpusculum meum inmaculatum Christo a virili tactu servarem, sed vae mihi! qui taliter ab eo relicta sum, ut quod obtabam[h] perficere non valerem et quod ab initio aetatis meae servavi in hac[i] novissima die, quam videre non debueram, perdidi[k]. Ecce enim relicta ab inmortali[l] Christo, qui mihi dotem promittebat[m] paradysus[n], mortalis hominis sum sortita consortium; et pro rosis inmarcescibilibus[o] arentium me rosarum non ornat[p] sed deformat spolia. Et cum debui super quadrifluo Agni flumine puritatis stolam induere, haec mihi vestis honos[q] exhibuit, non honorem. Sed quid amplius verba protrahimus? Infelix ego, quae[r] debui sorte mereri polos, hodie dimergar[s] in abyssos. O, si mihi[t] haec futura erant, quare non dies vitae meae ipse fuit finis, qui fuit initium! O, si ante introissem mortis ianuam, quam lactis acciperem alimenta! O, si nutricum[u] mihi dulcium oscula in funere fuissent expensa! Horrent enim mihi terrenae species, quia pro mundi vita transfixas[v] manus[w] suspicio Redemptoris. Nec cerno diademas gemmis insignibus coruscantes[x], cum illam spineam miror mente coronam. Respuo longe lateque diffusa spatia terrae tuae, quia amaenitate[y] concupisco paradiso[z]. Horrent tua[a] solaria, cum Dominum resedentem[b] suspicio super astra'. Talia cum magno fletu iactanti[c] commotus pietate iuvenis ait: 'Unicos[d] nos nobilissimi Arvernorum habuere parentes et ad propagandam generationem coniungere voluerunt, ne recedentibus de mundo succederet[e] heres[f] extraneus'. Cui illa: 'Nihil est mundus, nihil sunt divitiae, nihil est pompa saeculi huius, nihil est vita ipsa quam fruemur[g], sed illa magis vita quaerenda est, quae morte[h] terminante non clauditur, quae labe ulla non solvitur nec aliquo occasu finitur, ubi homo in beatitudine aeterna permanet, lucem[i] non occidente vivit et, quod maius est his omnibus, ipsius Domini praesentiam iugi perfruens contemplatione, in angelico translatus statu, indissolubili laetitia gaudet'. Ad haec ille[k]: 'Dulcissimis', inquid, 'eloquiis[l] tuis aeterna mihi vita tanquam magnum iubar inluxit, et ideo, si vis a carnali abstinere concupiscentiam[m], particeps tuae mentis efficiar'. Illa respondit: 'Difficile[n] est sexum virilem mulieribus ista praestare. Tamen, si feceris, ut inmaculati permaneamus in saeculo, ego tibi partem tribuam dotis[o] quam promissam a[p] sponso domino meo Iesu Christo habeo, cui me et famulam devovi esse et sponsam'. Tunc ille armatus crucis vexillo[q] ait: 'Faciam[r] quae hortaris[s]'. Et datis inter se dextris, quieverunt, multos postea in-

Cap. 47. *A* 1. *D*. β.

Cap. 47. *Exstat in cod. bibl. regiae Berolinensis, Lat. theol. fol.* 355, *ubi fol.* 139. *excerpta ex Greg. leguntur inscripta:* Incipit de miraculis sanctorum quae sanctae memoriae Gregorius conscripsit. *Codicem significamus* β. a) operibus β, *corr.* b) datoque *D* 5. c) arabon β, *corr.* d) n. s. *D* 5. β. e) et illa β. f) vir *add. D* 5. β. g) queant abluere *in litura; quid prius fuerit, non elucet* β. h) optabam *D* 5. i) ac β. k) perdedi β. l) inmortale β. m) permittebat β. n) paradysum *D* 5. β. o) inmarciscibilibus β. p) ornant sed deformant *D* 5. q) onus *D* 5. β. r) qui β. s) dimergo β, *corr.:* dimergor; demergor *D* 5. t) michi *A* 1. u) mihi dultium notricum β. v) transfigas *A* 1. w) manos β. x) coruscantia *A* 1. *D* 5. y) amoenitatem *D* 5. β. z) paradisi *D* 5. β. a) tuo β, *corr.* b) residentem *D* 5. c) iactante β. d) unicus β. e) succiderit β. f) heris β. g) *sic A* 1. β; qua fruimur *D* 5 *et e corr. A* 1. h) mortem β, *corr.* i) luce *D* 5. β. k) illae β. l) aeloquiis β. m) concupiscentia *D* 5. β *et e corr. A* 1. n) difficele *D* 5. o) doctis *D* 5, *corr.* p) pr. habeo ab sp. d. m. I. C. *D* 5. β. q) vixillo β. r) faciem β, *corr.* s) ortaris *D* 5. β.

uno strato recumbentes annos, sed cum castitate laudabili[a], quod postea in eorum transitu[b] declaratum est. Nam cum, impleto certamine, puella migraret ad Christum, peracto vir funeris officio cum puellam in sepulcro[c] deponeret[d], ait: 'Gratias tibi ago, domine[e] Iesu Christe, aeterne domino deus noster, quia hunc thesaurum, sicut a te commendatum[f] accepi, ita inmaculatum pietati tuae restituo'. At[g] illa subridens: 'Quid', inquid, 'loqueris[h] quod non interrogaris?' Illamque[i] sepultam ipse non post multum tempus[k] insequitur. Porro cum utriusque sepulcrum e diversis parietibus collocatum fuisset, miraculi[l] novitas, quae eorum castitatem manifestaret, apparuit. Nam facto mane cum ad locum populi accederent[m], invenerunt sepulcra pariter, quae longe inter se distare reliquerant[n], scilicet ut, quos tenet[o] socios caelum, sepultorum[p] hic corporum non separet[q] monumentum. Hos usque hodie Duos Amantes vocitavere[r] loci incolae[s] voluerunt. Meminimus[t] de his in libro Miraculorum[1].

48. Arcadi[a] vero et Honori secundo imperii anno sanctus Martinus Turonorum[b] episcopus, plenus virtutibus et sanctitate, praebens infirmis multa beneficia, octogisimo[c] et primo aetatis suae anno[d], episcopatum[e] autem vicissimo[f] sexto, apud Condatinsem[g. 2] diocisis[h] suae vicum excedens a saeculo, filiciter[i] migravit ad Christum. Transiit autem media nocte, quae dominica[k] habebatur[l], Attico Caesarioque consolibus[m. 3]. Multi enim in eius transitum[n] psallentium audierunt in caelum[o], quod in libro virtutum eius primo plenius exposuemus[p. 4]. Nam cum primitus sanctus Dei aput[q] Condatinsem[r], ut diximus[s], vicum aegrotare coepisset[t], Pectavi[u] populi ad eius transitum sicut Toronici[v] convenerunt. Quo migrante, grandis altercatio in utroque[w] surrexit populum. Dicebant enim Pectavi[u]: 'Noster est monachus, nobis abba[x] extetit[y. 5], nos requiremus[z] commendatum. Sufficiat vobis, quod, dum esset in mundo episcopus[a], usi estis eius conloquio, participastis convivio, firmati fuistis benedictionebus[b], insuper et virtutibus iocundati. Sufficiant ergo[c] vobis ista omnia, nobis liciat[d] auferre vel cadaver exanimum[e]'. Ad haec Toronici[v] respondebant: 'Si virtutum nobis facta sufficere dicitis, scitote, quia vobiscum positus amplius est quam hic operatus. Nam, ut praemittamus[f] plurimum[g], vobis suscitavit duos mortuos, nobis unum[6]; et, ut ipse[h] saepe[i] dicebat[k. 7], maior ei virtus ante episcopatum fuit[l], quam post episcopatum. Ergo necesse

Cap. 47. *A* 1. *D*. β. *Cap.* 48. *A* 1. *B* 1. 5. *C* 1. 3. 4. 6. 7. *D*.

Cap. 47. a) laudabile β. b) transitum β. c) sepulchro *D* 5. β, *et sic deinceps*. d) deponerit β. e) d. I. C. *des.* *D* 5. β. f) est *add.* *A* 1. g) ad haec *D* 5. β. h) loquaeris β. i) illaque sepulta *D* 5. k) *deest* *D* 5. β. l) miraculum β, *corr.* m) accederint β. n) reliquaerant β. o) tenit β. p) sepulchrum β. q) separit β. r) vocitare *D* 5. s) inculae β. t) memini β.

Cap. 48. *deest caput* *C* 5. a) Archadio — Honorio *A* 1. *C* 3; Arcadii — Honorii *B* 5. b) Toronorum *B* 5. c) octogesimo *A* 1; octuaginsimo *B* 5; octogensimo *C* 1. d) annum *B* 5. e) episcopatus *A* 1. f) vicesimo *A* 1; vicinsimo *B* 5; vicensimo *C* 1. g) Condatensem *A* 1. *B* 5; Condatentem *corr.* Condatensem *C* 1. h) diocesis *A* 1. *C* 1; diocis *B* 5. i) feliciter *A* 1. *C* 1. k) domineca *B* 5. l) habetur *B* 5. m) consulibus *A* 1. *C* 1. n) transitu *A* 1. o) caelo *A* 1; *add.* *C* 1: chorus. p) exposuimus *A* 1. *B* 5. *C* 1. q) apud *A* 1. *B* 5. *C* 1. r) Condatensem *A* 1. *B* 5. *C* 1. s) diximus *A* 1. *B* 5. *C* 1. t) caepisset *C* 1. u) Pictavi *A* 1. *C* 1. v) Turonici *A* 1. w) utrumque *A* 1. *B* 5. *C* 1. x) abbas *A* 1. y) extitit *A* 1. *B* 5; exstitit *C* 1. z) requirimus *A* 1. *B* 5. a) *deest* *A* 1; xps *B* 1; episcopum *B* 5. b) benedictionibus *A* 1. *B* 5. *C* 1. c) *deest* *A* 1. d) liceat *A* 1. *B* 5. *C* 1. e) exanime *A* 1; exanimem *B* 5. f) praetermittamus *A* 1. g) plurima *A* 1. *B* 5. *C* 1. h) ipsi *B* 5. i) sepe *B* 5. *C* 1. k) dicebant *B* 1, *rad. corr.* l) *deest* *A* 1; fuit quam fuit *C* 1, *corr. subpungendo.*

1) *i. e. De Gloria confessorum c.* 22. *Scholasticam puellam nominatam fuisse, tradunt.*
2) *Candes (dép. Indre-et-Loire).* 3) *i. e. a.* 397. 4) *De Miraculis S. Martini lib. I, c.* 4. 5.
5) *In monasterio Locociagense (Ligugé, dép. Vienne) videlicet. Cf. Mirac. S. Martini IV, c.* 30.
6) *Cf. Vitam S. Martini a Sulpicio Severo conscriptam c.* 5. *et* 6, *et eiusdem Dialogum II, c.* 3.
7) *Cf. Sulpicii Severi Dialog. II, c.* 5.

est, ut quod nobiscum non inplevit[a] vivens, expleat vel defunctus. Vobis est enim ablatus[b], nobis a Deo donatus. Virum[c] si[d] mus antiquitus institutus servatur[e], in urbe qua ordenatus[f] est habebat[g] Deo iubente[h] sepulchrum. Certe si pro monasthirii[i] privilegio[k] cupitis[l] vindecare[m], scetote[n], quia primum ei monasthirium[o] cum Mediolaninsibus[p·1] fuit'. His ergo litigantibus, sol[q] ruente nox clauditur, corpusque in medio positum, firmatis serra[r] usteis[s], ab utroque populo costoditur[t], futurum ut mane facto a Pectavensibus[u] per violentiam auferretur[v]. Sed Deus omnipotens noluit urbem Toronicam a proprio frustrari[w] patrono. Denique nocte media omnes[x] Pectava[y] somno[z] falanga[a] conpraemitur[b], nec ullus superfuit, qui ex hac[c] multitudine vigilaret. Igitur ubi Toronici eos conspiciunt obdormisse, adpraehensam[d] sanctissimi[e] corporis glebam, alii per fenestram eiciunt, alii a foris suscipiunt[f], positumque[g] in navi[h], cum omni populo per Vingennam[i·2] fluvium discendunt[k], ingressique Legeris[l] alveum, ad urbem Toronicam cum magnis laudibus psallentioque[m] dirigunt copioso[n]. De quorum vocibus Pectavi[o] expergefacti, nihil de thesauro quem costodiebant[p] habentes, cum magna confusione ad propria sunt reversi. Quod si quis requiret[q], cur[r] post transitum Gatiani[s] episcopi unus tantum, id est Litorius[t], usque ad sanctum Martinum fuisset[u] episcopus, noverit, quia, obsistentibus paganis, diu civitas[v] Toronica sine benedictione sacerdotale[w] fuit. Nam qui christiani eo tempore videbantur[x], occultae[y] et per latebras divinum offitium[z] celebrabant[a]. Nam si[b] qui a paganis repperti[c] fuissent christiani, aut adficiebantur[d] verberibus aut gladio truncabantur.

A passione ergo Domini usque[e] transitum sancti Martini anni 412.[3] conpotantur[f].

EXPLICIT LIBER PRIMUS CONTINENS ANNOS 5597.[g] QUI CONPOTATUR[h] A[i] PRINCIPIO[k] USQUE AD[l] TRANSITUM[m] SANCTI MARTINI EPISCOPI[n].

Cap. 48. *A* 1. *B* 1. 5. *C* 1. 3. 4. 6. 7. *D*.

Cap. 48. a) implevit *B* 5. *C* 1. b) abbatus *B* 1, *corr.* c) verum *A* 1. *B* 5. *C* 1. d) *pro* si mus *legunt* *B* 1. 5. *C* 1: scimus; si mos *A* 1. e) servatus est *A* 1. f) ordinatus *A* 1. *B* 5. *C* 1. g) habebit *B* 5. *C* 1. h) iuvente *A* 1. i) monasterio *A* 1. *B* 5; moast̄ *C* 1. k) privilegium *A* 1. l) cupites *B* 5. m) vindicare *A* 1. *B* 5. *C* 1. n) scitote *A* 1. *B* 5. *C* 1. o) monasterium *A* 1. *B* 5. *C* 1. p) Mediolanensibus *A* 1. *B* 5. *C* 1. q) sole *A* 1; sole *C* 1 *e corr.; quid prius ibi fuerit, non elucet.* r) seras *A* 1; sero *C* 1. s) ostiumque *A* 1; ostiis *B* 5. *C* 1. t) custoditur *A* 1. *B* 5. *C* 1. u) Pictavis *A* 1; Pectaviensibus *C* 1. v) auferetur *A* 1; auferreretur *B* 5. w) frustrare *A* 1. *B* 5. *C* 1. x) omnis *A* 1. y) Pictavi *A* 1; Pectavi *C* 1. z) P. a somno *C* 1. a) falangi *super lineam add.* *A* 1. b) comprimitur *A* 1. c) *corr. add.* *C* 1. d) apprehensam *A* 1. e) sanctissimum *B* 1, *corr.* f) susiiciunt *B* 1. g) positoque *B* 5. h) nave *B* 5. *C* 1. i) Viennam *A* 1; Vincennam *B* 5. *C* 1. k) descendebant *A* 1; descendunt *C* 1. l) Ligeris *A* 1. *B* 5. *C* 1. m) psallentique *A* 1. n) copiose *A* 1; cupioso *B* 5. o) Pictavi *A* 1. p) custodiebant *A* 1. *B* 5. *C* 1. q) requirit *B* 5. r) quur *B* 5. *C* 1. s) Caciani *A* 1; Gatiani *B* 5; Cathiani *C* 1. t) Lithorius *A* 1. u) fuissit *B* 5. v) Toronica civitas *B* 5. w) sacerdotis *A* 1; sacerdotali *B* 5. x) videbatur *C* 1, *corr.* y) occulte *A* 1. *C* 1. z) officium *A* 1. *B* 5. *C* 1. a) caelebrabant *B* 5; caelebrant *C* 1. b) qui si *A* 1. c) reperti *A* 1. *B* 5. *C* 1. d) afficiebantur *A* 1. e) usque ad *A* 1. f) conputantur *A* 1. *B* 5; conputatur *C* 1. g) *sic* *B* 1. *C* 6; V̄DLXVI *A* 1; V̄DLXLVI *B* 5. *C* 3; v̄dc.lxl.VII *C* 1; VDLXVI *D* 5; continens M.D.LXVIII *ed. princeps;* V.M.D.XLVI. *Morelii editio, ut videtur, e codice Turonensi deperdito.* h) conpotatur *B* 1; conputantur *A* 1. *B* 5. *C* 1. i) *deest* *B* 1. k) mundi *add.* *B* 5. l) *deest* *B* 5. m) obitum *C* 1. n) *deest* *A* 1. *B* 5. *C* 1. — *Clausulam* *C* 3 *hoc modo exhibet:* Explicit libeber I. A principio mundi usquae ad transitum sancti Martyni computantur anni 5596; *et sic etiam* *C* 5: Explicit liber I. a principio mundi usque ad transitum sancti Martini conputantur anni 5596.

1) *Cf. Sulp. Severi V. S. Martini c.* 5. 2) *Vienne fl.* 3) *Aperte falsum! Repugnat cum ipsis Gregorii verbis, transiisse S. Martinum Attico Caesario consulibus, cum huic consulatui annus* 397. *dandus sit, ex supputatione autem a.* 412. *post Christi passionem ad a.* 445. *adducamur.*

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI SECUNDI.

1. De episcopatu Briccii.
2. De Vandalis et persecutionem[a] christianorum sub ipsis[b].
3. De Cyrola[c] hereticorum episcopum[d] et de sanctis martyribus[e].
4. De persecutionem[f] sub Athanarico[g] agitata.
5. De Aravatio episcopo et Chunis[h].
6. De basilica sancti Stefani[i] apud Metensim[k] orbem[l].
7. De uxore Aecii[m].
8. Quid de Aecio[n] historiograffi[o] scripserint[p].
9. Quid de Francis idemque dicant[q].
10. Quid de simulacris[r] gentium prophetae[s] Domini scribant.
11. De Avito imperatore.
12. De Childerico[t] rege[u] et Egidio[v].
13. De episcopatu[w] Venerandi ac Rustici Arvernis[x].
14. De episcopatu Eustochi Turonici atque Perpetui, et de basilica sancti Martini.
15. De basilica sancti Sinphoriani.
16. De Namatio episcopo et ecclesia Arverna.
17. De coniuge eius et basilica sancti Stephani.
18. Quod Childericus[y] Aurilianus[z] et Andecavo venit Odovacrius.
19. Bellum inter Saxones ac[a] Romanus.
20. De Victurio[b] duce.
21. De Eparchio episcopo.
22. De Sidonio episcopo.
23. De sanctitate Sidonii episcopi, et de iniuriis eius ultione divina moderatis.
24. De fame Burgundiae et Ecdicio[c].
25. De Euvarege[d] persecutore[e].
26. De obitu sancti Perpetui et episcopatu Volosiani ac Viri.
27. Quod Chlodovechus[f] regnum accepit.
28. Quod Chlodovechus[g] Chrodigilde[h] accepit.
29. De primo[i] eorum filio baptizato in albis defuncto[k].

Index. *A* 1. *B* 1. 5. *C* 1. 4—7. *D.*

Index capitum. Index in C 3 *totus deest. In B. C* 1 *desunt tituli* 1. 14—17. 21—23. 26. 36. 39; *in C* 4 *tituli desunt* 10. 21—23. 26. 36. 39; *loco tituli* 12. *sex alii leguntur:* XI. Quod gens Alanorum contra Valentinianum rebellarunt eosque Franci devicerunt, et pro hoc Francis decem annis tributa concessa *(ex Gestis Franc. c.* 2*).* XII. Ubi imperator *etc.; loco denique titulorum* 28—31. *sex alii habentur. In C* 5 *index post prologum legitur et desunt tituli* 1. 5. 6. 10. 11. 13. 16. 17. 21—23. *In C* 6 *desunt* 16. 17. 21—23. *In C* 7 *desunt* 10. 11. 13. 16. 17. 21—23. *D* 2 *titulos inde ab octavo decimo satis arbitrario modo mutavit, e. g.:* 18. De Childerici, Adovacrii seu Adonacrii Estagriique gestis; 19. De bello inter Saxones et Romanos *etc. In D* 3 *desunt* 14. 15. a) persecutione *A* 1. *B* 5; persequutione *C* 1. b) sub ipsis *corr. add. C* 1. c) Cirola *A* 1; Caerula *C* 1. d) episcopo *A* 1. *B* 5. *C* 1. e) marteribus *B* 5. f) persecutione *A* 1; persequutione *B* 5. *C* 1. g) Atanarico *B* 5. h) et de Chunis *A* 1. i) Stephani *A* 1. *C* 1. k) Metensem *A* 1; Mettensem *B* 5; Mittensem *C* 1. l) urbem *A* 1. *B* 5. m) Aetii *A* 1. *B* 5. *C* 1. n) Aetio *A* 1. *B* 5. *C* 1. o) historiographi *A* 1. *C* 1; historiograffo *B* 1. p) scripserunt *A* 1. q) dicantur *C* 1. r) symulacris *A* 1. s) profete *B* 5. t) Hilderico *A* 1; Hildericho *C* 1. u) regi *B* 5. v) Egydio *A* 1; Aegidio *C* 1. w) episcopato *B* 5; episcopati *C* 1. x) Arvernus *A* 1. *B* 5. y) Hilderichus *C* 1. z) Aurelianis *A* 1; Aurilianis *B* 5; Aurelianus *C* 1. a) Romanos *A* 1. *C* 1; et Romanos *B* 5. b) Victorio *A* 1. *C* 1; Victorio duci *B* 5. c) Hecdicio *A* 1; Burgundie et Hediceo *C* 1. d) de Uuarege *A* 1; de Euatrerege *C* 1. e) persequutore *C* 1. f) Hloduichus *C* 1, *sed* ichus *e corr.* g) Hlodoichus *C* 1, *sed prius* h *et* chus *e corr.* h) Chrodogilde *A* 1; Chrodegilde *B* 5; Hrodohildae *C* 1. i) filio eorum primo *B* 5. k) defuncti *C* 1.

EXPLICIUNT[s] CAPITULA.

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

Prosequentes[a] ordinem temporum, mixte[b] confusequae tam virtutes sanctorum quam strages[c] gentium memoramus. Non enim inrationabiliter[d] accipi puto, se[e] felicem[f] beatorum vitam inter miserorum memoremus excidia, cum idem non[g] facilitas scripturis[h], sed temporum series praestitit[i]. Nam sullicitus[k] lector, si inquirat strenuae[l], invenit[m] inter illas regum[n] Israheliticorum historias sub Samuhel[o] iustum[p] Fineen[q] interisse sacrilegum[r] ac sub David, quem Fortem-manu[s] dicunt, Golian[t] alophilum[u] conruisse[v]. Meminiat[w] etiam sub Heliae eximii vatis tempore, qui[x] pluvias cum[y] voluit abstulit et cum libuit arentibus terris infudit, qui viduae paupertatem oratione locopletavit[z], quantae populorum strages[a] fuere[b], quae famis[c] vel quae siccitas miseram oppraesserit[d] humum[e]; quae sub Ezechie[f] tempore, cui Deus ad vitam quindecim annos auxit, Hierusolima mala pertulerit[g]. Sed et sub Helisaeum[h] prophetam[i], qui mortuos vitae restituit et alia in populis multa[k] miracula fecit, quantae internitiones[l], quae miseriae[m] ipsum Israheliticum populum oppraesserunt[n]. Sic et Eusebius[o], Severus Hieronimusquae[p] in chronicis atque Horosius[q] et bella regum et virtutes martyrum

Prologus A 1. *B* 1. 5. *C* 1. 3—7. *D*.

a) Alamannos *A* 1. *B* 5. b) Hlodovichi *C* 1. c) Gundobaum *A* 1; Gundobaudum *C* 1. d) Godegiseli *A* 1; interitum Godeghysili *C* 1. e) Gundebadus *C* 1. f) Hlodowichus *C* 1. g) Alarichus *C* 1. h) Alaricho *C* 1. i) patriciatu *A* 1. k) Hludovichi *C* 1. l) interito *A* 1. m) Sigiberti *A* 1. *B* 5. *C* 1. n) filii *A* 1. *B* 5. *C* 1. o) Chrararici *B* 1; Ararici *C* 1. p) Regnacharii *A* 1; Ragnecharii *B* 5: Raginhari *C* 1. q) fratris *C* 1. r) Ludowichi regis *C* 1. s) *sic A* 1. *B* 5; Expl. c. *des. B* 1; Expliciunt capitula libri sequentis Georgi Florenti sive Gregorii Toronici episcopi historiarum *C* 1.

Cap. 10. a) *corr. add. C* 1. b) omnibus *C* 1, *corr.* c) formavit *A* 1. *B* 4. 5. *C* 1. d) fortutudinis *B* 1, *rad. corr.* e) tornavit *A* 1. f) immaginem *B* 2, *rad. corr.* g) speciosi *A* 1. *B* 2. 4. 5. *C* 1. h) homines *B* 4. 5. *C* 1. i) habitantes *B* 2. 4. 5. *C* 1. k) Succedit *C* 1. l) est et fecit *B* 4. 5. m) sculptile fecit *C* 1. n) *corr. add. C* 1. o) conpagnavit *B* 2. p) dissolvantur *B* 4. 5. q) tolletur *A* 1. r) incedere *A* 1. *B* 4. 5; inciderent *B* 2; incaetere *corr.* incedere *C* 1. s) alent *C* 1, *corr.* t) reliqum *B* 4. u) omnibus *C* 1, *corr.* v) in focum *corr. add. C* 1. w) *deest B* 2. x) *deest A* 1. y) obsecrans *A* 1; obsecravit *B* 2; obsegrat *B* 4. z) dicit *A* 1. a) mes es tu *B* 1, *corr.*; meus stu *B* 4. b) igne *B* 4. 5. *C* 1. c) conbusi *B* 1. *C* 1. d) per *C* 1. e) carbonis *B* 1; coxi *B* 5. f) panis *B* 1. g) carnis *B* 1. h) reliquo *A* 1; relinquum *B* 2. i) l *corr. in loco raso (videtur fuisse* d) *B* 1; indolum *C* 1, *corr. rad.* k) truncam *A* 1. l) autem *add. C* 1, *corr. expunxit.* m) Forti *C* 1, *corr.* n) mendacium *A* 1. *B* 5. *C* 1. o) Francorum generatio *A* 1. p) primus *C* 1; *eadem manu, ut videtur, corr.* q) intellexit *B* 5. r) *corr. add. B* 1.

Cap. 11. *Deest caput C* 5. 7. a) ex se nata *A* 1; senaturibus *B* 4. b) manifestum *A* 1. *B* 4. 5. *C* 1. c) cives *B* 4. 5. *C* 1. d) Arvernis *B* 1. 4. e) *sic corr. in loco raso C* 1; *quid prius fuerit, non elucet.* f) imperio *C* 1. g) luxuriose *A* 1; luxuriosae *B* 4. h) eiectus *A* 1; provectus *C* 1, *corr.* i) aput *B* 4. k) ordinatur *A* 1. *B* 4. 5. *C* 1. l) ita *C* 1, *corr.* m) primare *A* 1; privare *B* 4. 5. *C* 1. n) vellet *A* 1. *C* 1. o) basilicam *A* 1. *B* 2; basileca *B* 5. p) martyris Arverni *A* 1; martyris *B* 4. 5; martyris Arvernis *e corr.* (Arverni martyris, *ut videtur*) *C* 1. q) inpleto *B* 2. 4. r) *deest B* 1; *corr. add. C* 1. s) itinere *A* 1. *B* 4. *C* 1. t) curso *A* 1. u) dilatusque *B* 4. v) Privatensim *A* 1; Brivatensem *B* 5. *C* 1. w) *corr. in loco raso C* 1. x) pedis *B* 2. y) martyris *A* 1. *B* 5. *C* 1. z) *deest B* 4. a) Marcianus *A* 1. b) Galleis *B* 4. *C* 1; In Galliis — datus est *des. C* 4. c) Aegydius *A* 1; Aegidius *B* 4. *C* 1. d) Romanis *A* 1. *B* 4. 5, *et B* 2 *e corr.*; Romanos *C* 1.

Cap. 12. *Huius cap. loco Gestorum c.* 2. *habet C* 4. a) Hilderichus *C* 1. b) *deest B* 4. 5. c) in *add. A* 1. *B* 4. 5. d) luxuria *A* 1. *B* 4.

1) *Haec vel in parte ex Annal. Ravenn. sumpta esse videntur: cf. Holder-Egger l. c. p.* 273. 2) *Brioude.* 3) *Immo Maiorianus, levatus a.* 457, *Kal. April.*

Francorum[a] gentem[1], coepit filias eorum stuprose detrahere[b]. Illique[c] ob hoc indignantes, de regnum[d] eum[e] eieciunt[f]. Conperto autem, quod eum etiam[g] interficere[h] vellent, Thoringiam petiit, relinquens ibi[i] hominem sibi carum[2], qui virorum[k] furentium[l] animus[m] verbis linibus[n] mollire possit; dans etiam signum[o], quando redire possit in patriam; id est diviserunt simul unum aureum, et unam quidem partem secum detulit Childericus[p], aliam vero[q] amicus eius retenuit[r], dicens: 'Quando[s] quidem hanc partem tibi[t] misero, partesque[u] coniunctae[v] unum efficerent[w] solidum[x], tunc tu securo animo in patriam repedabis[y]'. Abiens ergo in Thoringiam[z], apud regem Bysinum[a. 3] uxoremque[b] eius Basinam latuit. Denique Franci, hunc eiectum, Egidium[c] sibi, quem superius magistrum militum a re publica missum diximus, unanimiter[d] regem adsciscunt. Qui cum octavo anno super eos regnaret, amicus ille fidelis[e], pacatis[f] occultae[g] Francis, nuntius[h] ad Childerico[i] cum[k] parte illa divisi solidi[l] quam retenuerat[m] misit[n]. Ille vero certa cognoscens[o] inditia[p], quod a Francis desideraretur, ipsis etiam rogantibus, a[q] Thoringia regressus, in regno suo est restitutus. His ergo regnantibus, simul Basina illa, quam supra memoravimus, relicto viro suo, ad Childericum[r] venit. Qui cum[s] sollicite interrogaret, qua de causa[t] ad eum de[u] tanta regione venisset, respondisse fertur: 'Novi[v]', inquid[w], 'utilitatem tuam, quod sis valde strinuus[x], ideoque veni, ut habitem tecum. Nam noveris, si in[y] transmarinis partibus aliquem cognovissem[z] utiliorem tibi, expetissem[a] utique[b] cohabitationem eius'. At[c] ille gaudens eam sibi in coniugium[d] copulavit[e]. Quae concipiens, peperit filium vocavitque nomen eius Chlodovechum[f]. Hic fuit magnus et pugnatur[g] egregius[h].

13. Apud[a] Arvernus vero[b] post[c] transitum sancti Artemi[d] Venerandus ex senatoribus episcopus ordenatur[e]. Qualis autem fuerat[f] hic[g] pontifex[h], testatur Paulinus[4]

Cap. 12. *A* 1. *B*. *C* 1—3. 5—7. *D*. — *Cap.* 13. *A* 1. *B*. *C* 1—3. 4. 6. *D*.

Cap. 12. a) gentem Francorum *C* 1. b) trahere *B* 3. 4. 5. c) Illi quoque *B* 3. 4. 5. d) regno *A* 1. *B* 5. *C* 1. e) eius *eadem manu, ut videtur, corr.* eum *B* 1. f) eiciunt *A* 1. *B* 2. 5. *C* 1. g) *corr. add. C* 1. h) interfecire *B* 3. 4; interfecere *B* 2. 5. i) sibi *B* 2, *corr.* k) verorum *C* 1, *corr.* l) forentium *B* 3. 4; *litterae* furenti *ab eodem scriba in loco raso B* 5. m) animos *A* 1. *B* 2. 3. 5. n) lenibus *A* 1. *B* 3. 5; libus *B* 2. o) regnum *C* 1, *ead. manu corr.* p) Hilderichus *C* 1. q) aliam ergo amicus *A* 1; aliam vero amicos *B* 3. 4; aliam vero partem amicus *B* 5. r) retinuit *A* 1. *B* 2. s) Quomodo h. *A* 1. t) partem dimisero *A* 1. u) partisque *B* 1; partesquae *B* 4. v) coniuncte *B* 2; coniuncti *C* 1, *corr.* w) efficerint *B* 5. x) soledum *B* 5. y) repedebis *B* 3. 4; repetebis *B* 5. z) Thuringam *C* 1, *corr.* Thuringiam. a) Bisinum *A* 1. *B* 3. 4. 5; Basinum *C* 1, *ead. manu corr.* Bisinum. b) uxoremquae *B* 4. c) Aegydium *A* 1. *C* 1. d) unianimiter *B* 5. *C* 1. e) fideles *B* 4. f) pacate *A* 1; pagatis *B* 2. 4. g) occulte *B* 2. *C* 1. h) nuntios *A* 1; nuncius *B* 2; nuncios *B* 5. i) Childericum *A* 1. *B* 4. 5; Hilderico *B* 2; Hilderichum *C* 1. k) *corr. add. C* 1. l) solite *A* 1; soledi *B* 4. 5. m) retinuerat *A* 1. n) mittit *A* 1. o) cognuscens *B* 4. p) indicia *A* 1. *B* 4. 5; iudicia *C* 1, *corr.* indicia. q) ad Thuringam *C* 1, *corr.* a Thuringia. r) Hilderico *C* 1. s) haec *C* 1, *corr.* t) causa ad eum veniret de tantam regionem *C* 1. u) *deest B* 3. 4. 5. v) noni *B* 2, *corr.* non. w) inquit *B* 5. *C* 1. x) strenuus *A* 1. *B* 3. 4. 5. *C* 1. y) si ultramarinis *C* 1. z) cognovissim *B* 1. 2. a) expetissim *B* 1. b) *corr. add. C* 1. c) Ad *B* 4. d) coniugio *A* 1. *B* 3. 4. 5; coniungio *B* 2; in coniugium sibi eam *C* 1. e) copolavit *B* 3. 4. 5. f) Chlodovecum *B* 2; Hludovicho *C* 1. g) pugnator *B* 5. *C* 1. h) aegregius *B* 4.

Cap. 13. *Hoc caput deest C* 5. *In C* 4 *sequuntur Gestorum regum Francorum capp.* 3—7, *post vero Gregorii capp.* 13—15. *numeris* 17—19. *insignita.* a) aput *B* 4. b) *deest A* 1. c) per *A* 1. d) Arthemii *A* 1; Artemii *B* 5. *C* 1. e) ordinatur *A* 1. *B* 4. 5; ordinetur *C* 1. f) fuerit *A* 1. *B* 4. 5. *C* 1. g) *deest B* 4. 5. h) pontefex *B* 5.

1) *Regnum Childerici ab a.* 457. *usque ad a.* 481. *computant. — De ratione relationis Gregorianae recte disseruit v. b. m. Iunghans, 'Gesch. der fränk. Könige Childerich u. Chlodovech', Gottingae* 1857, *p.* 9—12. 2) *A Fredegario lib. III, c.* 11. *et in Gestis Franc. c.* 6. *Wiomadus appellatur.* 3) *Bassinus rex Thoringiae teste Venantio Fortunato (Vita S. Radegundis; Bouq. III, p.* 456*) avus Radegundis erat.* 4) *Quis fuerit, ignoratur.*

dicens: *Si enim hodie videas dignos*[a] *Domino sacerdotes, vel Exsuperium*[b] *Tholosae*[c], *vel Simplicium*[d] *Viennae*[e], *vel Amando*[f] *Burdigale*[g], *vel Diogenianum*[h] *Albigae*[i], *vel Dinamium Ecolisnae*[k], *vel Venerandum Arvernus*[l], *vel Alithium*[m] *Cadurcis, vel nunc Pegasium Petrocoris*[n], *utcumque se habent*[o] *saeculi mala, videbis profectu*[p] *dignissimus*[q] *totius fidei*[r] *relegionesque*[s] *custodes*[t]. Hic in ipsa dominici[u] natalis vigilia[v] transisse[w] refertur[x]. Mane autem facto, processio solemnitates[y] funeris eius obsequium fuit. Post cuius obitum foeda[z] apud[a] civis[b] pro episcopatu[c] intentio vertebatur[d]. Cumque[e] partes inter se divisae[f] alium aliumque[g] eregere[h] vellent, magna seditio[i] erat populi[k]. Resedentibus tamen[l] episcopis[m] die dominico[n], mulier quaedam velata atque devota Deo audenter ad eos ingreditur, qui[o] ait: 'Audite me, sacerdotes[p] Domini! Scitote[q] enim, quod non est[r] in his bene placitum Deo, quos hi[s] ad sacerdotium elegerunt. Ecce enim Dominus hodie ipsi[t] sibi providebit[u] anstestitem[v]. Itaque nolite conturbare neque conlidere[w] populum[x], sed pacientes[y] estote[z] parumper! Dominus enim nunc[a] diriget[b], qui regat ecclesiam[c] hanc'. His itaque mirantibus haec verba, subito Rusticus nomine[d], qui erat ex ipsa urbis Arvernae[e] diocese[f] presbiter, advenit. Ipsi[g] enim[h] iam mulieri per[i] visionem[k] fuerat indicatus[l]. Quo viso[m], ait: 'En ipsum quem elegit Dominus! Ecce qualem vobis pontificem[n] distinavit[o]! Hic ordenetur[p] episcopus!' Haec ea[q] loquente, omnis[r] populus, cuncta intentione postposita, clamavit, dignum ac[s] iustum esse. Qui in cathedra positus, septimus in eodem loco pontificatus[t] honorem[u], populo gaudente, suscepit[v].

14. Apud urbem vero Turonicam, defuncto[a] Eustochio episcopo septimo decimo sacerdotii sui anno, quintus post beatum Martinum Perpetuus ordinatur. Qui cum virtutes assiduas ad sepulcrum eius fieri cerneret, cellulam, quae super eum fabricata fuerat, videns parvulam, indignam talibus miraculis iudicavit. Qua submota, magnam ibi basilicam, quae usque hodie permanet, fabricavit[1], quae habetur a civitate passus 550.

Cap. 13. *A* 1. *B*. *C* 1—3. 6. 7. *D*. *Cap.* 14. *A* 1. *C* 2. 5—7. *D*.

Cap. 13. a) dignus *B* 2. b) Exuperium *A* 1. c) Thelosae *A* 1; Tolosae *B* 5. d) Simplitium *B* 2. 4. e) Vienne *B* 4. f) Amiandum *A* 1; Amandum *C* 1. g) Burdegalae *A* 1; Burdegale *B* 2. 4. 5. h) Genianum *A* 1. i) Albivae *A* 1. k) Ecolisne *A* 1; Egolisnae *B* 4. l) Arvernis *A* 1. m) Alaetium *C* 1. n) Petrochoriis *A* 1; Petrocorius *B* 5. o) arent *A* 1. p) profecto *A* 1. *B* 3. 4. 5. *C* 1. q) dignissimos *A* 1. *B* 5. *C* 1. r) fidaei *C* 1, *corr.* s) religionisque *A* 1. *B* 5; relegionisque *B* 2; religionesque *B* 3; relegionis quae *B* 4; f. religionisque fidaei *C* 1. t) costodes *B* 2; custodis *C* 1. u) *deest* *B* 1. *C* 1; *corr. add.* *C* 1. v) vigiliat *B* 2; vigiliae *C* 1. w) transgressisisse *B* 2, *rad. corr.* x) fertur *B* 1. y) sollemnitatis *A* 1. *B* 5. *C* 1; solemnitatis *B* 2; solempnitatis *B* 3. 4. z) faeda *C* 1. a) aput *B* 3. 4. b) cives *A* 1. *B* 3. 4. 5. *C* 1. c) episcopato *B* 5. *C* 1. d) vertibatur *B* 3. 4. e) Cum *C* 1. f) diversae *B* 4. g) aliumquae *B* 4. h) erigere *A* 1; egredere *B* 3. 5; elegere *C* 1. i) velint magno consilio *A* 1; consilio *B* 3. 4; conlisio *B* 5. k) populis *A* 1. *B* 3. 4. 5. l) *deest* *C* 1. m) episcopos *B* 3. n) dominica *A* 1. *C* 1; domineca *B* 5. o) quae *A* 1. *C* 1. p) sacerdotis *B* 4. q) Scito *B* 4. r) non in his bene placitum est Deo *B* 4. 5. s) hii *B* 3. 4. 5; hic *C* 1. t) ipse *A* 1. *B* 4. 5. *C* 1. u) providebat *A* 1. v) antistitem *A* 1. w) collidere *A* 1; conlaedere *corr.* conledere *C* 1. x) populum meum *B* 2. y) patientes *A* 1. *B* 5. *C* 1; patientis *B* 2. z) stote *B* 4. a) *deest* *A* 1; nun *B* 2. b) dirigit *A* 1. c) eclesiam *B* 5. d) nomen *C* 1, *corr.* e) Arverne *B* 2. 4; Arvernis *C* 1. f) diocesae *A* 1; diocise *B* 5; diocoese *C* 1. g) Ipse *A* 1. *B* 3. 4. 5. h) Ipsi per mulieri per *B* 2; muliere *B* 3. 4. 5. *C* 1. i) pro *B* 4. k) visionem quo fuerat *A* 1. l) indecatus *B* 1. *C* 1. m) visu *B* 5. n) ponteficem *B* 1; pontefecem *B* 5. o) destinavit *A* 1. p) ordinetur *A* 1. *B* 3. 4. *C* 1. q) Haecce loquente *B* 2. r) omnes populos *B* 3. 4. 5. s) et *C* 1. t) ponteficatus *B* 1; pontifecatus *B* 5. u) honore *B* 3. 5. v) suscipit *B* 3. 4.

Cap 14. *Deest hoc caput B. C* 1. 2. 3; *alia manu in schedula adnexa postea suppletum C* 2. *In C* 4 *loco eius Gestorum cap.* 5. *legitur.* a) autem *add.* *A* 1.

1) *Circa a.* 472. *De hoc capite I. Quicherat, 'Restitution de la basilique de Saint-Martin*

Habet in longum pedes 160[a], in lato 60, habet in alto usque ad cameram pedes 45; fenestras in altario 32, in capso 20; columnas 41; in toto aedificio fenestras 52; columnas 120; ostia 8, tria in altario, quinque in capso. Sollempnitas enim ipsius basilicae triplici virtute pollet: id est dedicatione templi, translatione corporis sancti vel ordinatione[b] eius episcopati[c]. Hanc enim 4. Nonas Iulias observabis[d]; depositionem vero eius 3. Idus Novembris[e] esse cognoscas. Quod si fideliter celebraveris, et in praesenti saeculo et in futuro patrocinia beati antistitis promereberis. Et quoniam camera cellulae illius prioris eleganti opere fuerat fabricata, indignum duxit sacerdos, ut opera eius deperirent[f], sed in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli aliam construxit basilicam, in qua cameram illam adfixit. Multas et alias basilicas aedificavit, quae usque hodie in Christi nomine constant.

15. Eo tempore et basilica beati Simphoriani Agustidunensis[a] martiris ab Eufronio[b] presbitero aedificata est. Et ipse Eufronius huius deinceps urbis episcopatum[c] sortitus est[1]. Hic enim marmorem, qui[d] super sanctum sepulcrum beati Martini habetur, cum grandi devotione transmisit.

16. Sanctus vero Namatius post obitum Rustici episcopi apud Arvernus in diebus illis octavus erat episcopus. Hic ecclesiam, qui nunc constat et senior intra murus civitatis habetur, suo studio fabricavit, habentem in longo pedes 150, in lato pedes 60, id est infra capso, in alto[a] usque cameram pedes 50, inante absidam rotundam habens, ab utroque latere ascellas eleganti constructas opere; totumque aedificium in modum crucis habetur expositum. Habet fenestras 42, columpnas 70[b], ostia 8. Terror namque ibidem Dei et claritas magna conspicitur, et vere plerumque inibi odor suavissimus aromatum quasi advenire a religiosis sentitur. Parietes ad altarium opere sarsurio ex multa marmorum genera exornatos habet. Exactum ergo in duodecimo anno beatus pontifex edificium, Bononiae civitatem Italiae sacerdotes dirigit, ut ei reliquias sanctorum Agricolae et Vitalis exhibeant, quos pro nomine Christi dei nostri manifestissime crucifixos esse cognovimus[2].

17. Cuius coniux basilicam sancti Stephani suburbano murorum aedificavit. Quam cum fucis colorum adornare velit, tenebat librum in sinum suum, legens historias actionis antiquas[a], pictoribus indicans[b], quae in parietibus fingere deberent. Factum est autem quadam die, ut, sedente ea in basilica ac legente, adveniret quidam pauper ad orationem, et adspiciens eam in veste nigra, senio iam provecta, putavit esse unam de

Capp. 14. 15. *A* 1. *C* 2. 5—7. *D*. *Capp.* 16. 17. *A* 1. *D*.

Cap. 14. a) CLV *C* 2. 5. 6. b) vel ordinationis *D* 5, *alia manu* vel *expunctum et* ordinatione *corr.* c) episcopatus *C* 2. 6. *D* 5. d) observamus *A* 1. e) Novenbris *D* 5. f) deperiret *A* 1.

Cap. 15. *Hoc caput deest B. C* 1. 2. 3; *in C* 2 *alia manu suppletum est*; *loco huius capitis Gestorum cap.* 6. *exhibet C* 4. a) *sic A* 1; Augustidunensis *D* 5; Augustodunensis *reliqui.* b) Ephronio *h. l. A* 1. c) episcopatu *A* 1. d) *sic A* 1; marmor quod *reliqui.*

Cap. 16. *Hoc caput deest B. C*; *loco huius capitis Gestorum cap.* 7. *exhibet C* 4; *sed tum sequuntur capita Gregorii* 13—15, *quae hic* 17—19. *numerantur. Damus textum ad fidem codicis A* 1. a) lato *A* 1; in alto id est infra capsum usque *reliqui.* b) *deest A* 1, *spatio vacuo relicto.*

Cap. 17. *Hoc caput deest B. C.* a) antique *A* 1. b) ut pictoribus indicaret *D* 1.

de Tours', Parisiis 1869, *diserte disputavit, qui Gregorium ad hanc basilicae descriptionem inscriptiones parietibus insculptas adhibuisse ostendit, quae adhuc in diversis manuscriptis libris servatae exstant saepiusque typis datae sunt, e. g. apud* Le Blant, *'Inscriptions chrétiennes de la Gaule', Tom. I, p.* 225 *sqq.* 1) *Aeduensi ecclesiae praefuit labente saeculo* 5. *R.* 2) *Translationem Gregorius, De Gloria Martyrum I,* 44, *descripsit.*

egentibus protulitque quadram panis et posuit in sinu eius et abscessit. Illa vero non dedignans munus pauperis, qui personam eius non intellexit, accepit et gratias egit reposuitque, hanc suis epulis anteponens et benedictionem ex ea singulis diebus sumens[a], donec expensa est.

18[1]. Igitur Childericus[a] Aurilianis[b] pugnas egit[c.2], Adovacrius vero cum Saxoni- 463. bus Andecavo[d] venit. Magna tunc[e] lues populum devastavit[f]. Mortuus[g] est[h] autem 464. Egidius[i.3] et reliquit[k] filium Syagrium[l] nomine[m]. Quo defuncto, Adovacrius[n] de Andecavo vel aliis locis obsedes[o] accepit[p]. Brittani[q] de Bituricas[r] a Gothis expulsi 468. sunt, multis apud Dolensim[s.4] vicum peremptis[t]. Paulos[u] vero comes[v] cum Romanis ac Francis Gothis bella intulit et praedas egit[w]. Veniente[x] vero Adovacrio[y] Andecavus[z.5], Childericus[a] rex sequenti[b] die advenit, interemptoque Paulo comite[c], civitatem obtinuit[d]. Magnum[e] ea die incendio[f] domus aeclesiae[g] concremata est[h].

19. His ita gestis, inter Saxones[a] atque Romanos bellum gestum est; sed Saxonis[a] terga vertentes, multos[b] de suis, Romanis[c] insequentibus, gladio reliquerunt; insolae[d] eorum cum multo populo interempto a Francis captae[e] atque subversi[f] sunt. Eo[g] anno minse[h] nono terra tremuit[6]. Odovacrius[i] cum Childerico[k] foedus[l] iniit, Alamannusque[m], qui partem Italiae pervaserunt[n], subiugarunt[o].

20. Eoricus[a] autem[b] Gothorum rex Victorium[c] ducem[d] super septem[e] civitatis[7] praeposuit[f] anno quarto decimo regni sui. Qui protinus[g] Arvernus adveniens, civitatem 479.

Cap. 17. *A* 1. *D*. *Cap.* 18. *A* 1. *B*. *C*. *D*. *Capp.* 19. 20. *A* 1. *B* 1. 2. 4. 5. *C*. *D*.

Cap. 17. a) sumendo nec *A* 1.

Cap. 18. *Pro verbis* Igitur — populum devastavit *initium capitis* 8. *Gestorum:* In illis diebus — succedentes ceperunt *exhibet* *C* 4, *caput ut* 20. *numerans, quem numerandi modum abinde prosecutus est idem codex in capp.* 19. 20. — *In* *C* 1 *capiti numerus* XIII *praefixus est.* a) Hilderichus *C* 1. b) Aurelianis *A* 1. *C* 1. c) aegit *C* 1. d) venit Andecavo *A* 1; Andegavo *C* 1. e) tun *B* 2. f) devastat *B* 5. g) Mortuos *B* 1. h) *corr. add.* *C* 1. i) Aegidius *B* 4. k) reliquid *A* 1. *B* 2. 4. *C* 1. l) Siagrium *A* 1. *C* 1. m) nomen *C* 1, *corr.* n) Adovagrius *B* 4. o) obsides *A* 1. *B* 5. *C* 1; opsedes *B* 2. p) accipit *B* 3. 4. q) Britani *B* 2; Brintani *B* 3. 4; Brittanni *C* 1, *corr. in loco raso.* r) Biturigas *A* 1; Bitoricaš *B* 5. *C* 1. s) Dolorensim *B* 2; Dolensem *B* 5; Tholensem *C* 1. t) peremtis *B* 2. u) Paulus *A* 1. *B* 2. 5. *C* 1. v) comis *B* 5. w) aegit *B* 3. 4. x) Venienti *B* 5. y) Odovacrio *B* 4. z) Andecavos *B* 2. 4; Andecavis *C* 1. a) Hilderichus *C* 1. b) sequente *B* 4. 5. c) comete *B* 4. d) obtenuit *B* 4. 5. *C* 1. e) Magno *A* 1. f) incendium *B* 3. 4. 5. *C* 1. g) eclesiae *B* 2. 5; ecclesiae *A* 1. *B* 4. *C* 1. h) *desinit* *B* 3, *sexto quaternione deperdito,* — *c.* 32. regionem.

Cap. 19. a) Saxonis *B* 1. b) multus *B* 4. c) Romanil *B* 4. d) insulae *A* 1. *B* 4. 5. e) capti *C* 1, *corr.* f) subversae *A* 1. *B* 4. 5. *C* 1 *e corr.* g) *hic iam sequens cap. incipit* *D* 5; Quo *A* 1. h) mense *A* 1. *C* 1; mensi *B* 5. i) Odovacrus *A* 1. k) Childericus *B* 2; Hildericho *C* 1. l) foedos *B* 2; fedus *B* 4. m) Alamannosque *A* 1. *B* 5. *C* 1. n) pervaserant *A* 1. *B* 4. 5; provasererunt *corr.* pervaserunt *C* 1. o) subiugularunt *A* 1; subiugarent *B* 1; subiugaverunt *B* 4. 5.

Cap. 20 (15. *C* 1). a) Eorichus *C* 1. b) vero *A* 1. c) Victurium *B* 4. d) docem *B* 2. e) super testim civitatem *A* 1; civitates *B* 4. 5. *C* 1. f) proposuit *C* 1. g) protinos *B* 1; protenus *B* 5.

1) *Quae in hoc et sequenti capite inveniuntur notae ex Annalibus Andegavensibus, iam perditis, fluxerunt.* 2) *Cf. Marii Chron. h. a.* 3) *Mense Octobr.* 4) *Déols (dép. Indre).* 5) *Editores Gallici haec a.* 471. *tribuunt; quibus de causis nescio.* 6) *Secundum Ann. Ravenn. (l. c. p.* 358*) a.* 467. *Ravenna terrae motu concussa est, non eodem quem Greg. tradidit, ut persuasum habeo.* 7) *Scilicet Tolosa, Beterrae, Nemausus, Agatha, Magalona, Luteva et Ucetia, urbes Narbonnensis primae. G.*

addere voluit, unde et criptae[a] illae[b] usque hodie[c] perstant[d]. Ad basilicam[e] sancti Iuliani colomnas[f], quae sunt in aede[g] positae[h], exhibere[i] iussit. Basilicam[e] sancti Laurenti et sancti Germani[k] Licaniacensis[l, 1] vici[m] iussit aedificare[n]. Fuit autem Arvernus annis novem. Super Euchirium[o] vero senatorem calumnias[p] devolvit[q]; quem in carcere[r] positum nocte extrahi iussit, ligatumque[s] iuxta parietem antiquum[t], ipsum parietem super eum elidi[u] iussit. Ipse[v] vero dum nimium[w] esset in amore mulierum luxoriosus[x] et ab Arvernus[y] veriritur[z] interfeci[a], Romam[b] aufugit, ibique similem timptans[c] exercere luxoriam[d], lapidibus est obrutus[2]. Post cuius excessum regnavit Euricus[e] annus[f] quattuor; obiit autem anno vicissimo[g] septimo regni sui[3]. Fuit etiam et tunc terrae[h] motus magnus.

21. Defuncto autem apud Arvernus Namatio episcopo, Eparchius successit, vir sanctissimus atque religiosus. Et quia eo tempore ecclesia parvam possessionem infra muros urbis habebat, ipsi sacerdoti in ipso, quod modo salutatorium dicitur, mansio erat, atque ad[a] gratias Deo tempore nocturno reddendas ad altarium ecclesiae consurgebat. Factum est autem, ut nocte quadam ingrediens, plenam ecclesiam a demonibus repperiret ipsumque principem in modum ornatae mulieris in throni[b] illius cathedra resedentem. Cui ait pontifex: 'O meretrix execranda, non sufficit tibi loca cuncta variis pollutionibus infecire, adhuc et cathedram a Domino consecratam foetida sessionis tuae accessione coinquinas? Abscede a domo Dei, ne a te amplius polluatur'. Cui ait: 'Et quia mihi meretricis nomen imponis, multas tibi parabo insidias ob desideria mulierum'. Et haec dicens, sicut fumus evanuit. Verumtamen sacerdos temptatus est per commotionem[c] corporis a concupiscentia; sed signo crucis sanctae munitus, nihil ei inimicus nocere potuit. Ferunt etiam, ipsum in arce Cantobennici montis monasterium collocasse, ubi nunc oratorium est, et ibi se diebus quadragesimae sanctae recludere; die autem coenae dominicae cum magno psallentio, comitantibus clericis
473. civibusque, ad ecclesiam suam revertebatur. Quo migrante, Sidonius ex praefecto substituetur[4], vir secundum saeculi dignitatem nobilissimus et de primis Galliarum senatoribus, ita ut filiam[d, 5] sibi Aviti[e] imperatoris in matrimonio sociaret. Huius tempore, cum adhuc apud urbem Arvernam Victorius, cui supra meminimus, moraretur, fuit in monasterio beati Quirici[f] urbis ipsius abbas Abraham nomine, qui fide atque operibus Abrahae illius prioris gratia refulgebat, sicut in libro vitae eius scripsimus[6].

22. Sanctus vero Sidonius tantae facundiae erat, ut plerumque ex improviso luculentissime quae voluisset, nulla obsistente mora, componeret. Contigit autem quadam

Cap. 20. *A* 1. *B* 1. 2. 4. 5. *C. D.* *Capp.* 21. 22. *A* 1. *D.*

Cap. 20. a) scriptae *B* 5. b) ille *B* 4. c) odie *B* 2. d) prestans *C* 1, *corr.* e) basilecam *B* 5. f) columnas *A* 1. *C* 1; colompnas *B* 4. g) aedae *B* 1. h) posite *B* 4. i) exhiberi *A* 1. k) Martini *A* 1. l) Liganiacensis *B* 4. m) vicibus *A* 1. n) aedificari *A* 1; aedifecare *B* 5. o) Echirium *A* 1; Exirium *B* 2; Eucherium *C* 1. p) calompnias *B* 4; calumpnias *B* 5. q) divolvit *B* 2. r) carcerem *C* 1. s) legatumque *B* 5. t) antiqum *B* 4. u) elidere *A* 1. v) Ipsi *B* 5. w) nimirum *A* 1. x) luxuriosus *A* 1. *B* 4. y) Arvernis *A* 1; Avernus *B* 1; Arvernos *B* 5. z) vereritur *A* 1; verereture *B* 4. 5; veretur *C* 1, *corr.* vereretur. a) interfici *A* 1. *B* 2 *(e corr.)*. *C* 1. b) Roamao fugit *B* 4. c) tentans *A* 1; temptans *B* 4. 5. *C* 1. d) luxuriam *A* 1. *B* 4. e) Eoricus *A* 1; Eurichus *B* 4. f) annos *A* 1. *B* 2. 4. *C* 1; anno *B* 5. g) vigesimo septimo *A* 1; vicisimo septimo *B* 2; xc VII *B* 4; vicinsimo septimo *B* 5; xx[mo] VII[mo] *C* 1. h) terre *B* 2. 4. *C* 1.

Cap. 21. *Hoc caput deest B. C.* a) *deest* *A* 1. b) throno *A* 1. c) commutationem *A* 1. d) suam *add.* *A* 1. e) Abiti *A* 1. f) Cirici *D* 5.

Cap. 22. *Hoc caput deest B. C.*

1) *Hodie Saint-Germain Lembron; cf. Longnon p.* 501. 2) *Cf. De Gloria Martyrum c.* 45. 3) *Euricus a.* 466—485. *regnavit.* 4) *Est Caius Sollius Apollinaris Sidonius, qui a.* 467. *urbis Romae praefectus erat. Carmen* 7. *panegyricum Avito augusto socero dicatum est.* 5) *Papianillam.* 6) *Vitae Patrum c.* 3.

die, ut ad festivitatem basilicae monasterii, cui supra meminimus, invitatus accederet, ablatoque sibi nequiter libello, per quem sacrosancta sollemnia agere consueverat, ita paratus a tempore cunctum festivitatis opus explicuit, ut ab omnibus miraretur, nec putaretur ab adstantibus, ibidem hominem locutum fuisse, sed angelum. Quod in praefatione libri, quem de missis ab eo compositis coniunximus[1], plenius declaravimus. Cum autem esset magnificae sanctitatis atque, ut diximus, ex senatoribus primis, plerumque nesciente coniuge vasa argentea auferebat a domo et pauperibus erogabat. Quod illa cum cognosceret, scandalizabatur in eum, sed tamen, dato egenis pretio, species domi restituebat.

23. Cumque ad officium dominicum fuisset mancipatum et sanctam ageret in saeculo vitam, surrexerunt contra eum duo presbiteri, et ablatam ei omnem potestatem a rebus ecclesiae, artum ei victum et tenuem relinquentes, ad summam eum contumeliam redigerunt. Sed non longi temporis spatio inultam eius iniuriam divina voluit sustinere clementia. Nam unus ex his nequissimis et indignum dici presbiteris, cum ante nocte[a] minatus fuisset eum de ecclesia velle extrahere, signum ad matutinis[b] audiens fuisset[c] commotum, fervens felle contra sanctum Dei surrexit, hoc iniquo corde explere cogitans, quod die praecedente tractaverat. Ingressus autem in secessum suum, dum ventrem purgare nititur, spiritum exhalavit. Exspectat tum eum[d] puer a foris cum cereo dominum egressurum. Iamque advenerat lux, et satelles eius, id est alius presbiter, mittit nuntium, dicens: ‘Veni, ne tarderis, ut quae nobis die hesterna convenit pariter expleamus’. Sed cum responsa dare differret exanimis, elevato puer velo ostii repperit dominum super sellula secessi defunctum. Unde indubitatum est, non minoris criminis hunc reum esse, quam Arrium illum, cui similiter in secessum fuerunt interna deposita per partis inferioris egestum, quia nec istud sine haeresi potest accipi, ut in ecclesiam non obaudiatur sacerdos Dei, cui ad pascendum oves commissae sunt, et ille se ingerat potestati, cui neque a Deo neque ab hominibus aliquid est commissum. Dehinc beatus sacerdos, uno adhuc manente nihilominus inimico, suae restituetur potestati. Factum est autem post haec, ut accedente febre aegrotare coepisset. Qui rogat suos, ut eum in ecclesiam ferrent. Cumque illuc inlatus fuisset, conveniebant ad eum multitudo virorum ac mulierum simulque etiam et infantium plangentium atque dicentium: ‘Cur nos deseres, pastor bone, vel cui nos quasi orphanos derelinquis? Numquid erit nobis post transitum tuum vita? Numquid erit postmodum qui nos sapientiae sale condiat, aut ad dominici nominis timorem talem prudentiae ratione redarguat?’ Haec et his similia populis cum magno fletu dicentibus, tandem sacerdos, Spiritu in se sancto influente, respondit: ‘Nolite timere, o populi, ecce frater meus Aprunculus vivit, et ipse erit sacerdos vester’. Qui non intelligentes, putabant, eum loqui aliquid in extasi.

Quo migrante[2], presbiter ille nequam, alter ex duobus qui remanserat, protinus omnem facultatem ecclesiae, tamquam si iam episcopus esset, inhians cupiditate, praeoccupat, dicens: ‘Tandem respexit in me Deus, cognoscens[e], me iustiorem esse Sidonio, largitusque est mihi[f] hanc potestatem’. Cumque per totam urbem superbus fertur, adveniente die dominico, qui imminebat post transitum sancti viri, praeparato epulo, iussit cunctos cives in domo ecclesiae invitari, dispectisque senioribus, primus recumbit in toro. Cui oblatum pincerna poculum, ait: ‘Domine mi, vidi somnium, quem, si permittis, edicam: Videbam hac nocte dominica[g], et ecce erat domus magna, et in domo

Capp. 22. 23. *A* 1. *D.*

Cap. 23. *Hoc caput deest B. C.* a) noctem *D.* b) matutinos *D* 5. c) fuisse *D.* d) Exspectatum eum *A* 1; exspectabat enim *reliqui.* e) cognoscent *A* 1. f) in *add. A* 1. g) dominicę *A* 1.

1) *Hoc Gregorii opusculum desideratur.* 2) *Obiit a.* 488. *vel* 489, *et quidem die* 21. *mensis Augusti.* (*‘Hist. litt. de la France’, t. II, p.* 557). *G.*

erat thronus positus, in quo quasi iudex residebat cunctis potestate praestantior, cui adsistebant multi sacerdotum in albis vestibus, sed et promiscuae populorum turbae valde innumerabiles. Verum cum haec trepidus contemplarer, conspicio eminus inter eos beatum adstare Sidonium, et cum presbitero illo tibi carissimo, qui ante hos paucos annos de hoc mundo migravit, adtente litigantem. Quo devicto, iubet rex, ut in himis carceris angustiis retrudatur; ablatoque isto, contra te iterum suggeret[a], dicens, te in eo scelere, propter quod prior ille damnatus fuerat, fuisse participem. Verum ubi iudex, quem ad te transmitteret, sollicite coepit inquirere, ego me inter reliquos occolere[b] coepi et a tergo steti[c], tractans apud memet ipsum, ne forte ego, qui notus[d] sum homini, mittar. Dum haec mecum tacitus[e] volverem, amotis omnibus, remansi solus in publico vocatusque a iudice propius accedo. Cuius virtutem atque splendorem contuens, coepi ebes effectus titubare prae metu. Et ille: "Ne timeas, puer", inquid, "sed vade, dic presbitero illi: Veni ad respondendam causam, quia Sidonius te accersiri deprecatus est. Tu vero ne moram facias ad eundum, quia sub grandi testificatione mihi praecepit rex ille[f] haec loqui, dicens: Si tacueris, morte pessima morieris". Haec eo loquente, exterritus presbiter, elapsum de manu calicem, reddidit spiritum; ac de recubitu ablatus mortuus sepulturae mandatus est, possessurus infernum cum satellite suo. Tale iudicium super contumaces clericos Dominus in hunc mundum praetulit, ut unus Arrii sortiretur mortem, alius tamquam Simon Magus apostoli sancti oratione ab excelsa arce superbiae praeceps allideretur. Qui non ambiguntur pariter possidere tartarum, qui simul egerunt nequiter contra sanctum episcopum[g] suum.

Interea cum iam terror Francorum resonaret in his partibus, et omnes eos amore desiderabili cupirent regnare, sanctus Abrunculus[h] Lingonicae civitatis episcopus apud Burgondiones[i] coepit haberi suspectus. Cumque odium de die in diem cresceret, iussum est, ut clam gladio feriretur. Quo ad eum perlato nuntio, nocte a castro Divionensi per murum demissus, Arvernus advenit, ibique iuxta verbum Domini, quod posuit in ore sancti Sidonii, undecimus datur episcopus.

474. 24. Tempore[a] Sidoni[b] episcopi magna[c] Burgundiam[d] famis oppressit[e]. Cumque populi per[f] diversas regiones[g] dispergerentur, nec esset ullus qui pauperibus alemoniam[h] largeretur[i], Ecdicius[k. 1] quidam[l] ex senatoribus, huius propinquos[m], magnam tunc rem in[n] Deo confisus fecisse perhibitur[o]. Nam invaliscente[p] fame, misit pueros[q] suos cum equitibus[r] et plaustris[s] per[t] vicinas sibi civitates[u], ut eos qui hac[v] inopia vexabantur sibi adducerent. At illi[w] euntes[x], cunctus[y] pauperes, quodquod[z] invenire potuerunt, adduxerunt ad domum[a] eius, ibique eos per omni[b] tempus sterelitatis[c] pascens, ab interitu famis[d] eximit[e]. Fueruntque, ut multi aiunt, amplius quam quattuor[f] milia promiscui sexus. Adveniente autem ubertate, ordinata[g] iterum evectione[h], unum-

Cap. 23. A 1. *D*. *Cap.* 24. *A* 1. *B* 1. 2. 4. 5. *C*. *D*.

Cap. 23. a) suggerit *D* 5. b) occollere *A* 1. c) statui *D* 5. d) motus *A* 1. e) tacitas *A* 1. f) mihi *add.* *A* 1. g) sanctum Dei et episcopum *D* 1. h) in *add.* *A* 1. i) Burgoniones *A* 1.

Cap. 24 (23. *C* 4). a) Sed tempore *A* 1; † Tempore *C* 1; Sub tempore *C* 4. b) Sidonii *A* 1. *B* 5. *C* 1. c) magnam *B* 2. 4. d) Burgantiam *A* 1. e) oppraessit *B* 1; obpraessit *B* 5. f) *deest* *C* 1. 2. g) regionis *B* 2. h) alimoniam *A* 1. *B* 4. 5. *C* 1. i) largiretur *A* 1. *B* 4. 5. *C* 1. k) Hęcdicius *A* 1; Haecditius *B* 2; Ecditius *B* 4; Ecicius *C* 1, *corr.* l) quaedam *C* 1, *corr.* m) propinquus *A* 1. *B* 5. *C* 1; propinqus *B* 4. n) *corr. in loco raso* *B* 2. o) perhibetur *A* 1. *B* 4. 5. p) invalescente *A* 1. *C* 1. q) puerus *B* 4. 5. r) aequitibus *B* 4. *C* 1. s) palustris *A* 1. t) pro *C* 1, *corr.* u) civitatis *B* 1. v) haec *C* 1. w) ille *B* 1. 4. x) euntis *B* 2. y) cunctos *A* 1. *B* 4. 5. *C* 1. z) quotquot *A* 1. *C* 1; quotquod *B* 5. a) domos *B* 5. *C* 1; domus *B* 4. b) omne *A* 1; omnem *B* 4. 5. *C* 1. c) sterilitatis *A* 1. *B* 5; sterelitates *B* 2. d) fames *B* 1. 4; fa ‖ famis *B* 4. e) exemit *A* 1. *C* 1. f) quatuor *B* 2. g) ordenata *B* 1. h) evectionem *B* 2. *C* 1, *rad. corr.*

1) *Ecdicius filius fuit Aviti imperatoris et frater Papianillae uxoris Sidonii. R.*

quemque in loco suo restituit. Post quorum discessum[a] vox ad eum[b] e caelis lapsa[c] pervenit, dicens: 'Eedici[d], Eedici, quia fecisti rem hanc, tibi et simine[e] tuo panis non deerit in sempiternum; eo quod oboedieris[f] verbis meis et famem meam refectione[g] pauperum saciaberis[h]'. Quem[1] Eedicium[i] mirae velocitatis fuisse, multi commemorant[k]. Nam quadam vice multitudinem Gothorum cum decim[l] viris fugasse perscribitur[2]. Sed et sanctos[m] Patiens Lugdunensis[n] episcopus simile huic in ipsa fame populis prestetisse[o] perhibetur[p] benefitium[q]. Extat[r] exinde hodieque[s] apud[t] nos[u] beati[v] Sidoni[w] epistola[x][3], in qua eum[y] declamaturiae[z] conlaudavit[a].

25. Huius[4] temporis[a] et Euarix[b][5] rex[c] Gothorum[d], excidens[e] Hispanum limitem, gravem in Galliis[f] super christianis[g] intulit[h] persecutionem. Truncabat passim perversitate[i] suae non consentientis[k], clericus[l] carceribus subegebat[m], sacerdotis[n] vero alius[o] dabat exilio, alius[o] gladio trucidabat[p]. Nam et ipsus[q] sacrorum templorum aditus[r] spinis iusserat obserari[s], scilicet ut raritas[t] ingrediendi oblivionem facerit[u] fidei. Maxime tunc Novimpopulanae[v] geminaeque[w] Germaniae[x][6] urbes[y][7] ab hac tempestate depopulatae sunt. Exstat hodieque[z] et pro ac[a] causa ad Basilium episcopum nobilis[b] Sidoni[c] ipsius epistola[d], quae haec ita loquitur. Sed persecutor[e] non post multum tempus[f] ultione divina percussus interiit.

26. Post haec beatus Perpetuus Turonicae civitatis episcopus, impletis triginta in 490.
episcopatu annis, in pace quievit. In cuius loco Volusianus, unus ex senatoribus, subrogatus est. Sed a Gothis suspectus habitus, episcopatus sui anno septimo in Hispaniis est quasi captivus adductus, sed protinus vitam finivit. In cuius loco Virus[a] succedens, septimus post beatum Martinum ordinatur episcopus.

Capp. 24. 25. *A* 1. *B* 1. 2. 4. 5. *C. D.* *Cap.* 26. *A* 1. *C* 2. 4—7. *D.*

Cap. 24. a) discesso *C* 1. b) *deest* *B* 2. c) dilapsa *C* 1. d) Edici, Edici *B* 1; Haecdici, Hecdici *B* 2; Ecici, Ecici *C* 1, *corr.* e) semini *A* 1. *B* 4. *C* 1; simino *B* 2; semine *B* 5. f) obaudieris *A* 1. *B* 2. 5. *C* 1. g) refeccionem *B* 2; refectionem *B* 4. 5. *C* 1. h) satiaveris *A* 1; satiaberis *B* 5; saciaveris *C* 1. i) Edicium *B* 1; Haecdicium *B* 2; Ecicium *C* 1, *corr.* k) commomorant *B* 1. l) decem *A* 1. *C* 1; decym *B* 2. m) sanctus *A* 1. *B* 4. 5; sancto *B* 2. n) Lugdunessis *B* 1. 2. o) prestitisse *A* 1. *C* 1; pristetisse *B* 5. p) perhibitur *B* 2. *C* 1, *corr.* q) beneficium *A* 1. *B* 4. 5. *C* 1. r) Exiat *B* 2. s) hodie *B* 4. 5; hodiequae *C* 1. t) aput *B* 4. u) nus *B* 1. 4. v) *corr. add.* *C* 1. w) Sidonii *A* 1. *B* 5. x) epistula *B* 4. *C* 1. y) *eadem manu supra lineam add.* *C* 1. z) declamatorie *A* 1. a) collaudavit *A* 1.

Cap. 25 (24. *C* 4). a) tempore *A* 1. *B* 4. 5. b) *sic* *A* 1; *cf. Ind.*; Euatrix *B* 1. 4. 5; Hevatrix *B* 2; temp. Edevatrix *C* 1. c) rege *A* 1. d) Gotorum *B* 2; Ghotorum *B* 4. e) excedens *A* 1. *B* 5. f) Galleis *B* 4. *C* 1. g) christianos *A* 1. *B* 5. *C* 1; christianus *B* 4. h) intullit *B* 4. i) perversitati *A* 1. *B* 2. 5; perversetatis *B* 4; perversitatis *C* 1. k) consentientes *A* 1. *B* 4. 5. *C* 1. l) clericos *A* 1. *B* 5. *C* 1. m) subaegebat *B* 4. 5. n) sacerdotes *A* 1. *B* 4. 5. *C* 1. o) alios *A* 1. *B* 5. *C* 1. p) *sic idem scriba corr. e* truncabat *B* 4. q) ipsos *A* 1. *B* 5. *C* 1. r) aditos *B* 5; habitus *C* 1, *corr.* s) reserari *A* 1; obserare *B* 5; obsaerare *C* 1. t) iusserat *A* 1 raretas *B* 4. u) faceret *A* 1. *B* 5. *C* 1. v) Novimpopulane *A* 1; Novempopulanae *B* 2. 4; Novempolane *B* 5; Novempopulane *C* 1. w) geminique *C* 1, *corr.* x) Germanae *A* 1; Germaniae *C* 1. y) urbis *B* 1. *C* 1. z) hodiaeque *B* 4; hodiaequae *C* 1. a) hac *A* 1. *B* 4. 5. b) nobili *B* 1 *(corr.)*. 2. 4. c) Sidonii *A* 1. *B* 5. *C* 1. d) epistula *B* 4. *C* 1. e) persecutur *B* 2. f) tempos *B* 2.

Cap. 26. *Hoc caput deest B.* *C* 1. 2 *(ubi alia manu add.)*. 3; *antecedenti iungitur* *C* 4, *omissis* In cuius loco — ordinatur episcopus, *tum ut cap.* 25 *exhibet Gestorum cap.* 9. a) Verus *C* 2. 5.

1) *Verba:* Quem — perscribitur *Giesebrecht l. c. I, p.* 84. *n.* 1. *additicia esse putat.* 2) *Sidon. Apoll. Ep. III,* 3*:* et vix duodeviginti equitum sodalitate comitatus *etc.* 3) *Sidon. Apoll. Ep. VI,* 12. 4) *Totum caput Gregorius ex epistola Sidonii ad Basilium episcopum data, Ep. VII,* 6, *conscripsit.* 5) *Euricus.* 6) *Immo: Aquitaniae.* 7) *Enumerat eas Sidonius l. c.*

481. 27. His ita gestis, mortuo Childerico[a], regnavit Chlodovechus[b], filius eius[c], pro 486. eo. Anno autem quinto regni eius Siacrius[d] Romanorum rex, Egidi[e] filius, apud[f] civitatem Sexonas[g. 1], quam quondam[h] supra memoratus Egidius tenuerat, sedem habebat. Super quem Chlodovechus[i] cum Ragnechario[k], parente[l] suo, quia[m] et ipse[n] regnum[o. 2] tenebat, veniens, campum pugnae[p] praeparare[q] deposcit. Sed nec iste[r] distolit[s] ac resistere metuit. Itaque inter se utrisque pugnantibus, Syagrius[t] elisum[u] cernens exercitum, terga vertit et ad Alaricum[v. 3] regim[w] Tholosa curso[x] veluci[y] perlabitur. Chlodovechus[z] vero ad Alaricum[a] mittit, ut eum redderit[b], alioquin noverit[c], sibi bellum ob eius retentionem[d] inferri[e]. Ad[f] ille[g] metuens, ne propter eum iram Francorum incurrerit[h], ut Gothorum pavere mos est, vinctum legatis[i] tradedit[k]. Quem Chlodovechus[l] receptum custodiae[m] mancipare[n] praecipit[o]; regnoque eius acceptum[p], eum gladio clam feriri[q] mandavit. Eo tempore multae aeclesiae[r] a Chlodoveco[s] exercitu[t] depraedatae[u] sunt, quia[v] erat ille adhuc fanaticis erroribus[w] involutus. Igitur de quadam eclesia[x] urceum[y] mirae magnitudinis ac pulchritudinis[z] hostes abstulerant[a], cum reliqua eclesiastici[b] ministerii[c] ornamenta. Episcopus[4] autem eclesiae illius missus[d] ad regem dirigit[e], poscens, ut si aliud de sacris vasis recipere[f] non meretur, saltim vel urceum[g] aeclesia[h] sua[i] reciperit[k]. Haec audiens rex, ait nuntio[l]: 'Sequere nos usque Sexonas[m], quia ibi cuncta que[n] adquisita[o] sunt dividenda[p] erunt. Cumque mihi vas illud sors dederit[q], quae[r] papa poscit, adimpleam'. Dehinc[s] adveniens Sexonas[t], cunctum onus[u] praedae in medio[v] positum, ait rex: 'Rogo vos, o fortissimi[w] proeliatores[x], ut saltim mihi vas istud[y]' — hoc enim[z] de urceo[a] supra memorato dicebat, — 'extra[b] partem concidere[c] non[d] abnuatis'. Haec regi[e] dicente[f], illi quorum erat[g] mens sanior[h]

Cap. 27. *A* 1. *B* 1. 2. 4. 5. *C. D.*

Cap. 27. *Initium capitis usque ad verba:* clam feriri mandavit *deest C* 4, *ubi ut cap.* 26. *numeratur.* a) Hildericho *C* 1. b) Chlodoveos *B* 2; Hludovichus *C* 1. c) *deest B* 1. 2 *(ubi corr. add.).* d) Syagrius *A* 1. *B* 4. *C* 1; Siagrius *B* 5. e) Aegidii *A* 1; Egidii *C* 1. f) aput *B* 4. g) Sessionas *A* 1; Sexonas *alia manu corr.* Suessionas *B* 5; Saxonas *B* 4; Sessonas *D* 1. h) condam *C* 1. i) Chlodeveos *B* 2; Hludouuichus *C* 1. k) Regnachario *A* 1; Ragnehario *B* 2; Ragnario *B* 4. 5; Ragenhario *C* 1; Ragnachario *D* 1. l) parenti *B* 2. 5. m) qui *B* 2. n) ipsi *B* 5. o) *deest B* 1. 2. 4. 5; *corr. add. C* 1. p) pugna *B* 4. q) praeparari *A* 1. r) isti *B* 5. s) distulit *A* 1. *B* 4. 5. *C* 1. t) Syacrius *B* 2. 4; Siagrius *B* 5. u) elysum *C* 1, *corr.* v) Alarçchum *C* 1. w) regem *A* 1. *B* 4. *C* 1. x) cursu *A* 1. *B* 4. 5. y) veloci *A* 1. *B* 4. 5. *C* 1. z) Chlodeveos *B* 2; Hlodouuichus *C* 1. a) Alarico *B* 2. 4. 5; Alarichum *C* 1. b) redderet *A* 1. *B* 4. 5. *C* 1. c) noveret *B* 5 d) retentationem *A* 1. *D* 1. e) inferre *B* 5. f) At *A* 1. *B* 5. *C* 1. g) illi *B* 2. h) incurreret *A* 1. *B* 4. 5. *C* 1. i) legatum *B* 4, *manu admodum recenti corr.* k) tradidit *A* 1. *B* 5. *C* 1. l) Chlodeveus *B* 2; Hludovichus *C* 1. m) costodiae *B* 1. n) mancipari *A* 1. o) praecepit *A* 1. *B* 5. *C* 1. p) accepto *A* 1. *C* 1. q) ferire *B* 5. *C* 1. r) ecclesiae *A* 1. *B* 5. *C* 1. s) Chlodovecho *A* 1. *B* 4. 5; Chlodeveo *B* 2; Hludovicho *C* 1. t) exercito *B* 4. *C* 1. u) depretate *B* 4; depraedati *C* 1, *corr.* v) qui *B* 2. w) errorebus *B* 2. x) aeclesia *B* 2. y) urtium *C* 1, *corr.* z) pulcritudinis *B* 2. 4. a) abstullerant *B* 4. b) eccles. *A* 1; aecl. *B* 2. c) ministeriis *B* 1, *rad. corr.;* ministeria *B* 4. 5. d) missos *B* 5. *C* 1. e) diriget *B* 5; direxit *C* 1. f) recepere *B* 4. 5. g) urtium *C* 1, *corr.* h) ecclesiae *A* 1; aeclesiae *B* 1, *sed* e *extremum eras.*; aecclesia *B* 4; ecclesia *B* 5. *C* 1. i) suae *A* 1. *D.* k) recipiat *A* 1; receperet *B* 4. 5; reciperet *C* 1. l) nuncio *B* 5. m) Sessionas *A* 1. n) quae *A* 1. *B* 5. o) atquisita *B* 2; adquaesita *C* 1. p) dividendae erat *C* 1, *corr.* q) dedirit *B* 1; dederet *C* 1. r) que *B* 2. s) adhuc *C* 1, *corr.* t) Sessionas *A* 1; Sexanas *B* 4. u) cunctumunus *B* 1; cunctum munus *B* 4. 5; cunctum honus *C* 1. v) medium *B* 4. w) fortisimi *B* 2; fortissime *B* 4. *C* 1. x) praeliatores *A* 1. *B* 5. *C* 1; proeliatoris *B* 1. y) istut *B* 2. z) est *B* 4. 5. a) urtio *B* 2. *C* 1, *corr.;* orceo *B* 4. b) ex parte *A* 1. c) concedere *A* 1. *B* 5. *C* 1. d) *deest A* 1. e) rege *A* 1. *B* 2. 4. *C* 1. f) dicenti *B* 5. g) *deest B* 4. h) erat *add. B* 5.

1) *Soissons.* 2) *Cameracense; cf. infra c.* 42. 3) *II.* 4) *Remigius ep. Remensis; Fredeg. III, c.* 16.

aiunt: 'Omnia, gloriose[a] rex, quae cernimus, tua sunt, sed et nos ipsi[b] tuo sumus dominio subiugati. Nunc quod tibi bene placitum viditur[c] facito[d]; nullus enim potestati[e] tuae[f] resistere valet[g]'. Cum haec ita dixissent, unus levis, invidus ac facilis, cum voce magna[h] elevatam bipennem urceo[i] inpulit, dicens: 'Nihil[k] hinc[l] accipies[m], nisi quae tibi sors vera[n] largitur'. Ad haec obstupefactis[o] omnibus, rex iniuriam suam patientiae lenitate coercuit, acceptumque urceum[p] nuntio[q] eclesiastico[r] reddidit, servans[s] abditum sub[1] pectore vulnus. Transacto vero anno[t], iussit, omnem cum armorum[u] apparatu[v] advenire[w] falangam, ostensuram in campo Marcio[x] horum armorum[y] nitorem[z]. Verum[a] ubi cunctus[b] circuire diliberat[c], venit ad urcei[d] percussorem; cui ait: 'Nullus tam inculta[e] ut tu detulit[f] arma[g]; nam neque tibi hasta neque gladius neque securis est utilis'. Et adpraehensam securem eius terrae[h] deiecit. At ille[i] cum paulolum[k] inclinatus fuisset ad colegendum[l], rex, elevatis manibus[m], securem suam capite[n] eius defixit. 'Sic', inquid[o], 'tu Sexonas[p] in urceo[q] illo fecisti'. Quo mortuo, reliquos[r] abscedere[s] iubet[t], magnum[u] sibi per hanc causam timorem statuens. Multa bella victuriasque[v] fecit. Nam decimo[w] regni sui anno Thoringis[x, 2] bellum intulit[y] eosdemque suis diccio- 491.
nibus[z] subiugavit.

28. Fuit[3] igitur[a] Gundevechus rex Burgundionum ex genere Athanarici[b] regis persecutoris[c], cui supra meminimus[d, 4]. Huic fuerunt quattuor[e] filii: Gundobadus[f], Godigisilus[g], Chilpericus[h] et Godomarus. Igitur Gundobadus[i] Chilpericum[k] fratrem suum interfecit gladio uxoremque eius, ligatu[l] ad collum lapidem, aquis inmersit[5]. Huius duas filias exilio condemnavit; quarum[m] senior mutata veste Chrona[n, 6], iunior

Capp. 27. 28. *A* 1. *B* 1. 2. 4. 5. *C. D.*

Cap. 27. a) gloriosae *B* 4. 5. b) ipse *B* 2. c) videtur *A* 1. *B* 4. 5. *C* 1. d) facto *C* 1, *corr.* e) potestate *B* 2. 5. f) tui *B* 4. g) valit *B* 4. h) magnā *post corr.* magna *B* 1. i) urtio *C* 1, *corr.* k) nichil *A* 1. l) in *A* 1. m) accipiens *B* 1. *C* 1, *rad. corr.;* accepiens *B* 2. n) sors vel agitur *A* 1. o) obstupuifactis *A* 1. p) urtium *C* 1, *corr.* q) nuncio *B* 2. 5. r) eccles. *B* 4. s) servans anno abditum *B* 2. t) *corr. add.* *C* 1. u) arianorum *A* 1. v) apparato *C* 1. w) advenere *B* 2. x) Martio *A* 1. *B* 2. 4. 5. *C* 1. y) armatorum *A* 1. z) nitorum *B* 2. a) *deest* *B* 2. b) cunctos *A* 1. *B* 5. c) deliberat *A* 1. *B* 4. 5. *C* 1. d) urtii *C* 1, *corr.* e) incultam *B* 5; incuncta *A* 1. f) tu sed tulit *A* 1; detullit *B* 4. g) armam *B* 4. h) terram *B* 4, *ab eodem scriba corr.;* terra *C* 1, *corr.* i) illi *B* 5. k) paululum *A* 1. *C* 1. l) colligendum *A* 1. *B* 4. m) manus *B* 1. n) capiti *A* 1. o) inquit *B* 5. *C* 1. p) Sessionas *A* 1; Saxonas *B* 2. q) urtio *C* 1, *corr.;* fecisti in urceo illo *A* 1. r) *corr. add.* *C* 1. s) abscidere *B* 2. 4. t) iobet *B* 1. u) magnam *A* 1; magnam rem sibi per hanc occasionem timorem *D* 1. v) victoriasque *A* 1. *C* 1. w) decymo *B* 2. x) Thoringus *C* 1. y) intullit *B* 4. z) dicionibus *A* 1; dictionibus *B* 2. 4. *C* 1.

Cap. 28. a) ig. rex Gundechus rex *A* 1; Gundechus *B* 2; Gundeugus *B* 4; Gundeucus *B* 5. b) Atharici *B* 1. 2. 4. c) persecutores *B* 1. d) meminemus *B* 4. e) quatuor *B* 2. f) Gundobaudus *A* 1; Gundebadus *B* 2. g) Godegiselus *A* 1. *B* 4. 5; Godigiselus *B* 2; Gundeghysilus *C* 1. h) Chilperichus *B* 4; Hilperichus *C* 1. i) Gundobaudus *A* 1; Gundebadus *h. l.* *B* 1. 2. k) Hilperichum *C* 1. l) ligatu a *B* 2; ligatum *B* 4. 5; ligato *A* 1. *C* 1. m) rum *corr. add.* *C* 1. n) *bis scr.* *B* 4; veste mucuruna *A* 1; v. Chr. nomine i. *C* 1.

1) *Animadvertas metrum in verbis:* sub pectore vulnus. 2) *Qui in sinistra Rheni ripa habitabant.* 3) *Hoc caput magnam partem ex fabulis quas vulgus enarrabat constat.* 4) *Supra c.* 4. *Erravit autem Gregorius, Gundevechum stirpi Athanarici Wisigothi tribuens. Quis fuerit pater, non constat. Gundobadus rex in libro legum (LL. III, p.* 533*) tit.* 3*:* Si quos apud regiae memoriae auctores nostros, id est Gebicam, Godomarem, Gislaharium, Gundaharium, patrem quoque nostrum et patruum *etc. Unde quidam Gundaharium patrem fuisse Gundevechi et Chilperici statuerunt, sed videas quae disseruit Waitz v. cl., 'Forschungen zur deutschen Geschichte' I, p.* 8. *et* 9. 5) *Haec falsa esse, Binding, 'Gesch. des Burg.-Rom. Königreichs' I, p.* 114—119, *demonstravit. Uxor Chilperici Caretene regina fuisse videtur, quae a. demum* 506. *de vita decessit.* 6) *Fredegarius III, c.* 17. *Saedeleubam vocavit.*

Chrotchildis[a] vocabatur. Porro Chlodovechus[b], dum legationem in Burgundiam saepius mittit, Chrotchildis[c] puella reperitur[d] a[e] legatis eius. Qui cum ea[f] vidissent elegantem atque[g] sapientem et cognovissent, quod de regio esset genere, nuntiaverunt[h] haec[i] Chlodovecho[k] regi[l]. Nec moratus ille ad Gundobadum[m] legationem mittit[n], eam sibi in matrimonio petens[o]. Quod ille[p] recusare[q] metuens, tradidit eam viris; illeque[r] accipientes[s] puellam, regi velotius[t] repraesentant. Qua visa, rex valde gavisus[u], suo eam
c. 492. coniugio sociavit, habens iam de concubina[v] filium nomine[w] Theudericum[x].

29. Igitur ex[a] Chrotchilde[b] regina[c] habuit filium primogenitum. Quem[d] cum mulier baptismo[e] consecrare[f] vellit[g], praedicabat assiduae viro, dicens: 'Nihil sunt dii[h] quos colitis, qui neque sibi neque aliis potuerunt[i] subvenire. Sunt enim aut ex lapide aut ex ligno aut ex[k] metallo aliquo sculpti[l]. Nomina vero quae[m] eis indedistis[n] homines fuere non dii[o], ut[p] Saturnus[q], qui[r] filio, ne a regno depelleretur, per fugam elapsus[s] adseritur[t], ut ipse Iovis omnium stuprorum spurcissimus perpetratur[u], incestatur[v] virorum, propinquarum derisor, qui nec ab ipsius sororis[w] propriae potuit abstenere[x] concubitu, ut ipsa ait: *Iovisque*[y] *et soror et coniux* [1]. Quid Mars Mercuriusque[y*] potuere? Qui potius sunt magicis artibus praediti, quam divini nominis potentiam habuere[z]. Sed ille coli[a] magis debit[b], qui caelum et terram, mare et omnia quae[c] in eis sunt verbo ex non extantibus[d] procreavit, qui[e] solem lucere fecit et caelum stillis[f] ornavit, qui aquas reptilibus, terras animantibus, aera[g] volatilibus[h] adimplivit[i], cuius nutu terrae[k] frugibus, pomis arbores[l], uvis vineae[m] decorantur, cuius manu genus humanum creatum est, cuius largitione[n] ipsa illa creatura omnes[o] homini[p] suo, quem creavit, et obsequio et benefitio[q] famulatur[r]'. Sed cum haec regina dicerit[s], nullatenus[t] ad credendum regis animus movebatur, sed dicebat: 'Deorum nostrorum iussione[u] cuncta[v] creantur ac prudeunt[w], Deus vero vester nihil posse manefestatur[x], et[y] quod

Cap. 28. *A* 1. *B* 1. 2. 4. 5. *C. D.* *Cap.* 29. *A* 1. *B* 1. 2. 4. 5. *C* 1—3. 5—7. *D.*

Iul. 4. id est quarto Nonas mensis quinti. Processitque[t] in obviam eius inmensa populi turba cum signis adque[u] vixillis[v], canentes laudes. Et hinc lingua Syrorum[w], hinc Latinorum[x], hinc etiam ipsorum Iudaeorum in diversis laudibus varie[y] concrepabat[z], dicens: 'Vivat rex, regnumque eius in[a] populis annis innumeris dilatetur'. Iudaei vero, qui in his laudibus videbantur esse participes, dicebant: 'Omnes gentes te adorent tibique genu[b] flectant[c] adque[d] tibi sint subditae'. Unde factum est, ut, celebratis[e] missis, cum rex ad convivium resederet[f], diceret: 'Vae[g] genti Iudaicae[h] malae et[i] perfidae ac subdolo[k] semper sensu viventi. Ob hoc enim mihi', inquid, 'hodie[l] laudes adulaturias[m] adclamabat[n], ut me cunctae gentes quasi dominum adorarent, ut synagoga eorum[o], quae dudum a christianis deruta[p] est, iuberem ope publica sublevare[q]; quod, iubente Domino, numquam ero facturus'. O regem admirabili prudencia clarum! Sic intellexit dolositatem hereticorum, ut ei paenitus non valerent subripere[r], quae erant postmodum suggesturi. Iam enim mediante epulo rex locutus est[s] sacerdotibus qui aderant, dicens[t]: 'Rogo, ut in domo mea crastina die vestram promerear benedictionem, fiatque[u] mihi salus in ingressu vestro, ut ex hoc salvus fiam[v], cum super me humilem vestrarum benedictionum[w] verba defluxerint[x]'. Haec eo dicente, omnes gracias agentes, epulo expleto, surreximus.

Iul. 5. 2. Mane[a] autem facto, dum rex loca sanctorum orationis[b] gracia visitaret[c], ad metatum nostrum advenit. Erat enim ibi basilica sancti Aviti abbatis, cui[d] in libro Miraculorum[1] meminimus. Surrexi[e] gavisus, fateor, ad occursum[f] eius, et, data ora-

Capp. 1. 2. *A* 1. *B* 2. *C*. *D*.

a) Nōm *B* 1. b) VIIII *B* 2.

Cap. 1. *Capita* 1—27. *desunt* *B* 1, *ubi caput* 28. *grandis littera initialis ducit. Prima linea rubro, secunda viridi atramento scripta est. Ergo iam in exemplari, unde* *B* 1 *exscriptus est, capita* 1—27. *defuisse videntur.* a) *deest* *A* 1. b) Cavalonno *A* 1; Cavillono *D* 5. c) Nevernensim *A* 1. d) Chilpirici *B* 2. e) Chlotharium *A* 1. *C* 1. *D* 5. f) regenerationis *A* 1. *C* 1. *D* 5. g) suscipere *A* 1; ci *corr. add.* *B* 2. h) Reversus *A* 1; Digressus *C* 1. *D* 5. i) *deest* *B* 2. k) Aurelianensim *A* 1; Aurelianensem *D* 5. l) domus *A* 1. *C* 1; domos *D* 5. m) ibat *corr.* abebat *B* 2; abilabat *C* 1, *corr.*; et — libabat *des.* *C* 1. n) libabant *A* 1. o) munera qui *B* 2. p) Aurelianensim *A* 1; Aurilianensim *C* 1; Aurelianensem *D* 5. q) venisset *A* 1. *D* 5; venissem *C* 1. r) erat *A* 1. s) *deest* *A* 1. t) Processit qui *B* 2. u) atque *A* 1. *C* 1. *D* 5 *constanter*; adquę *B* 2. v) vexillis *A* 1. *D* 5; vix|illis *C* 1. w) Sirorum *C* 1. x) Latenorum *B* 2. y) varię *B* 2; variae *C* 1 *corr.* z) concrepabant dicentes *A* 1; concrepabadicens *C* 1. a) diversis *add.* *A* 1. b) genoque *B* 2. c) flectent *A* 1. d) adquę *B* 2. e) celebrantes *B* 2. f) rediret *C* 1. g) *deest* *A* 1. h) Iudaeicae *B* 2; Iudaei *corr.* Iudaice *C* 1. i) ac *A* 1. k) subdole *A* 1; subdolę *D* 5. l) hodiae *C* 1 *corr.* m) adulatorias *A* 1. *C* 1. *D* 5. n) acclamabant *A* 1. o) eorumque *C* 1. p) diruta *A* 1. *D* 5. q) sublevari *A* 1. *D* 5. r) surripere *A* 1. s) *deest* *A* 1. t) dicit *A* 1. u) fiat *A* 1. v) feam? *C* 1, *corr.* w) benediccionum *B* 2; benedictionum *corr.* benedictionem *C* 1. x) defluxer̄ *B* 2.

Cap. 2. a) Cum autem mane facto rex *A* 1. b) oraciones *B* 2. c) vissitaret *B* 2. d) cuius *D* 5. e) Surrex̄ *D* 5. f) ocursum *B* 2, *corr.*

1) *De Gloria Confess. c.* 97.

cione, depraecor, ut in mansione[a] mea euglogias[b] beati Martini dignaretur accipere[c]. Quod ille[d] non respuens, benigno[e] animo ingressus, hausto[f] poculo, admonitis nobis ad convivium[g], laetus abscessit. Tunc Berthramnus Burdegalensis[h] episcopus cum Palladio[i] Santonico[k] valde regi infensus erat pro susceptione Gundovaldi, cui[l] supra[m, 1] meminimus. Sed et Palladius episcopus ob hoc maxime regem incurrerat, quod ei saepius fallacias intulisset[n]. Discussi enim ante paulolum[o] fuerant a reliquis episcopis[p] et optimatibus[q] regis, cur Gundovaldum suscepissent, cur Faustianum[r] Aquis[2] episcopum ad praecepcionem eius levissimam ordinassent. Sed hanc causam ordinacionis[s] Palladius episcopus a Bertchramno[t] metropoli[u] suo auferens[v], super se divolvit[w], dicens: 'Oculi metropolis[x] mei valde doloribus artabantur[y], et ego expoliatus[z] et contemptus, invitus[a] in eo loco adductus sum. Non potui aliud facere, nisi quae ille[b], qui[c] omnem principatum Galliarum se testabatur accipere[d], imperabat'. Cum haec rege[e] nuntiata[f] fuissent[g], valde commotus est, ita ut vix optinere[h] possit[i], ut eos ad convivium provocaret[k], quos antea non viderat. Introeunte[l] itaque Berthramno[m], interrogat rex: 'Quis', ait, 'est iste?' Diu enim[n] erat, quod ab[o] eo visus non fuerat. Dixeruntque: 'Hic est Berthchramnus[p] Burdegalinsis[q] urbis episcopus'. Cui ille: 'Gracias', inquid[r], 'agimus[s], quod sic custodisti[t] fidem generacione[u] tuae. Scire enim te oportuerat[v], dilectissime pater, quod parens eras nobis ex matre nostra, et super gentem tuam non debueras inducere pestem extraneam'. Cumque[w] talia[x] et his similia[3] Berthchramnus[y] audisset, conversus ad Palladium rex ait: 'Nec tibi, o Palladi[z] episcope[a], nimium sunt graciae referendae. Tercio enim mihi, quod de episcopo dici iniquum[b] est, periurasti[c], mittens indicolos[d] dolositate plenus[e]. A me excusabaris per epistolas, et germanum meum cum scriptis aliis invitabas. Iudicavit enim Deus causam meam, cum ego[f] provocare vos semper tamquam aeclesiae patres studui, et vos circa me semper egistis dolose'. Nicasio[4] autem et Antidio episcopis dixit[g]: 'Quid vos, o[h] sanctissimi[i] patres, pro regiones[k] utilitate vel regni nostri sospitate[l] tractastis[m], edicite[n]?' Illis quoque tacentibus, ablutis rex manibus, accepta[o] a[p] sacerdotibus benediccione, ad mensam resedit[q] laeto[r] vulto[s] et hilare[t] faciae[u], quasi nihil de contempto[v] suo fuisset effatus[w].

Cap. 2. *A* 1. *B* 2. *C*. *D*.

Cap. 2. a) mansionem meam *B* 2. b) eulogias *A* 1. *C* 1 *(e corr.)*. *D* 5; eblogias *B* 2. c) accepere *B* 2. d) illi *B* 2. e) benegno *C* 1, *corr.* f) haosto *B* 2. g) letus ad convivium *A* 1. h) Burdegalinsis *corr.* Burdigalensis *C* 1. i) Palcodio *B* 2. k) Sanctonico *C* 1. l) quem *A* 1; cuius *D* 5. m) *deest A* 1. n) intulissent *C* 1. o) paululum *A* 1. *D* 5. p) eps̄ *B* 2, *corr.* q) obtimatibus *C* 1. r) Faustinianum *A* 1. *C* 1. s) ordinationes *corr.* ordinationis *C* 1. t) Berthramnum *corr.* Berthramno *C* 1. u) metropole *A* 1. *D* 5. v) auferrens *C* 1. w) devolvit *C* 1 *e corr. D* 5. x) metropolitani *D* 5. y) artabant *D* 5. z) spoliatus *A* 1. *C* 1. *D* 5. a) *deest C* 1. b) illi *B* 2. c) *deest A* 1. d) accipere imperabat *des. B* 2. e) regi *A* 1. *D* 5; re *B* 2. f) nonciata *B* 2; nunctiata *C* 1. g) fuissint *C* 1, *corr.* h) obtineri *A* 1. *C* 1. *D* 5. i) possim *D* 5. k) advocaret *D* 5. l) *in* Visoque *novum caput incipit, sequentia IV, V etc. numerata sunt D* 5. m) Berthramnus *B* 2, *corr.* n) erat enim *C* 1. o) hab *C* 1, *corr.* p) Berthramnus *A* 1. *C* 1. *D* 5; Berthchramnos *B* 2. q) Burdegalensis *A* 1. *D* 5. r) inquit *C* 1. s) agemus *B* 2. t) costodisti *B* 2; custodis *C* 1. u) generationi *A* 1. *C* 1. *D* 5. v) opporturat *B* 2. w) Cumquę *B* 2. x) talea *C* 1, *corr.* y) Berthramnus *A* 1. *C* 1. *D* 5. z) Palladie *B* 2. a) *corr. in loco raso C* 1. b) iniquom *C* 1, *corr.* c) perierasti *C* 1; peierasti *D* 5. d) indeculos *A* 1; indiculos *C* 1. e) plenos *A* 1. *C* 1; plenas *D* 5. f) *deest D* 5. g) dixerunt *A* 1. h) *corr. add. C* 1. i) sanctissime *C* 1. k) regionis *A* 1. *D* 5. l) suspitate *B* 2. m) tractatis *D* 5. n) edicete *B* 2. o) *deest A* 1. p) *deest B* 2. q) recedit *C* 1, *corr.* r) laetu *C* 1, *corr.* s) vultu *A* 1. *C* 1. *D* 5. t) hilari *A* 1. *C* 1. *D* 5. u) facie *A* 1. *D* 5. v) contemptu *A* 1. *C* 1 *e corr. D* 5; concepto *C* 1. w) affatus *B* 2.

1) *VII*, 31. 2) *Ax vel Dax; cf. Longnon l. l. p.* 590. 3) *Cf. infra IX*, 33. 4) *Nicasius Inculismensis, de quo lib. IX, cap.* 41. *Antistius vero Aginnensis erat episcopus; uterque subscripsit conc. Matisc. II. R.*

3. Interea iam medium prandii[a] peractum, iubet rex, ut diaconem[b] nostrum, qui ante diem[c] ad missas psalmum responsurium[d] dixerat, canere iuberem. Quo canente, iubet iterum mihi, ut omnes sacerdotes qui aderant per meam commonicionem, datis ex officio suo singulis clerecis[e], coram rege[f] iuberentur cantare. Per me enim secundum[g] regis imperium[h] admoniti, quisque, ut potuit, in regis praesencia psalmum responsurium[d] decantavit. Cum autem fercula[i] proferrentur[k], dixit rex: 'Argentum omne[l], quod cernitis, Mummoli illius periuris[m] fuit[n]; sed nunc, gracia Domini tribuente, in nostra dominacione translatum est. Nam quindecim ex eo catinos[o], ut istum[p] maiorem cernitis, iam concidi, et non exinde amplius quam hunc et alium de cento[q] septuaginta libris reservavi. Et quid amplius quam opus cotidianum[r]? Non ego, quod peius est, alium filium praeter Childeberthum habeo, cui satis sit de thesauris, quos ei pater reliquid[s], et[t] quae iam de huius miserrimi[u] rebus, quae Avennione[v] inventae sunt[w], transmittere curavi. Reliqua vero[x] pauperum et aeclesiarum erunt necessitatibus tribuenda'.

4. 'Unum vos tantummodo, sacerdotes Domini, depraecor, ut pro filio meo Childebertho Domini misericordiam exoretis. Est enim vir sapiens adque utilis, ut de multorum annorum aevo vix ita tam[a] cautus homo reperire[b] possit ac strinuus[c]. Quia si hunc Deus his Galliis concedere dignabatur[d], fortassis spes erat, de eodem gentem[e] nostram, quae valde exinanita est, posse consurgere. Quod fieri iuxta eius misericordiam non diffido, eo[f] quod tale fuerit pueri nativitates[g] praesagium. Nam in diae sancto[h] paschae[i], stante fratre meo Sighibertho[k] in aeclesia, procedente diacono cum sancto euangeliorum libro, nuncius[l] regi advenit, unaque[m] vox fuit pronuntiantis[n] leccionem euangelicam ac nuntii[o] dicentis[p]: "Filius natus est[q] tibi". Unde factum est, ut omnis[r] populus in utraque adnunciacione pariter proclamaret: "Gloria Deo omnipotenti". Sed et baptismum in die sanctum[s] pentecosten[t] accepit, et rex nihilominus[u] in diem[v] sanctum[w] dominicae nativitatis est elevatus. Unde, si oracio vestra prosequitur, poterit hic, Domino annuente, regnare'. Haec rege[x] dicente, omnes oracionem fuderunt ad Dominum, ut utrumque[y] regem[z] eius misericordia conservaret[a]. Adiecitque[b] rex: 'Verum[d], quia mater eius Brunechildis[c] me minatur interemere[e], sed nihil mihi ex hoc formidinis est. Dominus enim, qui me eripuit de manibus inimicorum meorum, et[f] de huius insidiis liberavit[g] me'.

5. Multa tunc et in Theodorum[1] [episcopum[a]] adversa locutus est, protestans, quod

Capp. 3. 4. *A* 1. *B* 2. *C.* *D.*

Cap. 3. a) prandium *D* 5. b) diaconum *C* 1. c) die *A* 1. *C* 1. d) responsorium *A* 1. *D* 5. e) clericis *A* 1. *D* 5. f) regem *B* 2. g) secondum *B* 2. h) imperiom *C* 1, *corr. a scriba.* i) percula *B* 2. k) proferentur *B* 2. l) omnem *C* 1, *corr.* m) *deest* *A* 1; perieris *C* 1; periuri *D* 5. n) fuisse *A* 1. o) cotinos *B* 2, *corr.* p) istis *C* 1. q) *sic, corr.* centum *B* 2. *C* 1; centum *etiam* *A* 1. *D* 5 *habent.* r) necesse est me retinere *add.* *D* 5. s) reliquit *C* 1. t) *deest* *A* 1. u) miserime *B* 2. v) Avenninone? *C* 1, *corr.* w) *deest* *A* 1. x) veri *B* 2.

Cap. 4. a) tam̄ *A* 1, *corr.* b) repperiri *A* 1; repperire *C* 1. *D* 5. c) stribunus *A* 1; strinnus *corr.* strenuus *C* 1; strenuus *D* 5. d) dignatur *A* 1; dignabitur *D* 5, *corr.* e) gente nostra *C* 1. f) *deest* *A* 1. g) nativitatis *A* 1. *C* 1. *D* 5. h) sanctum *A* 1. i) pascha (ē *superscr.*) ante nativitatis est elevatus fratre *B* 2, *cf. infra l.* 26; nam in diem sanctum pasche stanti fratri *C* 1. k) Sigiberto *A* 1. *D* 5; Sigyberthum *corr.* Sigybertho *C* 1. l) nuntios *C* 1, *corr.* m) unaquę *B* 2. n) pronuntiantes *B* 2. *C* 1. o) nontii *B* 2. p) dicentes *B* 2. q) *deest* *A* 1. r) omnes *B* 2. s) sancto *D* 5. t) pentecostes *C* 1. u) nihilhominus *C* 1. v) die *A* 1. w) *sic etiam* *A* 1, *ubi corr.* sancta. x) regi *B* 2. y) utrumquę *B* 2. z) regni *A* 1. a) conservaverit *A* 1. b) Adiecitquę *B* 2. c) Virum *B* 2. d) Prunichildis *corr.* Brunihildis *C* 1, *quod etiam* *A* 1. *D* 5 *habent.* e) interimere *A* 1. *C* 1. *D* 5. f) *corr. add.* *C* 1. g) liberabit *C* 1. *D* 5.

Cap. 5. a) *deest* *A* 1. *C* 1. *D* 5.

1) *Massiliensem.*

si ad sinodum[a] veniret, iterum exilio[b] truderetur[c], dicens: 'Scio enim, quod horum causa germanum meum Chilpericum interfeci fecit[d]. Denique nec nos pro viris[e] haberi[f] debemur[g], si[h] eius necem[i] ulciscere[k] non valemus hoc anno'. Cui ego respondi: 'Et quis Chilpericum interemit[l], nisi malitia sua tuaque[m] oratio? Multas enim tibi contra iusticiam tetendit insidias, quae ei[n] mortis exicium intulerunt. Quod ut dicam, valde hoc per visionem somnii[o] inspexi, cum viderem eum ante[p] tonsorato capite quasi episcopum ordinari[q]; deinde super cathedram puram[r], sola fuligine tectam, inpositum ferri, praelucentibus coram eo lyghnis[s] ac cereis[t]'. Me haec narrante, rex ait: 'Vidi et ego aliam[u] visionem, quae huius interitum nunciavit[v]. Adducebatur enim in conspectu[w] meo a tribus episcopis[x] vinctus catenis, quorum unus Tetricus[y. 1], alius Agricula[z. 2], tercius vero Nicecius Lugduninsis[a] erat. E[b] quibus dicebant duo: "Solvite, quaesumus[c], eum et castigatum abire permittite". Quibus e contrario cum amaritudine Tetricus[y] episcopus respondebat: "Non fiet ita[d], sed igni concremabitur pro sceleribus suis". Et cum diu multumque[e] quasi altercantes haec inter se verba proferrent, conspicio eminus aeneum[f] super ignem positum fervere[g] vehementer. Tunc me flente[h], adpraehensum[i] infilicem[k] Chilpericum[l], confractis membris, proiciunt in aeneum[m]. Nec[n] mora, inter undarum vapores ita dissolutus ac[o] liquefactus[p] est, ut nullum ex eo paenitus indicium remaneret'. Haec rege dicente, admirantibus nobis, epulo[q] expleto, surreximus[r].

6. Rex igitur in crastinum in venacione[a] progressus est. Quo redeunte[b], Garacharius[c] comis[d] Burdigalensis[e] adque Bladastis[f] a nobis repraesentati[g] sunt, quia, ut superius diximus[3], in basilica sancti Martini confugium fecerant, pro eo quod Gundovaldo[h] coniuncti fuissent. Nam cum prius pro his depraecatus, nihil obtinere[i] potuissem[k], haec in sequenti[l] locutus sum: 'Audiat, o rex, potestas[m] tua. Ecce a domino meo in legacione ad te directus sum! Vel quid[n] renunciabo ei qui me misit, cum nihil mihi responsi[o] reddere[p] vellis[q]?' At ille[r] obstupefactus[s] ait: 'Et[t] quis est dominus tuus, qui te misit?' Cui ego subridens[u]: 'Beatus Martinus', inquio, 'misit me'. Tunc[v] ille iussit sibi repraesentari viros. Sed cum in eius conspectu venissent, multas ei perfidias ac periurias[w] exprobravit, vocans eos saepius vulpis[x] ingeniosas[y], sed restituit[z] eos graciae suae, reddens quae illis[a] ablata fuerant. Iul. 6.

Cap. 5. 6. *A* 1. *B* 2. *C*. *D*.

Cap. 5. a) synododum *C* 1. b) exsilio *C* 1, *corr.* c) traderetur *A* 1. d) Chilp. interfecit *A* 1. e) vires *C* 1. f) habere *B* 2. g) debemus *A* 1. *D* 5. h) nec *A* 1. i) nec *A* 1. k) ulcisci *D* 5. l) interimit *C* 1, *corr.* m) tuaquę *B* 2. n) *deest A* 1. o) somni *B* 2. p) a te *D* 5. q) ordinare *B* 2. r) pura *A* 1. s) liciniis *A* 1; lighnis *C* 1; lychnis *D* 5. t) ceries *B* 2. u) alia *B* 2. v) nonciavit *B* 2. w) conspecto *B* 2. x) ēps̄ *B* 2. y) Tetrecus *B* 2. z) Agiroecula *B* 2. a) Lugdunensis *A* 1. *C* 1. *D* 5. b) Et *B* 2. c) quaesummus *B* 2. d) fiet et ita *C* 1, *corr.* e) multumquę *B* 2. f) aenęum *B* 2. g) ferbere *C* 1, *corr.* h) flenti *C* 1. i) *sic B* 2. k) infelicem *A* 1. *D* 5. l) Chilpiricum *B* 2; Chilbericum *corr.* Chilpericum *C* 1. m) aenium *B* 2; enęum *C* 1. n) Ne *B* 2. o) ae *B* 2. p) liquifactus *B* 2. q) ępulo *C* 1. r) surrexemus *B* 2; reximus *corr.* surreximus *C* 1.

Cap. 6. a) venationem *D* 5. b) rediunte *B* 2. c) Gracharius *A* 1. d) comes *A* 1. *D* 5; commes *corr.* comes *C* 1. e) Burdegalensis *A* 1. *C* 1. *D* 5; *corr.* Burdigalinsis *C* 1. f) Blaudastis *C* 1, *corr.* g) repraesentate *B* 2. h) Gundoaldo *B* 2; Gundovaldum *D* 5, *corr.* i) obtenire *B* 2. k) potuissim *B* 2. l) sequente *B* 2. m) potentia *A* 1. n) qui *B* 2. o) respondere *A* 1. p) *deest A* 1. q) velis *A* 1. *C* 1. *D* 5; *corr.* vellis *C* 1. r) illi *B* 2. s) obstupefacta sait *corr.* obstupefacta sic ait *B* 2. t) *deest A* 1. u) suuridens *B* 2, *corr.* v) Tunc — viros *des. B* 2; veros *corr.* viros *C* 1. w) periuria *C* 1. x) vulpes *A* 1. *C* 1. *D* 5. y) ingeniosos *D* 5. z) restitui *B* 2. a) reddensque illis quae *D* 5, *expunct.* que.

1) *Lingonensis.* 2) *Cabillonensis.* 3) *Errat Gregorius, quia de solo Bladasti disputavit supra VII,* 37.

Iul. 8. 7. Adveniente quoque die dominico, rex[a] aeclesiam ad spectanda[b] missarum solemnia petit[c]. Fratres vero consacerdotesque[d], qui aderant, locum Palladio[e] episcopo ad agenda[f] festa praebuerunt. Quo incipiente prophetiam[g], rex interrogat, quis esset. Cumque[h] Palladium episcopum iniciasse pronunciassent[i], statim commotus rex ait: 'Qui mihi semper infidelis et perfidus fuit, ille[k] nunc sacrata[l] verba praedicabit[m]? Egrediar prursus[n] ab hac[o] aeclesia, ne inimicum meum audiam praedicantem'. Et haec dicens, egredi coepit aeclesiam. Tunc conturbati sacerdotes de fratres[p] humilitate, dixerunt regi: 'Vidimus enim eum convivio tuo adesse ac de eius manu te benedicciónem accipere[q]; et cur eum nunc rex aspernatur? Si[r] enim scissemus[s] tibi exosum, declinassemus[t] utique ad alium, qui haec[u] agere debuisset[v]. Nunc, si permittis[w], caelebret, quia[x] coepit; in posterum autem, si aliquid[y] opposueris[z], canonicae[a] sanccionis censura finiatur[b]'. Iam enim Palladius episcopus in sacrario cum grande[c] humilitate discesserat. Tunc rex iussit eum revocare[d], et sic quae[e] agere[f] coeperat expedivit[g]. Nam cum[h] iterato ad convivium regis Palladius atque Berthchramnus[i] acciti fuissent[k], commoti in invicem, multa sibi de adulteriis ac fornicacione exprobraverunt, nonnulla etiam de periuriis. Quibus de rebus multi ridebant, nonnulli vero, qui alacriores[l] erant scienciae, lamentabant[m], cur inter sacerdotes Domini taliter zezania[n] diabuli[o] pullularet[p]. Discedentes itaque a regis praesencia, cauciones et fideiussores[q] dederunt, ut decimo Kalendas mensis noni ad sinodum convenirent.

8. Tunc apparuerunt signa, id est radii a parte aquilonis, sicut saepius apparere solent[a]. Fulgor[b] per caelum cucurrisse[c] visus[d] est, floresque[e] in arboribus ostensi[f] sunt[g]. Erat enim mensis quintus.

9. Post haec rex Parisius venit et[a] coram omnibus loqui coepit, dicens: 'Germanus meus Chilpericus moriens dicitur filium reliquisse, cuius nutritores, matre depraecante, petierunt, ut eum de sancto lavacro in dominici[b] natalis solemnitate deberem[c] excipere, et non venerunt. Rogaverunt deinceps, ut ad sanctum[d] pascha baptizaretur, sed nec tunc adlatus[e] est infans. Depraecati sunt autem tercio, ut ad festivitatem sancti Iohannis exhiberetur[f], sed nec tunc venit. Moverunt itaque me per tempus sterile[g] de loco ubi habitabam[h]. Veni igitur, et ecce absconditur nec ostenditur mihi puer. Unde, quantum intellego, nihil est quod promittitur, sed, ut credo, alicuius ex leudibus nostris sit filius. Nam si[i] de stirpe nostra fuisset[k], ad me utique fuerat deportatus. Ideoque[l] noveritis[m], quia a me non suscipitur, nisi certa de eo cognuscam[n] indicia'. Haec audiens

Capp. 7—9. *A* 1. *B* 2. *C. D.*

Cap. 7. a) ad *addit A* 1. b) expectandam *B* 2. c) petiit *A* 1. d) consacerdotes *B* 2. e) Palladium *C* 1, *corr.* f) da *corr. add. B* 2. g) prophetia *B* 2. h) Cumquę *B* 2. i) prononciassent *B* 2. k) illi *B* 2. l) sacra *A* 1. m) praedicavit *A* 1. n) prorsus *A* 1. *C* 1. *D* 5. o) *deest A* 1; hęc *B* 2; haec *C* 1, *corr.* p) *sic etiam C* 1, *corr.* fratris, *quod A* 1. *D* 5 *praebent.* q) accepere *B* 2. r) Sic *C* 1, *corr.* s) *sic A* 1. *B* 2 *(corr.)*. *D* 5; scissimus *B* 2; sciremus *in litura C* 1. t) declinassimus *B* 2. u) ec *B* 2. v) debuissit *B* 2. w) permittitis *C* 1. x) quae *A* 1. *D* 5; *in C* 1 *corr. in loco raso*: quę. y) aliquando *A* 1. z) oppusueris *corr.* obposueris *C* 1. a) cannonicae *B* 2. b) finietur *D* 5, *corr.* c) grandi *A* 1. *D* 5. d) revocari *A* 1. *D* 5. e) quem *C* 1, *corr.* f) agi *A* 1. g) expetivit *A* 1. h) *corr. add. C* 1. i) Berthramnus *C* 1. k) fuissint *B* 2. l) alacrioris *C* 1. *D* 5; *corr.* alacriores *C* 1. m) lamentabantur *D* 5. n) zizania *A* 1. *D* 5. o) diabulo *B* 2. p) pollularet *corr.* polluaret *B* 2; pullularent *D* 5, *corr.* q) fideiiussores *B* 2.

Cap. 8. a) solet *A* 1. b) Fulgur *D* 5. c) cucuressi *B* 2; occurrisse *D* 5. d) visum *A* 1. e) flores *A* 1. f) ostensis *A* 1. g) *deest A* 1.

Cap. 9. a) *corr. add. C* 1. b) dominico *C* 1, *corr.* c) deberent *D* 5. d) sc̄am *B* 2. e) allatus *A* 1. *C* 1. *D* 5. f) exiberetur *B* 2. g) stereli *C* 1, *corr.* h) abitabam *B* 2. i) se *B* 2. k) fuissit *corr.* fuisset *C* 1. l) itaque *A* 1; ideque *B* 2, *corr.* m) noveris *B* 2. n) cognoscam *A* 1. *D* 5.

Fredegundis regina, coniunctis prioribus regni sui, id est cum[a] tribus episcopis et tricentis[b] viris optimis[c], sacramenta dederunt, hunc a Chilperico rege[d] generatum fuisse; et sic suspicio[e] ab animis[f] regis ablata est.

10. Denique cum interitum Merovechi adque Chlodovechi[a] saepius lamentaret[b] nesciretque, ubi eos postquam interfecerant[c] proiecissent, venit ad regem homo, qui diceret: 'Si mihi contrarium in posterum non habetur, indicabo[d], in quo loco Chlodovechi[e] cadaver sit positum[f]'. Iuravit rex, nihil ei molestum fieri, sed potius muneribus ampliari[g]. Tunc ille[h]: 'Veritatem', inquid, 'me loqui[i], o rex, ipsa racio[k] quae acta est conprobabit[l]. Nam quando Chlodovechus interfectus est ac sub stillicidio oratorii[m] cuiusdam sepultus, metuens regina, ne aliquando inventus cum honore sepeliretur, iussit eum in alveum Matronae fluminis proici[n]. Tunc intra lapsum, quod opere meo ad capiendorum piscium necessitatem praeparaveram, repperi. Sed cum ignorarem, quisnam esset, a caesariae[o] prolixa cognovi Chlodovechum esse, adpraehensumque in humeris[p] ad litus detuli ibique eum cespite[q] superpositum[r] tumulavi[s]. Ecce, salvatis artubus[t], quod volueris effice'. Quod cum rex conperisset[u], confingens se ad venacionem procedere, detectoque[v] tumulo[w], repperit corpusculum[x] integrum et inlaesum. Una tantum pars capillorum, quae subter fuerat, iam defluxerat, alia vero cum ipsis crinium flagellis intacta durabat. Cognitumque est, hunc esse, quem rex intento animo requirebat[y]. Convocato igitur episcopo civitatis, cum clero et populo ac cereorum[z] innumerabilium ornatu[a] ad basilicam sancti Vincenti detulit tumulandum[b], non minus plangens nepotes mortuos, quam cum vidit filios[c] proprios[d] iam[e] sepultus[f]. Post haec misit Pappolum[g] Carnotenae[h] urbis episcopum, qui Merovechi cadaver requirens, iuxta Chlodovechi tumulum sepelivit.

11. Ostiarius vero quidam de alio ostiario dixit: 'Domine rex, hic, accepto praemio, consinsit[a], ut tu[b] interficiaris'. Adpraehensusque ostiarius, de quo dixerat, caesus suppliciisque multis adfectus, nihil de causa, qua interrogabatur, aperuit[c]. Loquebantur enim tunc multi hoc in[d] insidiis et invidia factum, quod ostiarius ille, cui hoc crimen inpactum fuerat, plurimum a rege[e] diligeretur[f]. Ansoaldus autem, nescio qua suspicione tactus, nec vale[g] dicens, a rege discessit. Rex vero Cavilonnum[h] regressus, iussit Boantum, qui sibi[i] semper fuerat infidelis, gladio percuti. Qui vallatus in domo sua, ab hominibus regis peremptus interiit; resque suae fisci diccionibus[k] subiugatae sunt.

12. Denique cum rex maxima intencione Theodorum episcopum iterum persequi conaretur, et Massilia iam in Childeberthi regis dominacione[a] revocata fuisset, ad discuciendas causas Ratharius illuc quasi dux a parte regis Childeberthi diregitur[b]. Sed

Capp. 9. 10. *A* 1. *B* 2. *C. D.* *Cap.* 11. *A* 1. *B* 2. *D.* *Cap.* 12. *A* 1. *B* 2. *C. D.*

Cap. 9. a) *deest D* 5. b) trecentis *A* 1. *D* 5. c) optis *B* 2, *corr.;* optimatibus *D* 5. d) regi *B* 2. e) suspeccio *B* 2. f) animo *D* 5.

Cap. 10. a) Clodouuihi *C* 1, *sed* ui *in litura.* b) lamentaretur *A* 1. *D* 5. c) interficerant *C* 1. d) tibi *addit A* 1. e) Chlodovechi *corr.* Hlodouuihi *C* 1, *et sic infra.* f) positus *A* 1. g) ampliare *B* 2. h) illi *B* 2. i) locutum *A* 1. k) oratio *A* 1. l) conprobavit *A* 1. *C* 1. m) oraturii *B* 2. n) prohici *A* 1. o) cessariae *C* 1. p) umeris *C* 1, *corr.* q) cespites *C* 1, *corr.* r) superposito *A* 1. *C* 1. *D* 5. s) tumolavi *B* 2. t) artibus *B* 2. *C* 1. u) reperisset *C* 1. v) detactoque *B* 2. w) tumolo *B* 2. x) corpuscolum *B* 2. y) requerebat *B* 2. z) ceriorum *B* 2. a) ornato *B* 2. b) tumolando *B* 2. c) filius *B* 2. d) proprius *B* 2; propriorios *C* 1. e) sit *A* 1. f) sepultos *A* 1. *D* 5. g) Populum *A* 1; Pappalum *C* 1. h) Carnotinae *D* 5.

Cap. 11. *Deest hoc caput codicibus C.* a) consensit *A* 1. *D* 5. b) *deest A* 1. c) apperuit *B* 2. d) *deest D* 5. e) regi *B* 2. f) diligeritur *B* 2. g) vali dicens *B* 2. h) Cavillonum *A* 1. *D* 5. i) *deest A* 1. k) ditionibus *A* 1. *D* 5.

Cap. 12. a) dominio *A* 1. b) dirigetur *corr.* dirigitur *C* 1, *quod A* 1 *et D* 5 *habent.*

postposita accione, quae ei a rege[a] iniuncta fuerant[b], episcopum vallat, fideiussores requirit et ad praesenciam regis Gunthchramni direxit, ut scilicet ad sinodum[c], quod[d] Matiscone[e] futurum[f] erat, quasi ab episcopis damnandus adesset. Nec defuit ulcio divina, quae[g] servos suos ab ore canum rabidorum[h] defensare consuevit. Nam egrediente episcopo a civitate, statim res aeclesiae deripit[i] et alia[k] quidem sibi vindicat[l], alia sub sigillorum[m] municionem[n] concludit. Cumque hoc fecisset, protinus[o] famulus[p] eius saevissimus[q] invadit morbus, exhaustusque[r] febre peremit; filius[s] eius ab hoc incommodo[t] defecit[u], quem[v] suburbano[w] Massilia[x] ipsius cum gravi gemitu sepelivit[y]. Fuitque talis domui eius plaga, ut, cum ab urbe illa est digressus[z], vix ad patriam suam regredi putaretur. Theodorus[a] vero[b] episcopus a Gunthchramno rege[c] detentus est, sed nihil ei rex nocuit. Est[d] enim vir egregiae sanctitatis et in oracione assiduus[e], de quo mihi Magnericus Treverensis episcopus haec retulit[f]: 'Ante hos annos cum ad[g] praesentiam[h] Childeberthi regis ita sub ardua custodia[i] duceretur, ut, quandoque ad urbem aliquam venisset, neque episcopum neque quemquam de civibus videre permitteretur[k], adveniens Treverus[l], nunciatum[m] est episcopo, hunc iam in navi positum[n] clam abduci. Surrexitque sacerdus[o] tristis, ac velociter prosecutus, reperit[p] eum ad litus; causatusque cum custodibus[q], cur tanta esset[r] impietas, ut non liceret fratri fratrem aspicere; visoque[s] tandem, osculatus[t] eum, indulgens aliquid vestimenti, discessit. Veniens[u] itaque ad basilicam sancti Maximini[v], prosternitur sepulchro, illud apostoli Iacobi reti-
Iac. 5, 16. nens[w]: *Orate pro invicem, ut salvimini*[x]. Fusaque diu oracione cum lacrimis, ut fratre[y] dignaretur[z] Dominus adiuvare, egressus est foris. Et ecce mulier, quam spiritus erroris[a] agitabat[b], clamare sacerdoti cepit[c] ac dicere: 'O sceleste et inveterate dierum, qui pro inimico nostro Theodoro oracionem fundis[d] ad Dominum. Ecce nos cotidie[e] querimus[f], qualiter ab his Galliis extrudatur, qui nos cotidianis[g] incendiis conflat[h]; et[i] tu pro eo rogare non desinis! Sacius enim tibi erat, res aeclesiae tuae diligenter inquirere, ne pauperibus aliquid deperiret, quam pro hoc tam intente deposcere'. Et agebat[k]: 'Vae nobis[l], qui[m] eum non possumus expugnare'. Et licet daemoniis credi non debeat, tamen qualis esset sacerdus[n], de quo haec daemon condolens declamabat, apparuit. Sed ad[o] coepta redeamus.

13. Igitur legatus[a] ad nepotem suum Childeberthum[b] rex diregit[c], qui morabatur tunc ad castrum Confluentis[d], qui ob hoc nomen accepit, pro eo quod Musella[e] Rhenusque[f] amnes[g] pariter confluentes in eodem loco iungantur. Et[h] quia placitum fuerat,

Cap. 12. 13. *A* 1. *B* 2. *C*. *D*.

Cap. 12. a) regi *B* 2. b) fuerat *A* 1. *D* 5. c) synodum *A* 1. *C* 1. *D* 5. d) quae *D* 5. e) Masticone *A* 1. f) futura *D* 5. g) qua *B* 2. h) rapidorum *C* 1. i) diripit *A* 1. *C* 1 *(e corr.)*. *D* 5; direpit *C* 1. k) ali *B* 2; et ad alia *C* 1 *(*ad *expunctum a corr.)*. l) vendicat *A* 1. m) sigellorum *B* 2. n) munitione *A* 1. *C* 1. *D* 5. o) protenus *B* 2. p) famulos *A* 1. *D* 5. q) saevissimos *A* 1. *D* 5; saevissemus *B* 2. r) exaustosque *A* 1; exhaustosque *C* 1. *D* 5. s) filios *C* 1, *corr.* t) do *corr. add.* *B* 2. u) deficit *B* 2. v) in *add.* *D* 5. w) suburbana *A* 1. x) Masilliae *B* 2. y) saepelivit *C* 1. z) degressus *B* 2. a) Theodoros *B* 2. b) verus *C* 1, *corr.* c) regi *B* 2. d) erat *C* 1. e) assiduos *B* 2. f) retullit *B* 2. g) *deest* *B* 2. h) praesentia *C* 1. i) costodia *B* 2. k) promittitur *B* 2. l) Treveris *A* 1. *D* 5. m) nonciatum *B* 2. n) possitus *B* 2. o) sacerdos *A* 1. *C* 1. *D* 5. p) repperit *C* 1. q) costodibus *B* 2. r) essit *B* 2. s) viroque *B* 2. t) osculatur *B* 2. u) Venientes *A* 1. v) Maximi *A* 1; Martini *D* 1. 3. 5. w) retenens *C* 1. x) salvemini *A* 1. *D* 5. y) fratri *A* 1. *C* 1; fratrem *D* 5. z) digneretur *C* 1. a) errores *B* 2. b) agetabat *B* 2. c) coepit *C* 1. d) fudisti *A* 1. e) cottidię *C* 1. f) queremus *B* 2. g) cotidie *A* 1. h) conflaret *A* 1. i) *deest* *A* 1. k) aiebat *A* 1. *C* 1. *D* 5. l) mihi *A* 1. m) quia *A* 1. n) sacerdos *A* 1. *C* 1. *D* 5. o) ac *B* 2; *corr. add.* *C* 1.

Cap. 13. a) legatos *C* 1. *D* 5. b) Childepertus *A* 1; Childebertum *B* 2, *et sic infra*. c) direxit *A* 1; dirigit *C* 1. *D* 5. d) Confluentes *C* 1, *corr.* e) Mosella *A* 1. *D* 5. f) Renusque *B* 2. g) *deest* *A* 1. h) ut *A* 1

ut Treecas[a] Campaniae urbem de utrumque[b] regnum coniungerent[c], sacerdotibusque[d] de regno Childeberthi congruum non fuit, Felix[e] legatus[f], salutacione praemissa, ostensis litteris, ait: 'Patruus[g] tuus, o rex, diligenter[h] interrogat, quis te ab hac[i] promissione retraxit[k], ut sacerdotes regni vestri ad concilium, quod simul decreveratis[l], venire differrent[m]. An forsitan[n] mali homines aliquam inter vos discordiae radicem faciunt pullulare?' Tunc ego, rege tacente, respondi: 'Nil mirum[o], si[p] zizania seratur in[q] populos[r], nam inter hos[s] quo radicem[t] obligetu[u] protenus[v] non potest repperire[w]. Nulli[x] enim latet, quod Childeberthus rex alium patrem nisi patruum non[y] habet, neque ille[z] alium filium, nisi hunc habere disponit[a], iuxta id quod eum anno praesenti audivimus loqui. Absit ergo, ut inter eos radix discordiae germinet[b], cum se pariter et tuere[c] debeant[d] et amare'. Tunc vocato[e] secretius[f] Felice legato, Childeberthus rex rogavit, dicens: 'Depraecor dominum et patrem meum, ut Theodoro episcopo nihil iniuriae inferat; quod si[g] fecerit[h], confestim inter nos scandalum germinavit[i], erimusque, discordia inpediente, disiuncti, qui debemus amorem tuendo esse pacifici'. Acceptoque et de aliis causis responso, legatus[k] discessit.

14. Nobis itaque in antedicto castro cum regem[a] commorantibus[b], dum ad convivium principis usque obscura[c] nocte teneremur, epulo expleto, surreximus, venientesque ad fluvium, offendimus navem in litus, quae nobis fuerat praeparata. Ascendentibusque nobis, inruit turba hominum diversorum, impletaque est navis tam hominibus quam aquis. Sed virtus Domini adfuit non sine grande[d] miraculo, ut, cum usque[e] labium impleta[f] fuisset, mergi[g] non possit. Habebamus[h] enim nobiscum beati Martini reliquias cum aliorum sanctorum, quorum virtutem nos credimus[i] fuisse salvatos. Ad vero nave ad litus unde egressi[k] fuimus[l] redeunte, evacuata[m] vel ab[n] hominibus vel a lymphis, repulsis extraneis, sine inpedimento transivimus. In crastino[o] autem vale[p] regi[q] dicentes, abscessimus.

15. Profecti igitur in itenere[a], ad Eposium[b, 1] castrum accessimus, ibique[c] a Vulfilaico[d] diacono[e] nancti[f], ad monasterium[g] eius deducti, benignissime suscepti sumus[h]. Est enim hoc monasterium quasi milibus octo ab antedicto castro in montis[i] cacumine collocatum. In quo monte magnam basilicam aedificavit, quam beati Martini vel reliquorum sanctorum reliquiis[k] inlustravit. Commorantes autem ibi, petere ab eo coepimus, ut nobis aliqua de conversionis suae bono narraret, vel qualiter ad clericatus

Cap. 13. *A* 1. *B* 2. *C*. *D*. *Capp.* 14. 15. *A* 1. *B* 2. *D*.

Cap. 13. a) Tricas *A* 1. b) utroque regno *A* 1. *C* 1. *D* 5. c) coniungerentur *D* 5. d) sacerdotibusqui *B* 2. e) Filix *C* 1, *corr.* f) legatos *C* 1, *corr.* g) Patruos tuos *B* 2. h) diligiter *C* 1, *corr.* i) hoc *B* 2. k) traxit *A* 1. l) decriveratis *B* 2. m) different *C* 1, *corr.* n) forsitam *C* 1. o) respondi nimirum *A* 1. *C* 1. p) *deest* *A* 1. q) inter *D* 5. r) populus *B* 2. s) eos *C* 1, *corr.* t) radice *A* 1. u) oblita *A* 1; obligit *B* 2. v) protinus *A* 1; *deest* *D* 5. w) repperiri *C* 1. *D* 5. x) Nullum *D* 5. y) *deest* *A* 1. *C* 1. *D* 5. z) illi *B* 2. a) disponet *C* 1, *corr.* b) germinit *B* 2. c) tueri *D* 5. d) dibeant *B* 2. e) vocat̄ *B* 2. f) secretus *B* 2. g) *deest* *B* 2. h) ficecerit *B* 2. i) germinabit *A* 1. *D* 5. k) legatos *C* 1, *corr.*

Cap. 14. *Deest hoc caput codicibus C.* a) rege *A* 1. *D* 5. b) cummorantibus *B* 2. c) usque do abscura *A* 1, *sed* do *in* de *mutatum est.* d) grandi *A* 1. *D* 5. e) usquę *B* 2. f) plena *A* 1. g) merge *B* 2. h) habibamus *B* 2. i) nostre dimus *B* 2. k) egresse *B* 2. l) fuemus *B* 2. m) vacuata *A* 1. n) *deest* *A* 1. o) crastinum *A* 1. p) vale dicentes regi *D* 5. q) rege *B* 2.

Cap. 15. *Deest hoc caput codicibus C.* a) itinere *A* 1. *D* 5. b) Epositum *A* 1; Ępositum *D* 5. c) ibique a *des.* *D* 5. d) Vulfolaico *B* 2; Vulfilaicum *D* 5. e) diaconum *D* 5. f) nacti *D* 5. g) monasteri *B* 2. h) summus *B* 2. i) montes *B* 2. k) reliquias *B* 2.

1) *Olim Yvois, hodie autem Carignan nominatum. Cf. Longnon l. c. p.* 369.

officium advenisset[a], quia erat genere Langobardus. Sed nequibat exponere, vanam tota[b] intencione cupiens gloriam evitare. Quem ego terribilibus[c] sacramentis coniurans, pollicitus[d] primo, ut nulli quae referebat expanderem, rogare coepi[e], ut nihil mihi de his quae interrogabam occuleret[f]. Cumque diutissime reluctasset[g], victus tandem tam[h] praecibus quam[h] obsecracionibus meis, haec effatus est: 'Dum essem', inquid, 'puer parvolus[i], audito[k] beati Martini nomine, nesciens adhuc, utrum martyr an confessor[l] esset[m], vel quid boni in mundo gessisset[n], vel quae regio beatus[o] artus tumulo[p] meruisset accipere[q], iam in eius honore vigilias celebrabam, ac, si aliquid inter manus nomismatis[r] advenisset, aelimosinas[s] faciebam[t]. Iamque[u] in maiore[v] aetate proficiens, litteras discere studui[w]; ex quibus prius scribere potui[x], quam ordinem[y] scriptarum[z] litterarum scirem. Deinde Aridio[a] abbati coniunctus ab eoque edoctus[b], beati Martini basilicam adii. Revertensque[c] cum eo, ille parumper pulveris beati sepulchri pro benediccione sustulit[d]. Quod[e] in capsulam[f] positum ad collum meum dependit. Devectique ad monasterium eius Limovicino[g] in termino, accepta capsula, ut eam in oratorio[h] suo locaret, in[i] tantum pulvis adcrevit[i], ut non solum totam capsam repleret, verum etiam foris inter iuncturas[k], ubi aditum repperire potuit, scateret[l]. Ex hoc mihi miraculi[m] lumine animus magis accendit totam spem meam in eius virtute defigere[n]. Deinde[o] territurium[p] Trevericae[q] urbis expetii, et in quo nunc estis monte, habitaculum quod cernitis proprio labore construxi. Repperi tamen hic Dianae[1] simulacrum, quod populus hic incredulus quasi deum[r] adorabat. Columnam[s] etiam statui, in qua cum grandi cruciatu sine ullo pedum perstabam tegmine[t]. Itaque cum hiemis[u] tempus[v] solite advenisset, ita rigore glaciali[w] urebar[x], ut ungues[y] pedum meorum[z] saepius vis rigoris excuteret[a], et in barbis meis aqua gelu[b] conexa candelarum more dependeret[c]. Magnam enim hiemem[d] regio illa persaepe dicitur sustenere[e]'. Sed cum nos sollicite[f] interrogaremus, qui[g] ei cybus[h] aut potus esset, vel qualiter simulacra montis illius subvertisset, ait: 'Potus cybusque meus erat parumper panis et oleris ac modicum aquae. Verum ubi ad me multitudo vicinarum villarum confluere coepit, praedicabam iugiter[i], nihil esse Dianam, nihil simulacra nihilque[k] quae[l] eis videbatur exercere cultura[l]; indigna etiam[m] esse ipsa, quae inter pocula luxuriasque profluas[n] cantica proferebant; sed potius Deo omnipotenti, qui caelum fecit ac terram, dignum sit sacrificium laudis inpendere. Orabam etiam[o] saepius, ut simulacrum[p] Dominus dirutum[q] dignaretur populum illum[r] ab hoc errore discutere. Flexit Domini misericordia mentem rusticam, ut inclinaret

Cap. 15. *A* 1. *B* 2. *D*.

Cap. 15. a) advenissit *B* 2. b) totam intentionem *A* 1. c) terrebilibus *B* 2. d) pollicit *B* 2. e) coepit *B* 2. f) occoleret *B* 2. g) reluctatus fuisset *D* 5. h) vel *A* 1. i) parvulus *A* 1. *D* 5. k) audio *A* 1. l) confessur *B* 2. m) *deest A* 1. n) egesset *corr.* egisset *A* 1; gessiset *D* 5. o) beatos *D* 5. p) tumulum *A* 1; tumolo *B* 2. q) accipee *corr.* accipere *A* 1; accepere *B* 2. r) numismatis *B* 2. s) elemosinas *A* 1; ęlemosinam *D* 5. t) faciebat *A* 1; *sic corr. e* faciabam *B* 2. u) Iam *A* 1. v) maiori *A* 1. *D* 5; maiorę *B* 2. w) studii *B* 2. x) curavi *A* 1, *corr.* y) ordine *A* 1. z) scripturarum *A* 1 *e corr.*; *B* 2. a) Aredio *A* 1. b) ductus *B* 2. c) Revertentesque *D* 5, *corr.* d) sustullit *B* 2. e) Quem *D* 5. f) capsula *A* 1. *D* 5. g) Lemovicinum *A* 1. *D* 5; *corr.* Lemovicino *D* 5. h) oraturio *B* 2. i) in — adcrevit *des. D* 5. k) iuntaras *B* 2. l) scatiret *B* 2. m) miraculum *corr.* miraculo *D* 5. n) defigeret *B* 2. o) in *add. A* 1. p) territorio *A* 1; territorium *D* 5. q) Trivericae *A* 1. r) deam *A* 1. s) Colomnam *B* 2. t) *deest D* 5. u) hiems *B* 2. v) tempore *A* 1. w) glacili *B* 2. x) urebat *B* 2. y) ungulas *D* 5. z) pedum eorum *B* 2. a) excusserit *A* 1. b) gelo *B* 2. c) dependerit *A* 1. d) hiemen *D* 5. e) sustinire *B* 2. f) solicite *B* 2. g) que *B* 2. h) cibus *A* 1. *D* 5, *et sic infra.* i) *deest A* 1. k) nihilque — cultura *des. A* 1. l) quam *D* 5. m) indignae iam *B* 2. n) proflua *A* 1. o) et tam *B* 2. p) simulacris *D* 5. q) dirutis *D* 5. r) *deest D* 5.

1) *Cf. Grimm, 'Mythologie', ed. alt., p.* 99 *sq.; Beugnot, 'Histoire de la destruction du paganisme en Occident' II, p.* 340.

aurem suam in verba oris mei, ut scilicet, relictis idolis, Dominum sequeretur[a]. Tunc convocatis quibusdam ex eis, simulacrum hoc inmensum, quod elidere propria virtute non poteram, cum eorum adiutorio possim eruere[b], iam enim reliqua sigillorum, quae[c] faciliora[d] fuerant, ipse confringeram[e]. Convenientibus autem multis[f] ad hanc Dianae statuam, missis funibus, trahere coeperunt; sed nihil labor eorum proficere poterat. Tunc ego ad basilicam propero, prostratusque[g] solo, divinam[h] misericordiam cum lacrimis flagitabam, ut, quia id humana industria evertere non valebat[i], virtus illud[k] divina destrueret[l. 1]. Egressusque[m] post oracionem, ad operarios[n] veni, adprehensumque[o] funem, ut primo ictu trahere coepimus, protinus[p] simulacrum ruit in terra[q], confractumque cum malleis ferreis in pulverem redegi[r]. Ipsa quoque hora, cum ad cibum[s] capiendum venissem, ita omne corpus meum a vertice[t] usque ad plantam[u] pusulis[v] malis repletum est, ut locus, quem unus digitus tegeret[w], vacuus inveniri[x] non possit. Ingressusque basilicam solus, denudavi me coram sancto altario. Habebam enim ibi ampullam cum oleo plenam, quam de sancti Martini basilicam[y] detuleram; ex qua propriis manibus omnes artus perunxi[z], moxque[a] sopori[b] locatus sum. Expergefactus vero circa medium noctis, cum ad cursum reddendum surgerem, ita corpus totum[c] incolome[d] repperi, ac si nullum super me ulcus apparuisset[e]. Quae vulnera non aliter nisi per invidiam inimici[f] emissa cognovi. Et quia semper ipse invidus Deum quaerentibus nocere conatur, advenientibus episcopis, qui me magis ad hoc cohortare[g] debuerant, ut[h] coeptum opus sagaciter explicare deberem[i], dixerunt mihi: "Non est aequa haec via[k], quam sequeris[l], nec tu ignobilis[m] Symeoni Anthiochino[n], qui columnae[o] insedit, poteris conparari[p]. Sed nec cruciatum hoc[q] te[r] sustenere[s] patitur loci posicio. Descende[t] pocius et cum fratribus, quos adgregasti[u] tecum[v], inhabita". Ad quorum verba, quia sacerdotes[w] non obaudire adscribitur crimini, descendebam[x], fateor, et ambulabam cum eisdem[y] ac cybum pariter capiebam. Quadam vero die, provocans me episcopus[z] longius ad villam, emisit[a] operarios[b] cum scutis et malleis ac securibus, et eliserunt[c] columnam[d], in qua stare solitus eram. In crastinum[e] autem veniens, inveni omnia dissipata. Flevi vehementer, sed erigere nequivi quae destruxerant[f], ne dicerer[g] contrarius iussionibus sacerdotum; et[h] ex hoc, sicut nunc habito, cum fratribus habitare contentus sum'.

16. Cui[a] cum de virtutibus beati Martini, quas in eo loco operatus est, aliquam[b] ut declararet exposcirem[c], haec retulit: 'Franci cuiusdam et nobilissimi[d] in gente sua viri filius mutus surdusque erat; adductusque a parentibus ad hanc basilicam, iussi eum cum diacono meo et alio ministro in ipsum templum sanctum in lectulo requiescere.

Capp. 15. 16. *A* 1. *B* 2. *D*.

Cap. 15. a) sequerentur *A* 1. b) *sic etiam D* 5, *ubi corr.* adiutorio postea merui eruere, *quam lectionem praebet D* 2. c) quaeque *A* 1. d) facilior *A* 1. e) confregeram *A* 1. *D* 5. f) multi *B* 2. g) prostratusquę *B* 2. h) divinae misericordiae *A* 1. i) vallebat *B* 2. k) illut *B* 2. l) distrueret *B* 2. m) egressusquę *B* 2. n) operarius *B* 2. o) adprehensoque fune *D* 5. p) protenus *B* 2. q) terram *A* 1. r) redege *corr.* redige, *denique* redigi *B* 2. s) eum *A* 1. t) verticę *B* 2. u) pedis *add. D* 5. v) pusculis *B* 2; pustulis *D* 5. w) tegerit *B* 2 x) invenire *B* 2. y) basilica *A* 1. *D* 5. z) peruncxi *B* 2, *corr.* a) moxquę *B* 2. b) sopore *B* 2. c) meum *A* 1. d) incolumem *D* 5. e) aparuisset *B* 2. f) inimicitiae missa *A* 1. g) cohortari *D* 5. h) *deest A* 1. i) debere *A* 1. k) estq; est via *B* 2. l) sequaeres *B* 2. m) nobilis *A* 1. n) Anthiocinio *A* 1, *sed post* insedit. o) colomnae *B* 2. p) conparare *B* 2. q) hunc *D* 5. r) tecum *A* 1. s) sustenire *B* 2. t) Discendi *B* 2. u) aggregastis *A* 1. v) simul *A* 1. w) sacerdotibus *A* 1. *D* 5. x) discendebam *B* 2. y) eis de ac *B* 2. z) ep̄is *B* 2. a) misit *B* 2. b) operarius *B* 2. c) elisęrunt *B* 2. d) colomnam *B* 2. e) crastino *A* 1. *D* 5. f) distruxerant *B* 2. g) dicere *A* 1. h) *deest A* 1.

Cap. 16. *Deest hoc caput codicibus classis C.* a) Qui *A* 1. b) aliqua *A* 1. c) exposcerem *A* 1. *D* 5. d) nubilissimi *B* 2.

1) *Sunt verba Sulpicii, V. Mart. c.* 14: precabatur ad Dominum, ut, quia templum illud evertere humana manus non potuisset, virtus illud divina dirueret.

Et per diem quidem oracioni vacabat, nocte autem in ipsa, ut diximus, aede dormiebat. Quandoque[a] misertus Deus, apparuit mihi in visione beatus Martinus, dicens: "Eiice[b] agnum de basilica, quia iam sanus factus[c] est". Mane autem facto, cogitanti[d] mihi, quod esset hoc somnium, venit ad me puer, et[e] emittens vocem, gracias agere Deo coepit, conversusque ad me, ait: "Gracias ago Deo omnipotenti[f], qui mihi et eloquium reddedit[g] et auditum". Ex hoc sanus redditus[h], ad domum rediit. Alius vero, qui plerumque in furtis diversisque sceleribus commixtus, periurare[i] consueverat, cum aliquando a quibusdam pro furto argueretur[k], ait: "Ibo ad basilicam beati Martini, et sacramentis me exuens[l], innocens reddar[m]". Quo ingrediente, elapsa secure de manu eius, ad usteum[n] ruit, gravi cordis[o] dolore perculsus[p]. Confessusque[q] est miser verbis propriis quae venerat excusare[r] periuriis. Alius simili modo cum de incendiis domus vicini sui argueretur[s], ait: "Vadam ad templum sancti Martini, et, fide data, insons reddituruss[t] ero ab hoc crimine". Manifestum enim[u] erat, hunc domum illam incendio concremasse. Abiens autem ad sacramenta danda, conversus ad eum, dixi ei: "Quantum vicinorum tuorum dictat assercio[v], non eris innocens ab hoc scelere; sed tamen Deus ubique est, et virtus eius ipsa[w] est forinsecus, quae habetur intrinsecus. Tamen si ita te vana fiducia coepit[x], quod Deus vel sancti eius[y] in periuribus[z] non ulciscantur, ecce templum sanctum e contra, iura, ut libet. Nam calcare limen sacrum non permitteris". Ad ille, elevatis manibus, ait: "Per omnipotentem Deum et virtutem beati Martini antestitis[a] eius, quia hoc incendium non admisi". Data[b] itaque[c] sacramenta, dum recederet, visum est ei quasi ab igne circumdari[d]. Et statim ruens in terra[e], clamare coepit, se[f] a beato antestite vehementer exuri. Aiebat enim miser: "Testor Deum, quia ego vidi ignem de caelo cadere, qui me circumdans validis vaporibus conflet[g]". Et dum haec diceret, spiritum exalavit. Multis haec causa documentum fuit, ne in hoc[h] loco auderent[i] ulterius periurare[k]. Plurima[l] quidem de his virtutibus hic diaconus retulit, quae sequi longum putavi[m].

17. Dum[a] autem in loco illo commoraremur, vidimus per duas noctes signa in caelo, id est radios[b] a parte aquilonis tam clare splendidos[c], ut prius sic adparuisse[d] non fuerint[e] visi; et ab utraque[f] quidem parte, id est ab euro[g] et zephero[h], nubes[i] sanguineae[k]. Tercia vero nocte quasi ora[l] secunda[m] adparuerunt hii radii. Et ecce, dum eos miraremur[n] attoniti, surrexerunt a quatuor plagis mundi alii horum similes[o]; vidimusque[p] totum caelum ab his operiri[q]. Et erat nubes[r] in medio caeli splendida, ad quam se hi radii collegebant[s] in modum tentorii[t], quod ab imo ex amplioribus incoeptum[u] fasceis[v] angustatis[w] in altum, in uno cuculli capite saepe collegitur[x]. Erantque in medio radiorum[y] et aliae nubes, ceu coruscum[z] valide fulgorantes[a]. Quod signum magnum nobis ingessit metum. Operiebamur enim, super nos[b] aliquam plagam de caelo transmitti.

Capp. 16. 17. *A* 1. *B* 2. *D*.

Cap. 16. a) Quandoquę *B* 2. b) Eiecæ *B* 2. c) factus *corr. add.* *B* 2. d) cogitant *B* 2. e) *deest* *A* 1. f) omnipotente *B* 2. g) reddidit *A* 1. *D* 5. h) reditus *B* 2, *corr.* i) peierare *D* 5. k) argueritur *B* 2. l) exsuens *B* 2. m) reddam *B* 2. n) *sic* *B* 2. o) *deest* *A* 1. p) *sequitur dimidia linea erasa* *B* 2. q) Consusq; *B* 2, *corr.* r) excussare *B* 2. s) argueritur *B* 2. t) rediturus *B* 2. u) erat enim *B* 2. v) assertionē si ī nocens *A* 1. w) ipse *B* 2. x) accepit *A* 1; cepit *D* 5. y) *deest* *B* 2. z) periuriis *D* 5. a) antistitis *A* 1. *D* 5, *et sic infra.* b) datis — sacramentis *D* 5. c) itaquę *B* 2. d) circumdare *B* 2. e) terram *A* 1. *D* 5. f) *deest* *A* 1. g) conflat *A* 1. *D* 5. h) loco hoc *D* 5. i) audirent *B* 2. k) perierare *D* 5. l) plurimã *B* 2. m) potavi *B* 2.

Cap. 17. *Deest hoc caput codicibus C.* a) Cum *A* 1. b) radius *B* 2 c) splendidus *B* 2. d) aparuisse *B* 2, *et sic infra.* e) fueraent *B* 2; fuerant *D* 5. f) utroque *A* 1. g) eu *A* 1. h) zephiro *A* 1; zephyro *D* 5. i) nobis *B* 2. k) sanguine *B* 2. l) hora *A* 1. *D* 5. m) seconda *B* 2. n) mirarentur attonitis *B* 2. o) similis *B* 2. p) vidimusqui *B* 2. q) exoperiri *A* 1. r) nubis *B* 2. s) colligebant *A* 1. *D* 5. t) tenturii *B* 2. u) incępto *A* 1. v) fasciis *D* 5. w) angustates *B* 2. x) colligitur *A* 1, *D* 5. y) eorum *A* 1. z) choruscum *D* 5, a) fulgurantes *D* 5. b) supn; *B* 2.

18. Childebertus vero rex, compellentibus[a] missis imperialibus, qui aurum, quod anno superiore[b] datum fuerat[1], requirebat, exercitum in Italia diregit[c]. Sonus enim erat, sororem suam Ingundem iam Constantinopoli fuisse[d] translatam[2]. Sed cum duces[e] inter se altercarentur, regressi sunt sine ullius lucri conquisicione[3]. Nam Wintrio[f] dux[4] a paginsibus[g] suis depulsus, ducatum[h] caruit; finissetque[i] vitam, nisi fuga auxilium[k] praebuisset. Sed postea, pacato[l] populo, ducatum recepit[m]. Itaque Nicetius[n] per emissionem Eulalii a[o] comitatu[p] Arverno submotus, ducatum a rege expetiit, datis pro eo inmensis muneribus. Et sic in urbe Arverna, Rutena atque Ucetica dux ordinatus est, vir valde aetate iuvenis, sed acutus in sensu, fecitque pacem in regionem[q] Arverna[r] vel in reliqua[s] ordinacionis suae loca[s]. Childericus vero Saxo[t] in offensam regis Guntchramni incedens[u], pro causa, qua[v] superius[5] diximus alios[w] confugisse, beati Martini basilicam expetiit, uxorem in regno regis antedicti relinquens. Cui obtestaverat[x] rex, ne virum videre praesumeret, nisi prius ille regali graciae reconciliaretur; ad quem cum pro eo saepius legacionem misissemus[y], tandem obtenuimus[z], ut uxorem reciperet et citra[a] Legerem[b] fluvium commoraretur, non tamen ad regem Childebertum transire praesumeret[c]. Sed ille, accepta libertate recipiendae uxoris, clam ad eum transiit, adeptaque ordinacione ducatus in civitatibus[d] ultra Garonnam, quae in potestatem[e] supradicti regis habebatur[f], accessit. Guntchramnus vero rex volens regnum nepotis sui Chlotecharii, filii[g] scilicet Chilperici, regere, Theodulfum Andegavis comitem esse decrevit. Introductusque in urbe, a civibus et praesertim a Domighisilo[h] cum humilitate repulsus est. Recurrensque ad regem, iterum praeceptum accipiens, a Sigulfo duce[i] intromissus, comitatum urbis illius rexit. Gundovaldus autem comitatum Meldensim[k] super Werpinum[l] conpetiit, ingressusque urbem, causarum accionem agere coepit. Exinde dum pagum urbis in hoc officio circuiret, in quadam villa a Werpino[m] interficitur[n]. Cuius parentes congregati super hunc inruunt[o], inclusumque in pensilem domus interemunt[p]. Sicque uterque a comitatu morte inminente discessit.

19. Cum[a] autem saepius Dagulfus abba[b] pro sceleribus suis argueretur[c], quia furta et homicidia plerumque faciebat, sed et in adulteriis nimium dissolutus erat, quodam tempore uxorem vicini sui concupiscens, miscebatur[d] cum ea. Requirens occasiones diversas, qualiter virum adulterae, qui[e] in terra[f] huius monasterii conmanebat[g], deberet oppremere[h], ad extremum contestatus est[i] ei, dicens, quod, si ad uxorem suam accederet, puniretur. Illo quoque[k] discedente ab hospiciolo suo, hic[l] nocte cum uno clerico

Capp. 18. 19. *A* 1. *B* 2. *D*.

Cap. 18. *Deest hoc caput codicibus C.* a) inpellentibus *B* 2. b) *sic etiam D* 5, *corr.* superiori. c) dirigit *A* 1. *D* 5. d) fuisset translata *B* 2. e) interea *add. A* 1. f) Vintrio *A* 1; Windrio *D* 5. g) pagensibus *A* 1. *D* 5. h) ducatu *D* 5. i) finissitque *B* 2. k) ausilium *B* 2. l) pacatum populum *A* 1; pecato *B* 2. m) recipit *D* 5. n) Nececius *B* 2; *tum* Nicecius, *denique* Necicius *corr.* o) *deest A* 1. p) comitato *A* 1. q) regione *D* 5. r) Arvernam *A* 1, *expuncta littera* m. s) reliquis — locis *D* 5. t) Saxso *B* 2. u) incendens *B* 2, *corr.;* incidens *D* 5. v) causa ob quam *D* 5. w) alius *B* 2. x) *sic corr., ut videtur, ab ipso scriba ex* obtestaverant *B* 2. y) missisimus *B* 2. z) obtinuimus *A* 1. *D* 5; obtenuemus *B* 2. a) circa *A* 1. *D* 5. b) Ligerem *A* 1; Ligerim *D* 5. c) presumere *B* 2. d) civitatebus *B* 2. e) potestate *A* 1. f) habebantur *B* 2. g) fili *supra lin. a scriba add. B* 2. h) Domigisilo *A* 1; Domigiselo *D* 5. i) duci *B* 2. k) Meldensem *A* 1. *D* 5. l) supero Verpinum *B* 2. m) Verpino *A* 1. *B* 2. n) interfecitur *B* 2. o) inruerunt *B* 2. p) interimunt *A* 1. *D* 5.

Cap. 19. *Deest hoc caput codicibus C.* a) Dum *A* 1. b) abbas *A* 1. c) *deest A* 1; argueritur *B* 2. d) misceretur *D* 5. e) *deest D* 5. f) intra (*pro* in terra) *A* 1. *D* 5. g) monasterii saepta deberet *D* 5. h) opprimere *A* 1. *D* 5. i) *deest A* 1. k) quoquę *B* 2. l) quoque *add. A* 1.

1) *Cf. VI*, 46. 2) *Cf. VI*, 40. 43. 3) *Cf. Pauli Hist. Langob. III*, 22. 4) *Campanensis.* 5) *Cap.* 6.

veniens, domum meretricis ingreditur. Postquam autem diutissime bibentes inebriati sunt, in uno strato[a] locantur. Quibus dormientibus, adveniens vir ille[b], accenso stramine, elevata bipenne[c] utrumque peremit. Ideoque documentum sit haec causa[d] clericis, ne contra canonum statuta extranearum[e] mulierum consorcium[f] pociantur, cum haec et ipsa lex canonica et omnes scripturae sanctae prohibeant[g], praeter his feminis[h], de quibus crimen non potest aestimari.

Oct. 23. 20. Interim dies placiti advenit[a], et episcopi ex iusso[b] regis Guntchramni apud Matiscensim[c] urbem collecti sunt. Faustianus autem, qui ex iusso[b] Gundovaldi Aquinsi[d] urbi episcopus ordinatus fuerat, ea condicione removitur[e], ut eum Bertchramnus[f] Orestesque[g] sive Palladius, qui eum benedixerant, vicibus pascerent centenosque[h] ei[i] aureos annis[k] singulis ministrarent. Nicecius tamen ex laico, qui prius ab Chilperico rege[l] praeceptum elicuerat, in ipsa urbe episcopatum adeptus est. Ursicinus Cadurcinsis[m] episcopus excommunicatur, pro eo quod Gundovaldum excepisse[n] publice[o] est confessus; accepto[p] huiusmodi placito, ut paenitenciam tribus annis agens, neque capillum neque barbam tonderit[q], vino et[r] carnibus abstineret[s], missas celebrare, clericos[t] ordinare[u] aeclesiasque et crisma[v] benedicere, eulogias[w] dare paenitus non auderet[x]; utilitas tamen aeclesiae per eius[y] ordinationem, sicut solita[z] erat, omnino exerceretur[a]. Extetit[b] enim in hac sinodo quidam ex[c] episcopis, qui dicebat, mulierem hominem non posse vocitari[d]. Sed tamen ab episcopis racione accepta quievit, eo quod sacer Veteris Testamenti liber edoceat, quod in principio, Deo[e] hominem[f] creante, ait:
Genes. 5, 2. *Masculum et feminam*[g] *creavit eos, vocavitque nomen eorum Adam*, quod est homo terrenus; sic[h] utique vocans mulierem ceu[i] virum; utrumque enim hominem dixit. Sed et dominus Iesus Christus ob hoc vocitatur filius hominis, quod sit filius virginis, id est
Ioan. 2, 4. mulieris[k]. Ad quam, cum aquas[l] in vina[m] transferre pararet[n], ait: *Quid mihi et tibi est, mulier?* et reliqua. Multisque et aliis testimoniis haec causa convicta quievit. Praetextatus vero Rotomagensis[o] episcopus orationes[p], quas in exsilio positus scalpsit[q], coram episcopis recitavit. Quae[r] quibusdam quidem placuerunt, a quibusdam vero, quia artem secutus minime fuerat, repraehendebantur[s]. Stilus tamen per loca aeclesiasticus[t] et racionabilis erat. Caedis[u] enim magna[v] tunc inter famulos[w] Prisci episcopi[1] et Leudeghisili[x] ducis fuit. Priscus tamen episcopus ad coemendam pacem multum paecuniae obtulit[y]. His etenim[z] diebus Guntchramnus rex graviter aegrotavit, ita ut putaretur[a] a quibusdam non posse prorsus evadere. Quod, credo[b], providencia[c] Dei fecisset[d].

Capp. 19. 20. *A* 1. *B* 2. *D.*

Cap. 19. a) stratu *A* 1. b) illi *B* 2. c) bii pinne *corr.* bipinne *B* 2. d) *deest* *A* 1. e) extraniarum *B* 2. f) consortio *A* 1. g) proibeant *B* 2. h) faemenis *B* 2.

Cap. 20. *Deest hoc caput codicibus C.* a) adveniunt *D* 5. b) iussu *A* 1. *D* 5. c) Matisconsem *D* 5. d) Aquensi *A* 1; Aquensis urbis *D* 5. e) remobitur *A* 1, *corr.*; removetur *D* 5. f) Berthramnus *A* 1; eum *B. des. D* 5. g) Orestisque *A* 1; Orestes *D* 5. h) centinusque ei aureus *B* 2. i) *deest* *A* 1. k) *deest* *A* 1. l) regi *B* 2. m) Caturcensis *A* 1; Cadurcensis *D* 5. n) excipisse *B* 2. o) publici *B* 2. p) acceptoque *A* 1. q) tonderet *D* 5. r) a *add.* *A* 1. s) absteniret *B* 2. t) cleros *A* 1; clericus *B* 2. u) urdinare *B* 2. v) chrisma *A* 1. w) eblugias *B* 2. x) audiret *B* 2. y) *deest* *A* 1. z) sollita *B* 2. a) exqritur *B* 2. b) Extitit *A* 1. *D* 5. c) de *A* 1. d) vocari *A* 1; vocitare *B* 2. e) Deus *B* 2. f) homine *A* 1. g) femina *B* 2. h) sec, *ead. manu corr.* *B* 2. i) Euua *pro* ceu virum *B* 2. k) *deest* *A* 1. l) aqua *A* 1. m) vino *A* 1. n) parari *A* 1. o) Rothomagensis *A* 1. *D* 5. p) oracionis *B* 2. q) excalpsit *A* 1; sculsit *D* 5. r) *deest* *A* 1. s) reprehendebantur *A* 1. *D* 5; repraehindebantur *B* 2. t) ecclesiasticis *A* 1. *D* 5. u) cedes *A* 1; cędes *D* 5. v) *deest* *A* 1. w) famulus *B* 2. x) Leodigisili *A* 1; Leudoghisili *B* 2; Leudegisili *D* 5. y) obtullit *B* 2. z) enim *A* 1. a) potaretur *B* 2. b) *in loco raso eadem manu* *B* 2. c) providencicia *B* 2, *corr.* d)) ficisset *B* 2; fecisse *D* 5; fuisset *Ruinart.*

1) *Lugdunensis.*

Cogitabat enim multos[a] episcoporum[b] exsilio detrudere. Theodorus itaque episcopus ad urbem suam regressus, favente omni populo, cum laude susceptus est.

21. Itaque cum hoc[a] synodum ageretur, Childebertus rex aput Belsonancum[1] villa[b], quae in medio Ardoennensis[c] silvae sita est, cum suis coniungitur. Ibique Brunichildis[d] regina pro Ingunde filia, quae adhuc[e] in Africa tenebatur[f], omnibus prioribus[g] questa est, sed parum consolacionis emeruit. Tunc contra Bosonem Guntchramnum[h] causa exoritur. Ante paucos[i] autem dies mortua propinqua uxoris eius sine filiis, in basilicam urbis Metinsis[k] sepulta est cum grandibus ornamentis et multo auro. Factum est autem, ut post dies paucos[i] adesset festivitas beati Remedii[l], quae in initio mensis Oct. 1.
octavi caelebratur. Discedentibus[m] autem multis e civitate cum episcopo, et praesertim senioris[n] urbis cum duce[o], venerunt pueri Bosonis Guntchramni ad basilica[p], in qua mulier erat sepulta. Et ingressi[q], conclusis super se ostiis[r], detexerunt sepulchrum, tollentes omnia ornamenta[s] corporis[t] defuncti, quae reperire potuerant. Sencientes autem haec monachi basilicae[u] illius, venerunt ad ostium; sed ingredi non sunt permissi. Quod videntes, nuntiaverunt[v] haec episcopo[w] suo ac duci. Interea[x] pueri, acceptis rebus[y] ascensisque equitibus[z], fugire[a] coeperunt. Sed timentes, ne adprehensi[b] in[c] via, diversis subegerentur[d] poenis[e], regressi sunt ad basilicam. Posueruntque quidem res super altarium, sed foris[f] egredi non sunt ausi, clamantes atque dicentes, quia: 'A Gunthchramno Bosone transmissi sumus[g]'. Sed cum ad placitum in villam quam diximus Childeberthus cum proceribus suis convenisset[h], et Gunthchramnus de his interpellatus nullum responsum dedisset, clam aufugit. Ablataeque sunt ei deinceps omnes res, quae in Arverno de fisci munere[i] promeruerat. Sed et diversorum[k] res, quas male pervaserat, cum confusionem[l] reliquid.

22. Laban[a] Helosinsis[b] episcopus hoc anno obiit; cui Desiderius ex laico successit. Cum iusiurando enim rex pollicitus fuerat, se numquam ex laicis episcopum ordinaturum[c]. Sed quid pectora humana non cogat auri sacra fames[2]? Berthchramnus[d. 3] vero regressus ex sinodo, a febre corripitur; arcessitumque[e] Waldonem[f] diaconem[g], qui et ipse[h] in baptismo[i] Berthchramnus vocitatus[k] est, summam ei sacerdocii deputat[l] omnesque conditiones[m] tam[n] testamenti quam benemeritorum suorum ipsi[o] committit[p]. Quo discedente, hic spiritum exalavit. Regressus diaconus, cum muneribus et[q] consensu civium ad regem properat, set nihil obtenuit[r]. Tunc rex, data praecepcione, iussit Gundegisilum[s] Sanctonicum comitem cognomento Dodonem episcopum

Cap. 20—22. *A* 1. *B* 2. *D.*

Cap. 20. a) multus *B* 2. b) eps̄ coporum *B* 2.

Cap. 21. *Deest hoc caput codicibus C.* a) haec synodus *D* 5. b) villam *A* 1. *D* 5. c) Ardennensis *A* 1. *D* 5. d) Brunechildis *B* 2. e) *deest A* 1. f) exulabat *D* 5. g) priobus *B* 2. h) Gunthramni *A* 1; Gunthchramnus *B* 2; Gunthramnum *D* 5. i) paucus *B* 2. k) Metensis *A* 1. *D* 5. l) Remigii *D* 5. m) Discendentibus *B* 2. n) seniores *A* 1; senioribus *D* 5. o) duci *B* 2. p) basilicam *A* 1. *D* 5. q) ingressis *A* 1. r) osteis *B* 2. s) urnamenta *B* 2. t) corpores *B* 2. u) basilica *B* 2. v) nonciaverunt *B* 2. w) eps̄ copo *B* 2. x) Interia *B* 2. y) ribus *B* 2. z) equis *A* 1. *D* 5. a) fugere *A* 1. *D* 5. b) apprehensis *A* 1; adprehinsi *B* 2. c) in via diversis *des. A* 1. d) subigerentur *D* 5. e) paenas *B* 2. f) foras *D* 5. g) transsi sūmus *B* 2. h) advenisset *A* 1. i) munera *A* 1, *corr.* k) diversas *A* 1. l) confusione *A* 1. *D* 5.

Cap. 22. *Deest hoc caput codicibus C. In medio textu numerus XXII positus est B* 2. a) Caban *A* 1. b) Helosensis *A* 1. *D* 5. c) ordenaturum *B* 2. d) Berthramnus *A* 1. *D* 5; *et sic infra.* e) accersitumque *A* 1; arcessitoque *D* 5. f) Waddone *D* 5. g) diacono *D* 5. h) ipsi *B* 2. i) baptissimo *B* 2. k) vocatus *A* 1. l) depotat *B* 2. m) condicionis *B* 2. n) *deest A* 1. o) ipse *D* 5. p) cummittit *B* 2. q) *deest D* 5. r) obtinuit *A* 1. *D* 5. s) Gundigisilum *A* 1.

1) *Beslingen in magno ducatu Luxemburgensi; cf. Longnon l. c. p.* 388. 2) *Vergil. Aen. III,* 56 *sq.* 3) *Episcopus Burdegalensis.*

ordinare[a]; gestumque est ita. Et[b] quia multi clericorum Sanctonicorum ante synodum consentientes Berthchramno episcopo[c], in Palladium[d] sacerdotem suum aliqua adversa conscripserant[e], quae ei humilitatem[f] ingererent, post eius obitum adprehensi[g] a sacerdote, graviter caesi adque expoliati sunt. Hoc tempore et Wandelenus[h], nutritor[i] Childeberti regis, obiit, sed in loco eius nullus est subrogatus, eo quod regina mater curam vellit[k] propriam[l] habere de filio. Quaecumque de fisco meruit, fisci iuribus sunt relata. Obiit his diebus Bodygisilus[m] dux plenus dierum, sed nihil de facultate[n] eius filiis minuatum[o] est. In loco Fausti Auscensis episcopi Saius[p] presbiter subrogatur. Post obitum sancti Salvii hoc anno Desideratus Albiginsibus[r] episcopus datus est.

23. Magnae hoc anno pluviae fuerunt, amnesque[a] in tantum convaluerunt[b], ut plerumque naufragia evenirent. Ipsique litora excedentes, propinquas segetis[c] ac prata operientes, graviter eliserunt, fueruntque vernales[d] aestivique mensis[e] tam inrigui, ut hiems[f] magis putaretur[g] esse quam aestas.

24. Duae[a] hoc anno insolae[b] in mare[c] divinitus incendio concrematae sunt, quae per dies septem[d] cum hominibus pecoribusque[e] consumptae[f] subvertebantur. Nam qui in mare[g] confugerant[h] et se in profundo[i] praecipitabant, in ipsa qua mergebantur aqua consumebantur graviorique[k] supplicio, qui non confestim emittebant spiritum, urebantur[l]. Redactis quoque[m] omnibus in favilla, cuncta maris[n] operuit. Ferebant etiam multi[o] signa, quae[p] superius nos vidisse octavo mense narravimus[1], quasi ardere[q] caelum, ex huius[r] incendii splendore fuisse.

25. In alia vero insola[a], quae est proxima civitati[b] Veneticae[c. 2], erat stagnum validum piscibusque[d] refertum, quod in unius[e] ulnae altitudine conversum est in cruore; ita[f] per dies multos[g] congregata canum atque[h] avium inaestimabilis multitudo, sanguinem hoc[i] lambens, saciata redibat[k] in vesperum.

26. Toronicis[a] vero atque Pectavis[b] Ennodius dux datus est. Berulfus[c. 3] autem, qui his civitatibus ante praefuerat, pro thesauris Syghiberti regis, quos clam abstulerat[d], cum Arnegysilo[e] socio suspectus habebatur[f]. Qui cum hoc[g] ducatum in supradictis urbibus expeterit[h], a[i] Rauchingo duce, facto[k] ingenio, cum[k] satellite allegatur[l]. Nec

Capp. 22—26. *A* 1. *B* 2. *D.*

Cap. 22. a) ordinari *A* 1. *D* 5. b) ut *B* 2. c) *deest B* 2. d) Paladium *B* 2. e) conscripserat *B* 2. f) humilia *D* 5. g) adprehinsi *B* 2. h) Wadelenus *B* 2, *corr.;* Wandelinus *D* 5. i) nutritur *B* 2. k) velit *A* 1. *D* 5. l) *deest A* 1. m) Bodigisilus *A* 1; Bodegisilus *D* 5. n) facultatibus *A* 1. o) minutum *A* 1; inminutum *D* 5. p) Savis *A* 1; Sabius est episcopus subrogatus *D* 5. r) *deest A* 1; Albigensibus *D* 5.

Cap. 23. *Deest hoc caput codicibus C.* a) admiresque *A* 1. b) prevaluerunt *B* 2. c) seges *A* 1; segetes *D* 5. d) vernalis *B* 2. e) mesuris *B* 2; menses *D* 5. f) yemps *A* 1; hiemps *D* 5. g) potaretur *B* 2.

Cap. 24. *Deest hoc caput codicibus C.* a) Quae *A* 1. b) insulae *A* 1. *D* 5. c) mari *A* 1. *D* 5. d) septim *B* 2. e) pecoribusqui *B* 2. f) comptae *B* 2. g) mari *A* 1. *D* 5. h) confugerent *B* 2, *corr.* i) profundum *A* 1. k) graviorque *A* 1; graviorìqui *B* 2. l) uribantur *B* 2. m) Redactisque *B* 2. n) mare *D* 5. o) multa *B* 2. p) qua *B* 2. q) arde *B* 2; ardens *D* 5. r) hus *B* 2, *corr.*

Cap. 25. *Deest hoc caput codicibus C.* a) insula *A* 1. *D* 5; insolae *B* 2. b) civitate *B* 2. c) Venetiae *A* 1. d) piscibusqui *B* 2. e) quod in usu in te altitudine *B* 2. f) ut *add. A* 1. g) multus *B* 2. h) atqui *B* 2. i) hunc *D* 5. k) redebat *B* 2.

Cap. 26. *Deest hoc caput codicibus C.* a) Turonicis *A* 1. *D* 5. b) Pictavis *A* 1. *D* 5. c) Berulius *B* 2. d) abstulerant *B* 2. e) Aregisilo *A* 1; Armegisilo *D* 5. f) habetur *B* 2. g) hunc *D* 5. h) experit *corr., ut videtur, eadem manu* expetiret *B* 2; expeterat *D* 5. i) a — facto *des. A* 1. k) *deest A* 1. l) alligatur *A* 1.

1) *Cap.* 8. *et* 17. 2) *Vannes.* 3) *Idem qui alias Eberulfus nominatus est.*

mora, missi ad domus[a] eorum pueri[b] expilant[c] omnia, multa ibi de proprio, nonnulla[d] de antedictis[e] thesauris[f] sunt reperta; quae omnia ad[g] Childeberthum regem delata sunt. Cumque in hoc res ageretur, ut gladius cervicem decideret[h], interventu episcoporum[i] obtenta vita laxati sunt, nihil tamen de his quae eis ablata fuerant recipientes.

27. Desiderius vero dux cum aliquibus episcopis[a] et Aridio abbate vel Antestio[b] ad regem Gunthchramno[c] properavit. Sed cum eum rex aegre vellit[d] accipere, victus precibus sacerdotum, in gracia sua recepit. Tunc ibi[e] Eulalius[1] adfuit, quasi pro coniuge, quae eum spreverat[f] et ad Desiderium transierat, causaturus; sed in ridiculo et humilitate redactus[g], siluit. Desiderius vero remuneratus a rege, cum gracia est reversus.

28. Igitur, ut[a] saepius[b] diximus[2], Ingundis a viro cum[c] imperatoris[d] exercitu derelicta[e], dum ad ipsum principem cum filio parvolo[f] duceretur, in Africa[g] defuncta est[3] et sepulta[h]. Leuvichildus[i] vero Herminichildum[k] filium suum, quem[l] ante dicta mulier habuit, morti[m] tradedit[n]. Quibus de causis commotus Gunthchramnus[o] rex, exercitum in Hispanis[p] destinat[q], scilicet ut prius Septimaniam, quae adhuc infra Galliarum terminum habetur[r], eius dominationi[s] subderint[t], et sic in antea proficiscerentur[u]. Dum autem hic exercitus moveretur, indecolum[v] cum[w] nescio[x] quibus[y] hominibus rusticis est repertum. Quem[z] et Gunthchramno[a] regi[b] legendum miserunt, hoc modo, quasi Leuvichildus ad Fredegundem[c] scriberet[d], ut quocumque[e] ingenio exercitum illuc[f] ire prohiberet[g], dicens: 'Inimicos[h] nostros[i], id est Childebertum et matrem eius, velociter interemite[k] et cum rege Gunthchramno[l] pacem inite, quod praemiis multis coemite. Et si vobis minus est fortassis[m] paecunia, nos[n] clam mittemus[o], tantum ut quae[p] petimus impleatis[q]. Cum autem[r] de inimicis nostris ulti fuerimus, tunc Amelio episcopo[4] ac Leubae[s] matronae bona tribuite, per quos missis[t] nostris[u] ad vos accedendi aditus[v] reseratur'. Leuba enim est socrus[w] Bladastis[x] ducis[y].

29. Et licet haec ad Gunthchramnum[a] regem perlata et nepoti[b] suo Childebertho[c]

Capp. 26. 27. *A* 1. *B* 2. *D*. *Capp.* 28. 29. *A* 1. *B* 1. 2. *C*. *D*.

Cap. 26. a) domos *A* 1. *D* 5. b) *deest A* 1. c) explentes *A* 1. d) nulla *B* 2. e) antedicti *A* 1. f) thesauri *A* 1; thesaures *B* 2. g) *deest B* 2. h) deciderent *B* 2. i) epi *B* 2.

Cap. 27. *Deest hoc caput codicibus C.* a) eps *B* 2. b) antistite *A* 1. c) Gunthramnum *A* 1. *D* 5. d) vellet *A* 1. *D* 5. e) *deest D* 5. f) exprẹverat *B* 2. g) redacturus *D* 5.

Cap. 28. *Redit B* 1, *cuius scribendi rationem, ubi cum B* 2 *convenit, retinuimus.* a) igitur visa quas diximus *A* 1. b) saepe *C* 1; superius *D* 5. c) *deest B* 2. d) imperatores *B* 2. e) direlicta *C* 1. f) parvulo *A* 1. *D* 5. g) Affrica *C* 1, *corr.* h) est *add. C* 1, *sed eras.* i) Leuvighildis *C* 1. k) Herminigildum *A* 1; Herminighildum *C* 1; Hermenegildum *D* 5. l) quam *D* 5. m) morte *B* 1. n) tradidit *A* 1. *C* 1. *D* 5. o) Gunthramnus *A* 1. *B* 1. *D* 5. p) Hispaniam *A* 1; Spanis *B* 1. 2. q) destenat *B* 1; distinat *B* 2. r) habitur *B* 2. s) dominatione *C* 1, *corr.* t) subderent *A* 1. *C* 1 *(corr.)*. *D* 5; subdirint *B* 1; subdederent *C* 1. u) profeciscerentur *B* 2. v) indeculum *B* 2; indiculum *C* 1. *D* 5. w) cui *A* 1; cum *corr.* a *D* 5. x) a *add. A* 1; nes|uo *C* 1. y) quibusdam *A* 1 *et D* 5, *corr.* z) Quod *D* 5. a) Gunthramno *A* 1. *B* 1. *D* 5. b) rege *C* 1, *corr.* c) Fregundem *B* 1. d) scriberit *B* 2. e) quodcumque *B* 2. f) illius *D* 5. g) prohiberit *B* 2. h) Inimicus *B* 2. i) nostrus *B* 2. k) interemitte *corr.* interemite *C* 1; interficite *D* 5. l) Gunthramno *A* 1. *B* 1. 2. *D* 5. m) fortasse *A* 1; fortasses *C* 1. n) nus *B* 2. o) mittimus *A* 1. *C* 1. *D* 5. p) quod *A* 1; quem *corr.* quod *C* 1. q) impleamus *B* 1. 2. r) *deest A* 1. s) Leube *C* 1. t) missi *A* 1; misis *C* 1. u) nostri *A* 1. v) aditu *A* 1. w) sacros *C* 1, *corr.* x) Blaudastis *B* 1; Blaudastus *B* 2. y) duci *A* 1.

Cap. 29. a) Gunthramnum *A* 1. *B* 1. *D* 5; Gunthramno *B* 2. b) nepote *A* 1. *C* 1. c) *sic C* 1, *semper.*

1) *Comes Arvernensis; cf. infra X*, 8. 2) *Supra VI*, 40. 43. 3) *Paulus*, *Hist. Langob. III*, 21 *(SS. R. Lang. p.* 104*)*, *Ingundem in Siciliam ductam ibique defunctam esse narrat.* 4) *Episcopus Bigorritanus, qui synodo Matisc. II. interfuit. R.*

in[a] notitiam data fuissent, tamen Fredegundis duos cultros[b] ferreos fieri praecepit[c], quos etiam caraxari profundius et venino[d] infici iussit, ut[e] scilicet, si mortalis adsultus vitalis[f] non dissolverit[g] fibras[h], vel ipsa venini[i] infectio vitam possit velocius extorquere[k]. Quos cultros[l] duobus clericis cum haec[m] mandata tradedit[n], dicens: 'Accipite[o] hos gladios[p] et quantocius[q] pergite ad Childeberthum[r] regem, adsimilantes[s] vos esse mendicos[t]. Cumque pedibus eius fueritis strati, quasi stipem postulantes, latera[u] eius utraque perfodite, ut[v] tandem Brunichildis[w], quae ab illo adrogantiam sumit[x], eo cadente conruat, mihique subdatur. Quod si tanta est costodia[y] circa puerum, ut accedere nequeatis, vel ipsam interemite[z] inimicam. Mercis[a] quoque operis[b] vestri haec erit, ut, si mortui in hoc opere fueritis[c], parentibus vestris bona[d] tribuam, ipsosque[e] muneribus ditans[f], primus[g] in regnum[h] meum constituam. Interim vos timorem omnem omittite, nec sit trepidatio[i] mortis in[k] pectore. Noveritis enim, quod cunctos[l] homines[m] haec causa continet[n]. Armate viriletate[o] animus[p] et considerate saepius fortes[q] viros in bello conruere, unde nunc parentes eorum nobilis[r] effecti[s], opibus[t] inmensis cunctis supereminent cunctisque[u] praecellent[v]'. Cumque haec mulier loqueretur, clerici[w] tremere coeperunt, difficile potantes[x], haec iussa posse conplere. At illa dubius[y] cernens, medificatus[z] pocione direxit, quo ire praecepit[a]; statimque robor[b] animorum adcrevit, promiseruntque[c] se omnia quae praeceperat[d] impleturos[e]. Nihil minus[f] vasculum ab hac[g] pocione repletum ipsos[h] levare iubet[i], dicens: 'In diae[k] illa, cum haec quae[l] praecipio facetis[m], mane, priusquam opus incipiatur, hunc[n] potum sumite. Erit vobis magna constantia[o] ad haec peragenda'. His ita instructis, demisit[p] eos. Quibus[q] pergentibus[r] adque[s] ad[t] urbem Sessionas[u] accedentibus[v], a Rauchingo[w] duci[x] capti discussique omnia reserant, et sic in carcere legati[y] sunt. Post dies vero paucos[z] Fredegundis, certa iam, quod fuissent impleta quae fuerant imperata, misit puerum inquerere[a], quid aut[b] rumor[c] populi ferret, aut si aliquem inveniret indicantem, qui diceret[d] Childeberthum iam interemtum[e] fuisse. Egressus igitur puer ab ea, Sessionas[f] urbem[g] venit. Audiens denique[h] hos in carcerem[i] retenere[k], ad ostium[l] adpropinquat; sed, cum loqui satellitibus coepisset[m],

Capp. 29. *A* 1. *B* 1. 2. *C*. *D*.

Cap. 29. a) innocentiam (*pro* in notitiam) *A* 1. *C* 1. b) cultrus ferreus *B* 2. c) praecipit *B* 1; praecepit *C* 1. d) veneno *A* 1. *C* 1. *D* 5. e) iussit ita ut *D* 5. f) vitales *D* 5. g) dissolveret *B* 1. *D* 5. h) febras *B* 2. i) veneni *A* 1. *C* 1. *D* 5. k) extorqueri *A* 1. l) cultrus *B* 2. m) his mandatis *D* 5. n) tradidit *A* 1. *C* 1. *D* 5. o) Accepite *B* 2. p) gladius *B* 2. q) quantotius *C* 1. r) Childebertom *B* 2. s) assimilantes *A* 1; adsimelantes *B* 1. t) mendicus *B* 2. u) latent *C* 1. v) aet *B* 2. w) Brunechildis *B* 2; Prunieldis *corr.* Brunihildis *C* 1; Bruneildis *D* 5. x) summit *B* 2. y) custodia *A* 1. *C* 1. *D* 5. z) interimite *A* 1. *D* 5; interemitte *C* 1. a) Merces *D* 5. b) opperis *C* 1, *corr.; deest* *D* 5. c) fueretis *B* 1. d) bonam *B* 2. *C* 1, *corr.* e) ipsisque *B* 2. f) didans *C* 1, *corr.* g) primos *A* 1. *D* 5. h) regno meo *A* 1. *C* 1. *D* 5. i) trepitatio *C* 1, *corr.* k) im *D* 5. l) cuncti *A* 1; cunctus *B* 2. m) homenes *B* 1; hominis *B* 2. n) contenit *B* 2. o) virilitate *C* 1; viriliter *D* 5. p) animos *A* 1. *C* 1. *D* 5. q) fortis virus *B* 2. r) nobiles *A* 1. *C* 1. *D* 5. s) effec|ci *B* 2. t) operibus *B* 1; opedibus *B* 2. u) cunctisquae *C* 1. v) praecellant *C* 1, *corr.* w) clerice *B* 2. x) putantes *A* 1. *C* 1. *D* 5. y) dubios *A* 1. *C* 1. *D* 5. z) midificatos *A* 1; medificatos *D* 5. a) praecipit *B* 1. b) robur *A* 1. *D* 5. c) promisseruntque *B* 2. d) praeciperat *B* 1. *C* 1. e) impleturus *B* 1. 2. f) *sic* *B* 1. 2. *C* 1. *D* 5; Nihilominus *A* 1. g) hec *B* 2; haec *C* 1, *corr.* h) ipsus *B* 2. i) iobet *B* 1. k) die *A* 1. *C* 1. *D* 5. l) *deest* *A* 1. m) facitis *A* 1. *C* 1. *D* 5. n) hinc *B* 1. 2. o) constantiam *B* 1. p) dimisit *A* 1. *C* 1. *D* 5. q) *corr.* qui *D* 5. r) pergentes *D* 5. s) atque *A* 1. *C* 1. *D* 5. t) at *B* 2. u) Sessionis *A* 1; Sessiones *corr.* Sessionas *C* 1; Suessionas *D* 5. v) accedentes *D* 5. w) Rachincon *A* 1; Rauhingo *B* 1; Rauchinco *B* 2 *(corr.)*. *D* 5. x) duce *A* 1. *C* 1. *D* 5. y) relegati *corr.* religati *C* 1, *quod etiam* *A* 1. *D* 5 *habent.* z) paucus *B* 2. a) inquirere *A* 1. *C* 1. *D* 5; inquerire *B* 1. b) ait *C* 1. c) rumur *B* 2. d) dicerit *B* 2; quae didiceret *corr.* qui diceret *C* 1. e) interemptum *B* 2. *C* 1. f) Sessiones *B* 2. *C* 1, *corr.* Suessionas *D* 5. g) orbem *B* 1. h) deneque *B* 1. i) carcere *A* 1. *B* 1. k) retineri *A* 1. *D* 5; retenire *B* 2. l) osteum *B* 1. m) cepisset *B* 2.

et ipse[a] captus[b] costodiae[c] mancipatur[d]. Tunc omnes simul ad Childeberthum[e] regem directi sunt, discussisque[f] veritatem aperiunt, indicantes[g] se a Fredegunde missus[h] ad eum interemendum[i], dicentes: 'Iussa reginae suscipimus[k], ut nos[l] egenus[m] adsimularemus[n]. Cumque pedibus tuis provoluti aliquid stipendii quaereremus[o], ab[p] his[q] te gladiis transfodere[r] voluemus[s]. Quod si adsultu[t] signiore[u] gladius difixisset[v], ipsum venenum, quod[w] ferrum[x] erat infectum, animam velociter[y] penetraret'. Haec his dicentibus, diversis suppliciis adfecti, truncatis manibus auribusque et naribus[z], variis[a] sunt[b] mortibus[c] interempti.

30. Igitur Gunthchramnus[a] rex cummoveri[b] exercitum in Hispaniis[c] praecepit[d], dicens: 'Prius Septimaniam proventiam[e] ditioni[f] nostrae subdite[g], quae Galliis[h] est propinqua; quia indignum est, ut horrendorum[i] Gothorum[k] terminus[l] usque in Galliis[m] sit extensus[n]'. Tunc commoto[o] omni exercitu regni sui, illuc dirigit. Gentes vero, quae[p] ultra Ararem[q] Rhodanumque[r] et Sequanam[s] commanebant[t], cum Burgundionibus iunctae[u], Ararica[v] Rhodiniticaque[w] litora tam de fructibus quam de pecoribus[x] valde depopulati[y] sunt. Multa homicidia, incendia praedasquae in regione propria facientes, sed et aeclesias denudantes, clericos[z] ipsos cum sacerdotibus ac reliquo[a] populo ad ipsas sacratas Deo aras interementes[b], usque[c] ad urbem Nemausus[d] processerunt. Similiter et Byturigi[e], Sanctonici cum Petrocoricis[f], Ecolesenensibus[g] vel reliquarum urbium populum, qui tunc ad antedicti[h] regis imperio[i] pertenebant[k], usque ad Carcasonam[l] urbem devecti[m], similia mala gesserunt. Sed cum ad urbem accessissent[n], reseratis sponte ab habitatoribus[o] portis, nullo resistente[p], ingressi, nescio quo[q] cum Carcasonensibus[r] scandalo[s] commoto[t], urbem egressi sunt. Tunc Terenciolus[u] comes[v] quondam[w] urbis Lemovicinae[x], lapide de[y] muro proiecto percussus, occubuit. Cuius caput truncatum[z] ad vindictam adversariorum[a] urbi delatum[b] est. Ex hoc omnes[c] populus timore perterritus[d], ad propria regredi destinans[e], universa reliquid, quae vel per viam coeperat vel quae[f] secum adduxerat. Sed et Gothi per occultas insidias multis[g] de his spoliatis[h]

Cap. 29. 30. *A* 1. *B* 1. 2. *C. D.*

Cap. 29. a) ipsi *B* 2. b) *deest* *A* 1; camptus *B* 2. c) custodiae *A* 1. *C* 1. *D* 5. d) mancipatus *C* 1. e) Childebertum *B* 2. f) discussique *C* 1. *D* 5. g) indecantes *B* 2. h) missos *A* 1. *C* 1. *D* 5. i) interimendum *A* 1. *D* 5. k) suscepimus *A* 1. *D* 5. l) *deest* *A* 1; nus *B* 2. m) egenos *C* 1. n) assimilarenus *A* 1; simularemus *B* 1. 2; adsimilarimus *corr.* adsimilaremus *C* 1, *quod etiam* *D* 5 *habet.* o) quererimus *B* 2. p) *deest* *D* 5. q) is *B* 1. r) transfoderemus *D* 5. s) voluimus *A* 1; *deest* *D* 5. t) adsultum *C* 1, *corr.* u) segniore *D* 5. v) defixis esset *D* 5. w) quo *D* 5. x) ferro *A* 1. y) volociter *C* 1. z) narribus *B* 2. a) varii *B* 1. 2. b) sint *B* 2. c) morsibus *A* 1.

Cap. 30. a) Gunthramnus *A* 1. *B* 1. 2. *D* 5. b) commoveri *A* 1. *C* 1. *D* 5. c) Spanis *B* 1. 2. d) praecipit *B* 1. e) provintiam *A* 1. *C* 1. *D* 5; provenciam *B* 2. f) ditione *B* 1; dicioni *B* 2. g) subditam *A* 1; subditae *B* 1. h) Gallis *B* 1. i) horendorum *C* 1, *corr.* k) Ghotorum *B* 2. l) terminos *B* 1. m) Gallei *B* 1. n) extensis *C* 1, *corr.* o) comoto *B* 1. p) quem *C* 1, *corr.* q) Arare *A* 1. r) Rodanumque *B* 2. s) Sequanum *B* 2; Segonam *C* 1, *corr.* t) cummanebant *B* 2. u) *deest* *A* 1. v) Arare *A* 1; Arareca *C* 1, *corr.* w) Rhodaniticaque *A* 1. *D* 5. x) peccoribus *C* 1, *corr.* y) depopulatae *A* 1. z) clericus ipsus *B* 2. a) relico *B* 1. b) interimentes *A* 1. *D* 5. c) urbem usque *A* 1, *ubi* ad *deest.* d) Nemasum *A* 1; Nemausum *C* 1. *D* 5. e) Biturici *A* 1; Bituricgi *corr.* Biturigi *C* 1, *quod etiam* *D* 5 *habet.* f) Petragoricis *A* 1; Petrogoricis *C* 1. *D* 5. g) Ecolensibus *A* 1; Etcolesenensibus *B* 1; Etolesenensibus *C* 1; Et colesenensibus *D* 5. h) antidicti *C* 1, *corr.* i) imperium *C* 1. k) pertinebant *A* 1. *C* 1. *D* 5. l) Carcassonam *C* 1. *D* 5. m) devicti *B* 1. 2; defecti *C* 1. n) accessessent *B* 1. o) abit. *B* 2. p) resistenti *B* 1. q) *deest* *A* 1. r) Carcassonensibus *C* 1. *D* 5. s) scandalum *B* 1. t) cummoto *B* 2; commoti *C* 1, *sed a scriba ipso corr.* commoto. u) Cerentiolus *A* 1. v) *deest* *A* 1; comis *B* 2. w) quendam *C* 1, *corr.* x) Lemoficinę *A* 1; Lenuvicinae *B* 2; Lęmovecinę *C* 1. y) *deest* *C* 1. z) est *add.* *D* 5. a) et *add.* *D* 5. b) dilatum *C* 1. c) omnis *A* 1. *D* 5. d) perteritus *B* 1. e) distinans *C* 1. f) quem *C* 1, *corr.* g) multas *B* 1. 2; multos *C* 1. h) spoliatus *C* 1.

interemerunt; exim[a] in[b] Tholosanorum[c] manus incedentes[d], quibus, dum pergerent, multa intulerant[e] mala[f], spoliati ac caesi vix propria contingere potuerunt. Hi[g] vero, qui Nemausum[h] adgressi[i] fuerant, devastantes universa[k] regiones[l], succensis domibus, incensis[m] segitibus[n], decisis olivitis[o] vinitisque[p] succisis, nihil inclusis nocere potentes[q], ad alias urbis[r] progressi sunt. Erant enim valde munitae et de cybis[s] ac reliquis necessariis adplene refertae, et horum urbana depopulantes urbisque[t] minus inrumpere valuerunt. Tunc et Nicetius[u] dux cum Arvernis in hac[v] expeditione commotus[w], cum reliquis urbis[r] adsedit[1]. Sed cum minus[x] valerit[y], ad castrum[z] quoddam pervenit[a]; dataque fide[b], sponte inclusi reserantes portas, eos credoli[c] tamquam pacificos[d] susciperunt[e]. Ille[f] vero ingressi, postposito[g] sacramento, praesidia cuncta diripiunt[h], animas in captivitate subdentes. Tunc, accepto consilio, unusquisque ad propria est regressus. Tantaque[i] per viam[k] scelera, homicidia, praedas, direptiones[l] per regionem propriam gesserunt, ut ea usquequaque memorare[m] perlongum[n] sit. Verumtamen quia segetis[o] Provinciae[p] igni ab hisdem succensas diximus, fame atquae inaedia pereuntes per viam[q] relinquebantur[r] exanimes[s], nonnulli in fluminibus dimersi[t], plerique in seditionibus interempti[u] sunt. Ferebant enim amplius quam quinque milia in his stragibus fuisse peremptos[v]. Sed non eos qui remanserant coercebat[w] aliorum interitus. Tunc et Arvernae regionis[x] eclesiae, quae[y] viae publicae propinquae[z] fuerunt[a], a ministeriis[b] denudatae sunt, nec fuit terminus male faciendi, nisi cum ad propria singuli pervenerunt. Quibus reversis, magna[c] Guntchramno[d] regem[e] amaritudo cordis obsedit. Duces vero supradicti exercitus ad basilicam sancti Symphoriani[f] martyris[g] expetierunt.
Aug. 22. Veniente itaque rege ad eius solempnitatem, repraesentati sunt sub conditione audientiae[h]
Aug. 26. in postmodum futurae. Post dies[i] vero quattuor coniunctis episcopis necnon et maioribus natu laicorum, duces discutere coepit, dicens: 'Qualiter nos hoc tempore victuriam[k] obtenere[l] possumus, quia[m] ea quae patres nostri secuti sunt non costodimus[n]? Illi[o] vero aeclesias aedificantes, in Deum spem omnem ponentes, martyres honorantes, sacerdotes venerantes[p], victurias[q] obtinuerunt[r] gentesque adversas, divino opitulante[s] adiutorio, in ense et parma[t] saepius subdiderunt[u]. Nos vero non solum Deum[v] non metuemus[w], verum etiam sacra eius vastamus, ministros[x] interfecimus[y], ipsa quoque sanctorum

Cap. 30. *A* 1. *B* 1. 2. *C*. *D*.

Cap. 30. a) exin *D* 5. b) *deest D* 5. c) Tolosanorum *B* 2. d) incededentes *A* 1; incędentes *B* 2. e) intullerant *B* 2. f) mau *B* 2. g) Hic *B* 1. 2. h) Nemausus *C* 1, *corr.* i) adgressum fuerat *C* 1. k) universas *C* 1. l) regionis *A* 1. *B* 2. m) succensis *A* 1. n) segetibus *A* 1. *D* 5. o) olivetibus *A* 1; olivetis *D* 5. p) vineisque *A* 1; vinusque *B* 2; vinetisque *D* 5. q) potuerunt *C* 1. r) urbes *A* 1. *C* 1. *D* 5. s) cibis *A* 1. *C* 1. *D* 5. t) urbesque *A* 1. *C* 1. *D* 5. u) Nececius *B* 1; Nicecius *B* 2. v) haec *B* 1; hec *B* 2. w) cummotus *B* 1. x) męnus *B* 2. y) valeret *A* 1. *C* 1. *D* 5. z) cędrum *B* 2. a) *deest B* 1. 2. b) fidis *B* 2. c) credole *B* 2. d) pacificus *B* 2; eos credulitatem quasi pacificos *C* 1. e) susceperunt *A* 1. *C* 1. *D* 5. f) Illi *A* 1. *C* 1. *D* 5. g) postpositus, *a scriba corr. B* 1. h) deripiunt *B* 1. i) Tantamque *C* 1. k) via *A* 1. l) direpcionis *B* 2. m) memorari *A* 1. *C* 1 *et D* 5, *corr.* n) longum *D* 5. o) segetes *A* 1. *D* 5; segitis *C* 1. p) Provenciae *B* 1. q) que *add. D* 5. r) relinquentes *A* 1. s) exanimis *B* 2. t) demersi *B* 1. u) arępti *B* 2. v) peremptus *B* 2. w) cohercebat *C* 1. x) regiones *B* 1. y) *deest C* 1. z) propinqua *B* 2. a) fuerant *A* 1. *C* 1. b) minesteriis *B* 1. c) magnam *B* 1. d) Gunthramnum *A* 1. *D* 5; Gunthramnō *B* 1. e) regi *C* 1. f) Simphroniani *A* 1; Simphoriani *C* 1. *D* 5. g) martyres *B* 1. h) audiencium *B* 2. i) post tres vero quatuor coniunctis *D* 1; post tres vero vel IIII dies coniunctis *D* 5. k) victoriam *A* 1. *C* 1. *D* 5. l) obtinere *A* 1. *D* 5; obtenire *B* 2. m) qui *A* 1. *C* 1. *D* 5. n) custodimus *A* 1. *C* 1. *D* 5. o) Ille *B* 2. p) honorantes *A* 1. q) victorias *A* 1. *C* 1. *D* 5. r) obtenuerunt *B* 2. s) obitulante *B* 2. t) palma *A* 1. u) subdederunt *B* 2. v) *deest A* 1. w) metuimus *A* 1. *D* 5. x) ministrus *B* 2. y) interficimus *A* 1. *C* 1. *D* 5; interficemus *B* 1.

1) *Cf. c.* 18.

pignera[a] in ridiculo discerpimus ac vastamus. Non enim potest[b] obtenere[c] victoria[d], ubi talia perpetrantur; ideo manus nostrae[e] sunt invalidae, ensis tepiscit[f], nec clepius[g] nos, ut erat solitus, defendit ac protegit. Ergo si hoc meae culpae adscribitur, iam ea Deus capite[h] meo restituat. Certe si vos regalia iussa contempnetis[i] et[k] ea quae praecipio implere differtis[l], iam debet[m] securis capiti[n] vestro submergi. Erit[o] enim documentum omni[p] exercitu[q], cum unus de prioribus fuerit interfectus. Veruntamen iam experire[r] debemus, quid agi oporteat. Si quis iusticiam sequi destinat[s], iam sequatur; si quis contempnit, iam ultio publica cervice[t] eius immineat[u]. Satius est enim, ut parvi contumaces pereant, quam ira Dei super omnem regionem dependat[v] innoxiam'. Haec[w] rege dicente, responderunt duces: 'Bonitatis[x] tuae magnanimitas[y], rex optime, enarrare[z] facile non potest; qui timor tibi in[a] Deum[b] sit, qui amor in aeclesiis, quae reverentia in sacerdotibus, quae[c] pietas in pauperibus, quaeve dispensatio[d] in egenis. Sed[e] quia omnia, quae gloria vestra profert[f], recta veraquae[g] esse censentur, quid faciemus, quod populus omnes[h] in vicio[i] est dilapsus[k], omnique homine[l] agere quae sunt iniqua delectat? Nullus regem metuit, nullus ducem, nullus comitem reveritur[m]; et si fortassis[n] alicui ista displicent, et ea pro longaevitate vitae vestrae emendare conatur, statim seditio[o] in populo, statim tumultus exoritur. Et in tantum unusquisque contra seniorem saeva intentione crassatur, ut vix credat evadere, si tardius silire[p] nequiverit'. Ad haec rex ait: 'Si quis sequitur iustitiam, vivat; si quis legem mandatumque[q] nostrum respuit, iam pereat, ne nus[r] diucius hoc blasphemeum[s] prosequatur[t]'. Haec eo dicente, advenit nuntius, dicens: 'Richaredus[u], filius Leuvichildi[v], de Hispanis[w] egressus, Caput Arietis[x, 1] castrum[y] obtenuit[z] et ex pago Tholosano maximam partem depopulatus est hominesque captivos abduxit[a]. Ugernum[2] Arelatense[b] castrum inrupit resque cunctas cum hominibus abstullit[c] et sic se infra murus[d] Nemausensis[e] urbis inclusit'. Haec audiens rex, Leudeghyselum[f] in loco Calomniosi[g] cognomento Aegilanis[h] ducem[i] dirigens[k], omnem ei provinciam[l] Arelatensim[m] commisit, costodisque[n] per terminus[o] super quattuor virorum milia collocavit. Sed et Necetius[p] Arvernorum dux similiter cum costodibus[q] perrexit et fines[r] regiones[s] ambivit[t].

Cap. 30. *A* 1. *B* 1. 2. *C*. *D*.

Cap. 30. a) pignora *A* 1. b) potens *B* 1. c) obtinere *A* 1. *B* 1. *D* 5; obtenire *B* 2. d) victuria *B* 1. e) vestrae *A* 1. f) tepescit *A* 1. *D* 5. g) clypeus *A* 1. *D* 5; clipeus *C* 1. h) capiti *A* 1. *D* 5. i) contempnitis *A* 1. *C* 1. *D* 5; contemnetis *B* 1. k) ut *C* 1. l) differtes *B* 1. m) debiti *A* 1; debit *B* 2. n) capite *B* 1. o) Erat *C* 1, *corr.* p) omne *B* 1. q) exercitui *A* 1. *C* 1 *(corr.)*. *D* 5. r) experiri *D* 5. s) distinat *C* 1. t) cervici *A* 1. *D* 5; cervici eius *in loco raso* *C* 1. u) imminebit *A* 1; inmeneat *B* 1. v) dependeat *D* 5. w) eo *add.* *A* 1. x) Bonitates *B* 2; Bonitati *D* 5, *corr.* y) magnanimetas *B* 2. z) enarrari *A* 1. *C* 1. *D* 5. a) *corr. add.* *C* 1. b) dominum Deum *C* 1. c) unaquae pietas et in *C* 1. d) disperatio *B* 1; dispensacio *B* 2. e) *deest* *D* 5. f) profret *B* 1. g) vestraquae *corr.* veraque *C* 1. h) omnis *A* 1. *D* 5. i) omnes initio *corr.* omnes in vitio *C* 1. k) delapsus *B* 2. l) homini *A* 1. *C* 1. *D* 5. m) reveretur *A* 1. *C* 1. *D* 5. n) fortesis *B* 2. o) sedit *C* 1, *corr.* p) silere *A* 1. *C* 1. *D* 5. q) mandatumquae *C* 1. r) nos *A* 1. *C* 1. *D* 5. s) blasfemium *A* 1; blaspheum *B* 1; blasphemium *C* 1. t) prosequamur *A* 1. *B* 2. u) Recharedus *A* 1. v) Leuvieldi *A* 1. *C* 1; *corr.* Leuvigeldi *C* 1; Leuvichilde *B* 1; Leuvechildi *B* 2. w) Spaniis *B* 1. 2. *C* 1. x) Areetis *B* 2. y) castra *D* 5. z) obtinuit *A* 1. *C* 1. *D* 5. a) adduxit *A* 1. b) Arelatensem *A* 1. c) abstulit *A* 1. *C* 1. *D* 5. d) muros *A* 1. *C* 1. *D* 5. e) Neumasensis *A* 1. f) Leudigisilum *A* 1; Leodeghyselum *B* 2; Leudegyselum *C* 1; Leudegisilus *D* 5. g) Calumniosi *A* 1. *C* 1; Calumpniosi *D* 5. h) Egylanis *corr.* Egilanis *C* 1; Aegylanis *D* 5. i) *deest* *A* 1. k) delegens *C* 1; deligens *D* 5. l) proventiam *B* 1. m) Arelatensem *B* 2. *D* 5; Areletensim *C* 1. n) custodesque *A* 1. *C* 1. *D* 5. o) terminos *A* 1. *C* 1. *D* 5. p) Nicetius *A* 1. *C* 1. *D* 5; Nececius *B* 2. q) custodibus *A* 1. *C* 1. *D* 5; costidibus *B* 2. r) finis *B* 2. *C* 1. s) regionis *A* 1. *C* 1. *D* 5. t) ambuit *A* 1; ambiit *B* 2.

1) *Cabaret; v. Longnon l. c. p.* 615 *sq.* 2) *Iam non exstat. Situm erat ubi iam Beaucaire oppidum iacet.*

31. Dum haec[a] agerentur[b], et Fredegundis apud Rothomagensem[c] urbem commoraretur[d], verba amaritudinis cum Praetextato pontifice[e] habuit[f], dicens, venturum esse tempus, quando exilia[g], in qua detentus fuerat, reviseret[h]. Et ille[i]: 'Ego semper et in exilio et extra exilium episcopus fui, sum et ero, nam tu non semper regalem[k] potentiam perfrueres[l]. Nos ab exilio[m] provehimur[n], tribuente Deo[o], in regnum; tu vero ab hoc regno demergeris[p] in abyssum[q]. Rectius enim erat tibi, ut, relecta[r] stultitia[s] adque[t] malitia, iam te ad meliora converteres[u] et ab hac iactantia, qua[v] semper ferves, abstraheris[w], ut et tu vitam adipisceris[x] aeternam et parvolum[y], quem genuisti, perducere ad legitimam possis[z] aetatem'. Haec effatus, cum verba illius mulier[a] graviter acciperit[b], se a conspectu eius felle fervens abstraxit. Advenientem[c] [autem[d]] dominicae resurrectionis[e] diae[f], cum sacerdos[g] ad implenda aeclesiastica[h] officia ad aeclesiam maturius properasset[i], antefonas[k] iuxta consuetudinem[l] incipere per ordinem[m] coepit. Cumque[n] inter psallendum[o] formolae[p] decumberet, crudelis adfuit[q] homicida, qui[r] episcopum super formolam[s] quiescentem, extracto[t] baltei cultro, sub ascella percutit[u]. Ille vero vocem emittens[v], ut clerici qui aderant adjuvarent, nullius[w] ope de tantis[x] adstantibus[y] est adiutus. At[z] ille plenas sanguine manus super altarium extendens, orationem fundens et Deo gratias[a] agens, in cubiculo suo inter manus fidelium deportatus et in suo[a] lectulo collocatus[b] est. Statimque Fredegundis cum Beppoleno[c] duce et Ansovaldo[d] adfuit, dicens: 'Non oportuerat[e] haec nobis ac reliquae plebi tuae, o sancte[f] sacerdos[g], ut ista tuo cultui[h] evenirent[i]. Sed utinam indicaretur[k], qui talia ausus[l] est perpetrare, ut digna pro hoc scelere[m] supplicia[n] susteneret[o]'. Sciens autem ea[p] sacerdos haec dolose proferre, ait: 'Et quis haec fecit, nisi his[q] qui reges[r] interemit, qui saepius sanguinem[s] innocentem effudit, qui diversa in hoc regno mala commisit?' Respondit mulier: 'Sunt aput nos[t] peritissimi medici, qui hunc[u] vulnere[v] medere[w] possint[x]. Permitte, ut accedant[y] ad te'. Et ille: 'Iam', inquid, 'me Deus praecepit[z] de hoc mundum[a] vocare[b]. Nam tu, qui his[c] sceleribus princeps[d] inventa es[e], eris maledicta in saeculo, et erit Deus ultur[f] sanguinis mei de capite tuo'. Cumque illa discederit[g], pontifex, ordinata domo[h] sua, spiritum exalavit. Ad quem[i]

Cap. 36. *A* 1. *B* 1. 2. *C*. *D*.

Cap. 31. a) hanc *B* 1. b) agirentur *B* 1. c) Rhomagensim *A* 1; Rohotomagensem *B* 1; Rodomagensim *C* 1. d) commorabitur *A* 1; cummoraretur *B* 2. e) episcopo *A* 1. f) abuit *A* 1. g) exsilia *B* 2. h) revesiret *B* 1; reverterit *B* 2. i) illi *B* 2. k) regali potentia *A* 1. l) perfrueris *A* 1. *C* 1. *D* 5. m) exsilio *B* 2. n) prohimur *B* 1; proimur *B* 2; prohibemur *C* 1. o) *corr. add.* *C* 1. p) dimergeris *A* 1. *C* 1. *D* 5; demergeres *B* 2. q) abysum *B* 1. 2. r) relicta *A* 1. *C* 1. *D* 5. s) stultitiam *C* 1, *corr.* t) atque *B* 2. u) converteris *A* 1. *C* 1, *corr.* v) quia *B* 1. 2; quę *C* 1. w) abstrahereris *A* 1; abstraheres *B* 2. *D* 5. x) adipisceres *B* 2; adepisceris *C* 1; adipiscereris *D* 5. y) parvulum *A* 1. *D* 5. z) *deest* *B* 1. 2; p. ad legitimam *C* 1. a) graviter mulier *A* 1. b) acciperet *A* 1. *C* 1. *D* 5; acceperit *B* 2. c) Adveniente *A* 1. *C* 1. *D* 5. d) *deest* *B* 1. 2. e) resurrectiones *B* 1; resurreccionis *B* 2. f) diem *A* 1; die *C* 1. *D* 5. g) sacerdus *B* 2. h) aecles. off. ad *des.* *C* 1. i) properavit *A* 1. k) antiphonas *A* 1. *D* 5; antefanas *B* 1. 2; antephonas *C* 1. l) consuitudinem *B* 1. m) ordine *B* 1. *C* 1. n) Cum *A* 1. o) sallendum *B* 2; psallandum *C* 1. p) formulae *A* 1. *C* 1. *D* 5; formole *B* 1. q) homicida adfuit *B* 1. 2. r) que *B* 1. s) formulam *A* 1. *C* 1. *D* 5. t) extrato *B* 1. u) percussit *A* 1. v) emitens *B* 2. w) nullus *B* 1. 2. x) tantes *B* 2. y) stantibus *B* 1. 2. z) Ad *B* 2. a) *deest* *A* 1. b) conlocatus *B* 2. c) Peppolendo *corr.* Beppolendo *C* 1. d) Ansoaldo *B* 1. 2. e) oportebat *A* 1. f) sanctae *C* 1. g) sacerdus *B* 2. h) ut statu u cultu *corr.* ut statuti cultui *C* 1. i) eveniret *A* 1; evenerent *B* 2. k) indecaretur *B* 2. l) passus *C* 1. m) *deest* *A* 1. n) subplicia *B* 2. o) sustineret *A* 1. *C* 1. *D* 5; sustinerit *B* 1. p) eam *A* 1. *C* 1. *D* 5. q) is *A* 1. *C* 1. r) regis *B* 2. s) sanguine *B* 1. t) nus *B* 2. u) huic *A* 1. *C* 1. *D* 5. v) vulneri *A* 1. *D* 5. w) mederi *A* 1. *D* 5; medire *B* 1. 2. x) possunt *A* 1. *D* 5. y) accidant *B* 1. z) precipit *B* 1. *C* 1. *D* 5. a) mundo *A* 1. *C* 1. *D* 5. b) vocari *A* 1. *C* 1. *D* 5. c) hi *corr.* his *C* 1. d) princips *B* 1. e) est *C* 1. f) ultor *A* 1. *C* 1. *D* 5. g) discederet *A* 1. *C* 1. *D* 5. h) domu *D* 5. i) que *C* 1.

sepeliendum[a] Romacharius Constantinae[b, 1] urbis[c] episcopus advenit. Magnus tunc omnes Rothomagensis[d] cives[e], et praesertim seniores loci illius Francos[f] moeror[g] obsedit. Ex quibus unus senior ad Fredegundem veniens, ait: 'Multa enim mala in hoc saeculo perpetrasti, sed adhuc peius non feceras[h], quam ut sacerdotem Dei iuberes[i] interficere[k]. Sit Deus ultur[l] sanguinis innocentes[m] velociter. Nam et omnes nos[n] erimus[o] inquisitores[p] mali[q] huius, ut[r] tibi diucius non liceat tam crudelia[s] exercere'. Cum autem haec dicens[t] discederet[u] a conspectu reginae, misit[v] illa qui[w] eum ad convivium provocaret[x]. Quo[y] renuente[z], rogat, ut[a], si convivium eius uti non vellit[b], saltim[c] vel poculum auriat[d], ne ieiunus a regale[e] domo discedat. Quo[f] expectante[g], accepto poculo, bibit absentium[h] cum vino et melle[i] mixtum, ut mos barbarorum habet[2]; sed hoc[k] |potum[l]| venenum[m] inbutum[n] erat. Statim autem ut bibit[o], sensit pectorem[p] suum dolorem validum inminere, et quasi se[q] incideretur[r] intrinsecus, exclamat[s] suis, dicens: 'Fugite, o miseri, fugite malum hoc, ne mecum[t] pariter[u] periamini[v]'. Illis quoque non bibentibus, sed[w] festinantibus abire, hic protinus excaecatus[x], ascensoque aequo, in tertio ab hoc loco stadio cecidit[y] et mortuus[z] est. Post haec[a] Leudovaldus[b] episcopus[3] epistolas[c] per omnes sacerdotes direxit[d], et accepto consilio, eclesias Rothomagensis[e] clausit, ut in his populus[f] solemnia divina non expectaret[g], donec indagatione[h] communi[i] repperiretur[k] huius auctur[l] sceleris[m]. Sed et aliquos adpraehendit[n], quibus supplicio[o] subditos[p] veritatem[q] extorsit, qualiter per consilium Fredegundis[r] haec acta fuerant[s]. Sed et[t], ea defensante, ulciscere[u] non potuit. Ferebant etiam, ad ipsum percussores venisse, pro eo quod haec inquirere sagaciter[v] destinaret[w]; sed costodia[x] vallatus suorum, nihil ei nocere potuerunt. Itaque cum haec ad[y] Gunthchramnum[z] regem perlata[a] fuissent, et crimen super mulierem iaceretur, misit tres episcopus[b] ad filium, qui esse dicitur[c] Chilperici[d], quem superius Chlotharium[e] scripsimus[f] vocitatum[g], id

Cap. 31. *A* 1. *B* 1. 2. *C*. *D*.

Secundus[k] anno imperii Constantis[l] primo Litorius[m] ordinatur episcopus. Fuit autem ex[n] civibus Turonicis[o], et hic[p] valde religiosus. Hic aedificavit ecclesiam primam[q] infra urbem Turonicam[r], cum iam multi christiani essent; primaque[s] ab eo ex domo[t] cuiusdam senatoris basilica facta est. Huius tempore[u] sanctus Martinus in Galliis praedicare exorsus est. Sedit autem annis[v] triginta tribus[w] et obiit in pace; sepultusque est in suprascripta basilica, quae hodieque[x] eius[y] nomine vocitatur[z].

Tertius sanctus Martinus anno[a] octavo[b] Valentis et[c] Valentiniani[d] episcopus ordinatur. Fuit[e] autem de regione Pannoniae, civitate[f] Sabaria[g]. Qui[h] ob[i] amorem[k] Dei apud urbem Mediolanensem[l] Italiae primo monasterium instituit[m]; sed ab[n] haereticis[o], eo quod sanctam Trinitatem intrepidus praedicaret, virgis caesus atque expulsus de[p] Italia, in Galliis accessit. Multos paganorum converti fecit, templa eorum statuasque confregit, fecitque[q] multa signa in populo[r], ita ut ante episcopatum duos suscitaret mortuos, post episcopatum autem unum tantummodo suscitavit. Hic transtulit corpus beati Gatiani[s] sepelivitque eum[t] iuxta sepulchrum sancti Litorii[u] in illa nominis sui praefata basilica. Hic prohibuit Maximum, ne gladium in Hispania[v] ad interficiendos destinaret[w] haereticos, quibus sufficere[x] statuit, quod[y] a[z] catholicorum ecclesiis[a] erant vel communione remoti. Consummato ergo praesentis vitae cursu, obiit apud Condatensem[b] vicum urbis[c] suae anno octogesimo primo aetatis. De quo vico navigio sublatus, Turonus est[d] sepultus in loco, quo nunc adoratur sepulchrum eius. De cuius vita

Cap. 31. *A* 1. *D. g. l. p.*

Cap. 31. a) superibus *D* 5. b) ordinatione *p.* c) reciprocare *D* 11. d) reciproca replevit *D* 5. e) Cartianus *corr.* Catianus *A* 1. f) *deest p.* g) *deest D* 5. 11. h) nonnullus *p.* i) occultabat *p.* k) *deest l.* l) potentium *A* 1. m) cur *A* 1. n) reperiant *A* 1; repererant *D* 11. o) affecissent *D* 11. p) ac *D* 11. q) christianis paucis *D* 11. r) *sic A* 1. *p*; idem *D* 5; eundem *D* 11. s) misteriis *D* 11. t) sollempnitatem *D* 5. u) diei *D* 5. 11. v) dominici *D* 5. 11. *p.* w) clangulo *p.* x) ut *D* 11. y) domos *D* 5. 11. *p.* z) In hac urbe *des. A* 1. a) *deest A* 1. *D* 11; primus *D* 3; prius *D* 5. b) perfertur *A* 1. c) annus *A* 1. d) *sic D* 11 *g. l.; deest A* 1. *D* 3. 5. *p.* e) cimitirio *p.* f) quod *D* 11. g) episcopatum *p.* h) annis triginta septem *D* 11. i) XXXVIII *A* 1. k) Secundo *A* 1. l) Constantini *A* 1. m) Lidorius *D* 11. *p.* n) de *D* 11. o) Turonicae *p.* p) *deest A* 1. q) primum *A* 1. r) Turonica *p.* s) primamque? *corr.* primum *p.* t) domu *p.* u) temporibus *A* 1. v) annos *D* 11. *p.* w) XXXVIII *A* 1. x) hodie *A* 1. y) *deest A* 1. z) ordinatur *D* 11. a) anni *A* 1. b) nono *D* 5. *p.* c) *deest D* 5. d) *deest D* 5. e) Hic *A* 1. f) civitatis *A* 1. g) Sabariae *D* 11. h) *deest D* 5. i) sub *D* 5. k) amore *A* 1. l) Mediolanensim *D* 11; urbem *add. D* 11. m) construxit *A* 1; constituit monasterium *D* 11. n) hab *D* 5. o) hereditate *A* 1. p) et de *A* 1. q) fecit multaque *A* 1. r) populo exhibuit ita *A* 1; populos *D* 5. s) Catiani *A* 1; Gaciani *p.* t) ipsum *A* 1. u) Lidorii *D* 11; Lidori *p.* v) Hispaniam *D* 11; Spania *p.* w) hereticos distinaret *p.* x) suffide *D* 5. y) *deest D* 5. z) ad *A* 1; *deest D* 5. a) ecclesiis erant *des. D* 5; essent *D* 11. b) Condadensem *D* 5; Condatensim *D* 11. c) orbis *A* 1. d) *deest A* 1.

tres a Severo Sulpicio libros[a] conscriptos[b] legimus. Sed et praesenti tempore multis se virtutibus declarat. In monasterio vero[c] qui nunc Maior[d] dicitur basilicam in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli aedificavit. In vicis[e] quoque, id est Alingaviensi[f. 1], Solonacensi[g], Ambaciensi[h], Cisomagensi, Tornomagensi[i], Condatensi[k], destructis[l] delubris baptizatisque gentilibus[m], ecclesias[n] aedificavit. Sedit[o] autem annos[p] viginti sex, menses[q] quattuor, dies decem et septem[r], et cessavit episcopatus[s] dies viginti.

Quartus Bricius[t] ordinatur episcopus anno Archadii[u] et Honorii secundo, cum pariter[v] regnarent. Fuit autem civis Turonicus[w], cui trigesimo tertio episcopatus anno crimen adulterii est impactum[x] a civibus Turonicis; expulsumque[y] eum[z], Iustinianum episcopum ordinaverunt. Bricius vero[a] ad papam Urbis dirigit[b]. Iustinianus autem post eum abiens, apud urbem Vercellensem[c] obiit. Turonici[d] iterum malignantes, Armentium statuerunt. Bricius vero septem apud[e] papam Urbis annis degens, idoneus inventus a crimine, ad urbem suam redire iussus est. Hic aedificavit basilicam parvulam super corpus beati Martini, in qua et ipse sepultus est. Cumque portam ingrederetur, Armentius per aliam portam mortuus efferebatur; quo sepulto, cathedram suam recepit. Hunc ferunt instituisse ecclesias per vicos, id est Calatonno[f. 2], Bricca[g], Rodomago[h], Briotreide[i], Cainone[k]; fueruntque omnes episcopatus[l] eius anni quadraginta septem. Obiitque[m], et sepultus est in basilicam[n], quam super sanctum Martinum aedificavit[o].

Quintus Eustochius ordinatur [episcopus[p]], vir sanctus et timens Deum, ex genere senatorio. Hunc ferunt instituisse ecclesias per vicos Brixis[3], Iciodoro[q], Lucas[r], Dolus. Aedificavit etiam ecclesiam[s] infra muros civitatis, in qua reliquias sanctorum Gervasi[t] et Protasi[u] martyris[v] condidit, quae a[w] sancto Martino de Italia sunt delatae, sicut[x] sanctus Paulinus in epistola[y] sua[z] meminit[a. 4]. Sedit[b] autem annos[c] septemdecim. Et sepultus est in basilica, quam Bricius episcopus super sanctum Martinum struxerat[d].

Sextus ordinatur Perpetuus, de genere et ipse, ut aiunt, senatorio et propinquus[e] decessoris[f] sui, dives valde et per multas civitates habens possessiones. Hic, submota basilica, quam prius Bricius episcopus aedificaverat super sanctum Martinum, aedificavit aliam ampliorem miro opere, in cuius absida beatum corpus ipsius venerabilis sancti transtulit. Hic instituit ieiunia[g] vigiliasque, qualiter per circulum anni observarentur, quod hodieque apud nos tenetur[h] scriptum, quorum ordo hic est.

Cap. 31. *A* 1. *D. g. l. p.*

Cap. 31. a) libellos *p.* b) scriptos *p.* c) suo *p.* d) Maius *D* 5. e) vicos *A* 1. f) Alingaveensi *D* 5. g) Sol. — Cisom. *des. D* 5. h) Ambagiensi *A* 1. i) Tormagensi *D* 5; Turnomagensi *p.* k) Condadensi *D* 5. l) destruxit *p*, *corr.* m) gentibus *D* 5, *corr.* n) ecclesiis *A* 1. o) Sedet *p.* p) annis *D* 5. 11. q) mensibus *D* 11. r) viginti septem *p.* s) episcopatum *p.* t) Briccius *D* 5. *p*; Brictius *D* 11; *et sic hi codd. infra.* u) Arcadii *D* 11. v) patre *A* 1. w) Turonica *p.* x) inputatum *p.* y) expulsum *A* 1; expulsoque *D* 5. 11. z) *deest A* 1; eo *D* 5. 11. a) se *add. D* 5. b) dirigunt *A* 1. c) Bercellensem *A* 1; Vercellensim *p.* d) vero *add. D* 5. e) annis apud papam urbis *D* 5. f) Callatonno *A* 1; Calatonnum *D* 5. *g*; Calathonnum *D* 11. g) Briccam *D* 11. h) Rotomagum *D* 5; Rothomagum *D* 11. i) Briotreidem *D* 11. k) Cainonem *D* 11. l) anni ep. eius *A* 1. m) Obiit *A* 1. n) basilica *D* 11. *p.* o) aedificaverat *p.* p) *sic D* 11. *p; deest A* 1. *D* 5. q) Yciodorus *A* 1. r) Luccas *A* 1. *D* 5. s) *deest p.* t) *sic p;* Gerbasii *A* 1. u) *sic p;* Prothasii *D* 11. v) martyrum *D* 11. w) *corr. add. D* 5; *deest D* 11. x) sicut — meminit *des. p.* y) epistolam *D* 5; aepistola *D* 11. z) suam *D* 5. a) mẹminit *D* 11. b) Sedet *p.* c) annis *D* 5. d) construxerat *A* 1. e) princos *A* 1. f) decessores *p.* g) vinctum *corr.* victum *D* 5. h) tenet *A* 1.

1) *Langeais, Sonnay, Amboise, Chisseau, Saint Martin de Tournon, Candes in territorio Turonensi.* 2) *Clion, Brèche, Ruan, Bridoré, Chinon.* 3) *Brizay, Iseure, Loches, Doulus.* 4) *SS. Gervasi et Protasi reliquias Paulinus in Fundana basilica recondidit; cf. Ep.* 22 *(Migne, Patr. lat. LXI, p.* 339*).*

De ieiuniis.

Post quinquagesimam[a] *quarta, sexta feria usque ad*[b] *natale*[c] *sancti Iohannis.*

De[d] *Kalendis Septembris usque*[e] *Kalendas Octobris bina in septimana*[f] *ieiunia*[g].

De[h] *Kalendis Octobris usque depositionem*[i] *domni Martini bina in septimana*[k] *ieiunia*[h].

De[l] *depositione domni*[m] *Martini usque*[n] *natale Domini terna*[o] *in septimana*[p] *ieiunia.*

De natale[q] *sancti Hilarii*[r] *usque*[s] *medio*[t] *Februario*[u] *bina in*[v] *septimana*[w] *ieiunia.*

De vigiliis.

Natale Domini in ecclesia.

Epiphania in ecclesia.

Natale sancti Iohannis ad basilicam[x] *domni*[y] *Martini.*

Natale sancti Petri episcopatus[z] *ad ipsius basilicam*[x].

Sexto[a] *Kalendas Aprilis resurrectio Domini nostri Iesu*[b] *Christi ad basilicam*[x] *domni Martini.*

Pascha[c] *in ecclesia.*

Die ascensionis in[d] *basilica domni*[e] *Martini.*

Die quinquagesimo[f] *in ecclesia.*

Passio[g] *sancti Iohannis ad*[h] *basilicam*[i] *in baptisterio*[k].

Natale sanctorum apostolorum[l] *Petri et Pauli ad ipsorum basilicam.*

Natale sancti Martini ad eius basilicam.

Natale sancti Simphoriani[m] *ad basilicam domni Martini.*

Natale sancti Litorii[n] *ad eius basilicam.*

Item[o] *natale sancti Martini ad eius basilicam.*

Natale sancti Bricii ad domni Martini basilicam.

Natale[p] *sancti Hilarii*[q] *ad domni Martini basilicam.*

Hic aedificavit basilicam sancti Petri, in qua cameram basilicae[r] prioris[s] posuit, quae usque nostris temporibus perseverat. Basilicam quoque sancti Laurenti[t] monte Laudiaco[u. 1] ipse construxit. Huius tempore aedificatae sunt ecclesiae in vicis, id est[v] Evina[w. 2], Mediconno[x], Barrao[y], Balatedine[z], Vernao[a]. Condiditque testamentum et deputavit per singulas civitates quod possedebat[b], in eis ipsis[c] scilicet ecclesiis, non modicam[d] et[e] Turonicae[f] tribuens[g] facultatem. Sedit[h] autem annos triginta, et sepultus est in basilica sancti Martini.

Cap. 31. *A* 1. *D. g. l. p.*

Cap. 31. a) quinquagesima *D* 5; quinquagesimum *D* 11. *p.* b) *sic D* 11. *g. l. p;* in *A* 1; *deest D* 5. c) natalis *A* 1. d) a *A* 1. e) in *add. p.* f) septemana *p*; in septem diebus ieiunia *D* 5. g) ieiunia *D* 11. h) De — ieiunia *des. p.* i) depositio *A* 1. k) VII *D* 5. l) A *A* 1. m) sancti *add. p.* n) in *add. A* 1; ad *add. g.* o) tria *D* 5. p) septemana *p.* q) natali *D* 5. r) Ylarii *A* 1. s) in *add. A* 1. t) medium *D* 11. u) Februarium *D* 11; Feb̄ *p.* v) in s. i. *des. D* 11. w) septemana *p.* x) basilica *p.* y) sancti *p.* z) *deest D* 5. a) v. *D* 5. b) Iesu Christi *des. p.* c) Pasca *D* 5; Pascha — Martini *in marg. add. D* 11. d) ipsius *add. p.* e) d. M. *des. p.* f) quinquagesima *D* 5. g) Passione *D* 5. 11. *l. g.* h) in *A* 1. i) basilica *abhinc constanter p.* k) baptistrio *p, corr.* l) *erasum, ut videtur, p.* m) Symphoriani *D* 5. *p.* n) Lidorii *D* 5. 11. *l. g*; Lidori *p.* o) Item — bas. *des. D* 5. p) Natale — bas. *des. A* 1. q) Hylarii *D* 11. r) basilicam *A* 1. s) priori *A* 1. t) *sic D* 5. *p.* u) Laudiaca *A* 1, *ubi sequentia usque* in vicis *desunt.* v) idem *pro* id est *A* 1. w) Evena *l. g. p.* x) Mediano *A* 1; Mediconnum *D* 11. *g.* y) Berraum *D* 11; Birraum *l. g*; Berrao *p.* z) Balatidine *p.* a) Vernadum *D* 11; Vernaum *l. g.* b) *sic p.* c) ipse *p.* d) testamentis *add. p.* e) *deest p.* f) ecclesiae *add. D* 5. g) tribuit *A* 1. h) sedet *p.*

1) *Montlouis (dép. Indre-et-Loire).* 2) *Avoine, Mosne, Barrou, Ballan, Vernon in territorio Turonensi.*

Septimus vero[a] Volusianus ordinatur episcopus, ex genere senatorio, vir sanctus et valde dives, propinquus et ipse Perpetui[b] episcopi decessoris[c] sui. Huius tempore[d] iam Chlodovechus[e] regnabat in aliquibus urbibus in Galliis[f]. Et ob hanc causam hic[g] pontifex suspectus habitus a Gothis[h], quod se Francorum ditionibus subdere vellet[i], apud urbem Tholosam exilio condempnatus[k], in eo obiit. Huius tempore vicus Mantolomaus[1] aedificatus est, et basilica sancti Iohannis ad[l] Maiorem monasterium. Sedit[m] autem annos septem[n], menses duos.

Octavus[o] Verus[p] ordinatur episcopus. Et ipse pro memoratae causae zelo[q] suspectus habitus a Gothis, in exilio deductus[r] vitam finivit. Facultates suas[s] ecclesiis et[t] bene[u] meritis dereliquit. Sedit[v] autem annos undecim, dies octo.

Nonus Licinius, civis Andecavus[w], qui ob amorem Dei in Orientem[x] abiit sanctaque loca revisit[y]. Exinde digressus, in possessione[z] sua monasterium collocavit infra terminum Andecavum[a], et postea abbatis officium[b] monasterio, ubi sanctus Venantius[c] abba[d] sepultus est, functus[e], ad[f] episcopatum eligitur[g]. Huius tempore Chlodovechus[h] rex[i] victor de caede Gothorum Turonus rediit. Sedit[k] autem[l] annos[m] duodecim, menses[n] duos[o], dies viginti quinque, et sepultus est in basilica[p] sancti Martini.

Decimo loco Theodorus et Proculus, iubente beata Chrodielde[q] regina, subroganturr[r], eo quod de Burgundia iam episcopi ordinati ipsam secuti fuissent[s] et ab hostilitate de urbibus suis expulsi fuerant[t]. Erant autem ambo[u] senes valde; rexeruntque ecclesiam Turonicam simul annis duobus, et sepulti sunt in basilica sancti Martini.

Undecimus Dinifius[v] episcopus, et ipse ex Burgundia veniens. Qui per electionem praefatae[w] reginae ad episcopatum accessit; cui aliquid de fisci ditionibus[x] est largita[y], deditque ei potestatem faciendi de his rebus quae voluisset. Qui maxime ecclesiae suae quod fuit[z] melius[a] dereliquit[b]; largitus est etiam quiddam et bene meritis. Sedit[c] autem menses decem, et sepultus est in basilica sancti Martini.

Duodecimus Ommatius[d] de senatoribus civibusque Arvernis, valde dives in praediis. Qui, condito testamento, per ecclesias urbium, in quibus possedebat[e], facultates suas distribuit. Ipse exaltavit ecclesiam[f] infra muros urbis Turonicae sanctorum Gervasi[g] et[h] Protasi[i] reliquiis[k] consecratam, quae muro coniuncta est. Hic coepit aedificare basilicam sanctae Mariae infra muros[l] urbis, quam imperfectam[m] reliquit. Sedit[n] annos quattuor[o], menses quinque; obiitque et sepultus est in basilica sancti Martini.

Cap. 31. *A* 1. *D. g. l. p.*

Cap. 31. a) *deest p.* b) Perpetuus episcopus *p.* c) decessores *p.* d) temporis *A* 1. e) Chlodoveus *D* 11. *p.* f) Galeis *p; id quod etiam alibi scriptum erat, sed corr.* g) *deest p.* h) Gotis *p.* i) velit *D* 11; vellit *p.* k) condamnatus *p.* l) in Maiori monasterio *D* 11; in Maiore monasterio *g. l. p.* m) Sedet *p.* n) et *add. p.* o) vero *add. A* 1. p) Virus *D* 11. q) zelosus etiam habitus *p.* r) ductus *p.* s) in *add. D* 5. t) *deest A* 1. u) be *p.* v) sedet *p.* w) Andegavus *D* 5. x) Oriente *p.* y) requisivit *p.* z) possessionem suam *A* 1. a) Andegavum *D* 5. b) officio *D* 11. *g. l.* c) Venentius *D* 5. d) *sic D* 5. *p.* e) vinctus *p.* f) ergo *D* 5. g) eligit *p, corr.* h) Chododoveus *corr.* Chodoveus *p.* i) regnat *p.* k) Sedet *p.* l) *deest D* 11. m) annis *D* 5. n) mensibus *D* 5. o) duobus *A* 1. *D* 5. p) basilicam *A* 1. q) Chrotechilde *D* 5; Chrodeilde *p.* r) subrogans *A* 1. s) sunt *A* 1. t) fuerint *p.* u) senes ambo *A* 1. v) Anifius *A* 1; Difinius *p.* w) *sic solus p;* el. praefati regis ad *D* 11. *g. l;* electionem praefecit regni ad *A* 1; el. fratrum ad *D* 5. x) dictionibus *D* 5. y) largitus *D* 11. z) fuerat *D* 5. a) *deest D* 5. b) dereliquid *D* 5. c) Sedet *p.* d) Omatius *A* 1; Onomacius *p.* e) *sic p.* f) ecclesia *p.* g) *sic p;* Gerbasii *A* 1. h) atque *A* 1. i) *sic p;* Prothasii *D* 11. k) *deest p.* l) muro *p.* m) perfectam *D* 5. n) Sedet *p.; autem add. D* 5. o) tres *D* 1.

1) *Manthelan (dép. Indre-et-Loire).*

Tertius decimus Leo ex abbate[a] basilicae sancti Martini ordinatur episcopus. Fuit autem faber[b] lignarius, faciens etiam turres olocriso[c] tectas, ex quibus quaedam apud nos retinentur. In aliis etiam[d] operibus elegans[e] fuit. Sedit[f] autem menses sex, et sepultus est in basilica sancti Martini.

Quartus decimus Francilio[g] ex senatoribus ordinatur episcopus, civis Pictavus[h], habens coniugem Claram[i] nomine, sed filios non habens. Fueruntque ambo divites valde in agris, quos maxime sancti Martini basilicae contulerunt, reliqueruntque[k] quaedam et proximis suis[l]. Sedit[m] autem annos[n] duos, menses sex; obiitque et sepultus est in basilica[o] sancti Martini.

Quintus[p] decimus Iniuriosus[q], civis Turonicus, de inferioribus quidem populi, ingenuus tamen. Huius tempore Chrodieldis[r] regina transiit. Hic peraedificavit ecclesiam sanctae Mariae infra muros urbis Turonicae. Huius[s] tempore et basilica sancti Germani aedificata est. Vici etiam Noviliacus[t, 1] et Luciliacus fundati[u] sunt. Hic[v] instituit tertiam et sextam in ecclesia[w] dici, quod[x] modo in Dei nomine perseverat. Sedit[y] autem annos[z] sexdecim[a], menses[b] undecim, dies viginti sex; obiitque et sepultus est in basilica[c] sancti Martini.

Sextus[d] decimus Baudinus ex referendario[e] Chlotharii[f] regis ordinatur[g] episcopus[h], habens et filios[i], multis elemosinis[k] praeditus[l]. Aurum etiam, quod decessor eius reliquerat, amplius quam viginti milia[m] solidorum[n], pauperibus erogavit[o]. Huius tempore alter vicus Noviliacus[p, 1] aedificatus est. Hic instituit mensam canonicorum. Sedit[q] autem[r] annos quinque[s], menses decem; obiitque et sepultus est in basilica[t] sancti Martini.

Septimus[u] decimus Guntharius ex abbate[v] monasterii[w] Sancti Venanti[x] ordinatur episcopus, vir valde[y] prudens, dum abbatis fungeretur officium[z], et saepius legationes inter reges[a] Francorum faciens. Postquam autem episcopus ordinatus est, vino deditus, paene stolidus[b] apparuit. Quae res eum in tantum amentem faciebat, ut convivas, quos bene noverat, nequiret[c] agnoscere[d]; saepius tamen eos conviciis agebat[e] et improperiis. Sedit[f] autem annos duos[g], menses decem, dies viginti duos[h]. Obiit autem[i], et sepultus est in basilica[k] sancti Martini. Cessavitque[l] episcopatus[m] anno uno[n].

Octavus[o] decimus Eufronius presbiter ordinatur episcopus, ex genere illo[p], quod superius senatores[q] nuncupavimus[r], vir egregiae sanctitatis[s], ab ineunte aetate clericus.

Cap. 31. *A* 1. *D. g. l. p.*

Cap. 31. a) abbatis *p.* b) *deest A* 1. c) olocrifo *D* 11; olochriso *p.* d) autem *D* 5. e) eligans *p.* f) Sedet *p.* g) Iniuriosus *A* 1. h) Pictavis *p.* i) Clara *A* 1. *g.* k) relinqueruntque *A* 1. l) *deest p.* m) Sedet *p.* n) annis VI. *D* 5. o) basilicam *A* 1. p) Sextus decimus *A* 1. q) Baudinus *A* 1. r) Chrotechildis *D* 5. s) Cuius *A* 1. t) Nobiliacus *A* 1. u) fundata *D* 5. v) Hic — sextam *des. D* 5. w) ecclesiam *A* 1. x) quae *D* 5. y) Sedet *p.* z) annis *D* 5. a) sedecim *D* 5. b) menses undecim *des. A* 1; menses VI. *D* 11. c) basilicam *A* 1. d) Septimus decimus Gunthramnus *A* 1. e) ex abbate et referendarius *A* 1; referendarium *p.* f) Clhotarii *p.* g) ordinatus *p.* h) episcopum *A* 1. i) *sic A* 1. *D* 5. *p*; filium *D* 11. *g. l.* k) aelemosinis *D* 11; elymosinis *p.* l) proditus *p.* m) mille *D* 11. *p.* n) solidos *D* 11; soledos *p.* o) distribuit *p.* p) Nobiliacus *A* 1. q) Sedet *p.* r) *deest D* 5. s) x *D* 1. 5. t) basilicam *A* 1. u) Octavus decimus Eufronius presbyter ex *A* 1. v) abbatis *p.* w) monasterio *A* 1. x) *sic p;* Venantio *A* 1; Evantii *D* 1. 5. y) prudens valde *p.* z) officio *D* 5. a) regis *p.* b) stollidus *p.* c) inquiret *p.* d) pugnare *p.* e) agitabat *p.* f) Sedet *p.* g) duobus *D* 5. h) dies XXV *A* 1; diebus viginti duobus *D* 5; dies XX *D* 11. i) *deest A* 1. k) basilicam *A* 1. l) Cessavitque — uno *des. D* 5. m) episcopatum *p.* n) uno *deest A* 1. o) Nonus decimus Gregorius ego indignus ordinatus *A* 1. p) *deest A* 1. q) senatoris *p.* r) nominavimus *D* 11. s) sanctae *p.*

1) *Cf. Longnon l. c. p.* 281.

Huius tempore civitas Turonica cum omnibus ecclesiis magno incendio concremata est; de quibus ipse[a] postea[b] duas reparavit, tertiam seniorem relinquens desertam. Postea vero basilica sancti Martini et ipsa incendio est adusta[c] per Wiliacharium[d], cum ibi confugium pro Chramni[e] quondam circumventione[f] fecisset; quam postea idem pontifex texit stagno, opitulante rege Chlothario[g]. Huius tempore basilica sancti Vincenti[h] aedificata est. Taurisiaco[i, 1], Cerate[k] et Orbaniaco[l] vicis[m] ecclesiae aedificatae sunt. Sedit[n] autem annos septemdecim[o], obiitque aetate septuagenaria[p], et sepultus est in basilica sancti Martini. Cessavitque episcopatus[q] dies novemdecim.

Nonus[r] decimus Gregorius ego[s] indignus ecclesiam urbis Turonicae, in qua beatus Martinus vel[t] ceteri sacerdotes Domini ad pontificatus officium consecrati sunt, ab incendio dissolutam[u] dirutamque[v] nanctus[w] sum, quam reaedificatam in ampliori altiorique fastigio septimo decimo ordinationis meae anno dedicavi[x]; in qua, sicut a longevis[y] aevo[z] presbiteris[a] comperi, beatorum ibidem[b] reliquiae Acaunensium[c] ab antiquis fuerant[d] collocatae. Ipsam etiam capsulam in[e] thesauro basilicae sancti Martini repperi, in qua valde putredine[f] erat[g] pignus dissolutum, quod pro eorum fuerat virtute delatum. Ac[h] dum vigiliae in eorum honore celebrarentur[i], libuit animo haec[k] iterum[l], praeluciscente[m] cereo, visitare. Quae dum a[n] nobis attente rimantur, dicit aedis aedituus: 'Est hic[o]', inquit, 'lapis opertorio tectus[q], in quo quid habeat, prorsus ignoro, sed nec[p] praecessores ministros huius custodiae scire comperi. Deferam[r] eum, et scrutamini diligenter, quid contineat[s] infra conclusum'. Quem delatum reseravi[t], fateor; et inveni in eum[u] capsulam[v] argenteam, in qua non modo beatae[w] legionis testium, verum etiam multorum sanctorum tam martyrum quam confessorum reliquiae tenebantur. Nancti etiam sumus et alios lapides, ita ut hic erat, concavos[x], in quibus sanctorum[y] apostolorum cum reliquorum martyrum pignora[z] tenebantur. Quod munus ego[a] divinitus indultum admirans et gratias agens, celebratis[b] vigiliis, dictis[c] etiam missis, haec in ecclesia collocavi. In cellula sancti Martini ecclesiae ipsi[d] contigua sanctorum Cosmae et Damiani martyrum reliquias posui[e]. Basilicae sanctae parietes adustos incendio repperi[f], quos[g] in illo nitore vel pingi[h] vel exornari[i], ut prius fuerant[k],

Cap. 31. *A* 1. *D*. *g*. *l*. *p*.

Cap. 31. a) postea ipse *D* 11. b) quibus ipse posita duas ecclesias rep. *p*. c) usta *D* 11. d) per vim laicorum *A* 1; Guiliacharium *D* 11; Viliacharium *p*. e) Gunthramni *A* 1; Chranni *p*. f) circumventionem *p*. g) Clhotario *p*. h) *sic p*. i) Tausiriae *D* 5; Tauriacus *D* 11. *g*. *l*; Tauriaco *p*. k) Viscerate *D* 1; Usceratae *D* 5; Cereate *D* 11. l) Orbania. quo *A* 1; Orbiniacus *D* 11. *g*. *l*; Orvaniaco *p*. m) vicies *A* 1; vici *D* 11. n) Sedet *p*. o) xviii *A* 1; sedecim *A* 1. p) septuaginarius *p*. q) episcopatum *D* 5. *p*. r) Nonus — indignus *des*. *A* 1; N. d. *minio scr*. *p*. s) g̊ *D* 11; *deest p*. t) et *D* 11. *p*. u) dissoluta *p*. v) diruptaque *D* 5; derutamque *p*. w) natus *D* 5. x) *deest p*. y) longaevo *A* 1. z) *deest A* 1. *D* 5. a) presbitero *A* 1. b) hic *p*. c) Acaunensia *A* 1; Agaunensium *D* 5. 11. d) *deest A* 1; fuerunt *D* 11; fuerint *p*. e) *deest p*. f) putredinis *D* 5; putredinae *p*. g) *sic g. l. p;* erat pagina dissoluta, quod pro eorum virtute delatum *A* 1; erat pietate virtutum pro eorum virtute delatum *D* 1. 5; erat sed pietate virtutum pro eorundem gloria insignem *D* 5; erat pignus dissolutum, quod pro eorum religionis est virtute delatum *D* 11. h) *deest p*. i) caelebrarentur *p*. k) *deest A* 1. l) rerum *D* 5. m) praelucisante *A* 1; praelucescente *D* 5. *p*. n) attente a nobis *D* 11. o) inquit hic *D* 11; haec *p*. p) *deest p*. q) ne *D* 5. r) Deferam eum et *des*. *D* 5. s) contineatur *D* 5. 11. t) reservavi *p*. u) hoc *D* 5. 11; eo *p*. v) capsellam *A* 1. w) legionis beati *D* 11. x) concavus *p*. y) scriptum *A* 1. z) pigneribus *D* 5. 11. a) *deest A* 1. b) celebrans *A* 1; caelebratis *p*. c) vigiliis et hymnis *D* 1. 3; vigiliis et imnis etiam *D* 5. d) *deest D* 5. e) in *D* 5. f) *sic p;* basilicae parietes repperi adustos incendio *A* 1; basilicam sancti Perpetui adustam incendio repperi *D* 5; basilicas sancti Perpetui adustas incendio repperi *D* 11. g) quo sine ullo nitore *A* 1; quos in illo litore *D* 5; nitiore *p*. h) fungi *D* 5. i) vel haec ornari *D* 5; exhornari *p*. k) fuerit *p*.

1) *Thuré, Céré, Orbigny.*

artificum nostrorum[a] opere imperavi. Baptisterium[b] ad ipsam basilicam aedificare praecepi, in quo sancti Iohannis cum[c] Sergii martyris reliquias posui; et in illo priore baptisterio[d] sancti Benigni martyris pignora[e] collocavi. In multis vero locis infra[f] Turonicum terminum et[g] ecclesias et oratoria dedicavi sanctorumque reliquiis[h] inlustravi[i]; quae memorare[k] ex ordine prolixum[l] censui.

Decem[m] libros Historiarum, septem Miraculorum, unum de Vita[n] Patrum scripsi: in Psalterii tractatu librum unum commentatus[o] sum; de Cursibus[p] etiam ecclesiasticis unum librum condidi. Quos libros licet stilo[q] rusticiori conscripserim[r], tamen coniuro[s] omnes sacerdotes Domini, qui post me humilem[t] ecclesiam Turonicam sunt recturi, per adventum domini nostri Iesu Christi ac terribilem reis omnibus iudicii diem, si numquam[u] confusi de ipso iudicio discedentes[v] cum diabolo condempnemini[w], ut numquam libros[x] hos aboleri[y] faciatis aut rescribi, quasi quaedam eligentes[z] et[a] quaedam praetermittentes, sed ita[b] omnia vobiscum[c] integra inlibataque[d] permaneant[e], sicut a nobis relicta[f] sunt. Quod si te[g], sacerdos Dei, quicumque es[h], Martianus[i] noster septem[k] disciplinis erudiit, id est, si te in grammaticis docuit legere, in dialecticis altercationum[l] propositiones[m] advertere, in rethoricis genera metrorum agnoscere, in geometricis terrarum linearumque[n] mensuras colligere, in astrologiis cursus siderum[o] contemplare[p], in arithmeticis[q] numerorum partes colligere, in armoniis sonorum modulationes suavium accentuum carminibus concrepare; si in his omnibus ita fueris exercitatus[r], ut tibi stilus noster sit rusticus, nec sic[s] quoque, deprecor, ut avellas quae[t] scripsi. Sed si tibi in his quiddam[u] placuerit, salvo opere nostro, te scribere versu[v] non abnuo. Hos enim libros in anno vigesimo primo[w] ordinationis nostrae perscripsimus; et[x] licet in[y] superioribus de episcopis scripserimus Turonicis, adnotantes[z] annos eorum[a], non tamen sequitur haec[b] supputatio[c] numerum[d] chronicale[e], quia[f] intervalla ordinationum integre non potuimus repperire. Est ergo omnis[g] summa annorum mundialium talis:

A principio usque ad diluvium anni 2242.

A diluvio usque ad transitum filiorum Israhel[h] in mari[i] Rubro anni 1404.

Ab[k] hoc maris transitu usque ad resurrectionem dominicam anni 1538.

A resurrectione dominica[l] usque ad transitum sancti Martini anni 412[m].

A transitu sancti Martini usque ad memoratum superius annum, id est ordinationis

Cap. 31. *A* 1. *D (cf. n. e). g. l. p.*

Cap. 31. a) vestrorum *D* 5. b) Baptistirium *p.* c) con *p.* d) baptistyrio *p.* e) reliquias *A* 1; pignera *D* 5. 11. f) intra *A* 1. g) *deest A* 1. h) reliquis *p.* i) inlustravi *p.* k) memorari *A* 1, *corr.; p.* l) prolixium *p.* m) Decim *p.* n) vitas *D* 5. *p.*; vitis *D* 11. o) comentatus *p.* p) cursibilem hunc etiam *D* 5. q) stilorum stitiori *p.* r) conscripserimus *A* 1. s) cumiuro *D* 5. t) humiliam *p.* u) diem signum quam *A* 1. *p.* v) discedens *p.* w) *sic A* 1. *p.*; condamnandi *D* 5; *deest D* 11. x) *deest p.* y) abolere *D* 11; abholiri *p.* z) legentes *D* 5. 11; eligans *p.* a) aut *D* 5. b) sed in vita *D* 5. c) vobis *p.* d) illibataque *A* 1. e) *quae sequuntur usque ad finem operis manu saec.* XVI. *scripta sunt D* 5; *in* permaneant *desinunt D* 1. 3. f) relecta *A* 1. g) eo *A* 1. h) ex *A* 1. i) Martinus *A* 1. k) septem disciplinis *des. D* 5. l) altercationem *p.* m) promissiones *D* 5. 11. n) lignearumque *p.* o) syderum *A* 1. p) contemplari *D* 5. 11. *g. l.* q) aretmeticis *p.* r) exerci *D* 11. s) sit *D* 11. t) quod *A* 1. u) quidam *D* 5; quiddam in his *D* 11; quicquid *p.* v) versum *A* 1; *deest D* 11. w) XXI° *A* 1. x) perscripsimus si licet *D* 5; perscripsimus scilicet *D* 11. y) ut *A* 1. z) innotantes *p.* a) quorum *A* 1. b) ac *D* 5. 11. *p.* c) supputatur *D* 5. 11. d) numerus *D* 5. 11. e) chronicalis *D* 5; chronicorum *D* 11. f) qui *A* 1. g) ergo summa omnium *D* 5. h) Israel *D* 5. 11. *p.* i) mare *A* 1. k) ad *p.* l) *deest D* 5. m) *corr.* CCCCCXII *p.*

nostrae primum et vicesimum[a], qui fuit Gregorii papae Romani quintus, Guntchramni[b] regis trigesimus[c] primus, Childeberti iunioris decimus[d] nonus, anni 197[e].

Quorum omnis summa est anni[f] 5792[g].

EXPLICIT IN CHRISTI NOMINE LIBER HISTORIARUM DECIMUS[h].

Cap. 31. *A* 1. *D* 2. 4—12. *g. l. p.*

Cap. 31. a) vigesimum *p.* b) Guntchranni *D* 11; Gunthramni *p.* c) tricesimus *p.* d) nonus decimus *D* 11. *p.* e) *sic p.*; cxlvii. *A* 1; cc.xviii. *D* 2. 5. 11; cxviii *D* 9; clxviii *Ruinart.* f) *sic D* 5. 11. *p.*; ann̄ *A* 1. g) *sic p.*; v̄dccxlii. *A* 1; v̄.d.ccc.xiiii. *D* 2. 5. 11. h) Finis textus *D* 5 *alia manu saec.* xvi. Explicit liber decimus Sancti Gregorii Turonensis episcopi de gestis Francorum *D* 11.

GREGORII TVRONENSIS OPERA

EDIDERVNT

W. ARNDT ET BR. KRVSCH.

PARS II.

MIRACVLA ET OPERA MINORA.

HANNOVERAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI

MDCCCLXXXV.

GEORGII FLORENTII GREGORII EPISCOPI TURONENSIS LIBRI OCTO MIRACULORUM.

EDIDIT

BRUNO KRUSCH.

Praeter historiam Francorum Miraculorum libros octo a se compositos esse, Gregorius ipse auctor est, qui H. Fr. X, 31: Decem, *inquit,* libros historiarum, septem miraculorum, unum de vita patrum scripsi. *Hic quidem septem tantum libros laudavit, quasi librum Vitae Patrum seorsum ab illis edidisset, sed in Prologo libri in Gloria Confessorum, ubi de singulis libris fusius egit, hunc librum Miraculis comprehendens, octo enumeravit.* Igitur, *inquit,* in primo libello inseruimus aliqua de miraculis Domini ac sanctorum apostolorum reliquorumque martyrum, quae actenus latuerunt, quae Deus ad corroborandam fidelium fidem cotidie dignatur augere; quia valde molestum erat, ut traderentur oblivioni. In secundo posuimus de virtutibus sancti Iuliani. Quattuor vero libellos de virtutibus sancti Martini. Septimum de quorundam feliciosorum vita. Octavum hunc scribimus de miraculis confessorum. *Re vera eo ordine in omnibus codicibus libri singuli dispositi sunt, quem primus restitui, cum adhuc liber in Gloria Confessorum editoribus tertius fuisset. Illorum ordini etiam praefatio Vitae Patrum obstat, ubi liber in Gloria Confessorum 'inferior' appellatus est.*

Quonam tempore Gregorius singulos composuerit[1], *quaestio subdifficilis exsistit, cum in omnia scripta sua usque ad mortem operam studiumque contulerit. Itaque factum est, ut librum a in b et b in a laudaverit, semper paratus nova miracula, ubi ipsi in notitiam venerunt, litteris tradere.*

'Liber primus miraculorum in Gloria Martyrum beatorum', qui 'aliqua de sanctorum miraculis, quae actenus latuerunt'[2], *continet, circa a.* 590. *conditus est. Bertchramnus enim Burdegalensis episcopus iam decesserat, cum c.* 33. *de ipso scripta sint:* qui tunc episcopatu urbem regebat. *Is autem a.* 585. *mortuus est; cf. H. Fr. VIII,* 22; *IX,* 33. *Huc accedit, quod c.* 104. *rebellionis a.* 585. *a Gundovaldo factae mentio iam facta est. De ecclesia S. Mariae et S. Iohannis Turonensi (c.* 19) *Gregorius:* Vidimus, *inquit,* et nos quosdam de Turonicis in loco eodem periurasse, qui ita divino iudicio condemnati sunt, ut in ipsius anni curriculo finirentur a saeculo. *Is procul dubio Pelagius Turonensis erat, qui postquam mense primo a.* 586. *in basilica*

1) *Qua de re Monod, 'Études critiques sur les sources de l'histoire Mérovingienne', Paris.* 1872, *p.* 41 *sqq. breviter egit.* 2) *Cf. Gl. Mart. Prol. et supra Gl. Conf. Prol.*

illa peieravit, mense quinto diem obiit; cf. H. Fr. VIII, 40. *Item ex verbis:* adhuc beata Radegundae regina superstite *(c.* 5*) intelligitur, Radegundem iam transiisse, quae a.* 587. *obiit. Anno* 590. *diaconus Turonensis Romam adiit, unde, reliquiis acceptis, postquam Gregorius I. die* 3. *Septembris consecratus est, rediit. Quod iter Gregorius c.* 82. *commemoravit:* sicut nobis nuper a diacono nostro relatum, ita gestum esse cognovimus. *Quae cum ita sint, librum primum Miraculorum a.* 590. *ex. compositum esse coniecerim. Certe a.* 591. *iam exstabat, cum caput* 95. *in H. Fr. X,* 24. *his verbis laudatum sit:* Tunc etiam et basilica sanctorum quadraginta octo martyrum, de quibus in libro Miraculorum memini, — — succendere nisi sunt.

'Liber secundus de passione et virtutibus sancti Iuliani martyris', Gregorii patroni, ante primum confectus sit, necesse est, quippe qui in Gl. Mart. c. 64. *appellatus sit:* De cuius *(scil. S. Iuliani)* virtutibus quae ad nos usque venerunt in libro, quem de eius miraculis propriae scribere praesumpsimus, declaravimus. *Multo post quam a.* 573. *Gregorius episcopus ordinatus est, ad Miracula patroni sui describenda aggressus est; cf. c.* 34*:* Haec ego dudum experta. Contigit, ut post ordinationem meam Arvernus accederem. *Aridii, quem ut sanctum coluit, in Mir. S. Mart. II,* 39. *et III,* 24. *mentionem fecit, sed alterum tantum locum in Mir. S. Iuliani c.* 41, *ubi de eodem complura retulit, his verbis laudavit:* cui etiam in secundo virtutum beati Martini libro memini. *Secundum autem Mir. S. Mart. librum a.* 581, *tertium a.* 587. *compositum esse, infra demonstrabimus. Itaque inter a.* 581. *et* 587. *liber de virtutibus S. Iuliani confectus est. Sed obstat caput extremum, in quo iam Vita S. Nicetii laudata est:* Memini huic caeco in libro vitae sancti Niceti *(= V. Patr. VIII,* 8*)*, quia dignum est, ut communis virtus utriusque sancti scripta connectat. *Quae cum inter a.* 590. *et* 592. *scripta sit, facere non possum, quin c.* 50. *Miraculis S. Iuliani a Gregorio postea subiectum esse censeam.*

Libros quattuor de virtutibus beati Martini episcopi, qui 'dominis sanctis et in Christi amore dulcissimis fratribus et filiis ecclesiae Turonicae' dicati sunt, somnio admonitus post Severum, Paulinum, Fortunatum conscribendos suscepit. Cum liber secundus inscriptus sit: De virtutibus, quae factae sunt, postquam nos venimus, *constat, librum primum ea miracula continere, quae ante a.* 573. *acta sunt. Gregorius enim die* 20. *Augusti a.* 573. *episcopus Turonensis factus est. Poeseos ut erat studiosissimus amator, a Fortunato amico petiit, ut Miracula S. Martini versibus redderet, id quod ille cum libros accepisset se suscepturum esse promisit. Constant liber primus e capitibus* 40, *secundus et tertius e capitibus* 60. Et, *inquit*[1], quia prior libellus ab eo tempore initiatus est, quo Paulinus reliquit, et sub quadraginta capitulis constabat impletus, destinavi huic inceptum in sexaginta conplere. — — In quo cum quinquaginta novem virtutes discripsissem et sexagesimam adhuc adtentius praestolarem, subito mihi sinistrum capitis timpus artatur doloribus. *Iam ex his verbis intelligitur, singula miracula ut contigerunt vel innotuerunt a Gregorio litteris mandata neque uno tenore hos libros compositos esse. Re vera ipse testatus est, se sperasse, fore ut 'non frustraretur a voto, quod in octo annis, Domino iubente, complevit'. Itaque paulo postquam Turonensem sedem adeptus est, operam S. Martini miraculis insumere coepit, quam a.* 581, *libro altero confecto, quasi ad finem perduxit. Iam ante a.* 576. *Gregorium miraculis S. Martini operam navasse, ex epistola Fortunati Vitae S. Martini praefixa intelligitur. Fortunatus enim, qui Germano Parisiensi vivo*[2], *i. e. ante a.* 576, *scripsit, Miracula Gregorii iam edoctus erat. Tres paralyticos, quos II,* 5—7. *laudavit, a.* 574. *sanatos esse, auctor ipse est; cf. H. Fr. IV,* 49*:* Sed nec hoc sine beati Martini

1) *Mir. S. Mart. II,* 60. 2) *Cf. Fort. V. S. Mart. IV,* 636*:*

Inde Parisiacum placide properabis ad vicem,
Quam modo Germanus regit et Dionysius olim.

fuisse virtute ambigitur, ut hi sine bello pacificarentur; nam ipsa die, qua hi pacem fecerunt, tres paralitici ad beati basilicam sunt directi. Quod in sequentibus libris, Domino iubente, desseruemus. *Sequentes libri sunt Miracula S. Martini, quae, priusquam Miraculorum libros in eum, quem codices servant, ordinem redegisset, Historiam Francorum excepisse, ex hoc tantum loco conicere licet. Ragnimodus 'tunc diaconus, nunc episcopus', quem II, 12. laudavit, a. demum* 576. *S. Germano Parisiensi successit. Eodem anno quae II,* 37. *de Ruccoleno tradidit gesta sunt. Leodastis, 'qui* t u n c *Turonicum regebat comitatum' (II,* 58*), a.* 580. *Eunomio cessit. Igitur ante a.* 581. *liber secundus absolutus esse non potest. Quo completo, alterum libellum se additurum esse promisit, si materia suppeditaret:* Tamen, *inquit,* si adhuc meremur videre miracula, placet ea alteri coniungi libello. *Ut secundum ita tertium miracula, quae ipse expertus est, librum ducunt et finiunt.* Quid, *inquit*[1], n u p e r pertulerim, primum inseram huic libello miraculum; *item III,* 60*:* Oportunitatis causa n u p e r exteterat, ut ad visitandam genetricem meam in terretorium Cavellonensis urbis adirem. *Cap.* 8. *de Florentio et Exsuperio legatis Hispanorum a.* 582. *ad Chilpericum regem missis egit; c.* 35. *Badegyselus Cenomannorum episcopus, qui a.* 581—586. *sedit, laudatur. Tertio a.* 587. *vel antea absoluto eadem fere ac alteri subiecit:* Sufficiant ergo haec huic libello, quae indita sunt. Tamen si adhuc miracula cernere meremur, placet ea alteri libello inseri, ut ea quae ostenduntur non oculi, sed magis debeant populari. *Neque defuerunt virtutes credulo Miraculorum scriptori.* Nuperrimo, *inquit*[2], tempore ventris dolorem incurri. *Cap.* 4. *de festo translationis, c.* 5. *de festo depositionis S. Martini a.* 588. *celebrato agitur; c.* 6. *Florentianum et Romulfum laudavit, quos a.* 589. *Turonos venisse constat; cf. H. Fr. IX,* 30. *Postquam autem c.* 8. *quae 'praesenti anno' gesta sunt scripsit, c.* 26. *de* 16. *regis Childeberthi anno (=* 591*), c.* 32. *de eodem anno, quo Plato Pictaviensis episcopus factus est, c.* 37. *de tempore disseruit, 'quo post obitum gloriosissimi regis Gunthramni Childebertus rex Aurilianensim urbem adivit'. Gunthramnum autem d.* 28. *Martii a.* 592. *(non* 593*) mortuum esse, 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XXII, p.* 451 *sqq. dixi. Tunc c.* 38. *'de solemnitatis sancti die annuo' (=* 592, *Iul.* 4*), c.* 41. *'de alia festivitate, quae hieme caelebratur' (=* 592, *Nov.* 11*), c.* 45. *de festivitate, quae anno post integro, quam Leudulfus foenum secuit, celebrata est, i. e. aestiva (=* 593, *Iul.* 4*), c.* 47. *'de praesenti tempore' iterum egit. Cum liber quartus clausula solemni, in qua reliqui libri desinunt, prorsus careat et capita* 46. 47. *in indice desiderentur, ubi* 45 *tantum recensita sunt, Gregorium, quominus librum finiret, morte impeditum esse, luce clarius intelligitur. Huc accedit, quod secundus et tertius liber* 60 *capita continent. Quae cum ita sint, mihi quidem Gregorius, qui die* 17. *Novembris colitur, a.* 593, *Nov.* 17. *morti occubuisse videtur, neque a.* 594, *ut alii coniecerunt. Cui calculo finis Historiae Francorum minime obstat:* A transitu sancti Martini usque ad memoratum superius annum, id est ordinationis nostrae primum et vicesimum, qui fuit Gregorii papae Romani quintus, Guntchramni regis trigesimus primus, Childeberti iunioris decimus nonus, anni 197. *A transitu enim S. Martini ad transitum Chlodovechi in H. Fr. II,* 43. 112 *anni, a Chlodovecho ad Theodoberthum* 37, *a Theodobertho ad mortem Sigiberti, qui* 14. *regni sui anno obiit, H. Fr. IV,* 51. *anni* 29 *computantur. Quae computatio efficit annos* 178. *Duodecimo Sigiberti anno Gregorius episcopus factus est; cf. Mir. S. Mart. II,* 1. *Detractis igitur* 2 *annis, restant* 176[3], *qui Gregorio teste a transitu Martini ad ordinationem suam praeterierunt. His* 21 *anni episcopatus, quos Hist. Fr. ex. computavit, additi faciunt* 197, *ut ipse scripsit. Cum autem a.* 573, *d.* 20. *Augusti consecratus sit,* 21. *episcopatus annus a d.* 20. *Aug.* 593. *ad* 19. *Aug.* 594. *porrigitur. Is extremus Gregorii*

1) *Mir. S. Mart. III,* 1. 2) *Ib. IV,* 1. 3) *In calculo sibi minime constat, nam* 172 *annos Mir. S. Mart. II,* 1. *computavit.*

annus, quem ipse indicaverit, cum Miraculis S. Martini fere concordat. Nam si illo obierit, nullo die e vivis excessisse potest nisi 17. *Nov. a.* 593. *Reliquas temporis notas non convenire, iam alii perspexerunt. Gregorii enim papae annus quintus est a. Chr. n.* 594, *Sept.* 3. — 595, *Sept.* 2, *Gunthramni a.* 31 = 591. *ex.* — 592. *ex., Childeberti a.* 19. = 593, *Dec.* 25. — 594, *Dec.* 24. *Sed vix dubito, quin* 21. *ordinationis suae anno fides maior debeatur, praesertim cum a.* 593. *etiam anno S. Martini emortuali confirmetur. Illum Caesario et Attico, i. e. a.* 397, *d.* 10. *Nov. mortuum esse, Gregorius perperam censuit. Ergo* 197. *annus a transitu S. Martini est a.* 593, *Nov.* 10. — 594, *Nov.* 9. *Sed de hac re satis.*

Liber Vitae Patrum, qui ex 20 *capitibus constat, prolixiores vitas sanctorum continet, dum in sequente libro breviora tantum de sanctis tradit; cf. Praef.:* Et scripsi, fateor, in inferiore Confessorum libro aliqua de quorundam vitam quae in corpore operati sunt breviora, — — prolixiora quoque in hoc, quod Vita Sanctorum vocitare voluimus. *Sed eos tantum sanctos recepit, quorum Vita aut omnino non conscripta erat*[1], *aut scripta votis eius non satisfecit*[2]. *Unicuique vitae prologum locis Sacrae Scripturae refertum praemisit, ubi verbis* sicut nunc *ad sanctum transit; Vitam ipsam plerumque adverbium* Igitur *ducit. Ceterum quem hic 'Vita Sanctorum' appellari voluit librum alias 'de quorundam feliciosorum vita' inscripsit. In titulis enim scribendis sibi minime constat. Pluralem 'vitas' non admisit, tertio Plinii artis grammaticae libro commotus:* Unde, *inquit,* manifestum est, melius dici vitam patrum quam vitas. *Prologos et septimi et octavi libri tunc demum composuit, postquam utrumque librum confecit. Singulas libri septimi vitas non uno tenore litteris tradidit, sed hanc post librum in Gloria Confessorum, illam antea condidit. Caput VIII. de S. Nicetio Lugdunensi post a.* 585. *conditum est, cum expeditionem Convenensem §.* 11. *iam laudaverit. Anno* 590. *Agiulfus diaconus inter sanctorum pignora, quae Roma attulit, etiam herbulas quasdam e tumulo S. Nicetii Turonos asportavit, quibus frigoriticos curavit. Quae miracula Gregorius non solum in Vita Patrum, sed etiam in Gl. Conf. c.* 60. *narravit. Sed conferas velim utrumque locum:*

Gl. Conf. c. 60.	*V. Patr. VIII,* 6.
Tamen retulit mihi vir fidelis, quattuor ibi caecos ante paucos dies fuisse inluminatos, et hominem, quem claudum olim noverat, incolomem nuper aspexit.	Quando autem nobis haec retulit, iam quattuor exinde sanos factos ab hac infirmitate narravit.

Primo patet aspectu, c. 60. *Gl. Conf. ipso anno* 590, *postquam Agiulfus rediit, confectum esse, dum V. Patr. c.* 8. *posterius ortum esse necesse est. Neque tamen post a.* 592. *Gregorius S. Nicetii vitam scripsit, cum Gunthramnus nondum e vivis excessisset, qui illo anno obiit; cf. VIII,* 10*:* Nuper autem in conspectu Gunthramni principis Siagrium Agustidunensim episcopum regi referentem audivi. *Eodem tempore caput* 17. *de S. Nicetio Treverense scriptum videtur esse. Aridius enim, cui S. Nicetii historiam Gregorius debuit, a.* 591. *mortuus est, postquam 'eum Deus ab imbrium nube obtectum ita protexit, ut, imbutis sociis, hic nulla stillarum cadentium infusione madesceret'. Haec Gregorius in Praef. V. Patr. c.* 17. *Quo tempore miraculum contigerit, ex H. Fr. X,* 29. *discimus, ubi:* nuperrimo, *inquit,* tempore iter carpens, nimbos ad eum pluviae advenire coepit, — — super eos tamen nulla stillicidia gutta descendit. *Ex hoc loco intelligitur, paulo ante mortem S. Aridii Dominum pluvias ab eodem*

1) *Cf. V. Patr. X,* 1*:* de cuius *(scil. S. Friardi)* vita parumper ad aedificationem eclesiae dicere delectat animo, quia ignoro, si ab aliquo sit scripta. 2) *Cf. V. Patr. VIII, Prol.:* De cuius *(scil. S. Nicetii)* vita retenetur quidem exinde libellus nobiscum, nescio quo compositus, qui multas quidem virtutes eius pandit, non tamen vel exordium nativitatis conversionisque eius vel seriem virtutum declarat ad liquidum.

defendisse. Ergo ante a. 591. *hanc vitam confectam esse vix credo; fortasse mortuo iam sancto illam condidit. Ex libro Vitae Patrum, qui reliquos Miraculorum libros longe praestat, Gregorius complures virtutes Historiae Francorum inseruit, subiectis verbis:* quas in libro vitae eius scripsimus. *Liber in Gloria Confessorum nisi in Praefatione, quam postea praefixam esse dixi, in Vita Patrum non laudatur, sed hic liber quinquies in illo, ut Gl. Conf. c.* 15. *de S. Venantio:* huius enim sancti vitam nos scripsimus, *c.* 24. *de S. Monegunde:* Sed quoniam multa ex his in libro, quem de eius vita conscripsimus, memoravimus, *c.* 25. *de S. Senoch:* Senoch abbatis vita d u d u m a nobis scripta fuit, *c.* 38. *de Brachione:* sicut in libro vitae eius scripsimus, *c.* 92. *de S. Nicetio Treverense:* Nicetius autem, ut supra diximus, ipsius urbis episcopus. *Quas vitas* 12. 15. 16. 17. 19. *ante ea capita Gl. Conf., quae laudavi, scriptas esse per se patet, immo vero dudum ante c.* 25. *Gl. Conf. Vita S. Senoch (V. Patr.* 15*), qui a.* 576. *obiit, composita est. Supplevit enim Gregorius in Gloria Confessorum sanctorum miracula, 'quae deinceps gesta sunt'.*

Liber 'in Gloria Confessorum' vel 'de Miraculis Confessorum', — sic enim in Praefatione illum appellavit —, continet, 'quae de beatorum virtutibus vel ipse saepius inspexit vel per relationem bonorum virorum et certae fidei evidenter gesta cognovit'. Sed eas tantum virtutes recepit, 'quae Deus post obitum sanctorum suorum, eis obtinentibus, est operari dignatus[1]*'. Inchoavit libellum ab angelorum virtutibus,* quoniam, *inquit,* primum libellum de Domini miraculis inchoavi, velim et huic libello de sanctorum angelorum virtutibus adhibere principium. *Postquam c.* 2. 3. *de SS. Hilario Pictaviensi et Eusebio Vercellensi egit, in sequentibus civitates singulas comprehendit, ita ut c.* 4—25. *Turonenses, praecipue S. Martinum, c.* 27. 28. *Lemovicinos, c.* 29—39. *Arvernos sanctos laudaret. Cap.* 105—107, *quae* de Tetrico episcopo, de sancto Orientio episcopo, de Quiteria virgine *inscripta sunt, in omnibus codicibus desiderantur, neque est quod putemus, librarios haec capita consulto delevisse. Huc accedit, quod etiam in H. Fr. IV,* 16. *S. Tetricus Lingonensis ita laudatur, quasi iam de ipso egisset:* Erat ibi tunc sanctus Tetricus episcopus, cui in superiore libellum memoriam fecemus, *dum in libro tertio ne nomen quidem ipsius reperitur. Quae cum ita sint, verisimile est, Gregorium de Tetrico, Orientio, Quiteria scribendi habuisse quidem propositum, neque tamen peregisse, quamquam indicem iam suppleverat. Excedunt etiam ordinem statutum, cum Tetricus post cap.* 86, *ubi de S. Sequano Lingonensi agitur, inserendus fuisset. Quod c.* 12. *in Hispaniis 'n u p e r factum cognovit', Leuvieldo rege a.* 583. *gestum est. Erat tunc temporis Ragnimodus iam Parisiensis episcopus (c.* 87*), qui a.* 576. *S. Germano successit, atque S. Hospicius (c.* 95*) iam obierat, id quod a.* 581. *contigit. Sed annus, quo liber compositus est, accuratius circumscribi potest. De S. Martino Gregorius c.* 6*:* Et, *inquit,* quia tertium de eius operibus libellum scripsimus, ne et hic liber ab eius virtutibus sit inmunis, scribere in eodem de aliqua de his quae nobis evidenter sunt conperta, tractavimus. *Itaque tres Miraculorum S. Martini libri absoluti erant, cum Gregorius librum in Gloria Confessorum inchoavit. Tertio autem Mir. S. Martini libro circa a.* 587. *perfecto, Gregorium a.* 588. *quartum inchoasse, supra dixi. Conveniunt, quae Gregorius c.* 93. *de Charimere referendario, qui iam a.* 588. *Agerico Viridunensi episcopo successit, memoriae tradidit.* Haec, *inquit,* audiens Charimeris, qui nunc referendarius Childeberti regis habetur. *Quae cum ita sint, nemo dubitat, quin liber in Gloria Confessorum ipso a.* 587. *perfectus sit. Sed inde ab a.* 590. *nonnulla capita inseruit, alia subiecit, prologum praefixit. Primum enim in prologo 'quattuor libellos de virtutibus sancti Martini' laudavit, dum c.* 6. *tres tantum appellantur. Deinde c.* 60. *de sancto Nicetio Lugdunensi a.* 590.

1) *Cf. Gl. Conf.* 44, *ubi haec addidit:* tamen non puto absurdum duci, si de illorum vita memoremus aliqua, de quibus nulla cognovimus esse conscripta.

confectum esse, iam supra demonstravi. Tum Probatus 'archidiaconus noster', cuius famula c. 24. sanata est, procul dubio Platonis archidiaconi successor erat, qui a. 591. *Pictaviensis episcopus factus est. Denique omnia quae c.* 99.[1] *sequuntur postea a Gregorio subiecta esse mihi videntur. Sunt enim haec: c.* 100. *de Felice Bituricense, c.* 101. *et* 102. *de Iuniano et Pelagia Lemovicensibus, c.* 103. *de Crescentia Parisiensi, c.* 104. *de Radegunde Pictaviensi, c.* 105—107. *de Tetrico, Orientio Quiteria, quae prorsus desiderantur. De sanctis autem Bituricensibus Gregorius c.* 79—81, *de Lemovicensibus c.* 27—28, *de Parisiensibus c.* 87—90, *de Pictaviensibus c.* 52—53. *egit. Ergo capita* 100—104. *ordinem turbare apparet, cum capita* 105—107, *quae ordini debito aeque male respondent, numquam scripta esse, iam supra demonstraverim. Huc accedit, quod c.* 104. *S. Radegundis transitus, cui ipse interfuit, iam descriptus est. Haec autem d.* 13. *Aug. a.* 587. *diem supremum obiit. Laudatur idem c.* 104. *in H. Fr. IX,* 2*:* Quae autem ibi ipsa die virtutes apparuerunt, vel qualiter fuerit funerata, in libro Miraculorum plenius scribere studui. *Item Gl. Conf. c.* 97. *in H. Fr. VIII,* 2*:* sancti Aviti abbatis, cui in libro Miraculorum meminimus, *et Gl. Conf. c.* 97. *in H. Fr. IX,* 15. *appellata sunt:* quod nos in libro Miraculorum plenius declaravimus. *Unde intelligitur, capita quae dixi libri in Gloria Confessorum, cum illa H. Fr. verba scripsit, iam perfecta fuisse. Gregorium opera sua saepius recognovisse, notum est. Ita factum est, ut in c.* 20. *Gl. Conf. capita* 37. *et* 38, *in capite autem* 38. *caput* 20. *laudaverit. Capiti* 44. *de S. Severino, cuius Vitam scriptam se non cognovisse ipse testatus est, postea haec addidit:* Vitam tamen huius, postquam haec scripsimus, a Fortunato presbytero conscriptam cognovimus.

De fide Gregorii nemo adhuc dubitavit. Miracula quae alii viderunt se ipsum non vidisse, nonnumquam ingenue professus est; cf. Gl. Mart. c. 85*:* Aderam, fateor, et ego tunc temporis huic festivitati, sed haec videre non merui. *Ea autem quae de se ipso expertus est plerumque sunt, quorum causa perspicua facile cognoscatur. Alia bonis auctoribus debuit, qui homini credulo quo mirabiliora narraverunt, eo magis accepti erant.* Quid[2], *inquit,* faciam, quod oculi non patior quae de beatorum virtutibus vel ipse saepius inspexi vel per relationem bonorum virorum et certae fidei evidenter gesta cognovi? *Certe etiam miraculorum studiosus indagator de Historia Francorum optime meritus est, cum vix aliunde res ecclesiasticae atque consuetudo vitaque Francorum melius illustrari possint, quam ex libris quos reliquit octo Miraculorum. Neque vero Gregorius primus est, qui hoc orationis genus coluerit. Postquam Martini etiam vivi Sulpicius miracula memoriae tradidit — erant autem, qui ipsum mentitum esse dicerent*[3] *—, Perpetuus, eiusdem successor, quae post mortem acta erant conscripsit Paulinoque Petricordiensi misit, qui libros VI de Vita S. Martini versibus descripsit. Nicetius Treverensis episcopus, qui post Chlotharium a.* 561. *mortuum ad Chlodosvindam litteras dedit*[4]*, miracula, quae S. Martini die festo contigerunt, laudibus extulit.* Hic, *inquit,* si iubet ad dominum Martinum per festivitatem suam, quam undecima die facit November, ipsos mittat; et ibi, si audent, aliquid praesumant, ubi caecos hodie illuminari conspicimus, ubi surdos auditum et mutos sanitatem recipere. Nam quid dicam de leprosis aut de aliis quam plurimis, qui quantacumque debilitate percussi sunt, ibidem per singulos annos alii et alii sanantur? Fortasse dicunt: 'Confingunt vel caecos, qui caeci a nativitate esse videntur'. Quid dicam, cum inde illuminatos conspicimus et ad propria, Deo miserante, sanos reverti videmus? *Mitto Fortu-*

1) *Ibi de S. Ebarchio, qui a.* 581. *mortuus est, agitur. De eodem Gregorius H. Fr. VI,* 8. *scripsit. Utrumque caput postquam cum Vita antiqua contuli, statim intellexi, Historiam Fr. librum in Gl. Conf. longe praestare, cum Gregorio in illo componendo memoria defecisse videatur.*
2) *Gl. Conf. Praef.* 3) *Severi Dial. I.* 26. 4) *Concil. Gall. ed. Maur. I, p.* 449.

nati carmen, ubi Sulpicius tantum exscriptus est. Itaque Gregorius id solum persecutus est, quod a veteribus acceperat.

Quibus fontibus Gregorius usus sit, cum iam in disquisitionem veniat, scriptores omnes unde hauserint tam accurate lectores docuisse velim. Verebatur enim, ne vituperationem subiret eorum, qui dicerent:[1] Tu cum sis iunior, quomodo seniorum gesta poteris scire? *Permulta ipse vidit, qui per totas fere Gallias pervagatus erat, semper expeditus ad ea quae sibi memoria digna visa sunt litteris mandanda. Nullus, quoad novi, illius aevi homo doctus tam accurate titulos lapidum descripsit, ac Gregorius noster Mir. S. Iul. c. 2, Gl. Conf. c. 35. 103. Alia pater*[2] *materque*[3] *filio narraverant, praecipue haec, cui eo quo decet amore adhaesit. Etiam a Iustino, 'viro sororis suae', quaedam cognovit; cf. Mir. S. Mart. II, 2. Primum vero locum inter eos qui Gregorium de miraculis in patria actis certiorem fecerunt Aridius ille obtinet, qui per Turonensem nostrum sanctorum choro adscitus est. Cuius cum auctoritas apud Gregorium plurimum valuerit, vitam fidemque paucis illustrare non piget. Is Lemovicinus valde ingenuus, postquam inter aulicos palatinos a Theodoberto rege (*534—548*) iuvenis in Treverica urbe receptus est, saeculum reliquit atque Nicetii episcopi scholam adiit, qui ipsum disciplinis ecclesiasticis bene eruditum clericum fecit. Iocundo patre fratreque Renosindo sive Eustadio (M. S. Mart. II, 39) defunctis, in patriam regressus est, ut Pelagiam matrem consolaretur, 'quae nullum parentem praeter hanc sobolem spectabat'. In fundis suis Attanense monasterium, quod postea ex ipso S. Aridii (Saint-Yrieix, 'dép. Haute-Vienne'; cf. Longnon p. 527) vocatum est, construxit, atque abbas gubernavit. A. 585. inter eos erat, qui ad Guntchramnum profecti Desiderium ducem cum rege reconciliaverunt; cf. H. Fr. VIII, 27. S. Martinum Turonensem saepius visitavit: primum fratre iam vivo (M. S. Mart. II, 39), deinde tempore Eufronii episcopi (Gl. Conf. c. 9) et annis incertis (Mir. S. Iul. c. 41, M. S. Mart. III, 24), demum a. 589. (M. S. Mart. IV, 6) et 591. post d. 4. Iulii (H. Fr. X, 29). In cellam suam reversus, Gregorio teste testamentum condidit, in quo SS. Martinum et Hilarium heredes scripsit. Sed quod exstat Aridii testamentum (Pardessus nr. 180) prid. Kal. Nov. a. 17. Sigiberti, qui iam a. 14. regni (= 575. Dec.) obiit, datum est, quare Pardessus duplicem testamenti editionem statuit: alteram a. 573, alteram a. 591. Priorem a. 578. factam esse volo, emendationem codicis Vosiani interpolati (a. XII. Sigiberti) reiiciens, cum Lemovicini, qui a. 579, d. 1. Martis rebellaverunt (cf. H. Fr. V, 28), Chilperico usurpatore non agnito, facile Sigiberti annos ultra mortem eiusdem ducere potuerint. Aridius dysenteria aegrotans, die sexto obiit, a. 591, d. 24. vel 25. Augusti; cf. H. Fr. X, 29. Ipsum eiusque 'sanctam genetricem' Fortunatus V, 19. salutavit. Vitam eius, quam 'sollicite perscrutatus est' (cf. Mir. S. Iul. c. 41), Gregorius, H. Fr. X, 29, scripsit*[4]*. Miracula satis multa ei videre licuit*[5]*, quae, 'sicut ergo est verecundissimus, diu cunctatus, tandem valde invitus' bono Gregorio exposuit (Mir. S. Iul. c. 41). Eidem Vitam S. Nicetii Gregorius debuit (V. Patr. c. 17), 'quem in hoc non credidit fefellisse, cum per eum Deus caecos, para-*

1) *V. Patr. XVII. Praef.* 2) *Cf. V. Patr. XIV, 3:* Haec autem a mei genitoris relatione cognovi, eo quod ei fuerit hic Nivardus in amicitiae coniunctione devinctus. *Cf. Gl. Mart. c. 83.* 3) *Gl. Mart. c. 50; Gl. Conf. c. 3.* 4) *Altera Vita, quam Mabillon, AA. SS. ord. S. Bened. saec. I, p. 349, e codice Maioris-monasterii edidit, e scriptis Gregorii composita est; tertia, quam Mabillon, Ruinart, Bordier IV, p. 162. ad codicem S. Galli recensuerunt, ex altera Vita et Gregorio confecta est, sed ex vetustis S. Aridii Miraculis auctor profecit, quae iam perierunt. Cf. de Foncemagne, 'Que St. Grégoire de Tours n'est pas auteur de la vie de St. Yrier' ('Histoire de l'acad. des inscr.' VII, p. 278), qui ostendit, V. S. Aridii post a. 613. compositam esse.* 5) *Cf. Gl. Mart. c. 36. 41; Mir. S. Iul. c. 28. 51—45; Gl. Conf. c. 9. 10. etc.*

lyticos, inerguminos sanavisset'. Denique, *inquit*[1], si de tali relatore dubitatur, de beneficiis Dei diffiditur, *et*[2]*:* Quod ne quis dubitet, testor omnipotentem Deum, quia ab ipsius abbatis haec ore cognovi, apud cuius monachum gesta sunt. *Omnibus quae retulit miraculis ipsius sanctitas celebratur, neque satis ei fuit, se ipsum semideum Gregorio reddidisse, nisi Pelagiam matrem miraculis post mortem actis sanctorum societati adscivisset; cf. Gl. Conf. c.* 102. *Sed de hoc nebulone satis.*

Reliquos strictim dicere libet. Sunt

episcopi: Arverni Gallus, Gregorii patruus (M. S. Iul. 23, *V. Patr. VI,* 2*); Cautinus (Gl. Conf.* 29*); Avitus, Gregorii praeceptor (V. Patr. II,* 4, *XIII,* 3*); Burdegalensis Bertchramnus (Gl. Mart.* 33*); Cavillonensis Veranus (M. S. Mart. III,* 60*); Namnetensis Felix (Gl. Conf.* 77*); Sanctonicus Palladius (M. S. Mart. IV,* 8*); Turonensis Eufronius (Gl. Conf.* 18*);*

abbates: Locotigiacensis (M. S. Mart. IV, 30*); Maioris-Monasterii Eustachius (V. Patr. XX,* 3*); alius (Gl. Conf.* 96*);*

abbatissa: Agnes Pictaviensis, quae M. S. Mart. IV, 29 *relatum sibi a Treverico negotiatore Gregorio narravit (cf. Gl. Conf.* 104*);*

presbyteri: Deodatus (V. Patr. XIII, 3*), Fortunatus amicus, qui ipsi M. S. Mart. I,* 13—16. *retulit; Valentinianus Arvernus (V. Patr. VI,* 7*); Wiliacharius (M. S. Mart. I,* 23*); Agaunensis (Gl. Mart. c.* 75*); alius (V. Patr. VIII,* 11*);*

tum: Catalaunensis diaconus (M. S. Mart. III, 38*); 'Burdegalenses clerici', quorum 'fideli relatione' de S. Severino episcopo quaedam cognovit (Gl. Conf.* 44*); Brivatensis aedituus (M. S. Iul. c.* 2*) et 'custodes aedis' S. Martini Turonensis, qui ut miraculum actum erat, ipsi retulerunt; cf. M. S. Mart. III,* 45*:* Cumque rumor surrexerit beati antestitis apparuisse virtutem, vocatis ad nos custodibus aedis, quae sunt acta cognoscimus; nomina tamen non semper ab his discimus;

denique reclausi: Caluppa (V. Patr. XI); Leobardus (V. Patr. XX).

Inter laicos eminent Florentianus maior domus Childeberti (M. S. Mart. IV, 7*), qui ei narravit, quae 'ab ipsius Mironis relatione cognoverat'; Siggo referendarius Sigiberthi (M. S. Mart. III,* 17*); Florentius legatus Hispanus (M. S. Mart. III,* 8*); Chramnulfus comes (Gl. Conf. c.* 99*), qui ipsum de S. Ebarchio certiorem fecit; cf. H. Fr. VI,* 8. *Praeterea Allomeris (M. S. Mart. II,* 33*), Chardegysilus Sanctonicae urbis civis cognomento Gyso (M. S. Mart. III,* 51*), Fedamius, filius Eunomi Arverni presbyteri (Gl. Mart.* 52*), Leodoaldus puer Andecavensis (M. S. Mart. IV,* 17*), Mauranus Cantabriensis (M. S. Mart. IV,* 40*), Sisulfus ex Cinomanicis pauperculus (M. S. Mart. II,* 40*), Viliogundis puella Andecavensis (M. S. Mart. IV,* 18*) et civis Arvernus (Gl. Conf.* 1*), Lugdunensis (Gl. Conf.* 61*), Remensis (M. S. Mart. IV,* 26*), Sanctonicus (M. S. Mart. IV,* 31*) laudati sunt. Alia 'fidelibus' debuit, quorum nomina memoriae non tradidit.*

Neque vero tunc deerant, qui terras ultimas pervagati de Roma, Hierosolymis, India Gregorio curioso nova inauditaque referrent. Ipse a. 590. *Agiulfum diaconum Romam misit, qui reliquias sanctorum Pauli, Laurenti, Pancrati, Chrysanthi, Dariae, Iohannis, Pauli retulit atque de basilicis coemiteriisque et de vita Iohannis*[3] *papae ipsum instruxit; cf. Gl. Mart. c.* 27. 28. 37—39. 82*; V. Patr. VIII,* 6*; H. Fr. X,* 1. *Is ipse forte etiam Bononiam et Mediolanum adiit; cf. Gl. Mart. c.* 43. 46. *Hierosolymas Turonensis diaconus profectus est, qui ei procul dubio illa narravit, quae a Theodosio, De locis sanctis, praetermissa erant. Ipse Gl. Mart. c.* 1. *'diaconum nostrum',*

1) *V. Patr.* 17. 2) *Mir. S. Iul. c.* 28. 3) *Cf. Duchesne, 'Le liber pontificalis en Gaule' ('Mélanges d'archéol. et d'histoire'. Paris.* 1882*) p.* 278. *Is passionem S. Iohannis ab Agiulfo in Gallias translatam esse coniecit, sed Gregorius ipse testatus est:* quoniam agon eius ad nos usque non accessit scriptus.

c. 18 *'hominem Iohannem nomine', c.* 87. *'Iohannem diaconum' laudavit, quibus mirabilia de locis sanctis debuit. Alius forte ille peregrinus Hierosolymitanus, qui Gregorio 'pallulum holosiricam' tradidit; cf. Gl. Mart. c.* 5. *Ex India Theodorus in Gallias venit, qui miraculum S. Thomae, Gl. Mart. c.* 31, *retulit. Miraculum S. Iuliani in Oriente actum 'fidelium fratrum relatione' edoctus erat; cf. M. S. Iul. c.* 33.

Gregorius ut erat poeseos amator, si Camoenae ipsi favissent, certe nihil nisi versus scripsisset. Si, *inquit*[1], tibi in his quiddam placuerit, salvo opere nostro, te scribere versu non abnuo; *et Gl. Conf. Praef.:* Nam, ut opinor, unum beneficium vobis haec scripta praebebunt, scilicet ut, quod nos inculte et breviter stilo nigrante discribimus, vos lucide ac splendide stante versu in paginis prolixioribus dilatetis. *Itaque vix miramur, quod inter scriptores quos coluit latinos primum locum Vergilius obtinet, ex cuius Aeneide dictiones non paucas, immo vero totos versus deprompsit. Voces Vergilianae sunt:* bidens *Gl. Conf.* 28 *(Aen.* 6, 39. 7, 93. 12, 170*)*, cornipes *Gl. Conf.* 49 *(Aen.* 7, 779*)*, Molossus *V. Patr.* 12, 2; *Gl. Conf.* 86 *(Georg. III,* 405*)*, sonipes *Gl. Conf.* 8 *(Aen.* 4, 135*). Alias in Glossario quaeras. Versibus usus est: Aen. I,* 82 *(Gl. Conf.* 18*), I,* 87 *(Gl. Mart.* 83*), I,* 90 *(Gl. Mart.* 83*), I,* 92 *(M. S. Mart. I,* 9*), I,* 106 *(M. S. Mart. I,* 9*), I,* 148 *(V. Patr.* 8, 7*), I,* 203 *(M. S. Mart. I,* 40*), II,* 8 *(Gl. Conf.* 104*), II,* 268 *(Gl. Mart.* 105*), II,* 774 *(Gl. Mart.* 52. 57*), III,* 56 *(Gl. Mart.* 57; *M. S. Iul.* 18; *M. S. Mart. I,* 31; *V. Patr. I,* 1; *Gl. Conf.* 109*), IV,* 30 *(M. S. Mart. IV,* 30; *Gl. Conf.* 18*). Nemo est, qui non videat, libros I. et II. Aeneidis a Gregorio magis quam reliquos tritos esse, neque tamen cum Kurth v. cl., 'Saint Grégoire de Tours et les études classiques au VI*e *siècle' ('Revue des questions historiques'* 1878, *p.* 586—593*) coniecerim, anthologica tantum illi praesto fuisse, praesertim cum etiamnum ea Vergiliani studii consuetudo exerceatur. Huc accedit, quod quae in Praefatione libri in Gloria Martyrum scripsit, eum minimum octo Aeneidis libros lectitasse, luce clarius demonstrant.* Non, *inquit,* ego Saturni fugam, non Iunonis iram, non Iovis stupra, non Neptuni iniuriam, non Eoli sceptra, non Aeneada bella, naufragio vel regna commemoro. Taceo Cupidinis emissionem, non Ascanii dilectionem emeneosque lacrimas vel exitia saeva Didonis, non Plutonis triste vestibulum, non Proserpinae stuprosum raptum, non Cerberi triforme caput, non revolvam Anchisae colloquia, non Itachis ingenia, non Achillis argutias, non Senonis fallacias. Non ego Laguonthe consilia, non Amphitrionidis robora, non Iani conflictus, fugas vel obitum exitiale. Non Eomenidum variorumque monstrorum formas exponam, non reliquarum fabularum commenta, quae hic auctor aut finxit mendacio aut versu depinxit heroico. *Auctor est Vergilius, sed Proserpinae stuprosum raptum Ovidius cecinit, quem num habuerit, nescio. Initium Sallustii, De coniur. Cat. in V. Patr. IV. exscripsit et Plinii tertium artis grammaticae*[2] *librum Gelliumque, quem Agellium appellavit, in Praef. V. Patr. laudavit. Quae puer exercuerat studia episcopus Hieronymo duce contempsit.* Non, *inquit*[3], oportet fallaces commemorare fabulas neque philosophorum inimicam Deo sapientiam sequi, ne in iudicium aeternae mortis, Domino discernente, cadamus. *Scripturae sanctae editionem, quam Italam vocamus, adhibuit, Hieronymi epistolam celeberrimam ad Eustochium in Gl. Mart. Praef. exscripsit. Prudentii carmina Gregorius diligentissime coluit, quippe qui complura oratione soluta exscripserit, quin etiam versus deprompserit. Carmina, quibus usus est, sunt haec: Cathemerinon VI,* 133 *(Gl. Mart.* 105*), Peristephanon I (Gl. Mart.* 92, *ubi* Aurelius Clemens in libro Coronarum *laudatur), III (ib* 90*), IV (ib.* 91*),*

1) *H. Fr. X,* 31. 2) Plenius, *inquit,* auctor in tertio artis grammaticae libro ait: 'Vitas antiqui cuiuscumque nostrum dixerunt; sed grammatici pluralem non putant habere vitam'. *Ars grammatica iam periit.* 3) *Gl. Mart. Praef.*

V (ib. 89*), IX (ib.* 42*), Apotheosis* 449—502 *(Gl. Mart.* 40*), Hamartigenia* 257 *(V. Patr. VI; Praef. et Gl. Conf.* 110*). 'Paulini beatissimi epistola', quam Gl. Mart.* 46. *et H. Fr. X,* 31. *laudavit, iam latet, sed Nolani fuisse videtur, cuius carmina* 15. 16. 18. 23. *(de S. Felice* 4—7*) in Gl. Mart.* 103. *exscripsit. Habuit etiam Uranii epistolam de transitu S. Martini*[1]. *Sulpicii Severi scripta a successore S. Martini magni aestimata esse, vix commemorari necesse est.* Severus, *inquit*[2], Sulpicius, cui tantus fervor amoris fuit in sanctum Dei, ut eo adhuc degente in saeculo, unum librum de mirabilibus vitae eius scriberet, exinde post transitum beati viri duos scripsit, quos dialogos voluit vocitari. *Epistola ad Desiderium, quae Vitam S. Martini praecedit, in Praefatione Mir. S. Martini usus est; Vitae ipsius c.* 1 *(Gl. Conf.* 6*),* 2 *(M. S. Mart. I,* 3*),* 3 *(ib. I,* 19*),* 7 *(ib. II,* 60*; IV,* 30*),* 9 *(ib. I,* 3*; IV,* 30*),* 11 *(ib. I,* 26*),* 13 *(Gl. Conf.* 104*),* 18 *(M. S. Mart. I,* 17*) exscripsit. Praeterea epistolas secundam ad Aurelium (M. S. Mart. I,* 4*), tertiam ad Bassulam datam (M. S. Mart. I,* 22*; V. Patr. VII,* 3*) et Dialogos I (II),* 2 *(Gl. Conf.* 20, *ubi* liber vitae beati Martini *laudatur, et* 38*), I (II),* 4 *(M. S. Mart. II,* 43*), II (III),* 3 *(M. S. Mart. II,* 32*), III,* 16 *(V. Patr. VIII,* 3*), III,* 17 *(M. S. Mart. I,* 1*) adhibuit. Rufini historia ecclesiastica V,* 1 *(V. Patr. VI,* 1*), V,* 3 *(Gl. Mart.* 48*), VII,* 13 *(Gl. Mart.* 16*), VII,* 14 *(Gl. Mart.* 20*) usus est. Graecam non vidit, quamquam V. Patr. VI,* 1, *Eusebii historiam laudavit. Rufini Vitas Patrum et Cassiani Institutionem Coenob. S. Leobardo reclauso misit.* Libros, *inquit*[3], et Vita Patrum ac Institutione monachorum, vel quales qui recluduntur esse debeant, vel cum quali cautela monachis vivere oporteat, abscedens ab eo direxi. *Historiam Romanam ex Orosio hausit, quem M. S. Iul.* 7 *(Oros. III,* 6*) et Gl. Conf.* 1 *(Oros. V,* 7*) laudavit. E Constantii Vita S. Germani Autisiodorensis (I,* 7*) totum caput* 29. *M. S. Iuliani ad verbum exscripsit neque vero auctorem nominavit, id quod alias fere semper fecit. Eodem etiam in Gl. Conf. c.* 40 *(= Constantius II,* 2*) usus est. Paulinum Petrocordiensem eundem ac Nolanum habuit, unde omnia quae hic scripserat illi tribuit.* Paulinus, *inquit*[4], beatus Nolanae urbis episcopus post scriptos versus de virtutibus eius, quas Severus conplexus est, quinque libros illa conprehendit miracula, quae post eius gesta sunt transitum, id est in sexto operis sui libro. *Quem librum postquam oratione soluta reddidit, haec adiecit:* Haec Paulinus in sexto operis sui libro versu conscripsit, acceptum a sancto Perpetuo episcopo de his indiculum. Verum cum ad eum huius indiculi carta venisset, nepus eius gravi tenebatur incommodo. *Unde intelligitur, versus quoque Paulini de visitatione nepotuli sui Gregorio praesto fuisse. Neque illustris Arverni Sidonii Apollinaris, quem 'Sollium nostrum' vocavit, opera ei defuerunt. Ep. VII,* 12. *in M. S. Iul. c.* 2. *laudavit et Vitam S. Abrahae (V. Patr.* 3*) ex ipsius Epitaphio (Ep. VII,* 17*) composuit. Satis mirum est, quod nemo adhuc vidit, quae Gregorius de locis sanctis in Gl. Mart.* 6. 8. 16. 17. 26. *scripsit maximam partem e libello Theodosii de Terra Sancta fluxisse. Denique Fortunati amici scripta Gregorium studiose lectitasse, vix commemorari necesse est. Exscripsit Carmen IX,* 14.[5] *neque Vitam S. Martini ignoravit:* Sed, *inquit*[6], et Fortunatus presbyter omne opus vitae eius in quattuor libris versu conscripsit. *Epistola, quae Vitam praecedit, Gregorio ipsi dicata est. Ex Vitis quas Fortunatus scripsit sanctorum illas S. Albini*[7] *et S. Severini Burdegalensis, quae iam latet*[8], *laudavit. Vitae S. Hilarii in Gl. Conf.* 2.

1) *Gl. Conf.* 108*:* De transitu autem eius est apud nos magna lectio, ideo eum ex ordine prosecuti non sumus. 2) *M. S. Mart. I,* 1. 3) *V. Patr.* 20, 3. 4) *M. S. Mart. I,* 2. *Cf. quae in Gl. Conf.* 108. *de Nolano scripsit, cuius inter opera etiam 'de virtutibus beati Martini sex versu conscriptos libros' recensuit.* 5) *Gl. Mart.* 41*:* Quod Fortunatus presbyter his versibus prosecutus est. 6) *M. S. Mart. I,* 2. 7) *Gl. Conf.* 94*:* Albinus autem confessor, cuius nuper vitae liber a Fortunato est conscriptus presbytero. 8) *Gl. Conf.* 44*:* Vitam tamen huius, postquam haec scripsimus, a Fortunato presbytero conscriptam cognovimus.

mentionem fecit, sed Fortunatum auctorem non prodidit. Item Vitas S. Marcelli[1], *S. Medardi*[2], *S. Remigii*[3], *quae inter Fortunati opera editae sunt, bene novit, neque vero quis scripsisset memoriae tradidit.*

Historiam passionis vel vitam sanctorum quorundam sibi in promptu non fuisse, Gregorius ipse saepius testatus est; cf. Gl. Mart. 55. 103. *etc. Cum autem rusticorum esset, 'ut sanctos Dei, quorum agones relegunt, attentius venerentur', clerici nonnumquam fraudem fecisse videntur. Unde episcopus ille lectorem, qui passionem S. Patrocli ex exemplari peregrini cuiusdam 'nocturno tempore, famulante lumine' se descripsisse dixerat,* caesum increpatumque abscedere iussit, dicens: 'Te haec iuxta votum tuum dictasse manifestum est, nam numquam ea cum ullo homine repperisti[4]'. *Sed postea exercitus, qui in Italiam profectus erat, S. Patrocli passionem eandem in Gallias apportavit. Ita etiam S. Benigni Passionis historiam 'ab euntibus in Italiam' Gregorius Lingonensis accepit*[5]. *Sunt autem non paucae Passiones vel Vitae, quae Gregorio nostro praesto fuerunt. Eas quidem litterarum ordine hic proferre libet, neque vero repetivi, quas iam supra certis auctoribus tribui: S. Amarandi, Gl. Mart.* 56; *S. Andreae, quam ipse 'praetermissis his quae fastidium generabant, uno tantum parvo volumine' comprehendit*[6], *Gl. Mart.* 30; *S. Bartholomaei, Gl. Mart.* 34; *S. Bibiani, Gl. Conf.* 57; *SS. Chrysanthi et Dariae, Gl. Mart.* 37; *S. Clementis, Gl. Mart.* 35; *SS. Epipodii et Alexandri, Gl. Conf.* 63; *S. Eugenii et sociorum eius, Gl. Mart.* 57; *SS. Ferreoli et Ferrucii, Gl. Mart.* 70; *S. Genesii, Gl. Mart.* 73; *SS. Gervasii et Prothasii*[7], *Gl. Mart.* 46; *S. Iuliani, Mir. S. Iul.* 1. 4. 5; *S. Mariae, quae Melitoni perperam tribuitur, Gl. Mart.* 4; *S. Maximi 'liber vitae versu conscriptae', Gl. Conf.* 22; *S. Mitriae, Gl. Conf.* 70; *SS. Nazarii et Celsi, Gl. Mart.* 46; *S. Nicetii Lugdunensis, V. Patr. VIII, Praef. et* §. 12; *S. Pauli, Gl. Mart.* 28; *S. Romani, Gl. Conf.* 45; *S. Saturnini', Gl. Mart.* 47; *S. Simeonis, Gl. Conf.* 26; *S. Symphoriani, Gl. Conf.* 76; *S. Thomae, Gl. Mart.* 31; *S. Vincentii, Gl. Mart.* 104. *E quibus nonnullae Vitae iam latent. Quae de SS. Lupicino et Romano in libro Vitae Patr. I. scripsit, cum Vitis vetere ab auctore conscriptis, qui S. Augendo familiariter usus erat, fere conveniunt, neque vero Gregorius ex illis hausit. Multo magis verisimile est, ipsum audita retulisse, quae quidem ex Vitis pendere non nego. De beati Patrocli vita se 'nuper' relationem accepisse, Gregorius dicit; cf. V. Patr. IX, Praef. De vita septem dormientium apud Ephesum:* Quod, *inquit*[8], passio eorum, quam Siro quodam interpretante in Latino transtulimus, plenius pandit. *Quem libellum iam exstare, nemo omnium qui de Gregorio disseruerunt adhuc animadvertit. Est autem post Mombritium*[9], *qui textum transformatum sine nomine auctoris protulit, a Bollandianis, AA. SS.* 27. *Iul. VI, p.* 389, *editus et Gregorio iure vindicatus, cum uni codici S. Audomari haec clausula subiecta sit:* Explicit passio sanctorum martyrum septem dormientium apud Ephesum, translata in Latinum per Gregorium episcopum, interpretante Iohanne Syro, quae observatur sexto Kal. Augusti. *Eidem Iohanni interpreti Gregorius sine dubio alia quoque debuit, quae nisi in Graecis libris reperire mihi non licuit. Dico quae de clavis dominicae crucis in Gl. Mart.* 5 *(= Theodoreti Hist. Eccl. I,* 17*), de puero Iudaeo ib.* 9 *(= Evagrii Hist. eccl. IV,* 26*), de Maria Magdalena ib.* 29, *de Iuliana ib.* 102 *(= Codinus, De aedificiis Cp.) scripsit.*

Codex Miraculorum iam Baudoniviae praesto erat, quae paulo post a. 600. *de Vita S. Radegundis libellum condidit. Constat, ipsam, Syagrio Augustodunensi mortuo,*

1) *Gl. Conf.* 87. 2) *Ib.* 93. *S. Medardi Vita post a.* 595. *tempore Theodoberti regis recognita est, id quod ex extremis verbis intelligitur.* 3) *Ib.* 78. 4) *Gl. Mart.* 63. 5) *Cf. Gl. Mart.* 50. 6) *Gregorii liber de Miraculis beati Andreae apostoli infra edendus est.* 7) *Scriptorem Passionis, quae iam latet, Augustino usum esse, e Gregorio intelligitur.* 8) *Gl. Mart.* 94. 9) *Mombritius, Vitae SS. II, p.* 267 *v.*

tempore Leifasti episcopi scripsisse. De Gregorio: Ambulavit, *inquit*[1], nuntius ad virum apostolicum dominum Gregorium Turonicae civitatis episcopum, et advenit. Sed quantum praesens vidit oculis, antequam eam sepeliret, de eius virtutibus in libro miraculorum, quem composuit, inseruit. *Flodoardus quoque in Historia Remensi Gregorii Miraculis usus est.*

Quos videre mihi licuit, codices in quattuor classes distinxi, e quibus tres arcte inter se cohaerent, quarta quamquam aetate inferior est, tamen locis quibusdam omnes superat, ita ut lacunae quaedam e nullo codice nisi ex hoc suppleri possint. Libros plerosque Berolinum benevole transmissos ipse contuli; de Vaticanis Mau v. cl. certiorem me fecit.

1*a) Codex* P a r i s i e n s i s *lat. nr.* 2204, *membranaceus saec. IX, in forma quadrata, fol.* 206, *olim Reg.* $38\underset{2}{0}4$, *e libris B. Ant. Faure (nr.* 6*) est. Tegumento, cui nomina G. Bareps (?) et Io. Schaudelli inscripta sunt, charta pontificis cuiusdam Avinionensis Ambianensi dioecesi data allita est, cuius scriptura perlucens speculo adhibito vix legi potest. Codex duobus columnis manu antiqua optime scriptus, hic illic notis Tironianis emendatus est. Praeterea complures librarii saec. IX—XII. rusticitatem tollere textumque supplere studebant, quibus correcturis vacare meum non erat. Titulorum versus singuli minio atramentoque litteris maioribus scripti variant. Siglis librarius perpaucis usus est: nota 9 litteras 'us', 'ur', 'um', 'ut' expressit, e. gr. 'merebim⁹', 'putaret⁹', 'reliquar⁹', 'sic⁹'. Qua de causa scriba codicis sequentis saepe erravit, quippe qui syllabas 'us' et 'ur' constanter confuderit. Littera 'u' post 'q' in* 1*a plerumque desideratur, ut 'qa', 'qod', 'reliqit'. In margine fol.* 15. *manus quaedam hominem extensa dextera delineavit, in sinistra f.* 156. *margine nomen MANNO legitur; nescio, an ille S. Augendi Iurensis praepositus intelligatur, qui monasterio suo complures codices obtulit. Insunt autem haec:*

fol. 1—45. *Gregorii liber in Gloria Martyrum. Cum primum folium excisum sit, codex in titulo* 82*:* qui nobis a Roma delatae sunt *incipit;*

fol. 45—60'. *eiusdem liber de Gloria S. Iuliani;*

fol. 60'—114. *eiusdem libri* 4 *de virtutibus sancti Martini;*

fol. 114—162. *eiusdem liber Vitae Patrum;*

fol. 162—199'. *eiusdem liber in Gloria Confessorum.*

In folio 199'. *maxima ex parte vacuo postea canis delineatus est. Sequitur*

fol. 200—206'. *Fortunati liber I. de vita S. Martini; cf. Auct. antiq. IV, p. XXII.*

Sunt quaterniones 26, *e quibus unum Fortunati carmen occupat.*

1*a*) Codex* B e r n e n s i s *nr.* 199. *in forma quadrata, fol.* 138. *saec. IX. scriptus, ex* 19 *fasciculis constat. Duo folia saec. VIII. litteris Merovingicis exarata a glutinatore praefixa sunt, quae textum vulgatum Ioannis* 11, 16*:* Didimus — 12, 42*:* principibus *continent, tria (f.* 136—138*) saec. X. scripta Gregorium sequuntur, quae Vita S. Pauli eremitae ab Hieronymo composita (ed. Bollandus, AA. SS. Ian. I, p.* 604*) occupat. Fol.* 3—135'. *octo Gregorii libri integri exstant, quibus describendis complures librarii vacabant. Alii textum emendaverunt et e codicibus deterioribus interpolaverunt.*

Codicem frustra trivi. Nam postquam eum totum contuli, liber 1*a sub oculos mihi venit, quem ipsius fontem esse statim perspexi. Iam huius libri nullam rationem habui, nisi quod in indice libri I, cuius maxima pars in* 1*a periit, ipsum consului. Librarius* 1*a* libro in Gloria Confessorum caput de Ioanne abbate Reomaensi totum fere ex Vita ipsius descriptum post c.* 85. *inseruit, de cuius auctoritate nemo adhuc dubitavit, quamquam et a sermone Gregorii plane alienum est et in exemplari* 1*a desideratur.*

Nescio autem, utrum 1*a* ex* 1*a an ex apographo illius descriptus sit. Neque de*

1) *Mabillon, AA. SS. saec. I, p.* 333.

libris, qui sequuntur, affirmare velim, fluxerintne ex 1a* *an ex apographo illo, an ex ipso* 1a. *Codicem* 1a****, *cui caput de Iohanne abbate deesse, postquam haec scripsi, comperi, ex* 1a *derivatum esse, necesse est.*

1a**) *Codex Vindocinensis, quo Ruinart in libro primo recensendo usus est.*

1a***) *Codex Laudunensis, de quo Ruinart, Praef. nr.* 126, *haec scripsit: 'Tertium denique ex Laudunensi ecclesia, agente sapient. viro D. Leleu, consentientibusque ceteris venerabilibus canonicis, mutuo accepimus, ad cuius calcem haec habentur:* Explicit liber octavus feliciter. Adalardus subdiaconus scripsit istum codicem in honore beatissimi Michaelis archangeli. *In altero autem folio legitur haec epigraphe:* Hunc indignus levita librum Odalricus obtulit Deo et sanctae Mariae . . . . quem si quis quolibet ingenio abstulerit, iram Dei omnipotentis incurrat et perpetuae maledictionis anathemate damnatus existat. *Voces quae detritae sunt Remensem designabant, uti suspicor, ecclesiam, cui multos alios codices Odalricus contulit, ut ex similibus codicum inscriptionibus patet, qui etiamnunc in bibliotheca metropolitanae Remorum ecclesiae asservantur: sed et ecclesia sancti Michaelis ibi etiamnunc in canonicorum claustro substitit'. Haec Ruinartius Remensis. Librum adhuc reperire non licuit.*

1a****) *Codex Vaticanus Reginae Christinae nr.* 530[1], *olim card. Ottoboni, saec. X, in forma quadrata, fol.* 120, *de quo Ruinartius Praef. nr.* 127: *'Alias lectiones ex codice Romano Christinae reginae Sueciae debemus Stephanotio nostro, qui codex omnes ferme Miraculorum libros comprehendit'. Insunt libri in Gl. Mart., de Gl. S. Iuliani, Miraculorum S. Martini libri IV.*

1a*****) *Codex Vaticanus inter Palatinos nr.* 865, *saec. X, membranaceus in forma quadrata, fol.* 108, *idem est, quem Ruinart, Praef. nr.* 127. *Weingartensem habuit, quamquam e monasterio Kirsgartensi originem traxit. Haec enim fol.* 2. *indita sunt:* Codex frm̄ in Kirßgartē prope Worm̄. *Insunt libri Vitae Patrum et in Gl. Conf.*

1*b*) *Codex Parisiensis lat. membranaceus 'Nouv. Acqu.' nr.* 1493 *(Cluni 44), fol.* 153, *in forma quadrata, saec. IX/X, olim bibliothecae publicae Cluniacensis erat. Initio mutilus — deest enim primus quaternio — fol.* 1. artubus aliqua condonari *(Lib. I, c.* 13*) incipit. Insunt*

fol. 1—48. *Gregorii liber in Gloria Martyrum;*
fol. 49—111. *eiusdem liber Vitae Patrum;*
fol. 111—153'. *eiusdem liber in Gloria Confessorum.*

Fasciculorum ordo in extremis paginis designatus est. Sententias nonnullas, quae omissae erant, manus antiqua in inferiore margine supplevit, alii alia correxerunt. Codex quod tres tantum libros continet, valde dolendum est. Est 1*a similis, quocum etiam in ratione scribendi saepe convenit, sed menda illius ex hoc codice non semel tolli possunt.*

2) *Codex Parisiensis lat. membranaceus nr.* 2205. *in forma quadrata, saec. X, fol.* 154, *erat P. Pithoei, Colberti nr.* 2030, *Regius* 3$\underset{3}{8}$04. *Fol.* 1. *manu saec. XVI. verba* Empt. Trecass. IX. Kl. Oct. MDLXX. *scripta sunt. Insunt*

fol. 1—35. *Gregorii liber in Gloria Martyrum;*
fol. 35—47'. *eiusdem liber de Gloria S. Iuliani;*
fol. 47'—86'. *eiusdem libri* 4 *de miraculis S. Martini;*
fol. 86'—125. *eiusdem liber de Vita Patrum;*
fol. 125'—154'. *eiusdem liber in Gloria Confessorum. Ultimus liber iam c.* 107. Igitur de hoc *desinit, cum extremus quaternio perierit. Defectum manus saec. XVI. his verbis indicavit:* Desunt capita IIII et pars CVII.

Liber 19 *fasciculis constat, e quibus primus, qui Indicem libri I. continet, binio est. Librarius primos capitum versus et indices litteris maioribus exaravit, hos quidem alterno minio atque atramento. Codex summa neglegentia scriptus est, cum saepis-*

1) *Olim nr.* 636; *cf. Montfaucon, Bibl. tom. I, p.* 102.

sime verba transposita, repetita, mutata sint. Unde conicere licet, librarios dicta scripsisse. Duo enim munere scribendi functi sunt, quorum alter litteris nitidis magis erravit altero, qui rudibus litteris accepta accuratius membranae tradidit. Littera 'u' post 'q' saepe lineola indicata, ut quōd qūī; *item 'p' nonnumquam lineola ornata est, ut* p̄er, p̄. *Duo, nisi fallor, librarii, aliis exemplaribus adhibitis, emendationibus studuerunt; tertius saeculo XII. suo arbitrio textum corrupit.*

Liber ex eodem exemplari ac codex 1 *fluxit.*

3) *Codex Claromontanus bibliothecae urbanae nr.* 11, *saec. X, pulcherrime scriptus et picturis ornatus est. Qui eum in usum nostrum contulit, de forma scripturaque ne verbum quidem retulit, sed conferas velim Bordier IV, p.* 280. *Libri primi index prologusque deesse videntur, cum inter schedas nostras reperiri non possint. Post quartum fasciculum quaternio duoque folia exciderunt, ut textus a verbis* Cum autem *(lib. I, c.* 75) *ad c.* 104. auderet attingere *(f.* 33) *hiet. Librum in Gloria martyrum, qui fol.* 33. *desinit, tria folia vacua sequuntur. Superiori margini fol.* 35'. *librarius verba* omnium sanctorum et virginum miracula *adscripsit. Liber de Gloria S. Iuliani excisus est; fasciculus sextus, qui sequitur, Miracula S. Martini continet, sed Gregorii epistola desideratur. Praecedunt indices et primi et secundi libri, in reliquis codicibus singulis libris praefixi, sed textus iam lib. II, c.* 32. *desinit, atque tertius et quartus liber omnino absunt. Liber quoque de Vita Patrum mutilus est, cum c.* 18—20. *desiderentur. Praeterea omnes prologos librarius omisit. Libro in Gloria Confessorum praeter prologum c.* 8. 9. 19. 25. 27—28. 39. 55. 57. 63. 69. 84—89. 92. 104. 108. *desunt. Huc accedit, quod etiam medio in textu complura exciderunt, liberoque arbitrio a librario rustico ubique verba mutata sunt. Nihilominus ex hoc ipso codice multum profeci, qui, etsi cum* 1. 2. *eodem loco nonnumquam hiat, tamen lacunas illorum complures suppleat. Contulit V. D. Baist.*

3a) *Codex Bellovacensis, de quo Ruinart, Praef. nr.* 126: *'secundum ex bibliotheca maioris ecclesiae Bellovacensis, assentiente venerabili Capitulo, nobis suppeditavit D. de Neuilly eiusdem ecclesiae canonicus'. Liber V. Patr. XX,* 2. *in verbis:* haec ore cognovi *desiit. Est solus inter Ruinartii codices, quem quod catalogos perscrutatus, non reperi, maxime doleo. Libro* 3 *affinis quidem erat, sed multo accuratius ipso scriptus videtur esse.*

4) *Codex Bruxellensis nr.* 7666—71. *in forma quadrata, fol.* 143[1], *saec. X, monasterii cuiusdam erat, cuius nomen periit. Id verba fol.* 1. *manu saec. XIV. inscripta* lib' mon| *indicant, quae, lacinia abscisa, fur quidam mutilavit. Saeculo XVI. collegii societatis Iesu Molshemiensis erat, ubi haec fol.* 1. *indiderunt:* Coll. Soc. Iesu Molsh. *Unde permutatione in bibliothecam celeberrimae domus profess. soc. Iesu Antverpiensis transiit, id quod ex his verbis fol.* 1. *inscriptis intelligitur:* Hunc librum à collegio Molshemiensi redemimus permutatione aliorum procurante P. Petri Ruent (?) ibidem S. theol. Professore. *Librum a Bollandianis P. Ms.* 12. *signatum et Bucherius et Chiffletius mutuati sunt, ut acta testantur, quae codici praefixa sunt. Primum epistola* Reverendo Patri in Christo P. Aegidio Boucherio Societatis Iesu Insulis. Cum libro *inscripta inest, quam hic repetere libet:*

Reverende in Christo Pater Pax Christi. En etiam librum primum et secundum tomi secundi. Sed ea lege, ut quintus et sextus, cum primum expediverit Reverentia Vestra ad me remittatur: et primus et secundus iste suo tempore, secundum promissa Reverentiae Vestrae. Utere interea et fruere, sed non prorsus immemor mei. — Salutem Reverendo Patri meo Herennio et toti choro Sanctorum. 13. Martii 1634. — Antverpiae.

Reverentiae Vestrae Servus in Christo Iacobus Tirivus.

Resalutat Pater Bollandus, sed negat, se quidquam ad Reverentiam Vestram scripsisse ab uno alterove mense. Pater Sylvester ante 14 dies hinc abscessit et Leodium repetiit.

1) *Complura folia accedunt, quae qui numeros adscripsit transiluit.*

fol. 96v
col. 1.

nonsolum deterrenis diuitiis· sed
&iam detalentis uerbisui· bonam
facientes rationem· multiplicati
onis mercede recepta· audire
mereamur abipso· Euge serue
bone· quia super pauca fuisti fi
delis· super multa te constituam·
intra gaudium domini tui·

SI NOSSE UIS LECTOR·

quib· hic libellus temporibus
uideatur ēē conscriptus· t ad sacro
rum mastirx   pciosam editum
laudem· inue nies anno ab
incarnatione dñi septingentesi
mo sexagesimo septimo· tempo
rib· felicissimi atq· tranquillissi
mi· &catholici pippini regis fran
corum· &patricii romanorum·
filii beatae memoriae quondā
caroli principis· anno felicissimi
regni eius· Indī nomine sexto de
cimo· indictione quinta· &filioꝝ
eius eorundemq· regum francoꝝ·

Sigillo haec impressa sunt: ✝ PRAEPOSITI. DOMVS. PROFESS. SOC. IESV. ANTV. *Bucherius, qui Miraculorum editionem paravit*[1], *diem, quo litteras acceperat, subiecit:* Accepi 17° Martii, mane. *Deinde Chiffletius, cuius Miraculorum editio summo desiderio exspectata numquam apparuit, codice usus est, teste Papebrochio:* Hic liber ann. 1678. commodatus RP. Chiffletio in Collegio Claromontano Parisiis paranti novam editionem D. Gregorii Turonensis restitui debet Musaeo Sanctorum in Domo Professu S. I. Antverpiae. Daniel Papebrochius.

Idem atramento pallidiore de auctoritate codicis haec subiecit: Et continetur hic multo perfectior quam in editis. *Adiecta est schedula Chiffletii manu scripta de aetate codicis et rebus, quae in ipso continentur. Quam quidem hic repetere nolui, sed id commemorare libet, quod Chiffletius, ut Ruinart*[2], *codicem a.* 767, *de quo in clausula Pippini agitur, compositum esse duxit. Gregorii miracula, quae fol.* 1—97. *occupant, litteris permagnis complures librarii alternis scripsisse videntur, duobus columnis sibi oppositis. Haec autem insunt:*

fol. 1—59'. *Gregorii liber de Vita Patrum, ubi prologus indicem praecedit;*

fol. 59'—96'. *eiusdem liber in Gloria Confessorum, ubi capitibus singulis tituli inditi sunt, quamquam ut in reliquis libris index praefixus est;*

fol. 96'—97. *Clausula quae dicitur de Pippino a Mabillon, De re diplom. p.* 384, *primum edita, quae pallidiore atramento et alia manu subiecta videtur esse. Cum illa permagni aestimanda sit neque qui post Bollandianos eam ediderunt codicem adhibuerint, multis gratum fore arbitror, quod pretiosissimum historiae Pipinianae monumentum huic praefationi inserendum esse curavi.*

SI NOSSE VIS, LECTOR, quibus hic libellus temporibus videatur esse conscriptus[a] vel ad sacrorum martirum preciosam editum laudem, invenies[b] anno ab[c] incarnatione Domini septingentesimo sexagesimo septimo temporibus felicissimi atque tranquillissimi[d] et catholici Pippini regis Francorum et patricii Romanorum, filii beatae memoriae quondam Caroli principis, anno felicissimi regni eius in Dei[e] nomine sexto decimo, indictione quinta et filiorum eius eorundemque regum Francorum Caroli et Carlomanni, qui per manus sanctae recordationis viri beatissimi domni Stephani papae una cum predicto patre domno viro gloriosisimo Pippino rege sacro chrismate in reges Dei providentia et sanctorum apostolorum Petri et Pauli intercessionibus consecrati sunt, anno tertio decimo. Nam ipse praedictus domnus florentissimus[f] Pippinus rex pius per auctoritatem et imperium sanctae recordationis domni Zachariae papae et unctionem sancti chrismatis per manus beatorum sacerdotum Galliarum et electionem omnium Franchorum tribus annis antea in regni solio sublimatus est. Postea per manus eiusdemque[g] Stephani pontificis die[h] uno in beatorum praedictorum martirum Dionisii, Rustici et Eleutherii aecclesia, ubi et venerabilis vir Folradus archipresbiter et abbas esse cognoscitur, in regem et patricium[i] una cum predictis filiis Carolo et Carlomanno in nomine sanctae Trinitatis unctus et benedictus est. In ipsa namque beatorum martyrum aecclesia uno eodemque die nobilissimam atque devotissimam et sanctis martiribus devotissime adhaerentem Berteradam, iam dicti florentissimi regis coniugem,

*f. 96'. 767. *f. 97.

a) conscri *in litura* 1. *m. c.* b) s *in litura c.* c) ab:: | inc., *ras.* in *c.* d) tranquillissi:: | mi, *ras.* mi *c.* e) i *in litura* 1. *m. c.* f) florentis *in litura* 1. *m. c.* g) eius quemque St. *c.* h) de *c.* i) ci *in litura* 1. *m. c.*

1) *Cf. Fabricius, Bibl. latina mediae et infimae aetatis (ed. Florent.* 1858, *tom. III, p.* 98*):* In Bibliotheca Iesuitica memoratur Gregorius Turonensis amplissimis notis illustratus ab Aegidio Bucherio. Sed illae Mstae in Bibliotheca Iesuitarum Tornacensi necdum editae sunt, quod sciam. 2) *Col.* 1156. *Sed Bollandiani, AA. SS.* 5. *Iun. I, p.* 424, *haesitaverunt:* si non in illo libro, saltem in exemplari non nisi paulo antiquiori.

praedictus venerabilis[a] pontifex regalibus indutam cicladibus[b] gratia septiformis Spiritus benedixit, simulque Francorum principes benedictione[c] sancti Spiritus gratia confirmavit et tali[d] omnes interdictu et excommunicationis lege constrinxit, ut numquam de alterius lumbis regem in aevo presumant eligere, sed ex ipsorum, quos et divina pietas exaltare dignata est et sanctorum apostolorum intercessionibus per manus vicarii ipsorum beatissimi pontificis confirmare et consecrare disposuit. Haec ideo caritati vestrae breviter in novissima paginula libelli inseruimus huius, ut per succedentium temporum et vulgi relatione propago in aevo valeat cognoscere posterorum.

Cum, codicem 4 *ante saec. X. exaratum non esse, inter omnes scripturae antiquae peritos constet, clausulam, quae anno* 767. *'in novissima paginula libelli' cuiusdam inserta erat, ex antiquiore Miraculorum codice monasterii S. Dionysii Parisiensis descriptam esse, patet. Eadem postea auctor 'Revelationis, quae ostensa est S. Stephano*[1] *papae' (ed. Surius AA. SS. V, p.* 658*), a Reginone Prumiensi exscriptae, usus est*[2].

Post fol. 97, *quod non consumitur, — dimidia enim fol.* 97. *columna et totum fol.* 97'. *vacant — tria folia excisa sunt, unde quaternio* 13. *e quinque tantum foliis constat. E duodecim qui praecedunt quaternionibus primus mutilus est, cum folium primum desit. Gregorium sequuntur:*

fol. 98—106'. *Libri duo de Vita et virtutibus S. Hilarii a Fortunato compositi et*

fol. 107—109. *Epistola Hilarii, quam misit Abrae filiae suae (ed. Migne, Patr. lat. X, p.* 549—552*);*

fol. 109—113'. *Vita S. Meginradi (AA. SS. ed. Bollandus Ian.* 21, *p.* 382*);*

fol. 114—131' *bis. Vita S. Ermenlandi alia manu scripta (ed. Mabillon, AA. SS. Saec. III, P. I, p.* 383*);*

fol. 132—142'. *Vita et Miracula S. Cassiani item alia manu scripta, quae media pagina in his verbis desinunt:* sancti pontificis interventio valeat *(AA. SS. ed. Bollandus* 5. *Aug. II, p.* 66—68*). Deest caput* 16. De pace a Domino impretata, *id quod iam Chiffletius animadvertit, et c.* 17.

Bruxellensis non satis laudibus efferendus est, quippe qui solus V. Patr. II, 3, *posteris tradiderit, qui locus in reliquis codicibus plane desideratur. Is primum a Bollandianis, qui neglegentia unam sententiam omiserunt, deinde a Ruinartio editus est, qui altero hiatu textum depravavit. Aliis quoque locis e codice* 4. *Gregorium emendare nobis licuit, quin immo nonnullas sententias primum adiecimus. Librarius satis neglegenter munere functus est, cum verba mutaverit aliaque omiserit. Nonnulla vitia non multo post ex alio exemplari in margine correcta, hiatus cruce adscripta saepe notati sunt. Quod ad rationem scribendi pertinet, huic libro auctoritas nulla accedit, cum tota fere ea sit, quae saeculo X. in usu erat.*

Accedunt codices, quos neque ipse vidi neque alii in usum nostrum contulerunt. E quibus nullus omnes Miraculorum libros continet, sed singuli tantum insunt vel parva fragmenta. Textus plerumque foedissimis interpolationibus aspersus aut omnino transformatus est. De Parisiensibus et Rotomagensi me per Löwenfeld et Molinier vv. cc. certiorem factum esse, grato animo profiteor. In singulis recensendis ordinem, quo Gregorius Miraculorum libros digessit, secutus sum, ita ut codices, qui librum in Gloria Mart. continent, agmen ducant.

5*) Codex Parisiensis*[3] *nr.* 9733, *saec. IX, membranaceus in forma quadrata, fol.* 57, *continet:*

a) is *in litura* 1. *m. c.* b) iccladibus *c.* c) edictione *in litura* 1. *m. c.* d) tali:, *ras.* et *c.*

1) *Digna est, quae in M. Germ. non praetermittatur. Exstat in codice Petropolitano Q. I,* 37, *saec. X, fol.* 1'—3'; *cf. 'N. Archiv' VI, p.* 500. 2) *Cf. Oelsner, 'König Pippin', p.* 155.
3) *Quem eundem ac codicem S. Gatiani Turonensis fuisse, perperam censuit Bordier IV, p.* 279.

fol. 1—49. *Gregorii librum in Gloria Martyrum, sed index desideratur;*

fol. 50—57. *fragmentum libri II. de Miraculis S. Martini a c.* 31. religiosa vi febrium *ad c.* 60. vel in puplicis.

Fol. 1—4. *valde mutilata sunt. Liber a compluribus librariis scriptus et emendatus, idem ac codex vetustus Sancti Martini apud Turonos est*[1], *cuius varias lectiones ab Edmundo Martenne Ruinartius accepit. Tunc autem codex integer libros in Gloria Martyrum, de Gloria S. Iuliani et Miracula S. Martini ad III,* 8 eleganti opere exornata Turonis *continebat; cf. Ruinartii Praef. nr.* 127. *Finis libri scabie et putredine exesus erat.*

Liber reliquos, quos hic collegi, praestantia superare videtur, sed Ruinartius pauca tantum exscripsit. Clichtoveus simili codice usus est.

6) *Codex* ***Admontanus*** *nr.* 19, *saec. XII, in fol., Gregorii Turonensis librum de Miraculis et Gloria martyrum confessorumque continet.*

7) *Codex* ***Bruxellensis*** *nr.* 9537—9540, *saec. XII, membranaceus in fol., librum in Gloria Martyrum et Vitam Patrum continet.*

8) *Codex* ***Rotomagensis*** *A.* 449, $\left(olim\ \frac{421}{467}\right)$, *membranaceus in forma quadrata, saec. XII. in., continet:*

fol. 1. *Gregorii librum in Gloria Martyrum;*

fol. 26'. *eiusdem Vitam Patrum;*

fol. 43. *Boetii librum de consolatione philosophiae; fol.* 44. *Passionem S. Luciani et sociorum eius; fol.* 53. *Passionem SS. Potentiani, Saviniani et Altini (!).*

Index libri primi desideratur. Praeterea c. 36—46. 48—58. 61—70. 72—77. 89. *a verbis* Cum autem reliquiae, 91—93. 95—101. 103. *a verbis* Ad huius quoque cellulae, 104. *desunt, c.* 71. *et* 78. *post c.* 84. *posita sunt et* 91. *c.* 90. *praecedit. Liber Vitae Patrum* Igitur Lupicinus *(c.* 1, *§.* 1*) incipit; sequuntur c.* 7. Igitur Gregorius sanctus, *c.* 10. Fuit igitur apud insulam, *c.* 11. 13. 16. *Sunt igitur perpauca tantum capita, quae librarius descripsit, eaque ita versa atque mutata, ut Gregorii sermonem vix recognoveris.*

9) *Codex* ***Parisiensis*** *nr.* 2791, *saec. XII. ex.*[2], *membranaceus in forma quadrata, fol.* 120, *olim Colbert. nr.* 266. *erat. Fol.* 1. *haecce Baluzii manu scripta sunt:* Codex iste in bibliothecam Colbertinam delatus est ex urbe Tutelensi anno MDCLXXXVII. Steph. Baluzius. *Est igitur idem ac 'Colb. tut.' Ruinartii. Insunt:*

fol. 1. *Gregorii liber in Gloria Martyrum ad c.* 105*:* non sunt auditae;

fol. 34. *liber II. de miraculis sanctorum Confessorum;*

fol. 73—120'. *eiusdem Miracula S. Martini ad IV. Prol.:* ignavia mentis nostrae permitteret eum.

Libri primi capita 1—10. 27. 28. 31. 35. 36. 38. 41. 43—45. 47. 50. 51. 63. 76—78. 85. 89. 93. 98. 100. 103. 106, *libri in Gloria Confessorum c.* 15. 22. 23. 26—28. 40. 54. 60. 61. 68. 104. *desiderantur; M. S. Mart. I,* 4—6. *initia tantum exstant. Codex foedissimis interpolationibus scatet iisdem, quas in libris* 15 *deprehendimus.*

10) *Codex* ***Claromontensis*** *collegii Parisiensis Ludovici Magni, quem per Iohannem Harduinum communicatum Ruinartius littera a distinxit; cf. Praef. nr.* 127. *Ibi complura capita hic illic desiderantur, ut Gl. Mart. Prol. a verbis:* Non ego Saturni fugam, *c.* 2—10. 14. 15. 19. 20. 23—26. 29. 31—34. 40. 45—49. 51—55. 58. 63—73. 76—87. 92. 93. *Cap.* 78. *post* 31. *positum erat et ad c.* 37. *Ruinartius haec adnotavit: 'Deinceps vero in Clar. a pleraque desunt, quaedam alio ordine, quam in*

1) *Id Delisle, 'Notice sur les mss. disparus de la bibliothèque de Tours', p.* 94 *(in 'Notices et extraits des mss. XXXI, I') probavit.* 2) *In Catalogo regio saec. XIII. scriptus esse perperam dicitur.*

ceteris scriptis et editis posita, intermixtis etiam quandoque aliquot capitulis ex libro de Gloria Confessorum'. Liber de Gloria S. Iuliani plane aberat; de Miraculis S. Martini non constat, utrum Claromontensem Ruinartius litteris Clar. *designaverit. Codex 'Clar.', ut cod.* 9, *capitum* 4—6, *libri primi initia tantum habuit. Libro in Gloria Confessorum c.* 9. 10. 15. 19—21. 24—26. 28. 29. 35. 36. 43—48. 52—57. 59. 84—89. *deerant. Desiit c.* 96. *in verbis:* super ignem impletam, *ceteris avulsis. Codex ex* 1a* *fluxisse videtur. Idem est ac Cheltenhamensis nr.* 316. 468 (1691), *membranaceus, saec. XV. ex., Gregorii de gloria martyrum seu confessorum libros II continens, quorum et plures articuli desunt et finis desideratur. Cf. Haenel, Cat. p.* 850.

*2) *Iodocus Badius a.* 1512. *reliqua Gregorii scripta aliaque, i. e.* Beati Gregorii Turonensis episcopi Historiarum praecipue Gallicarum libri X. In Vitas Patrum fere sui temporis lib. I. De Gloria confessorum praecipue Gallorum lib. I. Adonis Viennensis episcopi sex aetatum mundi Breves seu commentarii: usque ad Carolum simpli-

1) *Delisle v. c. lectionem codicis* 5 *accuratissime exscriptam ea qua excellit liberalitate mecum communicavit:* set cum hius altitudii:::::ne Liguria — — — corneritur arceret 1. *m.;* sed cum huius aedis altitudine Liguria — — — non cerneretur arceret 2. *m.*

cem Francorum regem, *Magistro Guillelmo Parvo, Theologo, Praedicatorii ordinis et regiae confessionis auditori sapientissimo dicavit. In fronte haec leguntur:* Venundantur ab impressore Iodoco Badio et Ioanne Parvo (et Ioanne Confluentino *in exemplaribus aliis additur*). *Sunt fol. CLXXXII numerata, quae sex alia praecedunt. Fol.* 182. *clausula invenitur:* Finis . . . . auspicio et iussu honorandi patris Magistri Guilielmi Parvi ordinis praedicatorum et theologie professoris clarissimi. In aedibus Ascensianis. Anno salutis nostre M. D. XXII *(perperam pro* 1512*)* ad idus novemb. *Fol.* 101'. *Vita Gregorii ab Ioanne Aegidio Turonensi composita, fol.* 147. 148. *Vita S. Pauli primi eremitae ab Hieronymo conscripta occupant. Quae S. Pauli Vita in uno codice* 1*a** *Gregorii Miraculis subiecta est; quo Badium usum esse, postquam Molinier v. c. de hoc libro mihi retulit, pro certo habeo. Eae enim lectiones, quibus Ruinart* Bad. *vel* ed. *adscripsit, omnes in* 1*a** *reperiuntur, ubi saepe manu alia in litura scriptae sunt, et editores posteri, ut Balesdens, qui decessores fere ad verbum exscripserunt, cum* 1*a** *plerumque conveniunt. Verbi gratia caput de Ioanne Reomaense interpolatum (Gl. Conf. c.* 87*) ex alio codice nisi* 1*a** *sumptum esse non potest, atque locum illum depravatum V. Patr. XII,* 3*:* retulit ductum se ad aethera in praesentiam Domini, ibique Seraphin obumbrare maiestatem Domini, et Esaiae prophetae verba que vaticinaturus erat intimare turba circumstante Angelorum, in laudem Dei voce sedentes aetheras et in hac Seraphim obumbrare maiestatem, Esayam prophetam extenso volumine verba quae vaticinaturus erat clamare: dumque hoc *etc. ex eodem codice* 1*a** *fluxisse certum est*[1]. *Itaque in libro Vitae Patrum et in Gloria Confessorum neque principem neque reliquas editiones curavi.*

*3) Georgii Florentis episcopi Turonici de Gloria martyrum libri duo. Eiusdem Gregorii de Gloria confessorum. Opus Christianum et antiquis fidelium historiis plenum. Ex vetustis et manuscriptis codicibus Parisiis, MDLXIII. Apud Guil. Morellium typographum regium. *In fine (p.* 265*) haec exstant:* Excudebat Guil. Morelius, MDLXIII. Kal. decemb. *Liber alter de Gloria Mart. Morellii est liber de Passione S. Iuliani. Indices trium librorum volumen ducunt. Hanc quidem editionem non vidi, sed Clichtovei textum a Morellio locis quibusdam emendatum esse, Molinier v. c. me docuit. Habet enim Gl. Mart. c.* 34. Asiam, *c.* 91. altitudo ne. *Praeterea videsis quae infra de Cholino scripsi, qui vel titulum e Morellio recepit.*

*4) Historia christiana veterum patrum . . . . Laurentii de la Barre labore et industria castigata atque per ordinem digesta. Parisiis, apud Michaelem Sonnium, MDLXXXIII. *Insunt de Gloria Martyrum libri duo, i. e. Gl. Mart. et Mir. S. Iuliani, et in Gloria Confessorum.*

5) *Ex editione Laurentii de la Barre tres Miraculorum libros in Bibliothecas veterum patrum transiisse, Bordier IV, p.* 290. *scripsit.*

**a) Coloniensis a.* 1583, *tom. VI,* 2, *quam Arndt v. c. laudavit;*

b) de la Bigne, Sacrae bibliothecae sanctorum patrum tomus VII, ed. 2, *Paris.* 1589, *p.* 837*;*

**c) Coloniensis a.* 1618, *tom. VI, quam Potthast laudavit.*

6) Divi Gregorii archiepiscopi Turonensis, de Gloria Martyrum, libri duo. Eiusdem, De gloria Confessorum, liber unus. De virtutibus S. Martini, Libri IIII. Opus Christianum, et antiquis Fidelium historiis plenum. Ex vetustis et manuscriptis codicibus Coloniae. Apud Maternum Cholinum. Anno MDLXXXIII. *Cholinus typographus librum, quem repetendum curavit, 'cum certior redditus esset, Gallicanae editionis exemplaria omnia divendita', Ioanni ab Hammerstein imperialis monasterii S. Cornelii ad Indam abbati dicavit. Libros in Glor. Mart. et de Passione S. Iuliani ad verbum ex Morellio sumpsit, dum Miracula S. Martini Clichtoveo debet. Praecedunt indices libri primi et secundi et libri in Gl. Conf. Menda a Chlichtoveo in libro I.*

1) *Cf. supra p.* 475.

et II. commissa, quae supra animadverti, Cholinus evitavit, cum iam Morellius ipsa sustulisset — habet enim c. 15. Alangaviensem, *c.* 34. Asiam, *c.* 91. altitudo ne —, *sed ubi Morellius defecit, Clichtovei auctoritati fidem maximam habuit. Unde in Miraculis S. Martini vitia editionis Clichtoveanae, quae supra enumeravi, Cholinus omnia accuratissime reddidit, ut I,* 8. cum fide staret, *c.* 9. de urbe in urbem, *c.* 10. praeviantibus praeferentes, *II,* 9. Vicomadensi, *c.* 18. absente imbre aluisset. *Id tantum mutavit, quod capitibus singulis ex indicibus Clichtovei titulos inscripsit. Exstat in hac editione Gl. Conf. c.* 87. *de Iohanne, quod iam Badius receperat, et Gl. Conf. c.* 49. *pro* ecclesiam aedificavit; exinde iterum in alia villa aliud aedificavit templum Dei, utrumque tamen sanctorum *cum Badio et Morellio scripsit:* duas ecclesias aedificavit, templum Dei sanctorum *(= 1a*). Brevi Cholinus typographus Mercurium magis quam Apollinem coluit.*

7) Publicae utilitati. Divi Georgii Florentis Gregorii episcopi Turonici, operum piorum partes II. 1640. Libri diligenti opera et fide veterum Codicum exscripti, emendati et aucti. Labore et industria I. B(alesdens) in Senat. Paris. et Regia Advoc. Parisiis. Ex Typographia Iacobi Dugast, via Sancti Ioannis Bellovacensis ad Olivam R. Stephani. *Insunt parti I:* De Gloria Martyrum et Confessorum libri III; *parti II:* De Miraculis S. Martini archiepiscopi Turonensis, Libri quattuor. De Vitis Patrum, Liber unus. De septem Dormientibus in maiori Monasterio prope Turonum, Liber unus. *Est prima editio, quae omnes Miraculorum libros continet, Dominico Seguierio utriusque regii Consistorii Assessori dicata. Balesdens Cholinum exscripsit, sed nonnumquam coniectura veram lectionem restituere conatus est, ut Mir. S. Mart. II,* 9. Viromadensi, *c.* 18. abluisset *emendavit. Indices capitum, quos Cholinus editioni praefixerat, non omisit, quamquam singulis etiam capitibus titulos adscripsit. Adiecit librum Vitae Patrum ex Badio*[1]*, unde Gregorii quoque Vitam ab Iohanne Aegidio compositam, quae alteri Miraculorum parti praemissa est, hausisse videtur. Priorem Partem illa Vita praecedit, quam Odoni vulgo tribuunt.*

8) *Maxima bibliotheca veterum patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum. Lugdun.* 1677. *Tom. XI, p.* 831. *Est integra Balesdensi editio, ut iam ex titulo intelligitur:* Labore et industria I. B. in Senat. Paris. et Regia Advocat.

9) *Ruinartius p.* 713—1256, *a.* 1699, *Miraculorum quoque libros edendos curavit. Sed hac in parte minus laudandus est, cum textum a Badio et Morellio traditum locis tantum perpaucis correxerit. Librorum ordinem, qui hoc modo ortus est, quod Morellii editioni (Gl. Mart., Gl. S. Iul., Gl. Conf.) Cholinus Mir. S. Martini, Balesdens Vitam Patrum adiunxerit, religiose servavit. Supplevit quidem V. Patr. II,* 4. *ex Actis Sanctorum, sed Miracula S. Martini e codicibus interpolatis magis depravavit. Non nescio, Ruinartio codices permultos praesto fuisse, quos ipse in schedula Operibus praefixa hoc modo indicavit:*

Libros octo Miraculorum ad mss. Laudunensem, 1. 'Laud.' Bellovacensem 1. Colbertinum 1. 'Colb. a.' Varias lectiones in eodem codice, et alias Pithoei, 'Pith.' Sanbovii[2], 'SB.' Aliquot vero ex iis libris ad Regios, Colbertinum Tutela advectum, 'Colb. Tut.' Colbertinum alium, 'Colb. c.' item alium, Claromontanos 2. 'Clar. a. Clar. b.' Reginae Sueciae, nunc Card. Ottoboni, 'Rom.' Vindocinensem 1. S. Martini Turonensis, 'Mart.' Maiorismonasterii duos, 'Maim. a. et b.' S. Germani a Patris 5. Gemeticensem 1. 'Gem.' S. Victoris Paris. 'Vict.' Vaticanae biblioth. 'Vat.' S. Cornelii Compendiensis, 'Comp.' S. Vin-

1) *Id facile probari potest. Balesdens in V. Patr. XII,* 13*:* retulit — dumque hoc *cum Badio consentit, sed pro* voce sedentes aetheras et in hac *coniecit* sedentis super aethera, et ibi. *Itaque Bordier IV, p.* 296, *Balesdensum Vitam Patrum ineditam aestimasse ratus, fallitur.*

2) *Sanbovius doctor Sorbonicus e duobus codicibus varias lectiones collegit; cf. Ruinart Praef. nr.* 127. *Alter* 1a *erat; cf. Gl. Conf. c.* 21.

centii Cenomannensis. Floriacensem. S. Gatiani Turon. 'Gat.' Beccensem. et alios complures qui suis locis notantur *(= supra* $1a^{**}$. $1a^{***}$. $1a^{****}$. $1a^{*****}$. 2. 3*a*. 5. 9. 10. 11. 13*a*. 13*b*. 14*o*. 14*v*. 15*b*. 15*c*. 15*d*. 15*e*. 23. 27*a*. 27*f*. 29*b*. 29*c*. 29*d*. 32. 33. 36*c*. 36*e*. 36*f*), *sed in hac vasta congerie boni libri admodum rari sunt. Solum codicem 3a quod reperire nequivi, aegre fero. Ex adnotationibus, quas Ruinartius textui subiecit, me valde profecisse, grato animo confiteor.*

10) Bouquet, Rerum Gallicarum et Francicarum script. *II, p.* 465—470. *excerpta e Miraculis edidit.*

11) *Item Guadet et Taranne II, p.* 333—454. *ea tantum e Miraculis selegerunt, quae ad Historiam Francorum pertinent.*

12) *Migne, Patrologia latina tom. LXXI, Ruinartii editionem repetivit.*

13) 'Les livres des Miracles et autres opuscules de Georges Florent Grégoire évèque de Tours revus et collationnés sur de nouveaux Manuscrits et traduits pour la société de l'histoire de France par H. L. Bordier. Paris, Jules Renouard' 1857—1864. Tom. I —IV. *Praefatio Ruinartii (a §.* 62) *in linguam Gallicam versa tomum primum ducit. Textus fere idem ac Ruinartianus est, nisi quod nomina propria Bordier cum Parisiensibus codd., praecipue* 1*a*. 2. 5, *et cum Claromontano* (3) *contulit, quem benevolentiae Desbouis bibliothecarii debuit; cf. II, p.* 447. *Tomus quartus libros de cursu stellarum et de miraculis beati Andreae continet. Accedunt scripta quae Gregorio perperam tribuuntur, et Vita ipsius per Odonem conscripta. Testimonia virorum illustrium de Gregorio, 'Note sur les manuscrits', 'Bibliographie des oeuvres de Grégoire de Tours', quam summa diligentia Bordier composuit, subiecta sunt. Omnes Gregorii libros Miraculorum in linguam Gallicam vertit, ita ut paginam dexteram textus Latinus, vulgaris sinistram occupet.*

Ante Bordier iam M. de Marolles, s. t. 'L'histoire des François de S. Grégoire. II. Volume. La seconde partie des Histoire de S. Grégoire, évesque de Tours, contenant ses livres de la Gloire des Martyres et des Confesseurs, avec les quatre livres de la Vie de S. Martin et celui de la Vie des Pères', Paris. 1668, *Miracula in linguam francogallicam transtulerat.*

Denique vix commemorare necesse habeo, egregio Longnon v. c. opere, quod 'Géographie de la Gaule au VI[e] *siècle' inscripsit, in Miraculis Gregorii recensendis me valde adiutum esse.*

Scribebam Berolini mense Ianuario 1884. *B. Krusch.*

LIBER IN GLORIA MARTYRUM.

INCIPIUNT[a] CAPITULA.

Codices quibus usi sumus: Index 1*a**. 2. 3*.

Index. a) *tituli* 1—81. *desunt* 1*a*, *sed exstant in* 1*a**, *quem consului. Initium libri ad c.* 13. *periit* 1*b*. *Index fere totus litteris maiusculis exaratus est, ita ut versus miniati et atramento scripti varient* 2. *Index deest* 3, *ubi singulis capitibus tituli inditi sunt, quos raro consului* (3*), *cum valde contracti mutatique sint. Vitam Patrum et librum in Gloria Confessorum tantum continet* 4. b) in Betleem *m. al. add.* 2. c) a. Pictavum *m. al. add.* 2; *om.* 3*. d) ac 1*a**. e) VIIII. 2.

9. De puero[a] in igne iactato.
10. De incendio per virtutem reliquiarum[b] sanctae Mariae.
11. De Iohanne baptista et reliquias[c] eius apud Vasatensem.
12. De gemma Vasatensibus nata divinitus.
13. De reliquias sancti Iohannis apud urbem Mauriennam delatas[d].
14. De reliquias sancti Iohannis infra monasterium Sancti Martini positas[e].
15. De reliquias sancti Iohannis Alangaviense[f] vici.
16. De Iordane fluvio.
17. De aquis Levidae urbis.
18. De reliquias beatae[g] Mariae.
19. De eclesia, in qua sanctae Mariae reliquiae[h] cum Iohannis baptistae[i] infra urbem Turonicam[k].
20. De miraculis statuae apud urbem Phaniadam.
21. De Iudaeo, qui iconicam[l] Christi furavit[m].
22. De alia pictura Christi domini.
23. De fontibus Hispaniae.
24. De his qui non dederunt honorem loci illius.
25. De eo qui cultrum loci illius furavit.
26. De sepulchro Iacobi apostoli.
27. De sepulchro et basilica sancti Petri apostoli.
28. De Paulo apostolo.
29. De Iohannne euangelista.
30. De sepulchro Andreae apostoli[n].
31. De sepulchro Thomae apostoli.
32.[o] De virtute basilicae, in qua postea translatus est.
33.[p] De reliquias sancti[q] Stephani martyris[r].
34. De Bartholomeo apostolo.
35. De sancto Clemente episcopo et martyre.
36. De aqua fontis eius virtute reducta.
37. De Crisanto martyre.
38. De Panchrato[s] martyre.
39. De Iohanne martyre.
40. De christiano, qui coram pagano immolante stetit.
41. De sancto Laurentio martyre[t] et levita.
42. De Cassiano martyre.
43. De virtutibus martyrum Agricolae et Vitalis.
44. De Victore Mediolanense.
45. De effracto calice.
46. De sanctorum Gervasi, Protasi corporibus, et de[u] sancto Nazario.
47. De reliquiis sancti Saturnini.
48. De 48 martyribus apud Lugdunum passos.
49. De sepulchris sanctorum Herenei[v], Epipodii[w], Alexandri.

Index. 1a*. 2. 3*.

a) puerulo 2. b) v. s. M. r. *corr. pr. m.* v. r. s. M. 2. c) reliquiis *semper* 2. d) delatis 2. e) *sic* 1a*. 2. 3*. f) Alanviensi 1a*. g) scāe 2. h) *om.* 1a*; *superscr. m. al.* 2; in qua sunt reliquie s. M. et s. I. 3*, *ubi* i. u. T. *desunt.* i) in qua *repetita, sed pr. m. deleta* 2. k) sunt *add.* 2. l) iconiam 1a*; ico:nam 2. m) furatus est 2. n) *rubrum* De virtute basilice, ubi translatus est *inserit* 3*. o) *in textu codicum capita* 31. *et* 32. *compacta sunt.* p) *in libris mss. hic titulus post sequentem ponitur, quod correxi, cum in textu Bartholomeus Stephanum sequatur.* q) *evanuit* 1a*. r) *titulum* De ipsarum reliquiarum virtutibus *inserit* 3*. s) Pancratio 1a*; Prancatio 2. t) m. et l. *om.* 2; et l. *om.* 3*. u) *caput novum incipit* 3*. v) :irenei 1a*. w) *sic scripsi;* Hypoliti 1a*; Yppoliti 2. 3*.

Index. 1a (*cf. n.* t). 1*a**. 2. 3*.

Index. a) *titulum* De Paschasia religiosa *add.* 3*, *ubi c.* 51—104. *desunt.* b) Symforiani 2. c) sociis 1*a**. 2; *Valerianus Marcelli socius erat.* d) sc̄o *add.* 2. e) Apolinare 1*a**. f) Iciodoronensis 1*a**. g) Rocatiani 2. h) *ab* ac *c.* 60. *incipit* 1*a**. i) *sic scripsi;* Iciodorense 1*a**; Icioderense 2. k) *ab* ubi *c.* 67. *incipit* 1*a**. l) Simphorianus r. *m. al. suppl.* 2. m) Arelatensis 1*a**. n) Ferruciano 1*a**; Ferruti:one, *ras.* a 2. o) marts 2. p) Sigismundo 2. q) Auguanensibus *corr. m. al.* Augaunensibus 2. r) mār *add.* 2. s) *a* pr. *c.* 83. *incipit* 1*a**; prbtr̄ 2. t) *a* qui *incipit* 1*a*; quae 2. u) manus 2. v) *om.* 2. w) per noctem *add.* 1*a*; *om.* 1*a**. 2. x) Vincentio 1*a*; Vincencentio 2.

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT[a] LIBER PRIMUS MIRACULORUM IN GLORIA MARTYRUM BEATORUM OPERE GEORGI FLORENTI GREGORI EPISCOPI TURONICI.

Hieronimus presbiter et post apostolum Paulum bonus[b] doctor eclesiae refert[1], se ductum ante tribunal aeterni Iudicis et extensum in supplicio graviter caesum, eo quod Ciceronis argutias vel Vergilii[c] fallacias saepius lectitaret, confessumque se coram angelis sanctis ipsi Dominatori omnium, numquam se deinceps haec lecturum neque ultra tractaturum, nisi ea quae Deo digna et ad eclesiae aedificationem oportuna iudicarentur. Sed et Paulus apostolus: *Quae pacis sunt*, inquid, *sectemur et quae ad aedi-* Rom. 14,19.
ficationem invicem custodiamus. Et alibi: *Omnis sermo malus ex ore vestro non pro-* Eph. 4,29.
cedat; sed si quis bonus ad aedificationem, ut det gratiam audientibus. Ergo haec nos oportet sequi, scribere atque loqui, quae eclesiam Dei aedificent et quae mentes inopes ad notitiam perfectae fidei instructione sancta faecundent. Non enim oportet fallaces commemorare fabulas neque philosophorum inimicam Deo sapientiam sequi, ne in iudicium aeternae mortis, Domino discernente, cadamus. Quod ego metuens et aliqua de sanctorum miraculis, quae actenus latuerunt[2], pandere desiderans, non me his[d] retibus vel vinci cupio vel involvi. Non ego Saturni[3] fugam, non Iunonis[4] iram, non Iovis[5] stupra, non Neptuni[6] iniuriam, non Eoli[7] sceptra, non Aeneada bella, naufragio[e, 8]

Index 1*a*. 2. 3*. *Praef.* 1*a*. 2.

Index. a) Cartaginens 2. b) septe 1*a*. c) Hephesum 2. d) *titulos* 96. *et* 97. *inverso ordine ponit* 1*a*. e) *sic* 1*a*. 2. f) Poliocto 2. g) Agenēns 2. h) *deest* 1*a*. i) qui 3*. k) pecunia ȥ *pro* p. a. 2; p. congregavit 3*. l) 105. *corr. m. al.* 106. 1*a*.

Praef. a) *utrum* 3 *prologum habeat an non, nescius sum.* b) d. b. 2. c) Virg. 2. d) non : e : is ret. 1*a*. e) *ita* 1*a*. 2.

1) *Hieronymus, Epist. ad Eustochium* 22, *c.* 30 *(Migne, Patr. lat. XXII,* 1, *p.* 416*):* Cum subito raptus in spiritu ad tribunal iudicis pertrahor. — — Ego qui in tanto constrictus articulo vellem etiam maiora promittere, deierare coepi et nomen eius obtestans dicere: 'Domine, si umquam habuero codices saeculares, si legero, te negavi'. 2) *Cf. Gl. Conf. Prol.:* Igitur in primo libello inseruimus aliqua de miraculis Domini ac sanctorum apostolorum reliquorumque martyrum, quae actenus latuerunt. 3) *Cf. Verg. Aen. VIII,* 320. 4) *Ib. I,* 4. 5) *Ib. I,* 47*; cf. H. Fr. II,* 29*:* Iovis omnium stuprorum spurcissimus perpetratur. 6) *Cf. Verg. Aen. I,* 126. 7) *Ib. I,* 141. 8) *Ib. I,* 102 *sqq.*

vel regna commemoro. Taceo Cupidinis[1] emissionem, non Ascanii[2] dilectionem emeneosque[a. 3], lacrimas[4] vel exitia[5] saeva Didonis, non Plutonis[b] triste[6] vestibulum, non Proserpinae[7] stuprosum raptum, non Cerberi[8] triforme caput, non revolvam Anchisae[c. 9] colloquia, non Itachis[d. 10] ingenia, non Achillis[11] argutias, non Senonis[12] fallacias. Non ego Laguonthe[e. 13] consilia, non Amphitrionidis[f. 14] robora, non Iani[15] conflictus, fugas vel obitum exitiale proferam. Non Eomenidum[16] variorumque monstrorum formas exponam, non reliquarum fabularum commenta, quae hic auctor[17] aut finxit
cf. Matth. 7, 26. mendacio aut versu depinxit heroico. Sed ista omnia tamquam super harenam locata et cito ruitura conspiciens, ad divina et euangelica potius miracula revertamur. Unde
Ioann. 1, 1–3. Iohannis euangelista exorsus est, dicens: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta*
ib. 14. *sunt, et sine ipso factum est nihil.* Et deinceps ait: *Et Verbum caro factum est et habitavit in nobis, et vidimus gloriam eius, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratia*
Mich. 5, 2. *et veritate.* Quod autem in Bethlem[g] nasciturus erat, ita ait propheta: *Et tu, Bethlem Eufratha, non es minima in milibus Iuda. Ex te enim prodiet[h] rex, qui regat popu-*
Ioann. 1, 49. *lum meum Israhel.* Hoc enim et Nathanahel ille a[i] Chana Galileae dixit: *Rabbi, tu*
Luc. 2, 29. 30. *es filius Dei, tu es rex Israhel.* Ipse est et salus mundi, de quo et ille Symeon ait: *Nunc dimittis, Domine[k], servum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum.*

1. Nato ergo domino nostro Iesu Christo secundum carnem in Bethlem oppido in diebus Herodis regis iuxta fidem euangelicam, magi ab oriente venerunt Hierusolymis[a],
Matth. 2, 2. dicentes: *Ubi est qui natus est rex Iudaeorum? Vidimus enim stellam eius in oriente et venimus adorare eum,* et reliqua.

Est autem in Bethlem puteus magnus[18], de qua[b] Maria gloriosa aquam fertur hausisse[c]. Saepius aspicientibus miraculum inlustre monstratur, id[d] est stella ibi mundis corde, quae apparuit[e] magis, ostenditur. Venientibus devotis ac recumbentibus super os putei, operiuntur lenteo capita eorum. Tunc ille, cuius meritum obtenuerit, videt stellam ab uno pariete putei super aquas transmigrari[f] ad alium in illo modo, quo solent super caelorum circulo[g] stellae transferri. Et cum multi aspiciant[h], ab illis tantum[i] videtur, quibus est mens sanior. Nonnullos vidi, qui eam adserebant se vidisse. Nuper autem diaconus noster retulit, quod cum quinque viris aspexit, sed duobus tantum apparuit.

2. Dominus igitur noster Iesus Christus in adsumpta carne de virgine multa populis miracula est dignatus ostendere. Haustos enim latices in vini sapore[a] convertit, caecorum oculis, depulsa nocte, lumen infudit, paralyticorum gressus, ablata debilitate,

Praef. 1*a.* 2. *Capp.* 1–2. 1*a.* 2. 3.

Praef. a) imineasque *corr. al. m.* imeneasque 2. b) Platonis 1*a.* 2. c) Ancises 1*a.* d) Icachis *corr. m. al.* Itachi 2. e) Lagoonthe 2. f) Anphytrionidis 1*a.* g) Bethleem *semper* 2. h) prodiit 1*a.* i) d. a. C. G. 2. k) s. t. D. 2.

Cap. 1. a) Hierosolimis 2; Ierosolimis 3. b) *sic* 1*a.* 2. c) ubi *add.* 2. *p.* d) idem enim st. 3. e) m. a. 3. f) trāmigrare 3. g) circulos 2; t. st. 3. h) aspiciunt? 3. i) tamen 2.

Cap. 2. a) soporo 3.

1) *Ib. I,* 695. 2) *Ib. I,* 718. 3) *Ib. IV,* 316. 4) *Ib. IV,* 413. 5) *Ib. IV,* 705. 6) *Ib. IV,* 243; *VI,* 548 *sqq.* 7) *Ovid. Met. V,* 395. 8) *Verg. Aen. VI,* 417. 9) *Ib. VI,* 687 *sqq.* 10) *Ib. II,* 44. 11) *Ib. II,* 29. 12) *Ib. II,* 195. 13) *II,* 41. 14) *Ib. VIII,* 214 *sqq.* 15) *De Iani obitu exitiali nihil constat; nescio an* Turni *scribendum sit.* 16) *Verg. VI,* 280. 17) *Scil. Vergilius, sed Proserpinae stuprosum raptum Ovidius cecinit.* 18) *Cuius putei Gregorius quoad sciam primus mentionem fecit. Cisterna, quae Ruinartii tempore peregrinis ostendebatur, iam in cod. Bern. nr.* 46. *commemorata est:* Cisterna. Inde ad capellam presepis Christi est cisterna, in quam dicitur stilla cecidisse, que magos illuc duxerat; *cf. Tobler, 'Topographie von Ierusalem', II, p.* 467.

direxit, febres aegrotantium, fugato ardore, restinxit[a], ydropicum, conpraesso tumore, sanavit, lepram discedere sacri oris virtute mandavit[b], mulierem[c] daemonio inclinatam, invidentibus Iudaeis, erexit; super aquas vero, non dehiscentibus[d] aquis, incessit, profluvium mulieris tactu fimbriae salutaris avertit[e]. Multa quidem et alia fecit, quae sacra euangeliorum narrat historia. Tamen cum multos salubri caelestique mandato restaurasset ad vitam, tres ab infernali morte reductos vitae restituit, id est archisynagogi[1] filiam resuscitavit in domo, unicum[2] viduae surgere iussit ad portae[f] egressum et Lazarum[3] vocavit ex monumento.

3. Igitur Iudaei furore succensi, falsis accusationibus circumdantes Iustum, tradiderunt morti et crucis adfixione damnaverunt. Quem Deus pater suscitavit a mortuis tertia die, solutis[a] doloribus mortis[b], quoniam inpossibile erat eum apud inferos reteneri, sicut ait apostolus Petrus[4]. Post haec promittens Paraclytum et imbuens caelestibus doctrinis apostolos[c], victor ascendit ad caelos, venturumque se ad iudicandum, angelis testantibus, repromittens, dicente apostolici actus historia: *Hic Iesus, qui receptus est* Act. 1, 11. *a vobis, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in caelum.*

4. Post admirabilem igitur dominicae ascensionis gloriam, quae[a], contrito diabolicae[b] malignitatis capite, mentes fidelium ad contemplanda[c] caelestia animavit, sancti apostoli domini et Salvatoris nostri cum beata Maria, matre eius, in unam[d] congregati domum, omnia ponebant in medio; nec quicquam suum aliquis esse dicebat, sed unusquisque cuncta possedebat in caritate, sicut sacer apostolicae actionis[e] narrat stilus[5]. Post haec dispersi sunt per regiones diversas ad praedicandum verbum Dei.

Denique impleto beata[f] Maria huius[g] vitae cursu, cum iam vocaretur a saeculo, congregati[h] sunt omnes apostoli de singulis regionibus ad domum eius. Cumque audissent, quia esset adsumenda de mundo, vigilabant cum ea simul; et ecce dominus Iesus advenit[i] cum angelis suis, et accipiens animam eius, tradidit Michahelo[k] angelo[6] et recessit. Diluculo autem levaverunt apostoli cum lectulo[l] corpus eius posueruntque[m] illud in monumento et custodiebant eum, adventum Domini praestolantes. Et ecce iterum adstetit eis Dominus, susceptumque corpus sanctum in nube deferri iussit in paradiso, ubi nunc resumpta anima cum electis eius exultans, aeternitatis bona nullo occasura fine perfruetur.

5. Crux dominica, quae ab Helena augusta reperta est Hierusolymis, ita[a.7] quarta et sexta feria adoratur. Huius reliquias et merito et fide Helenae conparanda regina Radegundis expetiit ac devote in monasterium Pictavensim[b], quod suo studio constituit[c],

Capp. 2—5. 1*a*. 2. 3.

Cap. 2. a) restrinxit 3; restrixit *p*. b) sanavit 3. c) a *add.* 3. d) discissentibus 3. e) evertit 3. f) portam et L. 3.

Cap 3. a) soluti 1*a*, *corr. m. al.* b) mortuis 3. c) apostolis 1*a*.

Cap. 4. a) quo 3. b) *om.* 2. c) contemplandam 3. d) unum 3. e) n. a. 3; a. *m. s. XII. superscr.* 2. f) beatae Mariae 3. g) cursum h. v. 3. h) c. s. *om.* 3. i) venit 2. k) Michael 2; Michaeli 3. l) lecto 1*a*. m) et posuerunt 2.

Cap. 5. a) sita 2. b) Pictavense 2; Pictavensium 3. c) constituerat 3.

1) *Luc.* 8, 41. 2) *Luc.* 7, 12. 3) *Cf. Ioann.* 12, 17. 4) *Act.* 2, 24. 5) *Cf. Acta* 4, 34. 6) *Gregorius libello Pseudo-Melitonis de transitu Mariae (Bibl. Max. Patr. II,* 2, *p.* 214*) usus est:* Et haec dicens Dominus tradidit animam sanctae matris nostrae Mariae Michaeli archangelo suo. — — Et posuerunt eam in monumento novo et clauserunt sepulchrum. — — Et statim cum haec dixisset Dominus, elevatus in nube receptus est in coelum, et angeli cum eo, deferentes beatissimam Dei genitricem Mariam in paradisum Dei. 7) *De cruce dominica ab Helena reperta v. Rufin. X, c.* 8*; Sulpic. chron. II, c.* 34*; Theodosius, De terra sancta c.* 5*; Greg. H. Fr. I, c.* 36.

collocavit[1]; misitque pueros iterum Hierusolymis ac per totam Orientis plagam[2]. Qui circumeuntes sepulchra sanctorum martyrum confessorumque, cunctorum[a] reliquias detulerunt, quas in arca argentea cum ipsa cruce sancta locatas, multa exinde miracula conspicere meruit.

De quibus illud primum exponam, quod ibidem Dominus in diebus passionis suae dignatus est revelare. Sexta feria ante sanctum pascha, cum in vigiliis sine lumine pernoctarent, circa horam tertiam noctis apparuit ante altare lumen parvulum in modum scintillae; deinde ampliatum, huc illucque comas fulgoris spargens, coepit gradatim in alto[b] conscendere, effectaque pharus magna obscurae nocti vigilantique plebicula[c] lumen praebuit supplicanti. Inlucescente quoque caelo paulatim deficiens, data terris luce, ab oculis mirantum evanuit.

Ego autem audiebam saepius, quod etiam lychni, qui accendebantur ante haec pignora, ebullientes virtute divina, in tantum exundarent oleum, ut vas subpositum plerumque replerent; et tamen iuxta stultitiam mentis durae numquam ad haec credenda movebar[d], donec brutam segnitiem ipsa[e] ad praesens, quae ostensa est virtus, argueret.

Ideoque quae oculis propriis viderim, explicabo. Causa devotionis extetit, ut[f] sepulchrum sancti Helari[g] visitans, huius reginae adirem[h] colloquia. Ingressusque monasterio[i], consalutatam reginam, coram adoranda cruce ac sacris beatorum prosternor pignoribus. Denique, oratione facta, surrexi. Erat enim ad dexteram lychnus accensus, quem cum stillis frequentibus defluere[k] conspexissem, testor Deum, quia putavi, quasi vas esset effractum, quia erat ei[l] conca subposita, in qua oleum defluens decidebat. Tunc conversus ad abbatissam, aio: 'Tantane te retenet mentis ignavia, ut integrum cicendile laborare non possis, in quo oleum accendatur, nisi effractum quo[m] defluat ponas?' Et illa: 'Non[n] est ita, domine mi, sed virtus est crucis sanctae[o], quae cernis'. Tunc ego ad me reversus et ad memoriam revocans quae prius audieram, conversus ad lychnum[p], in modum ollae ferventis magnis fluctibus exundare ac per horam ipsam, undis intumescentibus, superfluere et, ut credo, ad incredulitatem meam arguendam magis ac magis augeri, ita ut in unius horae spatio plus quam unum sestarium redderet[q] vasculum, quod quartarium non tenebat[r]. Admiratusque silui ac virtutem adorandae crucis deinceps praedicavi.

Puella quaedam Chrodigildis[s] nomine, dum post mortem patris in urbem[t] Cenomanicae[u] territurio resederet, oculorum amissione multatur. Postquam autem ex iussione Chilperici[v] regis, adhuc beata Radegundae[w] regina superstite, ad antedicti monasterii transmisisset[x] regulam, ipsa[y] beatissima ostendente, ante sanctam prosternitur[z]

Cap. 5. 1*a*. 2. 3.

Cap. 5. a) multorum 3. b) altum (3). c) plebeculę 2. d) monebar 3. e) ad p. i. 2. f) in *corr. m. al.* ut 1*a*. g) Hilarii 2; Ylarii 3. h) adire 1*a*. i) monasterium 2. 3. k) *m. al. superscr.* 2; *om.* 3. l) *om.* 3. m) quod 3. n) Ne 1*a. p.* o) sancta quam 3; qua 2, *corr. m. al.* p) lignum *saepe* 3; vidi *m. al. add.* 2. q) rediret 1*a*. r) tenebatur 3. s) Chrodechildis 2. t) urbis (2. 3). u) Cinomanicae 2; Cenomannicae 3. v) Childerici 1*a*, *corr. m. al.* w) Radicunde *corr.* Radegunde 2; Raddegundis 3. x) *m. al. corr.* transmissa fuisset 2; *quod idem valet.* y) ipsam beatissimam 3, *corr.* z) *om.* 3.

1) *De monasterio S. Crucis Pictaviensi a Radegunde condito cf. Greg. H. Fr. III*, 7, *et praecipue IX*, 40*:* Tempore vero Sygiberthi (*a.* 561—575), postquam Maroveus episcopatum urbis adeptus est, acceptis epistulis Sygiberthi regis, pro fide ac devotione Radegundis beatae in partes Orientis clericos distinat pro dominicae crucis lignum ac sanctorum apostolorum ceterorumque martyrum reliquiis. Qui euntes detulerunt haec pignera. *Cf. Vitam S. Radegundis a Baudonivia conscriptam* §. 18 *(ed. Mabillon, AA. SS. saec. I, p.* 331*). Monasterium tempore revolutionis publicatum iam religiosae hospitalitae occupant; v. Longnon p.* 564. 2) *Reovalem presbyterum cum aliis iterum Hierosolymas misit, qui iam antea S. Mammetis reliquias transtulerat; cf. V. S. Radeg. auct. Baudonivia* §. 15. 20 *(ed. Mabillon, p.* 330. 331*); Greg. H. Fr. IX,* 40.

arcam; ibique cum reliquis sanctaemonialibus vigilias explicans, dato mane hisdem discedentibus, prostrata[a] solo in eodem[b] loco quievit, apparuitque ei per visum, quasi aperiret[c] aliquis oculos eius, et unum sanitati redditum, dum cum alio laboraret, subito ad[d] ostii reserati sonum expergefacta, unius oculi lumen recepit. Quod non ambigitur, haec per crucis virtutem fuisse praestitum. Inergumini, clodi et alii quoque infirmi persaepe[e] in hoc loco sanantur. Actenus hinc.

Speciosi autem omnique[f] metallo nobiliores dominicae crucis clavi, qui beata membra tenuerunt, ab Helena regina post ipsius sacrae[g] crucis inventione[h] reperti sunt; et de duobus quidem frenum[1] imperatoris munivit, quo[i] facilius, si adversae gentes restitissent principi, hac virtute fugarentur. De quibus non est ignotum Zacchariam[k] vaticinasse prophetam: *Erit*, inquit, *quod in os equi ponitur, sanctum Domini.* Zach. 14, 20.

Eo enim tempore Adriaticum mare[l] magnis fluctibus movebatur, in quo tam frequentia erant naufragia ac dimersio hominum, ut vorago navigantium diceretur. Tunc provida regina, condolens excidia[m] miserorum, unum ex quattuor[2] clavis deponi iubet in pelago, confisa[n] de Domini[o] misericordia, quod saevas fluctuum commotiones facile possit[p] obpraemere. Quo facto, redditur mare quietum, tranquillaque deinceps navigantibus flabra praestantur. Unde usque hodie nautae sanctificatum mare veneranter cum ingressi fuerint, ieiuniis orationibusque[q] et psallentio vacant.

Clavorum[r] ergo dominicorum gratia quod quattuor fuerint, haec est ratio. Duo sunt adfixi in palmis et duo in plantis; et quaeritur, cur plantae adfixae sint, quae in cruce sancta dependere visae sint potius quam stare? Sed in stipite erecto foramen factum manifestum est. Pes quoque parvulae tabulae in[s] hoc foramen insertus est; super hanc vero tabulam tamquam stantis hominis sacrae adfixae sunt plantae.

Quaeritur etiam, quid de his clavis fuerit factum. Duo sunt, quae[t] supra diximus, aptati in freno, tertius proiectus in fretum[u], quartum adserunt esse defixum in capite[v] statuae Constantini, quae civitati, ut aiunt, totae excelsior esse suspicetur, scilicet ut tota cui eminet munitionem salutis quodadmodo galea coronata est. Magnam adserunt virtutem[w] esse huius freni, quod ambigeri[x] nequaquam potest; quod Iustinus imperator publicae expertus[y] ac suis omnibus patefecit. Inlusus enim a quodam mago propter pecuniam emissam, quae sibi daemonis umbra intolerabilis per duarum curricula noctium sustenuisset insidias; sed cum tertia nocte frenum capiti[z] collocasset, locum insidiandi inimicus ultra non habuit, repertumque auctorem insidiarum gladio[a] perculit.

Nobis vero, quae sit virtus ligni huius, hoc modo manifestum est. Advenit quidam, qui nobis pallulam holosiricam valde vetustam exhibuit, dicens, ab hac Hierusolymis crucem Domini involutam fuisse. Quod cum apud rusticitatem nostram incredibile haberetur[b], ac rimaremur sollicitae, unde ei tanta[c] ibidem fuisset gratia, ut ista meru-

Cap. 5. 1*a*. 2. 3.

Cap. 5. a) prostita 1*a*, *corr. m. al.* b) edem 3. c) aperuisset 2; q. a. o. e. tangens 3. d) r. ad o. 3. e) saepe 3. f) omniūque 1*a*. *p*. g) sc̄ae̅ 3. h) *ita* 2. 3. i) quod 3. k) *sic* 1*a*. l) *superscr. m. al.* 2. m) excidium 3. n) confidens 3. o) dī 2. p) posset 2. 3. q) i. et o. 3. r) *c.* 6. *incipit* 1*a*. s) in h. foramine *superscr. m. al.* 2. t) ut 2. *p*; quos (3). u) fretu 1*a*. v) capud 3. w) h. f. e. v. 3. x) *ita* 1*a*; ambigi 2; ambiger: 3. y) est *add.* (3); *superscr. m. al.* 2. z) capite 3, *corr.* a) *om.* 3. b) iudicaretur 3. c) i. t. 3.

1) *Cf. Theodoreti H. eccl. I*, 17 *(Migne, Patr. Gr. LXXXII, p.* 960*):* Οὕτω δὴ τοῦ βασιλέως ἡ μήτηρ μαθοῦσα τὸ ποθούμενον, τῶν ἥλων τὰ μὲν εἰς τὸ βασιλικὸν ἐνέβαλε κράνος, τῆς τοῦ παιδὸς κεφαλῆς προμηθουμένη, ἵνα τὰ τῶν πολεμίων ἀποκρούηται βέλη· τὰ δὲ τῷ τοῦ ἵππου ἀνέμιξε χαλινῷ, καὶ ἀσφάλειαν μηχανωμένη τῷ βασιλεῖ, καὶ παλαιᾷ προφητείᾳ πέρας ἐπιτιθεῖσα· πόῤῥωθεν γὰρ Ζαχαρίας ὁ προφήτης ἐβόα· „Καὶ ἔσται τὸ ἐπὶ τῷ χαλινῷ τοῦ ἵππου ἅγιον τῷ κυρίῳ παντοκράτορι“. *Cf. Ambros., De obitu Theodosii oratio, c.* 47. *(Migne, Patr. lat. XVI, p.* 1401*).* 2) *Ioannes Ant. Lib. XIII:* μετὰ τῶν πέντε ἥλων.

isset, cum sciamus, in tempore, quo sacrum[a] hoc lignum adoratur, non solum exinde nihil quemquam mereri, sed etiam inportunius accedentem[b] verberibus arceri, respondit: 'Quando', inquit, 'Hierusolymis abii, Futen[1] abbatem repperi, qui[c] magnam cum Sophia augusta[2] gratiam habuit; huic enim omnem Orientem quasi praefectum[d] commiserant. Huic[e] me subdidi, et cum ab Oriente regrederer, ab hoc et sanctorum pignora et hanc pallam, de qua eo tempore sancta crux involvebatur, accepi'. Postquam mihi vir ille retulit et hanc mihi[f] pallam tradidit[3], praesumpsi, fateor, eam[g] abluere et frigoriticis potum dare; sed mox, opitulante virtute divina, sanabantur. Scindebam etiam[h] exinde plerumque particulas et dabam religiosis pro benedictione. Uni vero abbati partem divisi, qui post duos ad me annos rediens, cum sacramento adseruit[i], duodecim ab ea inergu-minos, tres caecos duosque paralyticos fuisse sanatos. Muto cuidam ipsam pallam in os posuit, sed cum dentes linguamque[k] eius attigit, statim vocem eloquiumque restituit.
Marc. 11,24. Quod[l] nos fideliter credere, ipsa Domini promissio inlicet[m], dicens: *Omnia, quaecumque petieritis in nomine meo, credite, quia accipietis, et venient[n] vobis.*

6[a]. De lancea[4] vero[b], harundo[c. 5], spungia, corona spinea[d], columna, ad quam verberatus est Dominus et redemptor[e] Hierusolymis. Ad hanc vero columnam multi fide pleni accedentes, corrigias textiles faciunt eamque circumdant; quas[f] rursum pro benedictione recipiunt, diversis infirmitatibus[g] profuturas.

Ferunt etiam, ipsas coronae sentes quasi virides apparere; quae tamen si videatur[h] aruisse foliis, cotidie tamen revirescere virtute divina.

Prodit et[i] ex monumento[6], quo dominicum[k] iacuit corpus, mira virtus, quod saepius terra naturali candore radiante repletur, et exinde iterum ablata aqua[l] conspergitur, de qua turtolae parvulae formantur ac per diversis[m] mundi partibus transmittuntur; de quibus plerumque infirmi sanitates hauriunt. Illud est trepudiabile, quod saepissime accessus serpentium vitant. Sed quod[n] ego temerarius de his loqui audeo, cum fides reteneat, omne quod sacrosanctum corpus attigit esse sacratum?

7. De tunica vero beati corporis non consuta, desuper contexta per totum, quod iuxta Davitici[7] vaticinium sub sorte iacuerit[a], fides euangelica pandit. Ait enim:
Ioh. 19, 24. *Partiti sunt vestimenta mea sibi et in vestem[b] meam miserunt sortes.* De hac vero inmaculati Agni tunica quae a quibus[c] audivi silere nequeo. Ferunt autem[d] in civitatem

Capp. 5—7. 1*a*. 2. 3.

Cap. 5. a) sacro *corr. m. al.* sacrum 1*a*. b) accend. 3. c) quia magna 3. d) *ita* 1*a*. 2. e) cui 2. f) p. m. 2. g) a. eam 2. h) enim 3. i) adserens 3. k) que *superscr. m. al.* 2. l) Sed hoc f. 3. m) inlicit 2; indicat 3. n) veniet 3.

Cap. 6. a) 7. 1*a*. b) *om.* 2. c) hac *add.* 3. d) et *add.* (3). e) noster *add.* 3. f) quia 3. g) infirmitates 2, *corr.* h) videantur (3). *p.* i) *superscr. m. al.* 2. k) divinum 2. l) quo (*corr.* qua) *add.* 3. m) *ita* 1*a*. 3. n) quid 2.

Cap. 7. a) *sic* 1*a*. 2. b) vestae mea mea 3. c) quibusdam 2. d) ::eam, *ras.* et? 2; etiam 3.

1) *Quis ille abbas fuerit, ignoro. R.* 2) *Iustini iunioris uxor.* 3) *V. Fortun. Carm. II,* 3*:*

Pallia nam meruit, sunt quae cruce textile pulchra,
Obsequiisque suis crux habet alma cruces,
Serica quae niveis sunt agnava blattea telis,
Et textis crucibus magnificatur opus.

4) *Cf. Theodosius, De terra sancta, c.* 6*:* Columna, quae fuit in domo Caiphae, est modo in sancta Sion. — — Et est ibi in media basilica corona spinea. — — Et ibi est lancea. 5) *Cf. Antoninus Martyr, De locis sanctis c.* 20 *(Itin. Hieros. ed. Tobler et Molinier I, p.* 102*):* Etiam ibi *(in basilica Constantini)* est spongia et canna, de quibus legitur in euangelio, de qua spongia aquam bibimus. 6) *Cf. Theodosius, De terra sancta, c.* 2*:* In medio civitatis est basilica. A parte occidentis intras in sanctam resurrectionem, ubi est sepulchrum domini nostri Iesu Christi. 7) *Ps.* 21, 19.

Galateae[a. 1], in basilica quae Ad sanctos archangelos vocitatur retenere. Est enim haec civitas ab urbe Constantinopolitana quasi milibus 150, in qua basilica est cripta abditissima; ibique in arca lignea hoc vestimentum habetur inclausum. Quae arca a devotis atque fidelibus cum summa diligentia adoratur, non inmerito digna, quae hoc vestimentum retinet[b], dominicum corpus vel contingere meruit[c] vel velare[d].

8. Maria vero gloriosa[a] genetrix Christi ut ante partum ita virgo creditur et post partum, quae, ut supra diximus[2], angelicis choris canentibus, in paradiso[b], Domino praecedente[c], translata est. Cuius basilica[3] ab imperatore Constantino admirabili opere fabricata[d] renidet, ad quam adductae colummae, cum prae magnitudine levare non possint[e], eo quod esset circuitus earum sedecinum pedum, ac diebus singulis casso labore fatigarentur, apparuit artifici sancta virgo per visum, dicens: 'Noli maestus esse; ego enim tibi ostendam, qualiter hae quaeant elevari[f] columnae'. Et ostendit ei, quae aptarentur machinae, qualiter suspenderentur trocleae atque funes, extenderentur[g] officia, illud addens: 'Coniunge tecum tres pueros de scolis, quorum hoc adiutorium possis explere'. Quo[h] cum ille evigilans quae praecepta fuerant coaptasset, vocatis tribus pueris ab scolis, erexit summa velocitate columnas. Praestitum est populis expectare miraculum admirandum, ut, quod multitudo virorum fortium levare nequiverant, tres pueruli[i] absque virtute perfecti operis sublevarent. Huius festivitas[k] sacra mediante mense undecimo[4] caelebratur. Ian. 18.

Nam in oratorio Marciacensis[l. 5] domus Arverni territurii eius reliquiae contenentur. Adveniente vero hac[m] festivitate, ego ad caelebrandas vigilias eum[n] accessi. Cumque per obscuram noctem properarem[o] oratorium, suspicio a[p] longe per fenestras ita inmensam[q] claritatem effulgere, ut putaretur ibi multitudo lignorum[r] ac cereorum esse accensa. Credens igitur, quod aliqui devotorum iam nos ad celebrandas vigilias praecessissent[s], accedo ad ostium, pulso nec quemquam invenio, repertumque ostium clave munitum, cuncta silentio data deprehendo. Quid plura? Transmittimus ad custodem, cui tunc erat observandi cura[t], ut scilicet ostium, clave exhibita, reseraret. Dum autem ille venit, nos accendimus a foris cereum. Interea aperitur sponte et[u] ostium; ingressisque nobis, credo a caligine peccatorum[v] meorum, claritas, quam admirabamur a foris, apparente cereo nostro, discessit; nihil tamen praeter virtutem gloriosae virginis aliud penitus videre potuimus, unde claritas illa fuisset exorta.

Capp. 7—8. 1*a*. 2. 3.

Cap. 7. a) Galatae 1*a*, *corr. m. al.*; Galaciae 3; Galathe *p*. b) quod *add.* 2. *p*. c) potuit 2. d) valere 3, *corr.*

Cap. 8. a) Dei *add.* 3. b) paradisum 2. c) ducente, *in marg. m. al.* al. p̄cedente 2. d) fabrica 1*a*, *corr. m. al.* e) *sic* 1*a*. 3. f) c. e. 3. g) ostenderentur 3. h) *sic* 1*a*. 2. i) puero *corr.* pueri 3. k) festivitatis 3, *corr.* l) Marciacinsis 2, *corr.* m) *in marg. suppl.* 2; hanc 3. n) *om.* 2. 3. o) ad *add.* 2. p) a. l. *om.* 2. q) inmensa claritate 3. r) *sic* 3. *p*. s) advenissent *in marg. corr.* p̄cessisent 2. t) custodia *in marg. corr.* cura 2. u) *om.* 3. v) m. p. 2.

1) *Fredegario teste (lib. IV, c. 11) tunica Iesu Christi a.* 30. *Gunthramni* (= 590. *p. Chr.*) *'in civitatem Zafad procul a Hyerusolima in arca marmorea' inventa est, unde a Gregorio Antiocheno, Thoma Hierosolymitano, Iohanne Constantinopolitano episcopis Hierosolymas translata est. Galateam pro provincia Galatia accipiendam esse, Ruinart censuit, sed Gregorius oppidum intellexit, quod Bordier Galatz esse coniecit.* 2) *Cap.* 4. 3) *Cf. Theodosius, De terra sancta,* c. 11*:* Et ibi *(scil. in valle Iosaphat)* est basilica sanctae Mariae, et ibi est sepulchrum eius. 4) Mariae virginis depositio *in Calendario Corbeiensi et in Lectionario Luxoviensi die* 18. *Ianuarii colitur, quibuscum Gallicanae ecclesiae Martyrologia vetusta consentiunt; cf. Mabillon, De liturg. Gall. II, p.* 118*; Piper, 'Karls d. Gr. Kalendarium', p.* 60. 5) *Marsat (Puy-de-Dôme, arr. et cant. Riom), ubi etiamnum ecclesia 'Notre-Dame de l'Annonciation' exstat; cf. Longnon, p.* 504.

536—552. 9. Quid igitur in Oriente actum[a] fuerit[1], ad conroborandam fidem catholicam non silebo. Iudaei cuiusdam vitrarii[2] filius, cum apud christianos pueros ad studia litterarum exerceretur, quadam die, dum missarum festa[3] in basilica beatae Mariae celebrarentur, ad participationem gloriosi corporis et sanguinis dominici cum aliis infantibus infans Iudaeus accessit. Quod sanctum[4] adsumptum, gaudens ad domum patris revertitur; illoque operante, inter amplexos et oscula[b] quae acceperat cum gaudio refert. At ille Christo domino ac suis legibus inimicus ait: ‘Si cum his infantibus communicasti, oblitus paterna pietate, ad ulciscendam Moysaicae legis iniuriam parricida in te durus exsistam’. Et adprehensum puerum in os fornacis ardentis proiecit[5], adiectaque ligna, quo vehementius exureretur, insistit. Sed non defuit illa misericordia, quae tres quondam[c] Hebraeos pueros[6] Chaldaico in camino proiectos nube rorolenta resperserat. Ipsa enim et hunc inter medios ignes, prunarum moles iacentem prorsus consumi non patitur. Licet[d] cum[e] audisset mater, quod scilicet filium communem pater deliberasset exurere, cucurrit ad liberandum eum. Sed cum vidisset incendia ab ore fornacis patulo, huc[f] sive illuc[g], flamma dominante, respergi, ornatum capitis ad terram proiecit, diffusaque caesarie, se miseram clamitans, civitatem vocibus impletur[h]. Quod cum christiani, quid actum fuerat, didicissent[i], concurrunt omnes ad tam iniquum spectaculum, retractisque ignibus ab ore fornacis, inveniunt puerum quasi super plumas mollissimas[k] decumbentem. Quo extracto, admirantur omnes inlaesum; clamoribus[l] locus ille repletur, et sic Deum[m] omnis populus benedicit. Conclamant etiam, ut auctorem huius sceleris in ipsas proicerent flammas. Proiectum[7] autem ita totum ignis absorbuit[n], ut vix de ossibus eius parvum quodammodo relinqueretur indicium. Interrogantes autem infantulum christiani, quale ei inter ignes fuisset umbraculum, ait: ‘Mulier[o, 8], quae in basilicam illam, ubi panem de mensa accepi, in cathedra resedens, parvulum in sinu gestat infantem, haec me pallio suo, ne ignis voraret, operuit’. Unde indubitatum est, beatam ei Mariam apparuisse. Agnitam ergo infans fidem catholicam, credidit in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, ac salutaribus aquis ablutos[p] una cum genetrice sua denuo sunt renati[9]. Multi Iudaeorum exemplo hoc in urbe illa[q] salvati sunt.

Monasterium[r] valde magnum in Hierusalem[10] non modicam habens congregationem, in quo tam[s] loco devotio populi[t] saepe plurima confert, verum etiam ab imperatoris iussu ibi non minima largiuntur. Accidit autem quodam tempore, ut prae[u] paenuria

Cap. 9. 1*a*. 2. 3.

Cap. 9. a) f. a. 2. b) gaudia 2. c) p. q. H. 2. d) *om.* 2. e) autem *add.* 2. f) *om.* 1*a*. 2. g) illic 1*a*, *corr.* h) impleretur 1*a*, *corr.*; implet 2. i) didicisset 2, *corr. m. al.* k) mollisismas 3. l) clamoribusque (3). m) Dnm̄ 2. *p.* n) obs. 2, *corr. m. al.* o) illa *add.* 2. p) abluto 1*a*. q) *om.* 2. r) c. 10. *incipit* 1*a*. 2; *sed index obstat;* est *add.* (3). *p*; *superscr. m. al.* 1*a*. 2. s) *sic scripsi;* in quodam 1*a*. 2. 3. 5. t) p. n̄ solum saepe, *m. al.* n̄ *superscr.* 2. u) per penuriam 3.

1) *Eadem Evagrius Schol., Hist. eccl. IV,* 26 *(Migne, Patr. Gr. LXXXVI,* 2, *p.* 2770*) narravit. Miraculum in urbe Constantinopolitana tempore Menae episcopi (*536—552*) factum est.* 2) *Cf. Evagr. l. l.:* Ὅπερ ἐπειδὴ γέγονεν, ἡλίσθη μετὰ τῶν παίδων ὑαλουργοῦ παῖς, Ἑβραίου τὴν δόξαν. 3) *Ita etiam infra c.* 13*:* missarum agit festa. 4) Sanctum *pro eucharistia accipitur.* 5) *Cf. Evagr. l. l.:* Ὁ δὲ φύσας, θυμωθεὶς καὶ μηνίσας, ἐν τῷ πνιγεῖ τῶν ἀνθράκων ἔνθα τὴν ὕαλον ἐμόρφου. 6) *Daniel III,* 50. 7) *Evagrio teste pater Iustiniani iussu in Sycensi suburbio cruci suffixus est.* 8) *Cf. Evagr. l. l.:* Ὃς ἀνερωτώμενος ὅπως ἀπαθὴς μεμενήκει, γυναῖκα ἔφη, πορφυρᾶν ἀμπεχομένην ἐσθῆτα συχνὰ φοιτῶσαν παρ᾽ αὐτὸν, ὕδωρ ὀρέγειν, καὶ τούτῳ τοὺς πλησιάζοντας τῶν ἀνθράκων κατευνάζειν, σιτίζειν τε αὐτὸν ὁσάκις πεινῴη. 9) *Cf. Evagr. l. l.:* Ὅπερ ἐπειδὴ ἐς Ἰουστινιανὸν ἠνέχθη, τὸν μὲν παῖδα καὶ τὴν μητέρα τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας φωτισθέντας ἐκλήρωσε. 10) *S. Mariae.*

aegestatis valde eis victus necessaria[a] defecerant. Congregatio enim[b] garrula monachorum, cum una atque alia die refectionis alimoniam[c] non caperet[d], vociferant ad abbatem, dicentes: 'Largire cibos, aut permitte discedere unumquemque in loco, quo vitam propagare[e] possit, alioquin nec te consulto abscedimus[f], ne pereamur a fame'. Haec his[g] dicentibus, ait abba: 'Oremus, fratres dilectissimi, et Dominus ministrabit nobis cibos. Nec enim potest fieri, ut deficiat triticum in eius monasterium, quae frugem vitae ex utero pereunti intulit mundo'. Quibus vigilantibus nocte tota ac psallentibus, mane orto, ita reppereunt cuncta horraeorum habitacula repleta tritico, ut vix vel deserrari[h] ostium possit. Accepto autem cibo, gratias egerunt Deo.

Post multos vero annos iterum deficiente cibo, clamaverunt monachi ad abbatem, qui ait: 'Vigilemus ac deprecemur Dominum, et forsitan transmittere dignabitur alimenta'. Denique prosternuntur ad pavimentum templi. Vigilantes itaque noctem in psalmis hymnisque[i], canticis spiritalibus[k], cumque se post matutinos somnum[l] dedissent, venit angelus Domini et posuit super altare multitudinem innumeram auri. Erant enim ostia aedis obserata. Exsurgentibus[m] autem mane abbatem cum monachis ad caelebrandum cursum[1], viderunt multitudinem auri super altare. Et ait abba custodi aeditui: 'Quis praefectorum hic ingressus est, qui haec detulit?' Respondit: 'Post egressum vestrum nullus hic hominum accessum habuit, sed ostii clave munita retenui et mecum habui, donec surgeres[n] ad commovendum signum[2]'. Tunc stupens[o] abba cum monachis, munus caeleste intellegit[p]; gratiasque Deo agens, collegit, comparatisque victui[q] necessariis, plebem creditam affluenter refecit. Nec mirum, si beata virgo sine labore suis protulit victum, quae sine coitu viri concipiens, virgo permansit et post partum.

10[a]. Huius beatae virginis reliquias cum sanctorum apostolorum vel beati Martini quadam vice super me in cruce aurea positas exhibebam. Cumque per viam graderemur, conspicio haud procul a via hospiciolum cuiusdam pauperis incendio[b] concremari. Erat autem[c] a foliis, quae ignibus maxima praestant fomenta, contectum. Currebat miser cum liberis et uxore aquam deportans, sed flammae non mitigabantur. Tunc extractam a pectore crucem elevo contra ignem; mox in aspectu sanctarum reliquiarum ita cunctus ignis obstipuit, acsi non fuisset accensus.

11. Iohannes vero baptista astu[a] Herodis per[b] Herodiaden, uxorem fratris[c], in carcere[d] conligatur[3]. Tunc temporis a Galliis matrona quaedam Hierusolymis abierat pro devotione, tantum ut Domini et Salvatoris nostri praesentiam mereretur. Audivit autem, quod beatus Iohannes[e] decollaretur; cursu illuc rapido tendit, datisque muneribus, supplicat percussori, ut eam sanguinem defluentem collegere permitteret non arceri. Illo autem percutiente, matrona concam argenteam praeparat, truncatumque martyris caput, cruorem devota[f] suscepit; quam[g] diligenter in ampullam positum, patriae detulit et apud Vasatensem urbem, aedificata in eius honore eclesia[4], in sancto altare collocavit.

Capp. 9—12. 1*a*. 2. 3.

Cap. 9. a) necessarii defecissent 2. b) itaque *in litura m. al.* 1*a*. c) alimonia 1*a*, *corr.* d) *sic* 1*a*. 2. e) propagari 3. f) discedimus 3. g) eis 3. h) disserari 3. i) et *add.* 2. *p.* k) perduxerunt *add.* 2. l) somno 2. m) Exsurgente — — abbate 2. n) surgerer ad commonendum 3. o) surgens *in marg. m. al. corr.* stupens 2. p) intellegens 3. q) victu 3.

Cap. 10. a) *numerus h. l. deest* 1*a*. 2; *sed cf. p.* 494, *n.* r. b) c. i. 2. c) *suppl.* 1*a*.

Cap. 11. a) aestu 2; astucia 3. b) propter 2. c) eius *add.* 3. d) carcerem 1*a*. *p.* e) Iohannis 1*a*. f) devote 3. g) quem 2.

1) *i. e. 'officium divinum'*. 2) *Cf. Regulam S. Benedicti c.* 47. 3) *Matth.* 14, 3; *Marc.* 6, 17. 4) *Cathedralis ecclesia Vasatensis (Bazas) hodieque sancto Iohanni baptistae sacra est. R. Tempore revolutionis ampulla sanguine S. Iohannis repleta periit; cf. Aurélien, 'L'apôtre Saint-Martial', Tolos.* 1880, *p.* 312. *Administrator quidam libri, qui Baptista Salvatoris appellatur, margini haec verba adscripsit:* 'J'ai jeté cette relique dans un égoût de ma maison' (1792).

12. Quoniam Vasatinsis[a] urbis meminimus, operae praetium puto miraculum, quod in ea Dominus largitus est, memorare. Tempore, quo diuturna obsidione vallabatur[b] a Chunis, omni nocte sacerdos, qui praeerat, circuibat psallendo et orabat[c] nec ab ullo auxilium nisi Domini[d] misericordiam[e] requirebat. Hortabatur omnes orare et non deficere, adserens, humiles preces caelorum ianua[f] penetrare. Hostis vero in circuitu depopulabat villas, domos tradebat incendio, agros vineasque, pecora intromissa, vastabat; sed sacerdoti bono opere[g] insistenti celeriter virtus divina adfuit. Una[h] nocte visum est ipsi barbarorum regi, quasi psallentes homines in vestimentis albis, accensis cereis, circuire muros urbis. Et indignans ait: 'Quae est haec perversitas et securitas vana, ut obsessi, quasi dispectis nobis, canticis nescio quibus ac laudibus perstrepant? Vere, quia digni sunt perditioni'. Et statim misit ad urbem nuntios, interrogantes, quid sibi ista velint. At illi negant, scire[i] se quae dicuntur neque de his aliqua persensisse. Alia vero nocte vidit quasi globum magnum ignis super urbem discendere, et ait: 'Si contra nos hii obsessi contumaciter agunt nec nos metuunt, vel caelestis[k] eos[l] ira consumit'. Cumque non videret, ullum ab urbe incendium consurgere, misit iterum interrogare, quae essent quae viderat[m]. Similiter negaverunt, nihil se omnino vidisse. Tunc rex Gausericus[1] ait: 'Si haec isti nesciunt, manifestum est, quod Deus eorum adiuvat eos', et statim discessit a loco illo. Sacerdos autem, convocatis civibus, vigilias celebrat et missarum agit festa pro liberatione[n] populi sui. Dum autem haec ageret, respiciens sursum, vidit super altare quasi de camera[2] templi cadere tres guttas aequales magnitudine[o], claritate, candorem[p] cristalli vincentes. Cumque omnes cum admiratione et stupore vehementi intenderent, easque nullus auderet attingere, Petrus quidam presbiter, qui[q], ut res ipsa[r] adserit, magni meriti erat, exhibitam argenteam patenam, guttas collegere nititur. Quae dum per altare vago cursu rotantur, defluentes in ipsam patenam, statim in se coniunctae, quasi unam gemmam pulcherrimam effecerunt, patuitque[s] evidenti ratione, contra iniquam et Deo odibilem Arrianam heresim, quae eo tempore pullulabat, haec acta. Agnitumque est, sanctam Trinitatem in una[t] omnipotentiae aequalitate connexam, nullis garrulationibus posse disiungi. Tunc gavisus populus et intellegens, munus sibi indultum fuisse divinitus, conferens aurum gemmasque pretiosas, crucem fecit, in qua hanc gemmam statuit. Sed protenus[u] omnes reliquae gemmae, hac accedente, ceciderunt. Tunc pontifex intellegens, non esse consortium caelestibus cum terrenis, fabricatam crucem ex auro purissimo, eam gemmam media[v] intercapidine locat et populo adorandam praebet. Nec mora, fugato, ut diximus, hoste, civitas liberata est. Iam ex hoc multi infirmi, hausto vino vel aqua, in qua gemma abluitur, protinus sanitati redduntur. Denique cum adorata fuerit, si a peccato est homo inmunis, et ipsa apparet clara; ceterum si, ut plerumque adsolet, humanae fragilitati aliquid detulerit criminis, tota ei[w] videtur obscura; miramque praebens[x] discretionem inter innocentem[y] et noxium, cum uni atra[z], alteri monstretur splendida.

Cap. 12. 1*a*. 2. 3.

Cap. 12. a) Vasatin^sis 1*a*. b) vellebatur 3. c) orando 3. d) *post* m. *suppl.* 3. e) misericordia 1*a*. f) *sic* 1*a*; ianuam 2; ianuas (3). *p*. g) *sic* 1*a*. 2. h) unā noctē 1*a*, *corr.*; Nam nocte *p*. i) se sc. 3. k) caelestico 1*a*, *corr.* l) *om.* 3. m) vidierat 1*a*, *corr. m. al.* n) p. s. l. 2. o) claritatē et magnitudinē candorē, *del.* m. 2. p) candore 1*a*, *corr. m. al.* q) *superscr. m. al.* 2. r) ipsas 3. s) Potuitque 1*a*, *corr. m. al.*; Placuitque 3. t) unam omnipotentem (*corr.* omnipotentiae) aequalitatē 3. u) statim 2. v) in medio i. 3. w) *superscr. m. al.* 2. x) p̄bet 2. y) innoctem 1*a*, *corr. m. al.* z) te:tra 3.

1) *Gregorium de Geiserico Vandalorum rege neque de rege quodam Chunorum (cf. Valesius I, p.* 140*) cogitasse, ex iis intelligitur, quae infra scripsit:* contra iniquam et Deo odibilem Arrianam heresim. 2) *V. infra c.* 46.

13. Nam quaedam mulier[1] a Maurienna urbe progrediens[a], ipsius praecursoris[b] reliquias expetivit et ita se constrinxit vinculo iuramenti, ut non ante[c] a loco discederet, nisi de membris eius mereretur quicquam accipere. Sed cum inpossibile haec incolae loci narrarent, prosternebatur cotidie ante sepulchrum[2], orans sibi, ut diximus, de sanctis artubus[d] aliqua condonari. In qua intentione integrum duxit annum, similiter et alium, iugi semper oratione deposcens. Tertio vero ingrediente anno, cum orationem suam pervenire non cerneret ad effectum, proiecit se ante sepulchrum et obtestatur, non se exinde[e] surrecturam, priusquam haec petitio obteneretur a sancto. Septima vero die, cum iam inaedia defeceret, apparuit super altare pollex mirae candoris ac lucis effulgens. Cognitum autem mulier Dei donum, surrexit a pavimento, factamque capsulam[f] auream, in ea recondidit quae Domino largiente meruerat, et sic gaudens remeavit ad propria[3]. Impletumque est in illa, quod Dominus ait in euangelio: *Amen dico vobis, quod, si* [Luc. 11, 8.] *perseveraverit pulsans, et si non surgit, pro eo quod amicus sit, propter inprobitatem tamen eius surgit et tribuit ei*[g], *quotquot habet necessarios.*

Post haec tres episcopi[4] advenientes de civitatibus suis ad[h] adorandum in hoc loco, voluerunt partem de hoc pignore elicere; positumque in medio, nihil omnino auferre potuerunt. Tunc una vigilantes nocte, deprecati sunt, ut aliquid mererentur a pollice; positumque sub eo lenteum, dum partem auferre conantur, una ex[i] eo gutta sanguinis cecidit super lenteum. Quod cernentes, duas deinceps noctes vigilant. Deinde prostrati coram sancto altare, dum supplicant, ut adhuc maius[k] aliquid merecantur a pollice, duae iterum ex[l] eo fluxerunt guttae. At illi gavisi, collegentes devote quae Dominus dederat, iuxta numerum servorum suorum diviserunt lenteum cum guttis suis[m], quae non sine grandi[n] admiratione urbibus intulerunt.

Et quia locus ille Mauriennensis[o] ad Taurinensim quondam[5] urbem pertenebat[p], tempore illo, quo[q] Rufus[6] erat episcopus, ait archidiaconus eius ad eum: 'Non est

Cap. 13. 1*a*. 1*b* (*cf. n.* d). 2. 3.

Cap. 13. a) aegrediens 2. b) r. p. 3. c) antea a l. 2. d) *in* artubus *incipit* 1*b*. e) inde 2. f) capsellam *corr. m. al.* capsula 1*a*. g) tribuit quot habuit 3. h) *superscr. m. al.* 1*a*. i) ex eo *om.* 3. k) magis 3. l) g. ex eo f. 3. m) *om.* 2. n) a. g. 2. o) Maurianensis 1*b*. p) t. i. p. 2. q) i. in quo 1*b*.

1) *Mulier in 'auctoritate, quod ex antiquo Moriensis ecclesia Viennensi ecclesie metropoli subdita fuit' (cod. Paris. nr.* 1452, *saec. XI, fol.* 202*), Tygris appellatur. Quae a Ruinartio (Greg. Opp. col.* 1342*) edita, a Bordier I, p.* 44, *excerpta ita incipit:* In diebus praecellentissimi regis Gontramni mulier quaedam Tygris nomine ex territorio Mauriginense orta, oppido quod nominatur Volacis nobiliter nata et sacris litteris educata. *Eadem narratiuncula retractata in nonnullis codicibus ecclesiae Mauriennensis exstat (cf. AA. SS. Iun. V, p.* 72*) et a Bordier tom. I, p.* 399. *e breviario saec. XIV. edita est, ubi oppidum 'Voloviam' (iam Valloires) vocatur. Colitur d.* 25. *Iunii.* 2) *Cf. auctoritatem Maurienn. l. l.:* quod membra illius fuissent humata in civitate Samarie, que nunc Sebaste vocatur, ac tempore procedente Alexandriam missa caputque eius Phoenice translatum. 3) *Mauriennae ecclesiam S. Iohannis Gunthramnus condidisse dicitur in auctoritate Maurienn., cuius fidem Longnon p.* 430. *impugnat. In honorem S. Iohannis urbem iam Saint-Iean de Maurienne appellari, nullus nescit.* 4) *Taurinensis, Augustensis, Bellicensis in AA. SS. l. l. dicuntur.* 5) *Circa a.* 574, *ut videtur, Mauriennensis dioecesis a Gunthramno rege instituta est; cf. Longnon p.* 431. *Ursicinus Taurinensis episcopus a.* 599. *conquestus est, 'in parochiis eius, quae in Francorum sitae terminis perhibentur, alterum contra ecclesiastica statuta constitutum esse antistitem'; cf. Greg. M. Reg. lib. IX, ind. II, ep.* 214. 226 *(Ewald). Id ad Mauriennensem ecclesiam referendum est. Episcopus Mauriennensis conciliis Matisconensibus I. et II. a.* 581. *et* 585. *intererat; cf. Loening, 'Gesch. d. deutsch. Kirchenrechts' II, p.* 120. 6) *De Rufo praeter ea quae Gregorius prodidit vix quidquam notum est; cf. Ughelli, Italia sacra IV, p.* 1426.

aequum, ut hoc pignus in loco viliori teneatur, sed surge et accipe eum et defer ad Taurinensim[a] eclesiam, quae plus popularis habetur'. Cui ille respondit, quia haec agere non audebat. Archidiaconus dixit: 'Ego hoc[b] deferam, si permittis'. Et episcopus: 'Fac, quod libet[c]'. Tunc archidiaconus[d] accedens ad locum, dum vigilias caelebrat, mittit manum ad[e] capsulam. Mox amens effectus, accensus febre, die tertio[f] spiravit[g], factusque est[h] timor magnus omnibus, nec quisquam ultra[i] beata pignora ausus est mutare.

14. Apud Toronicam vero urbem in oratorium[1] atrii beati Martini, dum ipsius praecursoris reliquias collocaremus, caecus quidam, amminiculo deducente, lumen recepit. Inerguminus vero obtestans virtutem beati Iohannis Martinique antestitis, expulso purgatus est[a] daemone. In hoc oratorium[b] una puellarum, cui officium erat lychni fomenta conponere, adveniens[c] cum cereo, ut haec agerет, est ingressa; conpositumque lychnum atque accensum, adtracta[d] ad se funem, sublimavit in altum, plexisque[e] in nexum laqueis ad parietis clavum[f], abscessit. Quae dum redit, cereus, quem manu gerebat[g], extinguitur, regressaque velociter ad cicendilem[h], cereum non attingebat inluminare neque laqueum funis absolvere. Dum ambigua de ac causa penderet, subito delapsa a cicendile flamma cereum in manu eius inluminavit; et sic officio luminis praeeunte, quo voluit ivit[i].

Ferunt autem in hoc oratorium a lychno oleum ebullire. Habentur enim et ibi reliquiae sanctae crucis[k. 2].

15. Sub huius urbis territurio apud vicum Alangaviensim[a. 3] mulier quaedam ex incolis, conspersam dominica[b] die farinam[c], panem formavit, quem, segregatis prunis, cinere ferventi contegit decoquendum. Quod cum fecisset, protenus ei manus dextera divino igne succensa coepit exuri. At illa vociferans ac plangens, basilicam huius vici, in qua reliquiae beati Iohannis retenentur, expetiit. Et oratione fusa, vovit in[d] hac die divino nomini consecratam[e] nullam operam exercere, nisi tantum orationi vacare. Nocte vero sequenti fecit cereum in altitudinem[f] status sui. Tunc in oratione pernoctans, tentum[g] tota nocte manu[h] propria cereum, restinctis ardoribus, incolomis est egressa.

16. Et quia Iohannis baptistae meminimus, dignum est, ut de Iordane aliqua memoremus. Igitur a monte Phanio[4] duo consurgunt fontes, quorum unus Ior[5], alter

Capp. 13—16. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 5.

Cap. 13. a) Taurien(sem *post add.*) 3. b) huc 1*b*. c) libes 1*a*. *b*; inquid *add*. 3. d) archidid̄ 1*a*. e) in 1*b*. f) tercia 3. g) expiravit 3. h) *superscr. m. al.* 1*a*. i) amplius 2.

Cap. 14. a) e (*pro* est) *m. al. inseruit* 1*a*. b) *sic* 1*a*. *b*; oratorio 2. (3). c) accedens 2. d) adtractā 2; ad se fune 3. e) *sic* 2 *(e corr. m. al.)*. 3; plerisque 1*a*. *b*. 2. *p*. f) et *add*. (3). g) tenebat *in marg. corr.* gerebat 2. h) cicindile 2. i) ibit 1*a*. *b*. k) Marie 3.

Cap. 15. a) Lingaviensim 5. b) die d. 2. c) *om*. 3. d) ut 1*a*, *corr. m. al.* e) *sic* 1*a*. *b*. 2. f) altitudine 2. g) retentum 3. h) m. p. *m. al. superscr.* 2.

1) *Oratorium in atrio S. Martini hic memoratum quidam esse putant illud, quod etiam nunc subsistit sub S. Iohannis baptistae titulo, in quo S. Martini canonici capitulum congregare solent. Exstat aliud vetustum S. Iohannis baptistae sacellum in ipso ecclesiae S. Martini ingressu, quod hic forte designatur. R. Cf. Longnon p.* 248. 2) *Item in monasterio S. Crucis Pictaviensi 'lychni ebullientes exundabant oleum'; cf. supra c.* 5. *Fortunatus (Carm. II,* 3*) versus 'in honore sanctae crucis vel oratorii domus ecclesiae apud Toronos' a Gregorio constructi composuit, quod idem atque hoc oratorium atrii beati Martini esse, Le Blant nr.* 194. *recte coniecit.* 3) *Vicus a Gregorio, H. Fr. X,* 31, *Alingaviensis appellatur. Est Langeais (Indre-et-Loire, arr. Chinon), ubi ecclesia etiam nunc S. Iohanni dicata est; cf. Longnon p.* 260. 4) *V. Rufin. VII,* 13: Apud Caesaream Philippi, quam Paneadam Phoenices vocant, aiunt sub radice montis, qui appellatur Panius, ex quo fluvii Iordanis primo fluenta prosiliunt *etc.* 5) *Cf. Theo-*

Dan vocitatur; qui ab utraque parte Phaniadae urbis, quae prius Caesarea Philippi vocabatur, descendentes, sub ipsa urbe tam fluentis coniuncti quam nomine uno Iordanem efficiunt, qui usque Hiericho[a] civitatem et ultra defluit. In eo habetur locus, in quo Dominus baptizatus est. In uno etenim reflexu[b] aqua ipsa revolvitur, in qua nunc leprosi mundantur. Cum autem advenerint, saepius lavantur in flumine, donec ab infirmitate[c] purgentur. De publico tamen dum ibi commorati fuerint, victum accipiunt; sanati autem ad propria discedunt. Ipse quoque Iordanis ab eo loco in quinto miliario[1] mari commixtus[d] Mortuo nomen amittit. Mare enim Mortuum ab[e] hoc dicitur, eo quod ab incendio Sodomae vel reliquarum urbium est versatum, et aqua[f] ipsa asphaltro permixta est; unde a nonnullis mare Asphaltri[2] appellatur. In quo qui natare nescit super aquam fertur[3], et circa eum sulphur adhaeret.

17. Sunt autem et ad Levidam[4] civitatem aquae calidae, in quibus[a] Hiesus[b] Nave[5] lavare[c] solitus erat, ubi similiter leprosi mundantur. Est autem ab Hiericho[d] duodecim milia. Prope autem Hiericho habentur arbores, quae lanas gignunt. Exhibent enim poma in modum cucurbitarum, testa[e] in circuitu habentes dura, intrinsecus enim[f] plena sunt lanae[g]. Et de his enim[h] ferunt ipsi Hiesu Nave solere fieri indumenta[6]. Sed et[i] hodieque tales exhibent lanas, ex quibus nos a quibusdam delatas vidimus et admirati sumus vel candorem vel subtilitatem[k] earum.

18. Nam vidi ante hoc tempus hominem Iohannem nomine, qui a Galliis leprosus abierat, et in ipso loco, quo[a] Dominum diximus baptizatum, aiebat se per annum integrum commoratum fuisse. Qui assiduae abluebatur in amne; sed redditus pristinae incolomitati, reformata in melius cute, sanatus est. Hic reliquias beatae Mariae ab Hierusolymis accipiens, revertebatur in patriam; sed prius Romam abire disposuit. Verum ubi altas[b] Italiae solitudines[c] est ingressus, incidit in latrones. Nec mora, spoliatur ab indumentis; et ipsa quoque capsa, in qua beata gestabat pignora, capitur. Exaestimantes enim inimici illi auri ibidem sestertias[d] adgregatas, effracta clave, omnia rimantur intente. Sed cum nihil in eam pecuniae repperissent, extracta pignora in

Capp. 16—18. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 16. a) Ierico 3. b) refluxu 3. c) infirmitatē 1*b*, *corr.* d) cunmixtis 1*b*, *corr.*; cōmixto 2, *corr. m. al.* e) ob 2. f) et quia i. 1*a*.

Cap 17. a) qua 2. b) *sic* 1*a*. *b*. 2. c) lavari *post* solitus *m. al. suppl.* 2; N. s. e. abluere 3. d) Ierico 3. e) testā — — durā 1*b*; texta 3; testas *p*. f) *sic* 1*a*. *b*. 2. 3; autem *m. al. superscr.* 1*a*. 2. g) *sic* 1*a*. *p*. h) *om.* 2. i) *om.* 3; que *om.* 1*b*. 2. *p*. k) sublitatem 1*a*.

Cap. 18. a) quod 1*b*, *corr.* b) alpes 3. c) est i. s. 2. d) sistarcias 3.

dosius, *De terra sancta*, *c.* 29*:* Inde ex duobus locis oriuntur duo fontes, Ior et Dan. Per ipsam Paneadem in medio aquas mittunt et sub civitate quae nunc Belinas dicitur aut Caesarea Philippi iuncti Iordanem efficiunt. *Hoc libello Gregorius usus est.* 1) *Cf. Theodosius l. l. c.* 18*:* Ab unde Dominus baptizatus est usque ubi Iordanis in mare Mortuum intrat sunt millia quinque. In loco isto submersae sunt Sodoma et Gomorrha cum aliis tribus, quia quinque civitates fuerunt iuxta mare. 2) *Asphaltites ab Isidoro quoque in Etym. XIII,* 19, Lacus Asphalti *appellatur.* 3) *Cf. Itinerarium a Bordigala Hierusalem usque (ed. Tobler et Molinier I, p.* 19*):* Est aqua ipsius valde amarissima, ubi in totum nullius generis piscis est nec aliqua navis, et si quis hominum miserit se, ut natet, ipsa aqua eum versat. 4) *Cf. Theodosius l. l. c.* 19*:* Civitas Leviada trans Iordanem distat a Iericho milliaribus duodecim. 5) *Potius Moyses; cf. Theodosius l. l.:* Et ibi aquae calidae sunt, ubi Moyses lavit, et in ipsis aquis calidis leprosi mundantur. 6) *Cf. Herod. III,* 106*:* τὰ δὲ δένδρεα τὰ ἄγρια αὐτόθι φέρει καρπὸν εἴρια καλλονῇ τε προφέροντα καὶ ἀρετῇ τῶν ἀπὸ τῶν ὀίων· καὶ ἐσθῆτι οἱ Ἰνδοὶ ἀπὸ τούτων τῶν δενδρέων χρέονται.

ignem[a] proiciunt, caesoque homine, discesserunt. At ille semivivus[b] exsurgens, ut vel cineres exustorum collegeret pignorum, invenit super carbones accensos inlaesas iacere reliquias; ipsumque lenteum, quo[c] involutae erant, ita admiratur integrum, ut non putaretur prunis iniectum, sed eum ex aquis absconditum. Collegitque cuncta cum gaudio, et viam quam pergebat ingressus, usque ad Gallias pervenit incolomis. Multos enim vidimus, qui vel in Iordane vel in aquis Levidae urbis[d] tincti, ab hoc fuerant morbo mundati.

19. In urbe[a] autem Turonica est eclesia sanctae Mariae virginis[1] ac Iohannis baptistae nomine[b] consecrata[c], in qua periuribus ultio divina apparuit. Quidam[d] autem cum ad periurandum[e] in[f] hac eclesia fuisset ingressus, at[g] ubi manus ante altare stans sursum extulit, ut sacramentum mendax proferret, statim resupinus ruens, ita caput in pavimentum conlisit, ut vix vel vivens erigi potuisset. Ad se autem reversus dolum periurii, quod occultabat, publice patefecit. Vidimus enim et nos quosdam de Turonicis in loco eodem periurasse, qui ita divino iudicio condemnati sunt, ut in ipsius anni curriculo[h] finirentur a saeculo[2].

20. Igitur, ut diximus, in ipso primo[a] Iordanis egressu Phaniada[b] civitas[3] sita est, in qua habetur statua ex electro purissimo fabricata, in qua Redemptoris nostri forma dicitur esse[c] expressa. Nam, ut plerosque audivi, qui eam contemplati fuerant, mira claritas in eius facie contenetur[d]. Sed ne[e] cui videatur absurdum, narrare quae de ea Caesariensis refert Eusebius non pigebit. Ait enim[4]: *Mulierem, quam sanguinis profluvio laborantem a Salvatore curatam euangelia tradiderunt, huius urbis civem constat[f] fuisse, domusque eius in ea etiam[g] nunc ostenditur. Pro foribus vero domus ipsius basis[h] quaedam in loco editiore collocata monstratur, in qua mulieris ipsius velut genibus provolutae palmasque[i] suppliciter tendentis imago aerea videtur expraessa. Adstat vero alia[k] aerea nihilhominus fusa statua habitu viri stola[l] compte circumdati et dextram mulieri[m] porregentis. Huius ad pedem statuae in[n] basi est[o] herba quaedam, nova specie nascitur. Quae cum exorta fuerit, excrescere usque ad stolae illius aereae[p] indumenti fimbriam solet. Quam cum summo[q] vertice crescens herba[r] contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos languoresque conquiret[s], ita ut, quaecumque fuerit[t] illa infirmitas corporis, haustu exiguo madefacta[u] salutaris graminis depellatur; nihil omnino virium gerens, si, antequam aereae fimbriae summitatem crescendo contigerit, decerpatur. Hanc statuam ad similitudinem vultus Iesu formatam tradebant; quae permansit etiam[v] ad[w] nostra usque tempora, sicut ipsi oculis[x] nostris inspeximus. Et nihil mirum, si sibi[y] qui ex gentibus crediderunt[z] pro beneficiis, quae a Salvatore fuerant consecuti, huiusmodi velut[a] munus videbantur offerre, cum videamus[b] etiam nunc et apostolorum Petri vel Pauli et ipsius Salvatoris imagines[c] designari tabulasque depingi.* Haec Eusebius retulit[d].

Capp. 18—20. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 18. a) igne 3. b) [ex]surg. s., *sed prima m. transposuit* 2. c) l. in quo 2. d) *om.* 2.

Cap. 19. a) urbem a. Turonicam 1*a*, *corr.* b) nominis 3. c) sacrata *corr. m. al.* consacr. 2. d) Quadam autem die c. 3. e) iurandum 1*a*, *corr. m. al.* f) p. quidam in ectsia 3. g) *om.* (2. 3). h) circulo 3.

Cap. 20. a) I. p. 2. b) Phanin 3, *corr.* c) *om.* 2. d) contenebatur *corr. m. al.* continetur 1*a*. e) nec, *del.* c 1*b*. f) *om.* 2. g) usque nunc etiam 3; e. *om. p.* h) basilica 3. i) que *om.* 1*a. b.* 2. *p.* k) n. al. f. s. a. 3. l) stolę c. circumdata *(corr.)* 3. m) mulieris 3. n) e basi *Ruf.* o) ei 2; q. erba 3. p) aerei *Ruf.* q) somum? 1*a*, *corr.* r) herbā 1*a*. s) *sic* 1*a*. 3. *p.* t) illa inf. f. *Ruf.* u) madefacti *Ruf.* v) *om. Ruf.* w) u. ad n. 2, *corr. m. al.* x) n. o. 3. y) hii *Ruf.* z) crediderant *Ruf. cum p.* a) veluti 3. b) videbantur 3. c) imaginem 3. d) describit 3.

1) *De ecclesia SS. Mariae et Iohannis Turonensi v. Longnon p.* 252. 2) *Pelagius Turonensis, qui a.* 586, *mense primo in basilica S. Mariae peieravit, mense quinto diem obiit; cf. H. Fr. VIII,* 40. 3) *Cf. supra c.* 16. 4) *Rufin. VII,* 14.

21. Nam et isto[a] nunc tempore per credulitatem integram tanto Christus amore diligitur, ut, cuius legem in tabulis cordis credentes populi retenent, eius etiam imaginem ad commemorationem virtutis in tabulis visibilibus pictam per eclesias ac domos adfigant; sed et in hoc inimicus semper humani generis aemulus[b] extat. Nam Iudaeus quidam, cum huiuscemodi imaginem in tabulam pictam ac parieti adfixam in eclesia saepe vidisset, ait: 'Ecce seductorem illum, qui nos genusque nostrum humiliavit!' Et sic nocte veniens, telo ipsam imaginem verberat, elisamque de pariete, opertam veste, ad domum portans, flammis parat exurere. Sed res mira apparuit, quae[c] de virtute Dei[d] non potest ambigeri[e]. Nam de vulnere, ubi imago transfossa fuerat, sanguis effluxit. Quod ipse iniquus spiculator obpletus[f] furore non sensit. Cum autem per obscurae[g] noctis tenebras domum suam fuisset ingressus, lumine adhibito, cernit se totum sanguine cruentatum, timensque, ne scelus suum pateficret, abiectam a se tabulam abdidit[h] in obscuris; nec ausus est ultra contingere, quod inique praesumpsit auferre. Venientes autem christiani diluculo[i] ad domum Dei, iconicam[k, 1] non inveniunt, stupentesque ac requirentes quod fuerat[l] factum, cruoris vestigia deprehendunt. Quod sequentes, ad domum Iudaei accedunt. Denique sciscitati[m] de tabula, nihil certi cognoscunt. Requirentes autem eam[n] sollicitae, in angulo cellulae Iudaei repperiunt; quam eclesiae redditam, furem[o] lapidibus obruerunt.

22. Est et[a] apud Narbonensim[b] urbem in eclesia seniore[2], quae beati Genesii martyris reliquiis plaudit, pictura, quae Dominum nostrum quasi praecinctum lenteo indicat crucifixum, quae pictura dum assiduae cerneretur a populis, apparuit cuidam Basileo presbitero per visum persona terribilis, dicens: 'Omnes vos obtecti estis variis indumentis et me iugiter[c] nudum aspicitis. Vade quantotius[d], operi me vestimento!' Et presbiter non intellegens visionem, data die nequaquam ex ea re memoratus est. Rursumque apparuit ei; sed et illud[e] parvi pendit. Post tertium[f] autem diem secundae visionis, gravibus excruciatum verberibus, ait: 'Nonne dixeram tibi, ut operires me vestimento, ne cernerer nudus; et nihil ex[g] hoc a te actum[h] est? Vade', inquid, 'et tege lenteo[i] picturam illam, in qua crucifixus appareo[k], ne tibi velox superveniat interitus'. At ille commotus et valde metuens, narravit ea episcopo, qui protenus iussit desuper velum expandi. Et sic obtecta nunc pictura suspicitur. Nam etsi parumper detegatur ad contemplandum, mox dimisso velo contegitur, ne detecta cernatur.

23. Est et illud inlustre miraculum de fontibus Hispaniae, quos[a] Lusitania provintia profert. Piscina[b] namque est apud Osen[3] campum antiquitus sculpta[c] et ex

Capp. 21—23. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 21. a) insto 2. b) aemulis 1*b*, *corr.* c) que *add.* 3. d) dm̄ *corr. m. al.* dī 2. e) ambigi 2; ambigere 3. f) repletus 3. g) obscuras 3. h) addidit 3. i) ad dom. Dei dil. 3. k) iconam 1*b*. 2. l) *post* factum *superscr.* 2. m) sciscitantes 3; sciscitata *p.* n) *om.* 2. o) f. vero vero l., *alterum* vero *deletum* 1*b*.

Cap. 22. a) *om.* 2. b) *sic* 1*a*. *b*. c) n. i. 2. d) *sic* 1*a*. *b*. 2. e) ille 3. f) terciam 3. g) a te ex h. 3; ex h. *om.* 2. h) aptum 3, *corr.* i) p. i. l. 2. k) appareb& 1*a*, *corr.*

Cap. 23. a) quod 3. b) Piscinā, *ras. virgula* 1*b*. c) scalpta, *in litura* al *m. al. scr.* 1*b*.

1) *Iconica est tabula picta (Graece εἰκών); cf. Indicem huius libri et Vit. Patr. XII,* 2.
2) *Sine dubio ecclesia cathedralis est, iam SS. Iusto et Pastori dicata; cf. Longnon p.* 608.
3) *V. H. Fr. VI,* 43: et in castrum Osser, in cuius eclesia fontes divinitus conplentur. *Sed Osser vel Osset castrum in Baetica situm est (prope Hispalim); v. Corblet, 'Des lieux consacrés à l'administration du baptême' ('Revue de l'art chrét.' XXI, p.* 179). *De fontibus Hispanicis cf. etiam H. Fr. V,* 17. *Meltinatem fontem, qui tempore paschali ex sese replebatur, Pascasinus in epistola ad Leonem I. data,* §. 3, *commemoravit.*

marmore vario in modum crucis miro conposita opere. Sed et aedes magnae claritatis ac celsitudinis desuper a christianis constructa est. Igitur cum dies sacer post curriculum anni decedentis[a] advenerit, quo Dominus, confuso proditori, misticam discipulis praebuit cenam, conveniunt in loco illo cum pontifice cives, iam odorem sacri praesentientes aromatis. Tunc data oratione sacerdos, ostia templi iubent simul muniri signaculis[b], adventum virtutis[c] dominicae praestolantes. Die autem tertia, quod[d] est sabbati, convenientibus ad baptizandum[e] populis, adveniens episcopus cum civibus suis, inspectis signaculis, ostia reserat clausa. Ac mirum dictu, piscinam, quam reliquerant vacuam, repperiunt plenam, sed ita cumulo altiore refertam, ut solet super ora modiorum triticum adgregari; videasque huc illucque latices fluctuare nec parte in diversa defluere. Tunc cum exorcismo[f] sanctificatum, conspersum desuper chrysma, omnis populus pro devotione haurit[1] et vas plenum domi pro salvatione reportat, agros vineasque aspersione saluberrima tutaturus[g]. Et cum exinde multitudo amphorarum sine collecto numero hauriatur[h], numquam tamen vel cumulum minuit[i]; licet, ubi infans primus intinctus fuerit, mox aqua reducitur, et baptizatis omnibus, limphis in se reversis, ut initio produnt[k] nescio, ita et fine[l] clauduntur ignaro.

24.[a] Quidam vero ex hereticis Deum[b] non metuens neque venerationem praestans huic loco sancto neque credens corde miraculum, quod in eo Dominus ad corroborandam[c] suorum fidem praestare dignatur, non silebo. Venit cum turba equorum, solutaque inpedimenta, iussit in basilicam poni equitibusque in ea praesepia praeparari, inridens miser quae de hoc loco narrabantur ab incolis. Igitur media nocte praetereunte, a febre corripitur ac pene exanimes et tardius quam debuerat paenitens exclamat, equites ab aede expelli. Erat enim ei, sub rege licet, magna tamen in illa regione potestas. Expulsis quoque[d] a basilica sancta equitibus, ad se conversus, coepit dentibus proprium lacerare corpusculum, nec prorsus retenere[e] a suis ob[f] nimiam poterat debachationem. Tandemque oppressus, inter suorum manus spiritum exalavit.

Denique[g] Theodegisilus[h. 2] huius rex regionis, cum vidisset hoc miraculum, quod in his sacratis[i] Deo fontibus gerebatur[k], cogitavit intra se, dicens, quia: 'Ingenium est Romanorum' — Romanos[3] enim vocitant nostrae[l] homines relegionis —, 'ut ita accedat, et non est Dei virtus'. Veniens vero[m] ad annum sequentem, ostium sigillis suis cum episcopi sigillo munivit, posuitque custodes in circuitu templi, si forte aliquem deprehendere possit fraudis alicuius conscium, per cuius ingenium in fontibus aqua succederet[n]. Similiter et in alium fecit annum. Tertio vero convocata virorum[o] multitudine, fossas in circuitu basilicae fieri iussit, ne forte togis occultis limphae deducerentur in fonte. Fueruntque fossae in profundo vicinum quinum pedum, in latitudine
549. vero quindecinum[p]. Sed nihil abditum potuit repperiri. Tamen vitae[q] finem faciens,

Capp. 23—24. 1*a*. *b*. 2. 3.

Cap. 23. a) descendentis 3. b) signaculum 3. c) d. v. 2. d) id 3. e) baptismum 3. f) exorcissimo 1*b*. g) tutaturos 3. h) auritur 3, *corr.* i) minuitur 3. k) *sic* 1*a*. *b*. 3. l) finē 1*a*, *corr.*; i. f. c. 2; f. i. c. *p*.

Cap. 24. a) 25. 1*a*. b) dn̄m 2. c) comprobandam 3; corroborandum *p*. d) *sic* 1*a*. *b*. 2. e) retineri 1*b*. 3. f) p. ob n. 3. g) Deinde 2. h) Theud. 3; Teodegisilis 3*a*. i) sacris 3. k) gerebantur 1*a*, *ras.* n. l) h. n. 1*a* *(ubi transpos.)*. (3). *p* m) autem 3. n) succenderet 3, *corr.* o) m. v. 2, *corr.* p) quindecimum 1*a* (*corr. m. al.* quindecenum). *p*; quindecim 3. q) f. v. 2, *corr.*

1) *Viget etiamnunc ea consuetudo, quam, ut ex hoc loco patet, a patribus nostris accepimus, aquam in vigilia paschae sacerdotum precibus sanctificatam in domos reportandi ad tutamen adversus diabolicos incursus et ad aerearum potestatum insidias abigendas. Vide Vitam S. Caesarii II,* 13. *R. Neque nostro tempore haec consuetudo abolita est.* 2) *Theodegisilus a.* 549, *Oct. occisus est; cf. H. Fr. III,* 30; *Dahn, 'Könige der Germanen' V, p.* 120. *Is autem* 17 *tantum menses regnavit, neque tertium annum vidit.* 3) *Cf. infra c.* 78. 79; *Löning, 'Gesch. des deutsch. Kirchenrechts' II, p.* 15.

et credo pro huius inquisitionis[a] temeritate, anni[b] sequentis diem, quo hoc mysterium celebrabatur[c], videre non meruit, eo quod arcanum virtutis divinae investigare praesumpsit. Habentur autem in ea reliquiae sancti Stephani levitae.

25. Ergo[a], quia fons ille divino nutu, ut supra diximus, ad officium baptizandi repletur, et quia, cum conpletus fuerit, avide ex hoc populus[b] haurire festinat, quidam, accepto vasculo, presbitero, qui hanc aquam ministrabat, porrexit ad conplendum. Quod dum conplet senior, hic inter conpraementes turbas manum alterius extendit ad balteum cultrumque furavit. Quem vagina reconditum, manus extendit ad accipiendam hydriam, quam tradiderat presbitero. Qua accepta, amotus[c] in parte alia, neque unam guttam aquae in eam potuit repperire. Tunc confusus valde et sibi ob furti causa haec[d] evenisse cognoscens, homini cultrum, quem furaverat, reddidit; et sic iterum porrecta laguena, plenam aquae recepit. Est enim populus ille hereticus: qui videns haec magnalia, non conpungitur ad credendum, sed semper callide divinorum praeceptionum sacramenta nequissimis[e] interpretationum garrulationibus non desinit inpugnare; sed virtus Domini diversam partem distruit et confundit.

26. Iacobus[1] apostolus, qui et frater Domini vocitatus est, ab ipso domino nostro Iesu Christo episcopus dicitur[a] ordinatus. Post cuius gloriosam ascensionem, dum viam iustitiae Iudaeis errantibus aperire conatur, de pinna templi praecipitatus, alliditur[b], effusumque fullonis fuste cerebrum, spiritum[c] reddidit, sepultusque est in monte Oliveti, in memoriam[d], quam[e] sibi ipse prius fabricaverat[2], et in qua Zacchariam[f] ac[g] Symeonem[h] sepelierat. Haec[i] de apostolo Iacobo.

27. Petrus apostolus ob[a] humilitatem docendam caput desuper tundi[b] instituit; qui ab apostolis ceteris episcopus ordinatur[c], Romae cathedram locavit. Cuius oratione vel Pauli Simonis[d] magi calliditas vel detecta est vel obruta[3]. Extant hodieque apud urbem Romanam duae in lapide fossulae, super quem beati apostoli, deflexu[e] poplite, orationem contra ipsum[f] Simonem magum ad Dominum effuderunt. In quibus cum de pluviis limphae collectae fuerint, a morbidis[g] expetuntur, haustaeque mox sanitatem tribuunt. Sanctus[h] vero Petrus apostolus, ut praefati sumus[i], post Neroniana ac Simoniaca bella ad crucem venisset, impleto iam felicis trophei[k] certamine, resupinis[l] ad caelum vestigiis se expetiit[m] crucifigi, indignum se vociferans ut Dominum exaltari[4]. Sicque dirigens[n] spiritum vivacem in astris, sepultus est in templo quod vocitabatur

Capp. 24–26. 1*a*. *b*. 2. 3.

Cap. 24. a) inquitionis 3. b) annis 1*b*, *corr.*; sequenti die 1*a*. c) caele|batur 1*b*; celebratur 3.

Cap. 25. a) est *add.* 3. b) populis 1*b*, *corr. m. al.* c) motus 2. d) *sic* 1*a*. *b*. 2. e) n. i. *om.* 3.

Cap. 26. a) ordinatus est 3. b) allisus *e corr.* 1*b*. c) r. s. 3. d) memoria 1*b*. e) quem 3, *corr.* f) *sic* 1*a*. g) Et 3. h) *sic* 1*a*. 2. i) H. d. a. I. *om.* 3.

Cap. 27. a) ab *corr. m. al.* ad 1*a*. b) *sic* 1*a*. *b*; tondi 2. 3. *p*. c) ordinatus 2. d) Sym. 1*b*. 3. e) *sic* 1*a*. *b*; deflexi 3. f) *om.* 3. g) *sic* 1*a* (*e corr.*). 2; more idis 1*a**. *b*; more eorum 3. h) s̅c̅o̅s̅ *corr. m. al.* s̅c̅v̅s̅ 1*b*. i) cum *add.* 2; *m. al. superscr.* 1*a*. k) tropheo 3, *corr.* l) resupinus 3, *corr.* m) expetit 3. n) dirigit — sepultusque est 3.

1) *Ex libello Theodosii, De terra sancta l. l. c.* 9: Iuxta civitatem est locus, qui vocatur sanctus Iacob, quia illic beatus Iacob, ordinatus ab ipso Christo Hierosolymitanus episcopus, post ascensionem Domini, excusso cerebro, de pinna templi praecipitatus est, et nihil ei nocuit, sed fullo eum de vecte, quem reportare consueverat, occidit, et positus est in monte Oliveti. *Cf. Rufin. II*, 23. 2) *V. Theodosius l. l. c.* 12: Sanctus Iacobus et sanctus Simeon in una memoria positi sunt, quam memoriam ipse sanctus Iacobus fabricavit, corpora illorum ipse ibi recondidit et se ibi cum eis praecepit poni. 3) *Cf. Rufin. II*, 13. 4) *Cf. Rufin. III*, 2: Et ad ultimum in urbe Roma commoratus, ubi et crucifixus est deorsum capite demerso, quod ipse ita fieri deprecatus, ne exaequari Domino videretur; *v. Prudent., Peristephan. XII*, 13.

antiquitus[a] Batecanum[b. 1], quattuor ordines columnarum valde admirabilium numero nonaginta sex habens. Habet etiam quattuor in altare, quod[c] sunt simul centum, praeter illas quae ciborium[2] sepulchri sustentant. Hoc enim[a] sepulchrum sub altare collocatum, valde rarum[d] habetur[e]. Sed qui[f] orare desiderat, reseratis cancellis, quibus locus ille ambitur[g], accedit super sepulchrum; et sic fenestella[h] parvula patefacta, inmisso introrsum[i] capite, quae necessitas promit efflagitat. Nec moratus[k] effectus, si petitionis tantum iusta proferatur oratio. Quod si beata auferre desiderat pignora, palliolum[l] aliquod momentana pensatum iacet[m] intrinsecus; deinde vigilans ac ieiunans, devotissime deprecatur, ut devotionis suae virtus apostolica[n] suffragetur. Mirum dictu[o]! Si fides hominis praevaluerit, a[p] tumulo palliolum elevatum ita imbuitur divina virtute, ut multo amplius, quam prius pensaverat, ponderetur[3]; et tunc scit qui levaverit, cum eius gratia[q] sumpsisse[r] quod petiit. Multi enim et claves aureas ad reserandos cancellos beati sepulchri faciunt, cui ferentes[s] pro benedictione priores[t], quibus infirmitates tribulantum[u] medicantur[v]. Omnia enim fides integra praestat. Sunt ibi et columnae mirae eligantiae candore niveo quattuor numero, quae ciborium sepulchri sustenere[w] dicuntur.

28. Paulus vero apostolus post[a] revolutum anni circulum ipsa die[4], qua Petrus apostolus passus[b], apud urbem Romam gladio percussus occubuit. Ex[c] cuius sacro corpore lac[d. 5] defluxit et aqua. Nec mirum, si lac eius manavit[e] ex corpore, qui gentes incredulas et parturivit et peperit ac lacte spiritali nutritas ad cibum solidum Scripturarum Sanctarum opaca reserando perduxit. De cuius virtutibus multa quidem audivimus, sed de plurimis unum tantum miraculum studuimus declarare.

Factum est autem in quodam loco, ut homo laqueum sibi ad extorquendam vitam, instigante diabolo, praepararet. Cumque secretum cellulae, in qua haec ageret, repperisset, funem trabi transmissum, laqueum coepit innectere, nomen tamen semper Pauli apostoli[f] invocabat, dicens: 'Adiuva me, sanctae[g] Paulae!' Et ecce umbra squalida atque funesta, quae nihil minus[h] vultu quam diabolum similabat, apparuit ei, hortans ac[i] dicens: 'Heia, age, ne moreris; expeti[k] celerius quae coepisti'. At ille cum opus hoc, id est[l] vitae extorquendae, pararet, semper agebat: 'Beatissime Paule, esto adiutor meus!' Denique expedito iam laqueo, cum vehementius urgueretur ab umbra, ut collum inmitteret, subito adfuit alia umbra huic similis, dicens ei quae cum homine erat: 'Fuge

Capp. 27—28. 1*a*. *b*. 2. 3.

Cap. 27. a) *om.* 2. b) *sic* 1*b*. 2; Beatecanum 1*a*; Vatecanum 3; Vatecani *p*. c) *sic* 1*a*. 2; quo *corr.* quae 1*b*; quae (3). d) ratum 1*a*. *p*. e) habere 1*a*, *corr.* f) quid, *delet.* d 3. g) ambigitur 1*a*, *corr.* h) fenestrella 3. *p*. i) introrssus 3. k) moratur 2. l) pallium 3, *corr.* m) *sic* 1*a*. *b*. 2. n) apostilica 1*a*. o) dicto 1*a*, *corr. m. al.* p) p. e. a. t 1*b*; e. p. a. t. 3; elevare 2. q) graciam 3. r) sumsiset 3. s) accipiunt *m. s. XII. superscr.* 1*a**. t) accipiunt *add. p*. u) tribulantium 1*b*. 2; tribulantur 3. v) meantur *corr.* 1. *m.* medantur 1*a*; mundantur 3; medeantur *p*. w) sustineri 3.

Cap. 28. a) p. r. a. c. *eras.* 2. b) est *add.* 2. c) Ex — aqua *m. al. in inf. marg. suppl.* 1*b*. d) *in marg. add.* 2. e) emanavit 3. f) *om.* 3. g) *sic* 1*a*. *b*. 2. h) ł magis *m. s. XII. superscr.* 2. i) et 1*b*. 3. k) exple 1*b*. *p*; explere, *ras.* re 2. l) idem 3; *om. p*.

1) *Cf. Rufin. II,* 25*:* 'Ego', inquit *(scil. Gaius)*, 'habeo trophaea apostolorum, quae ostendam. Si enim procedas via regali, quae ad Vaticanum ducit, aut via Hostiensi, invenies trophaea defixa, quibus ex utraque parte statutis Romana communitur ecclesia'. 2) *Cf. Ducange, ed. Henschel II, p.* 345. 3) *Eadem Greg., Mir. S. Mart. I,* 11, *de palliolo retulit, quod super sepulchrum S. Martini positum erat.* 4) *Cf. Abdiam, De S. Paulo lib. II, c.* 6 *(ed. Fabricius p.* 450*):* qui a corona etiam martyrii eadem die dispensatione divina subtractus fuerat; *cf. Prud., Perist. XII,* 21. 5) *V. Abdiam l. l. c.* 8*:* E cuius gladio, desecto capite, pro sanguine lac cucurrit, ita ut percussoris dextram lactea unda perfunderet.

miserrime! En Paulum apostolum huc venientem! Invocatus enim ab[a] hoc homine, ecce adest!' Tunc evaniscentibus umbris[b], hic ad sensum suum reversus et crucem virtutis[c] dominicae pectori nutanti[d] depingens, paenitentiam, genis lacrimarum imbre perfusis, agebat, cur ista temptasset. Unde manifestum est, hunc eundemque hominem per virtutem beati apostoli ab hoc saevae[e] mortis praecipitio fuisse salvatum.

29. Iohannes vero apostolus et euangelista Dei post peractum tam agonis legitimi quam praedicationis saluberrimae cursum vivus descendens in tumulo, operire[a] se humo praecepit[1]. Cuius nunc sepulchrum mannam[2] in modum farinae hodieque eructat, ex qua beatae reliquiae per universum delatae mundum[b], salutem morbidis praestant. Hic[3] est Iohannes, quem Dominus plus quam ceteros dilexit[c] apostolos, qui tantae caritatis amore praelatus est, ut super ipsum sacri corporis pectus accumbens, mysteriorum caelestium hauriret arcana. Ipsi[d] etiam Dominus noster gloriosam genetricem quasi peculiari quodam modo discipulo[e] in ipsa passionis hora in cruce pro mundi salute positus commendavit. De hoc enim et post resurrectionem dixit: *Sic eum volo manere, donec* Ioan. 21,22. *veniam.* In Epheso autem habetur locus, in quo hic apostolus euangelium, quod ex eius nomine in eclesiam[f] legitur, scripsit. Sunt autem in summitate montis illius proximi quattuor sine tecto parietes. In his enim orationi insistens, Dominum assiduae pro delictis populi deprecans, morabatur; obtenuitque, ne in[c] loco illo imber ullus[g] descenderet, donec ille euangelium adimpleret. Sed et usque hodie ita praestatur a Domino, ut nulla ibi descendat pluvia, neque imber violentus adveniat.

In ea urbe Maria Magdalenae quiescit[4], nullum super se tegumen habens. In ea[h] et septem dormientes[i] habentur, de quibus aliqua, Domino iubente, in posterum narraturi sumus[5]. In hac et idolum Dianae fuit ab apostolo Paulo[k] distructum. Sed ad coepta[l] redeamus.

30. Andreas apostolus magnum miraculum in die solemnitatis suae profert, hoc Nov. 30. est mannam in modum farinae vel oleum cum odore nectareo, quod de tumulo eius exundat[a]. Per id enim, quae sit fertilitas anni sequentis, ostenditur. Si exiguum profluxerit[b], exiguum terra profert fructum; si vero fuerit copiosum, magnum arva pro-

Capp. 28—30. 1*a. b.* 2. 3.

Cap. 28. a) ad 1*b*, *corr. m. al.* b) *in marg. suppl.* 2. c) d. v. 2. d) nutandi 3. e) suę 3.
Cap. 29. a) *sic* 1*a. b.* 2. b) regnum morb. p. remedium 3. c) *om.* 3. d) Ipse 1*a. b. p.* e) discipula 3. f) aeclesia 1*b.* g) illius 1*a*, *corr. m. al.* h) enim *add.* 3. i) dormites 2. k) *om.* 1*b.* l) ad hac cepta 3.
Cap. 30. a) perundat 2. b) fluxerit 3.

1) *V. Abdiam, De S. Iohanne lib. V, c.* 23 *(ed. Fabricius p.* 589*):* Ac omnes benedicens ac valefaciens, deposuit se viventem in sepulchro suo et iussit se operire, glorificans Dominum; *cf. Augustin., Tract.* 124. *in Ioh., et H. Fr. I,* 26. 2) *V. Abdiam l. l.:* Et protinus manna exiens de sepulchro, apparuit cunctis, quam usque hodie gignit locus iste; et fiunt virtutes per orationes eius frequentes, hic ab omnibus infirmitatibus aegroti liberantur. *Cf. Melito, De passione Iohannis (Fabricius III, p.* 623*), Augustinus l. l. Gregorium Anonymus exscripsit, qui Itinerarium S. Willibaldi composuit (ed. Tobler et Molinier I, p.* 288*); sed in Hodoeporico, quod sanctimoniali Heydenheimensi debemus, locus iste deest.* 3) *V. Abdiam l. l.:* Hic est beatus Iohannes, de quo Dominus prius dixerat ad Petrum: 'Sic eum volo manere, quoadusque veniam'. 4) *Ita Modestus (saec. VII) archiep. Hierosolym. apud Photium Bibl. cod.* 275 *(Migne, Patrol. Graeca CIV, p.* 244*) et Synaxarium (Assemani, Calendaria eccl. universae VI, p.* 491*) Iul.* 22*:* Deposita fuit ad ingressum speluncae, in qua sancti ac beati septem pueri obdormierunt. *Traditionem Graecam Gregorius procul dubio ex Syro illo hausit, qui ipsi passionem septem dormientium interpretatus est (infra c.* 94*). Qui Mariam Magdalenam Ephesenam aliam fuisse contendunt atque illam, quae ex Evangeliis nota est (cf. Faillon, 'Monuments inédits sur l'apostolat de Sainte Marie-Madeleine' I, p.* 569 *sqq.), procul dubio falluntur.* 5) *Cf. infra c.* 94.

ventum fructuum[a] habere significat. Nam ferunt[b] in aliquibus annis, in tantum e[c] tumulo oleum exundare, ut usque medium basilicae profluat rivus[d] ille[1]. Haec autem aguntur apud provintiam Achaiam, in civitate[e] Patras[2], in qua beatus apostolus sive martyr pro Redemptoris nomine crucifixus praesentem vitam gloriosa morte finivit. Tamen cum oleum defluxerit, tantum odorem naribus praestat, ut putes ibi multarum aromatum sparsam esse congeriem. Quod[f] non sine miraculo ac beneficio habetur in populis. Nam ex hoc seu inunctiones[g] factae sive[h] potiones datae plerumque languentibus commodum praestant. Post cuius gloriosam adsumptionem multae virtutes vel ad hoc sepulchrum vel per loca diversa, in qua eius reliquiae collocatae sunt, feruntur ostensae. De quibus pauca memorari non putavi absurdum, quia aedificatio est eclesiae gloria martyrum virtusque sanctorum.

524. Tempore, quo, interfecto Chlodomere[i] rege Francorum[3], se exercitus reparans Burgundiam[k] devastabat[l], in quadam basilicam[m] reliquiae iam dicti[n] apostoli cum Saturnini martyris tenebantur. Accensaque basilica, cum iam tegnorum moles dirueret[o], pauperes ac senes, quos barbaries reliquerat[p], flebant, dicentes: 'Vae nobis, qui tantorum pignorum hodie caremus auxilia[q]; nec[r] nobis ultra spes praesentis vitae manebit, si haec deperierint'. His ita flentibus, nutu Dei adveniens Turonicus[s] homo, condolens his lamentis et discens virtutem martyrum, non minus fide quam parma[t] protectus, per medias ingreditur flammas, adprehensasque ab altare sanctas reliquias, nihil ab igne nocitus[u], extulit foras, sed continuo ita constrictus[v] est, ut gressum in antea agere non valeret. Tunc indignum se iudicans, qui eas ferret, unam puellam parvulam inpollutamque elegit a[w] praeda, cui capsulam[x] ad collum posuit et sic in patriam prospere accessit. Tunc conlocatis in altari Novivicensis eclesiae[4], ubi nulla adhuc[y] sanctorum pignora habebantur, annis singulis devotissime eorum solemnia celebrabat. Cuius filius, cum haec post patris obitum non impleret, a[s] febre quartana per annum integrum laborans, vovit, ut novam[z] basilicam in eorum honore[a] construeret; quo facto, amota febre, sanatus est.

Sed nec[b] hoc sine Divinitatis providentia[c] actum reor, quod ea die, qua[d] beatae[e] reliquiae in alia sunt translata basilica, errantes homines a via, qui[f] beati Vincenti reliquias deferebant, ad vicum ipsum delati sunt. Tunc rogante presbitero, diviserunt ei particulam pignorum, quam in sancto altari[g], unde alias abstulerat[h], conlocavit.

Mummolus[i] autem, cum Theodoberti[k] regis tempore ad[l] Iustinianum[5] imperatorem pergens Constantinopolitani itineris viam navali evectu sulcaret, ad urbem Patras, in qua idem habetur[s] apostolus, est adpulsus. Ac[m] dum[n] ibi cum satellitibus moraretur,

Cap. 30. 1*a*. *b*. 2. 3.

Cap. 30. a) fructu^u^m 1*b*; fructum 3. b) fuerunt 1*b*, *corr.* c) ex 3. d) rivulus ille 2. e) civitatem 3. f) enim *add.* 3. g) iniunct. 3. h) seu 2. *p.* i) Clodovere *corr. m. al.* Clodoveho 2; Chlodomeres 3; Clodomeri *p.* k) Burgond. 3. *p.* l) devastaret 2. m) *sic* 1*b*. 3. n) dicte 3. o) destrueret 3. p) relinqu. 3. q) auxilio 2. *p.* r) non 2; hęc 3. s) *om.* 3. t) arma 1*b*. 3. u) noscitus 3; lesus *p.* v) contractus 3. w) ad p̄dāq; cui, *ras.* d *et* q; 1*b*; ad praedam 3. x) capsula 3. y) adhunc 3. z) novum (*corr.* novam) basilica 1*b*. a) *sic* 1*a*. *b*. 2. b) ne 1*b*, *corr. m. al.* c) providentiā 1*a*, *corr.* d) quae 1*a*, *corr.* e) die *add.* 3. f) qua 1*b*, *corr. m. al.* g) altareo 3. h) abstulerant 2; tulerat 3. i) Mummolenus 1*a*, *ras.* en; Mummulus 3. k) Theodeb. 1*a*. 2. *p.* l) a 3. m) At 3. n) tum 1*b*, *corr. m. al.*

1) *Idem miraculum Greg., Mir. S. Andreae c.* 37, *protulit:* Nam ferunt hoc oleum usque ad medium basilicae sanctae decurrere, sicut in primo Miraculorum scripsimus libro. *De miraculis S. Andreae egit Lipsius, 'Die apokryphen Apostelgeschichten' I, p.* 137. 2) *Cf. Mir. S. Andreae c.* 34. 36. 3) *Cf. H. Fr. III,* 6. 4) *Neuvy-le-Roi (Indre-et-Loire, arr. Tours), ubi ecclesia vetustissima S. Andreae dicata iam exstat; cf. Longnon p.* 283. 5) *Tres litterae, quas Theudobertus rex (a.* 534—548*) ad Iustinianum dedit, iam supersunt; cf. Bouquet IV, p.* 59. *Mummolus an idem sit ac comes Autissiodorensis (cf. H. Fr. IV,* 42*), a.* 585. *interfectus (H. Fr. VII,* 39*), nescio.*

infirmata visica, calculosus efficitur. Dehinc diversis doloribus[a] artatus, febre consumitur; ablataque delectatione[b] comedendi atque bibendi, adventus[c] mortis solius[d] praestolatur. Igitur dum se ita fessum et sine spe vitae decernit, testamentum suum petit scribi, munitumque subscriptionibus ac[e] sigillis, inquiri praecepit[f], forsitan aliquis repperiretur in civitate, qui peritus in arte medicinae possit perituro succurrere. Sed cum hoc episcopo, qui tunc praeerat, suggeritur, ait: 'Quousque vos, dilectissimi, casso fatigatis labore et inter homines requiritis medicinam, cum habeatur hic caelestis medicus, qui saepe infirmorum valitudines sine herbarum adminiculo, virtutis propriae depellat effectu?' 'Et quis', inquiunt, 'est ille?' 'Andreas', ait, 'apostolus Christi'. Haec nuntiantes infirmo, rogat se portari ad beati[g] sepulchrum[1]. Cumque pavimento prostratus quae necessitas exigebat[h] fideliter precaretur, medium[i] fere noctis omnes qui aderant sopor obtenuit[k]. Statimque infirmo conari eiciendae urinae inminit, tangensque unum puerorum, voce tenui vasculum postulat exhiberi, inlatumque, dum urinam nititur eicere, lapidem magnum emisit, qui tam validus fuit, ut cadens sonum[l] in ipsa quae parata fuerat conca proferret. Tunc ablata febre cum omni dolore, navi restauratur incolomes[m].

31. Thomas apostolus secundum historiam[2] passionis eius in Indiam[a] passus[b] declaratur. Cuius beatum corpus post multum tempus adsumptum in civitatem[c], quam Syri Aedissam[d. 3] vocant, translatum est, ibique sepultum. Ergo in loco regionis Indiae, quo prius quievit[e], monasterium habetur et templum mirae magnitudinis diligenterque exornatum atque conpositum. In hac igitur aede magnum miraculum Deus ostendit[f]. Lignus[g] etenim inibi positus atque inluminatus, ante locum sepulturae ipsius perpetualiter die noctuque divino nutu resplendet, a nullo fomento[h] olei scirpique accipiens; neque vento extinguitur neque casu[i] dilabitur neque ardendo minuitur, habetque incrementum per apostoli virtutem, qui nescitur ab homine, cognitum tantum[k] habetur divinae potentiae. Hoc Theodorus, qui ad ipsum locum accessit, nobis exposuit[l].

32.[4] In supradicta igitur urbe[a], in qua beatos artūs diximus tumulatos, adveniente festivitate, magnus adgregatur populorum coetus, ac de[b] diversis regionibus cum votis[c] negotiisque venientes, vendendi conparandique per[b] triginta dies sine ulla thelonei exactione licentia datur. In his vero diebus, qui in mense habentur quinto[5], magna et

Capp. 30–32. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 30. a) febribus *in marg. corr. pr. m.* doloribus 2. b) delectione 1*b*, *corr. m. al.* c) adventum (3). d) solitus 3; solum *p.* e) atque 2. f) an *add.* 2. g) beatum 3. h) exibebat 3. i) medio (3). k) obnituit 3. l) *om.* 3. m) *sic* 1*a*. *b;* incolumes 2.

Cap. 31. a) *sic* 1*a*. 2. b) ē (*corr. m. al.* ēē) *add.* 1*a*. c) *sic* 1*a*. 3. d) Aedissa 1*b*; Edissam 2. 3. e) *om.* 3. f) ostenditur 3. g) *sic* 3. *p.* h) fomentum 1*b*. 2. i) capsa 1*a*, *corr. m. al.* k) tamen 2. *p.* l) mandavit 3.

Cap. 32. a) urbē 1*a*, *corr.* b) *om.* 3. c) r. convocatis 3.

1) *Eius sacrum corpus Constantinopolim in ecclesiam SS. Apostolorum translatum est iam sub Constantio imp., ut scribunt veteres auctores. Cf. Philostorgium III,* 2 *(Migne, Patr. Gr. LXV,* 1, *p.* 480*) et Theodorum Lect. II,* 61 *(Migne LXXXVI,* 1, *p.* 214*). R.* 2) *Passionis historiam Graecam et Latinam ed. Bonnet, Acta Thomae, qui Latinam a Gregorio compositam esse coniecit. Idem iam Lipsius, 'Die apokryphen Apostelgeschichten' I, p.* 163, *statuerat, sed quomodo profecerint, videant alii.* 3) *Cf. Rufin. XI,* 5*:* Edissa namque Mesopotamiae urbs fidelium populorum est Thomae apostoli reliquiis decorata; *v. Fortun. VIII,* 3, *v.* 146. *De translatione cf. Passionem ed. Bonnet p.* 159. 4) *In codicibus mss. hoc loco caput nullum incipit, sed in indice praemisso c.* 32. De virtute basilicae, in qua postea translatus est *inscribitur. Hac de causa ipse incisionem feci numerosque capitum* 33. 34. 35, *quae in codicibus* 32. 33. 34. *computantur, ut cum indice convenirent, mutavi. Inde a c.* 36. *numeri mss. cum indice concordant, unde distinctio a nobis introducta comprobatur.* 5) *Latini die* 3. *Iulii, seu mensis quinti, festum S. Thomae,*

inusitata[a] populis praebentur beneficia. Non scandalum surget[b] in plebe, non musca insedit[c] mortificatae carni, non latex deest sitienti. Nam cum ibi reliquis diebus plus quam centinum pedum[d] altitudine aqua hauriatur a puteis, nunc paululum fodias[e], affatim limphas exuberantes[f] invenies; quod non ambigitur virtute haec apostoli inpertiri. Decursis igitur festivitatis diebus, theloneum publico[g] redditur, musca quae[h] defuit adest, propinquitas aquae dehiscit[i]. Dehinc emissa divinitus pluvia ita omne[k] atrium templi a sordibus et diversis squaloribus, qui per ipsa[l] solemnia facti sunt, mundat, ut putes, eum nec fuisse calcatum.

33.[1] Stephanus autem primus vel diaconus eclesiae sanctae vel martyr apud Hierusolymam, sicut sacra apostolorum narrat historia[2], pro nomine sancto Christi, quem a dextris virtutis spiritali contemplatione cernebat, lapidibus est obrutus, pro persecutoribus ipsam supplicans maiestatem.

Denique erat oratorium apud urbem Turonicam, ab antiquis eius nomine dedicatum, quem[a] nos parumper iussimus prolongari. Quod cum factum fuisset, et altare ut[b] erat integrum in ante promovimus. Requirentes vero in loculo, nihil[c] de pignoribus sanctis, quod fama ferebat, repperimus. Tunc misi unum ex abbatibus, ut ab oratorio domus eclesiasticae nobis eius[d] reliquias exhiberet, oblitus tamen clavem[e] capsae porrigere, quae cingulo dependebat. Veniens[f] vero abba, ablatum ab armario sigillum, capsam repperit obseratam. Quid faceret, quid ageret, in ambiguo dependebat. Si ad me rediret, longum erat venire[g] et reverti; si ipsam capsam exhiberet, molestum mihi esse noverat, quia multorum ibi sanctorum pignora tenebantur[h]; si non faceret, iussionem quam acceperat non implebat[i]. Quid multa? Dum capsam in manu dubitans reteneret[k], resilientibus cum sonitu repaculis[l], capsam aspicit reseratam. Tunc cum gratiarum actione[m] adsumptas reliquias non sine grandi admiratione nobis exhibuit, quas nos, dictis missis, Domino iubente, plantavimus. Regressus autem post multos dies ad urbem, capsam repperi[n], reducto pessulo, sicut reliqueram, obseratam.

Pars enim[o] beati sanguinis sacrosancti levitae huius, sicut celebre fertur, in altari Biturigae[p] eclesiae contenetur[3]. Quidam autem tempore Felicis episcopi[4] vicinos suos quodam pro crimine inpetebat; quos cum plerumque verbis procacibus lacessiret ac iudicio publico provocaret, decretum est sententia[q] primorum urbis, ut se ab hac[r] noxa qui inpetebantur sacramento purgarent. Ingressique in huius memoratae aedis altare, cum elevatis manibus sacramenta proferrent, prosecutor causae periurasse eos clara voce testatur. Statimque elevatis in sublimi pedibus, in aera excutitur ac, inliso capite in pavimento, pene exanimes[s] circumstanti turba conspicitur. Post duarum fere horarum spatium cum ad liquidum putaretur spiritum exalare, apertis oculis crimen fatetur, se iniuste fatigasse homines vel proclamasse noxios declaravit; sicque laxatis[t] insontibus, manifestato[u] nocente, virtus beati perpatuit.

Capp. 32—33. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 32. a) usitata 3. b) *sic* 1*a*. c) incidit 1*b*; incidet *p*. d) pedes 2, *corr. m. al.* f) si fod. 2; fodiens 3. e) exsuperantes 1*b*. g) pullice *corr. m. al.* pullicum 2. h) qui 1*b*, *corr. m. al.* i) dehiscitur 3; deficit *p*. k) omnem 3. l) missa 3.

Cap. 33. a) quod (2. 3). b) a. quod e., *ras.* quod 2. c) nil 1*b*, *corr. m. al.* d) *m. al. superscr.* 2. e) clave 3. f) Veniens — dependebat *om.* 3. g) ire 2; redire *p*. h) retinebantur 3. i) imple^s s& 3. k) teneret 2. l) *sic* 1*a*. *b*; repauli^s p 3. m) actionē 1*a*, *corr.* n) repperit — reliquerat 3. o) autem 3. p) Bituricae 2. q) sententię 3. r) hanc noxam 3. s) a *add.* 2. *p*. t) lavatis 3. u) manifesto 3.

nimirum translationis, celebrant. R. 1) *In indice caput* 33. *sequitur* 34. 2) *Act.* 7, 58. 3) *Hodieque in cathedrali Biturigum ecclesia visitur ampulla sanguine beati Stephani plena, quae, ut traditio est, ea ipsa est, quam hic noster Gregorius commemorat. Eam aiunt a beato Ursino Biturigas allatam fuisse, cum primum ad fidem Christi nuntiandam illuc appulit. R.* 4) *Colitur die Ian.* 1; *cf. Gl. Conf. c.* 100.

Apud Burdegalinsim[a] autem urbem anus quaedam gravata senio, sed fide mentis integrae sublevata, cui mos erat in sanctorum basilicis, misso[b] oleo, lignos accendere, ut hoc negotium ageret, nocte dominica beati Petri[c] apostoli basilicam[1] ingressa est. Huius enim[d] altaris[e] posita in altum pulpita locatum habetur, cuius pars inferior in modum criptae ostio clauditur, habens nihilominus et ipsa cum sanctorum pignoribus altare suum. In hac venerabilis mulier ad accendendum, ut diximus, lumen devota[f] discendit, unam tantummodo habens puellulam[g] in comitatu suo. Quod opus dum ageret, et nox adveniens mundum tenebris operuisset, accedentes clerici, dictis psalmorum capitulis[h], obserato criptae ostio[b], discesserunt, ignorantes introrsum esse mulierem[i]. At illa, accenso lumine, ad ostium properat, ut egrederetur. Quod cum clausum esse sensisset, voces emittit, qui ei aperire[k] debeat ex nomine vocat[l]. Sed cum non esset vox prae senio ita valida, quae possit penetrare[m] haec claustra; at ubi[n] se sensit a nullo audiri, prostrata in pavimento quievit, dicens: 'Deprecer pro peccatis meis et populi Dominum omnium creatorem, quoadusque veniat, qui reserare debeat huius aedis ingressum'. In qua oratione excubans, vidit[o] circa medium fere noctis, patefactis ostiis, omnem basilicam inmenso lumine effulgere. Et ecce chorus psallentium, qui ingressus basilicam! Postquam, dicta *Gloria Trinitati*, psallentii[p] modolatio conquievit, audivit viros conquerentes inter se atque dicentes: 'Moram[q] nobis sanctus levita facit Stephanus. Iam enim alias debebamus[r] adire basilicas et non possumus, nisi ille[s] prius qui praestolatur adveniat'. Haec enim crebre repetentibus, advenit vir subito in veste alba, cuius personam omnis illa venerans multitudo salutavit humiliter, dicens: 'Benedic nobis, sacer ac sanctae levita Stephane'. At ille iterum salutans, data oratione, interrogatus ab eis, cur a[t] visitatione locorum sanctorum paululum retardasset, respondit: 'Navis enim in mari periculum dimersionis incurrerat, ibique invocatus adsteti[u], erutamque[v], ecce adsum! Et ut ipsi probetis esse vera quae loquor, vestimentum, quod[w] indutus sum, adhuc guttis stillantibus marinis, fluctibus cernitur umectatum'. Haec mulier, cum tremore magno opprimens pavimentum, intente[x] suspiciebat[y]. Quibus discedentibus, rursum ostiis divinitus obseratis, haec ad locum in quo sanctus steterat[z] accedens, sudario guttas, quae in pavimentum[a] delapsae fuerant, diligenter collegit et Bertchramno[b, 2], qui tunc episcopatu[c] urbem regebat, manifestavit. Quod ille cum gaudio et admiratione magna suscipiens, secum retenuit. De hoc enim sudario multi infirmi sanitatem experti sunt, ac plerumque et ipse pontifex de eo decerpens pignora[d], ubi eclesias consecrabat, fideliter collocavit. Haec autem ab[e] ipsius episcopi relatu[f] cognovimus.

34. Bartholomeum[a] apostolum apud[b] Asiam[3] passum agonis ipsius narrat historia[4].

Cap. 33—34. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 33. a) Burdegallinsim 1*a*; Burdegalensim 1*b*; Burdegalensem (3). b) *om.* 3. c) *tabula rudis in marg. picta est, homo scilicet ecclesiastica veste indutus, qui dexteram porrigit* 1*a*. d) ergo 3. e) altariū *e corr. m. al.* 1*b*; altare 2. f) devote 3. g) puellam 3. h) capitellis 3. i) mulierum 1*b*, *corr. m. al.* k) apperiret 3. l) n. clamabat vel vocabat 3. m) penetrar&[e] cl. 3. n) ubi se *eras.* 3; se *m. al. superscr.* 1*b*. o) vidi 3. p) psallentium 2. q) Moram — Stephanus *om.* 3; facit *m. al. post* St. *superscr.* 1*b*. r) debeamus 1*a*, *corr. m. al.* s) pr. ille 2. t) in v. 3. u) adstitit 3. v) ereptamque 3. w) *sic* 1*a. b. p;* quo 2. 3. x) intenta 3. y) suscipiebat 1*b*, *corr. m. al.* z) Stephanus *add.* 3. a) pavimento 2 *(corr.). p*; pavitum 3. b) Bertchamno 2; Bertramno 3. c) episcopatum r. 3. d) *m. al. superscr.* 1*b*. e) *in marg. suppl.* 2; ad 3. f) relatum 3.

Cap. 34. a) Bartol. 3. b) *om.* 3.

1) *De basilica S. Petri Burdegalensi v. Longnon p.* 546. 2) *Obiit a.* 585; *cf. H. Fr.* VIII, 22. *IX*, 33. 3) *Bartholomaeum apostolum apud Indos passum esse, constat; cf. Rufin. III*, 1*:* Thomas, sicut nobis traditum est, sortitus est Parthos, Matheus Aethiopiam, Bartholomeus Indiam interiorem, *quare Ruinart lectionem codicis* 5 *et ed. Clicht.* apud Indiam *anteposuit.* 4) *Est liber VIII. Historiae apostolicae, quae Abdiae tribuitur; Fabricius, Codex Apocr. p.* 669.

Post multorum vero annorum spatia de passione eius, cum iterum christianis persecutio[a] advenisset, et viderent gentiles, omnem[b] populum ad eius sepulchrum concurrere eique deprecationes assiduae[c], incensa deferre, invidia inlecti, abstulerunt corpus eius, et ponentes eum in sarcophagum plumbeum, proiecerunt illud in mari, dicentes, quia: 'Non seducis amplius populum nostrum'. Sed providentia Dei cooperante per secretum operis eius, sarcophagum[d] plumbeum a[e] loco illo aquis[f] subvehentibus sublevatum, delatum est ad insolam vocabulo Lyparis[g, 1]. Revelatumque est christianis, ut eum collegerent; collectumque ac sepultum, aedificaverunt super eum templum magnum. In quo nunc invocatus, prodesse populis multis virtutibus ac beneficiis manifestat[h].

35. Clemens martyr, ut in passione eius[a] legitur[2], anchora collo eius suspensa, in mari praecipitatus est. Nunc autem in die solemnitatis eius recedit mare per trea milia; siccumque gradientibus iter praebens, usque ad sepulchrum martyris pervenitur. Ibique vota reddentes, orantes populi, regrediuntur ad litus. Factum[b] est autem, ut in una solemnitatum mulier cum filio parvulo in loco accederet. Aepulante autem ea post acta solemnia, obdormivit infans. Dum autem haec agerentur, ecce sonus[c] subito factus est accedentis[d] pelagi. Dehinc oblita mulier subolis[e] sui, coepit velociter cum reliquo populo petere ripam. Igitur insequenti maris accessu, postquam ad litus venerat, meminit se filium reliquisse. Tunc cum fletu magno deiecta terris, miseram se clamitans, litora[f] vocibus replebat atque discurrebat per circuitum riparum, si forte enecatam[g] prolem eiectamque[h] litori[i] quis conspicasset[k]. Sed cum nihil inveniret[l] indicii, tandem consolata a propinquis, ad propria reducitur, totum annum in luctu ac lamentatione deducens. Recurrente autem anni circulo, venit iterum ad expectandam martyris solemnitatem, fortassis de infantulo aliqua invenire[m] possit indicia. Quid plura? Recedente mare, anticipat omnes ad ingrediendum, et ipsa prima praecedit ad tumulum. Cumque prostrata solo[n] orationem explesset, erecta sursum, genis[o] ubertim fletuum imbribus madefactis, dum divertit in parte altera vultum, aspicit filium in eo loco, ubi cum dor-

Capp. 34—35. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 34. a) persecutionis 3. b) p. o. 3. c) et *add.* 2. d) sacroph. 1*b*, *corr.* e) ad 3. f) *om.* 3. g) Yparis 3. h) manifestatur 2. *p.*

Cap. 35. a) *om.* 1*b*. b) *c.* 35. *incipit* 1*b*. 2. c) *superscr.* 1*b*; sonitus 3. d) accedentes 1*b*. 3; p. a. 2. e) *sic* 1*a*. 2. f) litore *corr. m. al.* litus 1*a*. g) necatam 3. h) eiectaque 3. i) *m. al. superscr.* 2. k) conspicissed 3; conspexisset *p.* l) invenisset 2; invenerit *p.* m) inveniri 3. n) solum 2, *corr. m. al.* o) *om.* 3.

1) *Saec. VI. in. Anastasius imperator Daras urbem Bartholomaei reliquiis ornaverat; cf. Theodorum Lect. II,* 57 *(Migne, Patr. Gr. LXXXVI,* 1, *p.* 211*), Theodosium, De terra sancta c.* 36. *Inde Liparam corpus translatum est, teste Theodoro Studita (cf. AA. SS. Aug.* 25*), ubi S. Willibaldi tempore etiam erat. Cf. Hodoeporici S. Willibaldi a sanctimoniali Heydenheimensi conscripti c.* 31, *quod* Insula Lipara cum ecclesia sancti Bartholomei apostoli *inscriptum est:* inde levantes se navigaverunt ad ecclesiam sancti Bartholomei apostoli, quae stat in litore maris. *Tandem a.* 838. *corpus Beneventum translatum est; cf. Ann. Benev., SS. III, p.* 173*:* 838. Corpus sancti Bartholomei translatur de insula Lipari in Salernum 5. Kal. Magi, deinde in Beneventum 8. Kal. Novembris; *cf. Chr. Salernit. ib. p.* 504. *Translatio in AA. SS. Aug.* 25, *p.* 42. *edita est; cf. SS. R. Lang. p.* 215. 2) *Gregorius Passione S. Clementis usus est, quam Surius XI, p.* 657 *(ed. nova) edidit:* Orante ergo populo, retrocessit mare in suum sinum ad tria fere milia. Per siccum autem ingressi populi, invenerunt in figura templi marmorei paratum a Deo habitaculum et illic situm corpus sancti Clementis et ancoram, cum qua fuit proiectus, prope ipsum iacentem — —. Quibus etiam hoc fuit responsum, quod singulis annis in die suae decertationis cessurum sit mare venientibus, septem dies siccum iter eis praebens. Quod quidem Deo placuit fieri ad laudem eius nominis usque in hodiernum diem. *Cf. Theodosius, De terra sancta c.* 31.

mientem reliquerat, in ipso adhuc sopore[a] teneri. Aestimans[b] autem, eum esse defunctum, accedit comminus, quasi collectura cadaver exanime; sed cum eum dormire cognovisset, excitatum velociter, expectantibus populis, incolomem levavit in ulnis. Interrogansque inter oscula, ubi per anni fuisset[c] spatia, nescire se ait, si annus integer[d] praeterisset; tantum dormisse[e] se suavi sopore in unius noctis spatio aestimabat.

36. Fons erat inriguus ruri cuidam infra territurium urbis Lemovicinae, cuius unda tam hortorum sata[a] quam agrorum culta vel fovebat accessu[b] vel impetu fecundabat. Deducebatur[c] etiam[d], factis decursibus, per loca necessaria, ut, ubi eum natura non dabat, studium provocaret. Et erat tam[e] dulcibus, vena exuberante, fluentis[f], ut[g] gaudere cerneres holus sive[f] virgultum, si fuisset ab eodem inrigatum. Opitulabatur etiam in eo gratia maiestatis divinae, ut, in quo fuisset fluentum emissum, velociter germina acciperent incrementum. Cumque eum incolae loci quasi ludum agentes per singula quaeque loca deducerent, insidiatoris[h], ut credo, invidia sub terra dehiscit[i], ac velut in stadiis[k] duodecim in medium paludis, ubi nullum prorsus possit opus efficere, fluctibus sparsis, exoritur. Extemplo omnium mentes timor obsedit, ei[l] novum quoddam advenire regioni; loci incolae praestulantur interitum, simulque et beneficium, quod habere consueverant[m], iugi fletu deplorant. Curriculum igitur unius atque[n] alterius anni in hac ariditate pertransiit. Arescunt siti loci illius omnia, quae inrigare consueverat. Tertio quoque anno accidit, ut quidam iter agens beati Clementis martyris, cui[o] iam supra meminimus[1], reliquias exhiberet, quas Aridio[2] ipsius urbis presbitero, viro in omni sanctitate[p] religioso[q], detulit. Ad quem cum die noctuque vicinia maesta penderent, confisi de eius oratione, quod, si peteret Dominum, fontem possit[r] suo restituere loco, ait: 'Eamus', inquid, 'dilectissimi, et si vera sunt, quae portitor noster adseruit, haec[s] esse Clementis martyris pignora, nunc apparebit, cum eius fuerit virtus manifestata'. Tunc cum psallentio ad locum fontis accedit. Et[t] dictis[u] psalmis, in oratione prosternitur; positisque sanctis[v] reliquiis in ipso fontis aditu, petiit, ut, qui quondam in deserto damnatis ad secanda marmora flumen inriguum patefecit, in hunc locum aquas, quas prius pia indulserat clementia, Clementis iterum intercessio revocaret. Ilico[w] vena recurrit ad aditum, magnas evomens aquas, illumque quem prius tenuerat alveum decurrendo[x] replevit[y]; admirantibus populis, inmensae gratiae Domino referuntur, qui et martyris virtutem prodidit et fidelis[z] sui orationem implere dignatus est. cf. Num. 20, 11.

37. Crisantus martyr, ut historia passionis[a] declarat[3], post acceptam martyrii coronam cum[b] Daria virgine multa populis sanitatum beneficia tribuebat. Et ob hoc etiam cripta[4] super eos miro opere fabricata est, quae in arcorum modo transvoluta,

Capp. 35—37. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 35. a) sopori 3. b) aestimantes 1*b*, *corr.* c) fuisse 1*a*, *corr. m. al.* d) integrus 3. e) dormisset 3.

Cap. 36. a) sita 1*a*. *b*. 2. *p*; *corr.* 1*b*. 2. b) accensu 3. c) deduceba:tur 1*b*. d) autem 3. e) *pr. m. superscr.* 1*a*. f) *om.* 3. g) uti 3. h) insidiatores 1*b*. i) dehiscens 2. k) studiis 3. l) eius 3. m) consueverat 1*b*, *corr. m. al.* n) atque — siti *om.* 3. o) *sic scripsi;* cuius *codd.* p) scitati 2, *corr.* q) *om.* 2. r) posset (2. 3). s) a. beati C. h. e. m. 2. t) Et — prosternitur *pr. m. in marg. suppl.* 2. u) dicti 1*b*, *corr. m. al.* v) *m. al. superscr.* 2. w) Ilico — aquas *om.* 3. x) recurrendo 3. y) replens 1*a*. *p*. z) fideli 2, *m. s. XII. corr.*

Cap. 37. a) eius *add.* 3. b) *m. al. superscr.* 1*b*.

1) *Cap.* 35. 2) *S. Aridius Lemovicensis; de quo v. Praef. p.* 459. 3) *Passionem SS. Chrysanthi et Dariae, qua Gregorius usus est, Graecam et Latinam ed. Boll. in AA. SS. Oct.* 25, *p.* 483. 4) *SS. Chrysanthus et Daria in arenario ad viam Salariam novam sito depositi sunt, quod Bosio recognovit et descripsit. Quorum coemeterium Hadrianus I. papa restauravit, ex Libro pont. V. Hadr.; cf. Kraus, 'Roma sotterranea' p.* 340. 477.

firmissima stabilitate subsistit. Denique cum ad eius festa populorum frequentatio confluxisset, iniquissimus imperator[1], erectum in illius criptae introitu parietem[a], conclusa multitudine, iussit aedem harena ac lapidibus operiri, factusque est desuper mons magnus; idque[b] gestum certissime ipsius manifestant[c] scripta certaminis. Quae cripta diu sub hoc velamento permansit operta[d], donec urbs Romana, relictis idolis, Christo domino subderetur. Iam procedente tempore iam nulli erat cognitus locus ipsius sepulturae, donec domino[e] Iesu revelante patefactum est; cuius parte in una loci, interposito pariete, sepulchra martyrum Crisanti et Dariae segregata, parte in alia sanctorum reliquorum cadavera in unum sunt congregata. Verum tamen pariete illo, qui est in medio positus, fenestram structor[f] patefactam reliquit, ut ad contemplanda[g] sanctorum corpora aditus aspiciendi patesceret.

Ferunt[2] etiam, quod eo tempore, quo ad[h] sancta[i] solemnia accedentes inclusi sunt, urceos argenteos ex metallo formatos cum vino, quod ad oblationem sacrificii divini offertur, secum[k] homines detulissent, argentumque ibi remansisse manifestum est, eumque hodie a[l] conspicientibus cerni. Sed quia iugiter mens humana turpibus erubescendisque cupiditatibus inhiat, subdiaconus[m] quidam, viso per fenestram argento, cogitat intra se[n], quod postea, avaritia inpellente, conplevit[o]. Nocte enim consurgens, ingressus est basilicam sanctorum, deinde per fenestram ingrediens cellulam ac per obscuritatem noctis palpans manibus, aliquos de urceis capit; deinde egredi[p] cum praeda cupiens, per totam noctem circumiens[q], numquam potuit[r] aditum, unde ingressus[s] fuerat, repperire. Dato vero die, dum opera sua obtegi conscius sceleris voluit iuxta illud dominici
Ioan. 3,20. oraculi dictum, quod: *Omnis qui male agit odit lucem, ut non manifestentur opera eius*, occultavit se in angulo cellulae tota die, ne videretur. Sequenti vero nocte quaesivit iterum aditum, sed repperire non potuit; sic per trium[t] noctium curricula[u] fecit. Tertia vero die cum iam fame cruciaretur, accessit coram populo ad fenestram, et relicto argento, confessus est opus suum, egressusque[v] est foris cum magna verecundia; nec latuit scelus quod gesserat populis qui aderant. Post multum vero temporis cognoscens hoc factum Damasus antestis sanctae sedis apostolicae, iussit diligentius[w] operere fenestram, ubi et versibus decoravit locum[3]. Et ibi benedicitur[x] dominus noster Iesus Christus ad laudem nominis sui usque in hodiernum diem.

38. Est etiam haud procul ab huius urbis muro et Panchratus[a. 4] martyr valde in periuribus ultor. Ad cuius sepulchrum si cuiusquam[b] mens insana iuramentum[c]

Capp. 37—38. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 37. a) pariaete 1*b*. b) id::que 1*a*. c) manifestavit 3. d) cooperta 2, *corr.* e) nostro *add.* 3. f) instructor 3. g) comtemplandā 2, *ras. virgula.* h) a 3. i) scām 1*b*, *corr.* k) Sed cum 3. l) *om.* 3. m) Sed diaconus invidiam v. 3. n) intrare 3. o) implevit 2. p) egrediens 3. q) criptam *add.* 3. r) a. p. 2. s) egr. f. repperiri 3. t) triduum 3. u) n. spatia (sp. *m. al. delevit*) c. 2; circula 3. v) egressus foris est 3; foras 1*a*. 2. w) o. d. 2. x) benedicetur 1*a*.

Cap. 38. a) Pancratus (1*b*. 3); Pranchratus 5. b) cuiusque 1*b*. c) iuramenta 1*b*.

1) *Numerianus; cf. Passionem l. l.:* Hoc cum fuisset Numeriani auribus intimatum, iussit, ut in introitu, per quem introierunt in cryptam, paries levaretur. Quod cum fuisset adimpletum, de zabulo super eos montem deiecit. 2) *Diaconus, qui a.* 590. *sanctorum reliquias in Gallias transtulit, quae sequuntur Gregorio nuntiasse videtur; cf. infra c.* 82. 3) *Damasi carmen* 28. *de SS. martyribus Chrysanto et Daria ed. Merenda p.* 236*:*

Effera quem rabies, neglecto iure sepulchri,
Sanctorum tumulos praeda furentis erat.
Pauperis ex censu melius nunc ista resurgunt,
Divite sed voto plus placitura Deo.

4) *Coemeterium S. Pancrati in via Aurelia 'haud procul a muro' situm est, qui Ianiculum tangit.*

inane proferre voluerit, priusquam sepulchrum eius[a] adeat, hoc est, antequam usque[b] ad cancellos, qui sub arcu habentur, ubi clericorum psallentium stare mos est, accedat, statim aut arripitur a daemone aut cadens in pavimento amittit spiritum. Ex hoc enim quisque fidem cuiuscumque rei ab alio voluerit elicere[c], ut veram cognoscat, non aliter nisi ad huius basilicam[d] destinat[e]. Nam ferunt, plerosque iuxta basilicas[f] apostolorum sive aliorum martyrum commanentes non alibi pro hac[g] necessitate nisi templum expetere beati Panchrati[h], ut, eius severitatis censura publice discernente, aut veritatem audientes credant, aut pro fallatia[i] iudicium martyris beati[k] experiantur.

39. Multi quidem sunt martyres apud urbem Romam, quorum historiae passionum nobis integrae non sunt delatae. De Iohanne tamen episcopo, quoniam agon eius ad nos usque non accessit scriptus[1], quae a fidelibus comperi, tacere nequivi. Hic cum ad episcopatum venisset[a], summo studio hereticos exsecrans, eclesias eorum in catho- 523.
lica[b] dedicavit[2]. Quod cum Theodericus[c] rex comperisset, furore succensus, quia esset sectae Arrianae deditus, iussit gladiatores per Italiam dirigi[3], qui universum, quotquot invenissent, catholicum populum iugularent. Haec audiens beatus Iohannes[d], ad regem, ne haec[e] fierent, depraecaturus accessit. A quo cum dolo[4] susceptus, alligavit eum et posuit in carcerem, dicens: 'Ego te faciam, ne audeas contra sectam[f] nostram amplius musitare'. Positus vero sanctus[g] Dei in carcerem, tantis adtritus est iniuriis, ut non post multum tempus spiritum exalaret; obiitque in carcere[h] cum gloria apud urbem Ravennam[5]. Domini autem misericordia statim ultionem[i] super regem inprobum inro- 526, Mai. 18.
gavit; nam subito[6] a Deo percussus, plagis magnis exinanitus interiit, suscepitque pro- 526, Aug. 30.
tinus perpetuum gehennae flammantis incendium[7].

40. Magna est enim dignitas nominis christiani, si illa, quae confiteris fide, opere[a] prosequaris. Nam, sicut ait apostolus: *Fides sine operibus mortua est in semetipsa.* Iac. 2, 17. 20.
Sicut enim filios Abraham[b] non carnalis nativitas sed fides facit, ita et christianos[c] veros

Capp. 38—40. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 38. a) *m. al. in marg. add.* 2. b) us 1*b*, *corr. m. al.*; u. ad *m. al. in marg. add.* 2. c) dicere *corr. m. al.* discere 1*b*; eicere 3. d) basilica 3. e) destitat 1*a*; des::::::: *corr. m. al.* definiatur 1*b*; destinet *corr. m. al.* destinat 2; destinavit 3. f) basilicam 3. g) hanc necessitatem 3; necessitate: 1*b*. h) Pranchati 1*a*; Panch^r^ati 1*b*; P^r^anchati 2; Pangrati 3. i) mendacio 3. k) *om.* 3.
Cap. 39. a) pervenisset 3. b) catholicorum 3, *corr.* c) Theodor. 1*b*; Teod. 3. d) Iohannis 1*a*, *corr.* e) *om.* 3. f) sesta 3. g) in carcere s. D. 3. h) carcerem 1*b*. 3. i) *om.* 2.
Cap. 40. a) opera 3. b) Abraam 3. c) et ex xpīanis 3.

Ibi Symmachus papa circa a. 500. *ecclesiam condidit, in qua Gregorius I. homiliam* 27. *habuit. Idem papa a.* 594. *ecclesiam a presbyteris neglectam monachis dedit (cf. Reg. IV,* 18*), quam iam Carmelitani tenent; cf. Kraus, 'Roma sotterranea' p.* 470. 1) *i. e. Passio quaedam, ut Duchesne, 'Mélanges d'archéologie et d'histoire'. II, Paris.* 1882, *p.* 280. *vult, qui Gregorium Libro pontificali usum esse contendit. Cum autem Gregorius fideles quosdam auctores laudaverit, libros scriptos ipsi minime praesto fuisse, persuasum mihi est.* 2) *Id de Iustino imp. auctor V. Iohannis I. scripsit; cf. Cat. Felic.:* qui summo amore religionis christianae voluit haereticos extricare, nam summo fervore ecclesias Arrianorum in catholicas dedicavit. *Errorem Gregorii Duchesne p.* 281. *e Cat. Felic. ortum esse, coniecit.* 3) Exinde iratus Theodericus Arrianus voluit totam Italiam gladio perdere. *Cat. Fel.* 4) *Anonymus Valesianus, postquam Iohannem papam a Theuderico Constantinopolim missum esse narravit, ut Iustinus imperator catholicae religioni reconciliatos Arianae legi restitueret:* Revertens, *inquit*, Iohannes papa a Iustino, quem Theodericus cum dolo suscepit, et in offensa sua eum esse iubet, qui post paucos dies defunctus est. 5) qui vero defunctus est Ravenna cum gloria 15. Kl. Iun. in custodia regis Theoderici. *Cat. Felic.* 6) *Cf. Cat. Felic.:* subito Theodericus rex interiit, divinitate percussus. 7) *Cf. visionem solitarii Liparitani, Greg. Dial. IV,* 31, *SS. R. Lang. p.* 541.

non solum nominis gratia, sed opera praestat[a]. Per hoc[b] enim nomen inluminantur tenebrae, serpentes fugiunt, idolatria prosternuntur, cessat hariolus, tabescit sortilegus[c], cultores daemonum propelluntur, sicut Prudentius noster in libro contra Iudaeos[1] cf. Prud. Ap. v. 449. meminit, quod procedens imperator[2] ad immolationem factidam daemoniorum, adoratis diis atque coram sigillis prostratus, expectabat sacerdotes simulacrorum mactantes turbas ib. v. 461. ib. v. 465. pecodum, quorum frons[d] revincta[e] lauro securibus caedebatur. Cumque senes cruentis[f] manibus internorum tractaret viscerum partes, iocinoris[g] fibras[h] atque inter praecordia exta[i] animalium investigare aliquid temptaret divinum, turbata omnia cernit nec ea ib. v. 469. quae[k] cupiebat scire poterat certus[l] agnoscere. Exclamat[m] turbatus et ait: 'Heu, heu, nescio quid hic agitur, quod diis nostris contrarium esse putatur. Video enim deos ib. v. 474. nostros a longe discedere nec de praeparatis sacrificiis aliqua[n] praelibare. Est hic, ut res ipsa docet, de officiis quorumpiam deorum, qui nobis adversari[o] sunt soliti. Et ib. v. 485. mirum, si ad hanc fugam non aliquis[p] de cultoribus dei Christi, quem crucifixum ad- ib. v. 479. serunt, deos nostros inpellat. Turibula[q] timiamatis refrigescunt[r], arae tepescit ignis, et ib. v. 481. ipsum quoque ferrum iniectum victimis hebetare[s] conspicitur. Require nunc, sacra- ib. v. 487. tissime auguste, quis adstet aquis[t] ablutus[3], balsamo unctus; et abscedat protinus, ut ib. v. 489. accedant[u] dii[4], quos invocamus'. Et haec dicens, acsi ipsum cerneret de his Christum ultorem, procidens ad terram exanimis, offensa proclamat numina. Tunc et ipse imperator, deposito diademate, ait[5]: 'Quis est hic numinibus nostris contrarius ac religionis ib. v. 493. christianae socius, qui fronte[v] chrysmatis[w] inscriptione signatam ferat lignumque crucis adoret? Ne moretur edicere'. Tunc unus de armigeris augusti in medio positus, proiecit arma solo et[x] ait: 'Ego sum, cuius deus Christus est, et qui eius baptismo ablutus et cruce redemptus sum; qui semper eius[y] nomen invocabam, dum haec sacerdotes vestri daemoniis[z] haec quae[a] sunt adposita consecrarent. Eius nomen fugiunt dii vestri nec possunt in loco illo stare, ubi tantae[b] maiestatis nomen fuerit invocatum'. Haec ib. v. 499. dicente puero, obstupefactus imperator et tremens, reliquit templum daemoniorum[c], tantusque omnes adstantes Dei timor accendit, ut nullus augustum ad palatium sequeretur, sed cuncti, erectis ad caelum palmis et oculis, dominum Christum uno ore unoque consensu laudabant atque, ut eisdem adiutor exsisteret, voce supplici invocabant. Quae[d] relatio ne cui fortassis videatur incredula, paucos ex his subiciam versos:

ib. v. 449.
Principibus tamen e cunctis non fuit[e] unus,
Quem[f] puero memini, ductor fortissimus armis

Cap. 40. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 40. a) prestant 2. b) ho 1*b*, *corr. m. al.;* n. e. 2. c) sortilogus 3. d) fons 1*a*. *b*.; *corr.* 1*b*. e) revicta 3. f) cruentibus 1*b*, *corr.* g) io:::eris *corr. m. al.* id-÷-iecoris 1*b*; p. i. *om.* 2. h) p. f. a. i. 1*b*. *p*; praec. *om.* 2. i) extat 3. k) qūā 3. l) nec *add.* 2. m) exclamabat *corr. m. al.* exclamavit 1*a*. n) aliquid praelibaret 3. o) adversarii 3. p) aliquid 1*a*, *corr. m. al.;* aliqui[s] 1*b*; aliqui — — inpellant 2. *p*; impellunt 3, *corr.* q) et tur. 2. r) refrigescant 2. s) habitare 1*a*; h:b:tare 1*b*, *corr.* t) *sic* 3; quis 1*a*. *b*. 2. *p*. u) accendant 3, *corr.* v) fonte 1*a*, *corr. m. al.;* frontem 2. *p*. w) chrymatis 1*a*, *corr. m. al.* x) *om.* 3. y) n. e. 3. z) daemonis (3). a) querunt a. 3. b) n. t. m. 2. c) idolorum 2. d) qua revelatio 1*a*; qua 1*b*, *corr. m. al.* e) *sic codd.;* defuit *Pr. p.* f) Me puero ut mem. *Pr.; versus e Prudentio m. al. emendavit omissosque supplevit* 1*b*.

1) *Intelligitur Prudentii Apotheosis, ex qua quae sequuntur Gregorius oratione soluta exscripsit. Sed non semper iisdem usus est verbis nonnullaque addidit. Ipsos quidem Prudentii versus* 449—502. *Gregorius subiecit, 'ne cui fortassis relatio videatur incredula', sed aliquot omisit.* 2) *Iulianum Dressel perperam intellexit; sed Diocletianum fuisse imperatorem e Lactant.*, *De mort. persec.* c. 10, *probatur, quo Prudentius usus est.* 3) Lotus procul absit et unctus *Prud. Lotus et aquis ablutus est christianus, chrismate unctus.* 4) redeat Proserpina *Prud.* 5) *Imperatoris et armigeri orationes Gregorius ipse composuit.*

Conditor et legum celeberrimus, ore manuque
Consultor patriae, sed non consultor habendae
Religionis, amans ter centum milia divum.
Augustum caput ante pedes curvare Minervae[a] Prud. Ap. v. 455.
Fictilis et soleas Iunonis lambere, plantis[b]
Herculis[c] *advolvi, genua incerare Dianae.*
Forte litans Achaten[d] *placabat sanguine multo* ib. v. 460
Vittatus de[e] *more senex, manibusque cruentis* ib. v. 465.
Tractabat trepidas[f] *laetali frigore fibras*[g]
Postremosque animi pulsos in corde taepenti
Callidus interpres numeris et fine notabat;
Cum subito exclamat media inter sacra sacerdos
Pallidus: 'En quid ago? Maius, rex optime, maius[h]
Numen nescio quod nostris intervenit aris[i].
Accitas video longe dispergere[k] *umbras.* ib. v. 474.
Nescio quis certe subrepsit christicularum ib. v. 485.
Hic iuvenum; genus hoc hominum tremit infula et omne[l]
Pulvinar[m] *divum. Lotus procul absit et unctus,*
Pulchra reformatis redeat Proserpina sacris'.
Dixit et[n] *exsanguis conlabitur, ac velut ipsum*
Cerneret exerto[o] *minitantem fulmine Christum,*
Ipse quoque exanimis[p], *posito diademate, princeps*
Pallet et adstantes circumspicit, equis[q] *alumnus*
Chrysmatis inscripto signaret timpora ligno,
Qui Zoroastreos turbasset fronte susurros.
Armiger e cuneo puerorum flavicomantum[r],
Purpurei custus lateris deprehenditur[s] *unus,*
Nec negat et gemino gemmata hastila ferro
Proicit ac signum Christi se[t] *ferre fatetur.*
Prosiluit, pavido[u] *deiecto*[v] *antistite, princeps,*
Marmoreum fugiens nullo comitante sacellum[w],
Dum tremefacta[x] *cohors, domini*[y] *oblita, supinas*[z]
Eregit ad caelum facies atque vocat[a] *Iesum.*

Hos tantum versiculos ad haec quae narravi confirmanda inserui lectioni, ostendens, quid nomen christianum, quid crucis vixillum prosit[b] his, qui fide credentes, opere perficiunt[c] quae crediderunt, sicut superius[d] dictum est.

41. Templum erat in quodam loco beati Laurenti et reliquiis et nomine consecratum, quod per incuriam longinqui temporis valde detectum[a] erat. Quod cum renovare loci[b] incolae vellent, silvas adeunt[c], incisa levigataque[d] ligna, trabes efficiunt, inpositisque plaustris ad locum exhibent. Quibus per humum ad ordiendum extensis, una brevior est reperta; statimque sacerdotis animum, qui haec insistebat, dolor maxi-

Capp. 40. 41. 1*a.* 1*b.* 2. 3.

Cap. 40. a) Min. 2. 3. *p.* b) plantas 2. c) Erculis 3. d) Hechaten *Pr.* e) domare s. 3. f) trepidat 3. g) sibras 3. h) malus 3. i) aures 3. k) dispergier *Pr. cum p.* l) ōmnē 3. m) Pluvinar 3. n) *om.* 1*a. p; m. al. suppl.* 1*b.* 2. o) ex exerto 3. p) examinis 1*b.* q) *sic* 1*a. b.* 2; ecquis (3); an quis *p.* r) flavicomatum 3. s) deprenditur *Pr.* t) referre 3; si f. *p.* u) pavidus *Pr.* v) detecto 1*a. b.* 2. *p; corr. m. al.* 1*b.* w) sacello 2, *corr.* x) tremefacte 1*b, corr. m. al.* y) dominique *Pr. cum p.* z) sub (*corr.* sup) pennis 3. a) *sic codd.;* invocat *Pr. et corr.* 1*b.* 2. b) *om.* 3. c) er *e corr. m. al.* 1*b;* prof. 2, *corr.* d) antea 3.
Cap. 41. a) deiectum 3. b) *om.* 3. c) silvadeunt 1*b, corr. m. al.* d) que *om.* 3.

mus[a] attigit, et flens valde, quid ageret, quo se verteret, ignorabat. Tunc intuens roborem[b] breviorem, ait: 'O Laurenti beatissime[c], appositus igni[d] glorificate[e], semper pauperes fovens ac reficiens, cogita paupertatem meam, quia non est exiguitate[f] nostrae facultas, qualiter hic alia exhibeatur[g]'. Ilico cunctis attonitis, trabes crevit in tanto spatio longitudinis, ut necesse esset, partem magnam incidi. De qua industria plebis, beneficia perdere nefas[h] putans, credens eam manu martyris tactam ac prolongatam, partem quae superfuerat frustratim[i] decerpens, diversas infirmitates saepe submovit. Quod Fortunatus presbiter his versibus prosecutus est[1]:

Laurenti, merito flammis vitalibus uste,
Qui fervente fide victor ab igne redis,
Dum[k] templa novant breviore robore plebes,
Creveruntque trabes, crevit et alma fides;
Stipite contracto tua se mercede tetendit,
Quantum[l] parva prius, postea caesa fuit.
Crescere plus meruit succisa securibus arbor,
Et didicit sicca longior esse coma.
Unde recisa fuit, populus fert inde salutem:
Si venit intrepidus, lumina[m] caecus habet.

Multo plures exinde scripsit versiculos[2], quos ego praetermisi, hos tantum pro testimonio[n] viri scribens. Acta sunt autem haec apud Brionas Italiae[o] castrum[3]. Nam vidi ego hominem, qui graviter dentium[p] dolore laborans, acceptam de hoc ligno particulam[q] a sacerdote, statim ut dentem attigit doloremque[r] protenus caruit.

Sed nec illud silendum putavi, quod reliquiae eius ab incendio hostilitatis ereptae, a quodam[s] homine in Lemovicino[t] delatae sunt. Qui cum saepius admoneretur per visum, ut easdem[u] Aridio abbati[4] deferret, nec iussionem impleret, ipse cum coniuge et omni familia aegrotare coepit. Tunc necessitate conpulsus, ut eas viro[v] sancto detulit, mox sanitati restitutus[w] abscessit.

42.[a] Cassianus martyr Italiae[5], puerorum magnificus doctor[6], adveniente persecutione[7], ipse puerili ac tenero gregi persecutorum iudicio traditur[b]. At illi magistri[c] sanguinem sitientes, ceratas caput inlidunt tabellas[8], secantes latitudinibus stilorum[9] punctisque minutis[d. 10] transverberantes membra magistri[e], dignum Deo martyrem[f] effecerunt[g].

Capp. 41. 42. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 41. a) magnus 3. b) arborem *e corr. m. al.* 1*b*. c) Laurenti *add., sed eras.* 2. d) ignis 3. e) *sic* 1*a*. 3. *p*. f) meç *add.* 3. g) exibeatus 1*b*. h) nefa: 1*a*; nefans 1*b*. i) frustatum 1*b*. k) tua *m. s. XII. add.* 2 *cum Fort.*; Cum tibi *p*. l) Quotum 3. m) lumen 3. n) testimonium 3. o) Itali 3. p) dol. dent. 2; dol. *om.* 3. q) a. s. p. 1*a*. *b*. *p*. r) que *om.* 1*b*; doloreque 2. *p*. s) quedam 3. t) Lemovicimo 3. u) A. e. 2. v) s. v. 3. w) restitus 1*b*.

Cap. 42. a) *om.* 1*b*. b) traditus 1*b*. c) magisterii 3. d) minantis 3. e) magistis 3, *corr.* f) martyrium 3. g) efferunt 1*a*; fecerunt 3.

1) *Carm. IX*, 14, *v.* 1. 2. 11—18. 2) 22 *scilicet.* 3) *Locum Fortunatus non tradidit. De Brionas cf. Zeuss, 'Die Deutschen' p.* 586. 4) *Cf. supra p.* 459. 5) *Cassiani Forocorneliensis passionem Prudentius, Peristephanon IX. descripsit, unde Greg. hausit.*

6) *Prud. l. l. v.* 21: Praefuerat studiis puerilibus et grege multo
Septus magister litterarum sederat.

7) *Prud. l. l. v.* 29: Ecce fidem quatiens tempestas saeva premebat.

8) *Prud. l. l. v.* 47: Coniciunt alii fragiles inque ora tabellas
Frangunt, relisa fronte lignum dissilit.

9) *Ib. v.* 14: Confossa parvis membra figebant stilis.

10) *Ib. v.* 12: Ruptam minutis praeferens punctis cutem.

In cuius honore hodieque tantus timor habetur, ut nullus penitus de[a] eius rebus aliquid sit ausus[b] attingere. Quod si fecerit, aut arripitur[c] daemonio aut morte repentina consumitur, non tamen inmunis ab ultione recedit.

43.[a] Agricola[1] et Vitalis apud Bononiam Italiae urbem pro[b] Christi nomine crucifixi[c] sunt, quorum sepulchra, ut per revelationem fidelium cognovimus, quia nondum ad nos historia passionis advenit, super terram sunt collocata[d]. Quae cum a multis, ut fit, vel tangerentur manu vel ore oscularentur, admonitus est aedituus templi, ut inmundi ab his arcerentur. Quidam audax atque facinorosus operturium unius tumuli removet, ut scilicet aliquid de sacris auferret cineribus; missoque[e] introrsum capite, obpraessus ab eo, vix ab aliis liberatus, confusus abscessit; nec[f] accipere meruit, quod temerario[g] ausu praesumpsit, sed cum maiori[h] deinceps reverentia sanctorum adivit sepulchra.

Alius quoque tributa publica deferens, sacculum pecuniae, dum iter ageret, neglegenter amisit. Adpropinquans autem civitati, recognoscit, se amisisse[i] publicum quod ferebat. Tunc prostratus coram sepulchris[k] beatorum, cum lacrimis deprecatur, ut perditum eorum virtute reciperet, ne ipse coniuxque ac liberi ob id captivitati subigerentur. Egressus autem foris in atrio, virum, qui hanc pecuniam in via iacentem repererat, nanctus est; scrutatusque diligenter, illius horae tempore hic sacculum invenisse se dixit, quo iste martyrum auxilium flagitavit.

Horum reliquias Namacius[l] Arvernorum[m] episcopus devote expetiit, ut scilicet eas in eclesia, quam ipse construxerat[2], collocaret. Direxitque unum illuc presbiterum[3], qui abiens cum Dei gratia, quae petierat detulit. Regressusque cum sociis, in quinto ab Arverna urbe miliario revertentes metatum accipiunt et ad episcopum missos dirigunt, ut eis quid agant iubeat ordinare. Mane autem facto, sacerdos, admonitis civibus, cum crucibus et cereis ad occursum sanctarum[n] reliquiarum devotissimus properat. Cumque ei presbiter offerret, ut beatas reliquias[o] aspiceret, si iuberet, et ille: 'Mihi', inquid, 'magis est haec[o] credere quam videre. Sic enim in Scripturis legimus sanctis[4], et ipse Dominus beatos illos iudicat, qui eum cum non viderint credidissent'. Hac itaque[p] sacerdotis fide pollente, Dominus[q] sanctos suos glorificat in virtute. Nam venientibus illis, subito contenebratum est caelum, et ecce imber umbrosus atque teterrimus super eos discendit, et tanta pluvia ibidem est diffusa, ut flumina per vias illas currere cernerentur. Verum tamen circa sancta pignora per unum valde iugerum neque una gutta visa est cecidisse. Et abeuntibus illis, pluvia eos a longe, quasi praebens obsequium,

Cap. 42. 1*a*. 1*b*. 2. 3. *Cap.* 43. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 42. a) deaetus r. 3. b) causus, *expunct.* c 1*b*. c) arripietur 1*a*.

Cap. 43. a) c. 43. *om.* 3. b) *postea add.* 1*a*. c) passi s. *in marg. m. coaeva corr.* crucifixi s. 2. d) collecta 1*a*, *corr.* e) que *m. al. superscr.* 1*b*. f) ne 1*a*. g) temeraria usu 1*a*. h) maiore 2. i) sacculum *add. Ruin.* k) reliquiis, *in marg. m. al.* at sepulchris 2. l) Namatius 2. m) Arvennorum 1*a*, *et sic deinceps.* n) *in marg. prima m. suppl.* 1*a*; r. s. 2. o) *in marg. add.* 2. p) igitur 2. q) dn̄o *corr. m. al.* dn̄us 1*b*.

1) *V. Paul. Nol. Poema XXVII, v.* 432:

Vitalem, Agricolam Proculumque Bononia condit,
Quos iurata fides pietatis in arma vocavit,
Parque salutiferis texit victoria palmis,
Corpora transfixos trabalibus inclita clavis.

2) *Hanc ecclesiam Gregorius, H. Fr. II,* 16, *fusius descripsit.* 3) *Cf. H. Fr. l. l.:* Exactum ergo in duodecimo anno beatus pontifex edificium, Bononiae civitatem Italiae sacerdotes dirigit, ut ei reliquias sanctorum Agricolae et Vitalis exhibeant, quos pro nomine Christi dei nostri manifestissime crucifixos esse cognovimus. 4) *Ioann.* 20, 29.

sequebatur, populum fovens, gestatores autem pignorum non attingens. Haec videns pontifex, magnificavit Dominum, qui fidei suae sic favens, talia ad sanctorum gloriam operare dignatus est. Congregatis vero civibus, cum magno gaudio atque devotione[a] sanctam eclesiam his inlustratam pignoribus dedicavit.

44. Magnificatur etiam apud Mediolanensium urbem Victor[1] inclytus martyr, quod saepius vinctos ab ergastulis dissolvat[a] captivosque liberos abire permittat. Igitur quodam tempore Apollinaris[b, 2] cum Victorio duce[3] Italiam[c] petiit, quod[d] agunt[e] apud urbem Romam[f] interfectum; Apollinarem[g] incolae loci quasi captivum retenebant, dicentes: 'Non videbis patriam tuam, sed dignas ut satelles[h] tuus poenas exsolves'. Haec autem comminati, miserunt eum in exilio[i] apud urbem Mediolanensim[k]. Factum
Mai. 8. est autem, ut adveniente festivitate[l] sancti Victoris, convenientibus populis, et hic vigiliis interesset — sub libera enim custodia absolutus[m] adtendebatur —, prostratusque coram sacro sepulchro sancti[n], cum semper tum inpensius orare coepit, ut eum virtus martyris ab hoc exilio liberaret. Circa medium vero noctis egressus ab aede, audivit unum de aegenis loquentem ad alium atque dicentem: 'Quid putas, o conpauper, quae virtus sit huius martyris[o]? Verum dico nec[p] fallor, quia in hac nocte quisquis captivus domino per fugam dilabitur, absolutus in patriam accedit, nec prorsus ultra repperitur[q]'. Haec Apollinaris[r] verba quasi auspicium ex Dei nutu missum accipiens, iterum atque iterum provolutus ad tumulum martyris, orat, ut virtute eius adiutus[s] absque inpedimento possit[t] abscedere[u]. Moxque vocato puero[v], equum sterni praecepit, dicens: 'Hodie absolvendi sumus a vinculo isto custodiae'. Et ascendentes ita Alpium iuga[w], congeriorum oppleta multitudine, pertransierunt atque Arvernum[x] perlati sunt, virtute beati martyris praeeunte, ut a nullo interrogarentur, quo tenderent vel unde venirent. Manifestumque est, eos praesidio[y] beati martyris ab hac aerumna fuisse salvatos.

45. Est enim apud eandem urbem basilica sancti Laurenti levitae, cui supra meminimus[4], ibique admirabili pulchritudine calix cristallinus habebatur[a]. Acta vero quadam solemnitate, dum per diaconem[b] ad sanctum altare offerretur[c], elapsus manu in terram ruit et in frustra[d] comminutus est. At diaconus pallidus et exsanguis collecta diligenter fragmenta vasculi super altare posuit, non diffisus, quod eum possit[e] virtus martyris solidare. Denique in vigiliis, lacrimis atque oratione deductam[f] noctem, requi-

Cap. 43. 1*a*. 1*b*. 2. *Capp.* 44. 45. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 43. a) devocionem 1*b*.

Cap. 44. a) solvat 3. b) Apolin. 1*b*. c) Italia 3; petit 2, *corr.* d) quem 2; quo ut a. *p.* e) *sic* 1*b*; aiunt *cett.* f) Romanam 1*b*, *corr. m. al.* g) Apolin. 1*a*. h) ut s. tuos 1*a*; cū satellitibus 1*b*; ut satellis tui^{9} 3. i) exilium 2. *p.* k) Mediolanensium 2. *p*; *corr.* Mediolanensem 2. l) festivitatem 2, *corr.* m) adsolutus 3. n) sancto 3. o) uiri:: 3. p) non 1*b*. q) reperitus hae (*corr. m. al.* haec) 1*b*. r) Apollon. 2, *corr. m. al.* s) aduirtu^{9} 3. t) posset 2. u) accedere 3. v) *om.* 3. w) Alpium iuga neque alium congeriorum *codd.: exemplar* Alium iuga *habuit; qui dictavit* Alpium iuga *coniecit et adiecit:* 'neque' Alium. x) Arrvennum 1*b*. y) praesidii 3.

Cap. 45. a) habetur 3. b) *sic* 1*a*. 2. *p.* c) offeretur 1*a*. *b*. d) *sic* 1*b*. 3. e) posset 2. f) *sic* 1*a*. *b*. 2. *p.*

1) *Per quem Ennodius bonae valitudini restitutus est; cf. Ep. VIII,* 24*; Euchar. p.* 397 *(ed. Hartel). Acta, quae in AA. SS. Mai.* 8, *tom. II, p.* 288. *edita sunt, auctoritate carent.* 2) *In pugna Vogladensi Arvernis praefectus (cf. H. Fr. II,* 37*), postea episcopus (H. Fr. III,* 2*; Glor. Mart. c.* 65*; V. Patr. IV,* 1*), filius Apollinaris Sidonii, ut Sirmondus coniecit.* 3) *Victorium ducem ab Eurico Gothorum rege 'super septem civitatis' praepositum, cum 'ab Arvernus veritur interfeci', Romam fugisse ibique lapidibus obrutum esse, Gregorius, H. Fr. II,* 20, *narravit. Cf. Sidon. Apoll. Ep. VII,* 16. *Ex Iordane, Get.* §. 240. *constat, Arvernam urbem a.* 474. *ab Eurico captam esse. Victorius igitur dux, qui ante Euricum (a.* 485*) mortuus videtur esse, circa a.* 474. *ad Arvernos venit.* 4) *Cap.* 41.

situm calicem repperit super altare solidatum. Quae virtus cum populis nuntiata fuisset, tanta animos devotione succendit, ut a sacerdote peterent, nova in honorem[a] eius Deo solemnia celebrari. Tunc pontifex loci, suspensum[b] super altare calicem, et[c] tunc agens, et in posterum per singulos annos devotissime instituit celebrari.

46. In hac enim urbe beatorum martyrum Gervasi Protasique[1] victricia corpora retenentur, quae diu, sicut ipsa[a] passionis narrat historia, sub fossa latuerunt[2]. Quae beato Ambrosio revelata atque ab eodem reperta, in basilicam[b], quam ipse proprio 386. aedificavit studio, ostensis miraculis, sunt sepulta. De quorum reliquiis quia maxime[c] Turonica urbs seniores eclesias contenet inlustratas, sed et per totum Galliarum ambitum Deo propitio dilatatae[d] sunt. Sermo quadam vice de his quibusdam religiosis est habitus, vel qua de causa antedictae reliquiae tam condensae fuerint per loca singula distributa. Et quae super his quodam[e] referente audivi[f], absurdum non putavi inserere lectioni, quia non contenetur in historia passionis. Aiebat enim, quod, quando haec gloriosa corpora translata in eclesia illa fuerunt, dum in honore ipsorum martyrum missarum solemnia celebrarentur, cecidisse e camera[3] tabulam unam, qui[g] inlisa capitibus martyrum, rivum sanguinis elicuerit. De quo infecta lenteamina vel pallulae sive vela[h] eclesiastica, beatus cruor collectus est; qui usque adeo confluxisse fertur, quoadusque lenteamina, qui[i] susciperent, sunt reperta. Ex hoc enim eorum[k] reliquiae affatim[l] collectae per universam Italiam[4] vel Gallias[m] sunt dilatae. Ex quibus et sanctus Martinus multa suscepit, sicut Paulini beatissimi narrat epistola[5].

De sancti vero Nazarii ac[n] Celsi pueri artubus, quos apud Ebredunensim Galliarum[o] urbem passos lectio certaminis narrat[6], et ipsa[p] ita clam propter paganorum insecutionem sepulta sunt, ut in tempora secutura oblivioni[q] darentur. Referre erat solitus vir ille, qui de supradictis sanctis quae praefati fuimus[r] enarravit, natam fuisse super haec sepulchra pirum arborem, et fecisse quodam[s] paupere hortellum[t] in hoc loco, qui hanc arborem concludebat[u]. Verum cum poma iuxta morem tempore debito ferret,

Capp. 45. 46. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 45. a) honore 1*a*. *p*. b) *prima m. in marg. suppl.* 2. c) ex (3).

Cap. 46. a) p. i. 2. b) basilica 3. c) maxima *corr. prima m.* maxime 2. d) delatae 3. e) quadam 1*b*. f) cognovi, *in marg. m. al.* al audivi 2. g) quę 1*b*. *p*. h) vel 1*a*. i) que susceperant 3. k) r. e. 2. l) eff. 1*a*, *corr. prima m.* m) Galliam (1*b*). 3. *p*. n) ecclesi *corr.* a Celsi 1*b*. o) u. G. 3. p) it (*corr. m. al.* ita) ipsa 1*b*. q) obliovioni 1*b*. r) sumus 2. 3; *m. coaeva in marg. corr.* 2. s) quendam 1*b*. *p*. t) hortulum (3). u) includebat 1*b*.

1) *De quibus v. AA. SS. Iun.* 19, *III, p.* 817—846. *Passionis historia iam latet, sed scriptori Augustinum praesto fuisse, e Gregorio intelligitur.* 2) *Ex Augustino, Confess. IX,* 7*:* Cum enim propalata et effossa digno cum honore transferrentur ad Ambrosianam basilicam, non solum quos immundi vexabant spiritus *etc. et De civ. Dei XXII,* 8*:* quae cum laterent et penitus nescirentur, episcopo Ambrosio per somnium revelata reperta sunt, ubi caecus ille, depulsis veteribus tenebris, lumen vidit. 3) *i. e. fornice; cf. supra c.* 12. 4) *SS. Gervasii et Protasii reliquiae in basilica quoque Fundana conservabantur, Paulino teste Nolano (Ep.* 32, *Migne LXI, p.* 339*):*

Quosque suo Deus Ambrosio post longa revelat
Saecula, Protasium cum pare Gervasio.

5) *V. H. Fr. X,* 31*:* (Eustochius) aedificavit etiam ecclesiam infra muros civitatis, in qua reliquias sanctorum Gervasi et Protasi martyrum condidit, quae a sancto Martino de Italia sunt delatae, sicut sanctus Paulinus in epistola sua meminit. *Quae epistola iam latet.* 6) *Gregorius fallitur, cum S. Nazarius et Celsus non Ebreduni sed Mediolani passi sint (cf. Ennodi Carm. I,* 18. 28*); reliquiae in basilica S. Mariae Ebredunensi, quae iam 'Notre-Dame' dicitur, exstant. Sed v. AA. SS. Iul.* 28, *VI, p.* 516, *ubi Ebredunenses martyres a Mediolanensibus distincti sunt, id quod probare nequeo. Acta ipsorum, quae supersunt, nihil valent.*

quicumque exinde infirmus, qualibet aegritudine detentus, pomum mordicus[a] decerpsisset[b], mox ablata infirmitate convaliscebat. Unde magnum quaestum pauper ille habebat[c]. Sed cum se revelantes martyres, arborem incidi iussissent[d], pauper ille in[e] magnis fletibus prorumpens, incidi arborem[f] non sinebat. Quo remoto, succisa piro[g], basilica miro opere aedificata est; in cuius etiam altari[h] beati Genesi Arelatensis martyris reliquiae venerantur[1]. Tantaque pauper[i] ille fide praelatus est, ut sacerdotium in hac[k] eclesia deinceps promereretur.

47. Saturninus[2] vero martyr, ut fertur, ab apostolorum discipulis ordinatus, in urbe Tolosacium[a] est directus. Qui inpulsu[b] paganorum[3] bovis petulci religatus vestigiis[c], per grados[d] Capitulii praecipitatus, praesentem finivit vitam, capitis conpage[e] dispersa. Cuius reliquiae cum a quibusdam religiosis in regionem alteram transferrentur, iteneris[f] ordo contulit, ut[g] Brivatensis pagi[4] situm in Arverno territurio terminum praeterirent. Sole quoque ruente, ad hospitium cuiusdam pauperis divertunt, mansionis postulando necessitatem. Recepti quoque ab homine, quid exhibeant narrant. At ille humanitatis intuitu et Dei timore[h] commonitus, capsam cum reliquiis in cellam penariam[i] ponit ac super annonam, quae erat in vase condita, locat. Mane quoque dato, viri, acceptis pignoribus, gratias agentes homini, iter quod[k] coeperant abierunt. Sequenti vero nocte admonitur vir ille per visum, dicente sibi quodam sine: 'Ne maneas in hoc loco; sanctificatus est[l] enim a pignoribus martyris Saturnini[m]'. Ille quoque parvi pendens visionem, nihil de his, ut habet rusticitas, quae admonitus fuerat, retractavit. Nec mora, inruit in taedium, ac parvitas[n] facultatis eius coepit paulatim minui, uxor[o] vero illius ab[p] alio languore tabescere. Quid plura? Infra unum[q] annum in tanta[r] redactus est exiguitate[s], ut nihil ei, unde aleri[t] aut tegi possit, sicut humana deposcit necessitas, remaneret. Tandem conversus ad se, dicit ad coniugem[u]: 'Peccavi coram Deo et sanctis eius, ut[v] ab hoc hospitiolo, sicut sum admonitus, non recessi. Et scio, quod ob hoc nobis mala quae patimur accesserunt. Nunc autem[w] pareamus

Capp. 46. 47. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 46. a) mordicitus 3; mordens *p*. b) decerpisset 3. c) h. — pauper ille *des*. 3. d) iusserant 2, *corr*. e) immagni[s] (s *m. al.*) 1*b*; in *om. p*. f) arborem *bis scr*. 3. g) arbore 3. h) altare 1*b*. 2. i) f. p. i. 2. k) *prima m. superscr*. 1*b*.

Cap. 47. a) Tholosacium 5. b) inpulso 3. c) ut stigiis 1*a*, *corr. m. al.* d) *sic* 1*a*. 2. 3. e) conpagē, *ras. virgula* 1*b*. f) *sic* 3. g) in *add*. 3. h) timorem 1*b*, *corr*. i) poeanariam 1*b*. k) quo 3. l) e. est 3; enim *superscr. prima m.* 2. m) Sart., *expunct*. r 1*b*. n) pravitas 3, *corr*. o) m. vero illius illius 1. 3. p) ablio 1. 1*b*. q) a. u. 1*b*. r) tantā — exiguitatē 1*b*. 2. *p*. s) infirmitatem 2, *sed corr*. t) ali 2. *p*. u) se *pro* c. 3. v) qꝫ 2. w) igitur 2.

1) *De S. Genesio v. infra c.* 67. 2) *De S. Soturnino Gregorius sibi ipsi repugnat. In H. enim Fr. I*, 30. *e Passione S. Saturnini (Ruinart, Acta mart. ed. Ratisp. p.* 178*) retulit, ipsum Decio Grato coss., i. e. a.* 250, *episcopum institutum esse, dum h. l. 'ab apostolorum discipulis ordinatus' esse dicitur. Id quidem vulgo tradunt et clausula Arelatensi (v. Faillon, 'Monuments inédits sur l'apostolat de Sainte Marie-Madeleine' II, p.* 575*) et Passione quadam S. Saturnini, quam Maceda, De celeri propagatione Evangelii in universo mundo libri tres. Bolon.* 1798. *e codice Florent. bibl. Riccard. nr.* 223. *in lucem vocavit, certo certius demonstrasse sibi visi sunt, qui scholae legendariae sunt sectatores (v. Salmon, 'Origines de l'église de Tours' in 'Revue de l'art chrétien' Atrebat.* 1869, *p.* 402*). Sed Vita Riccard., quae textum ex Actis S. Firmini interpolatum prodit, a falsario corrupta est, ut primus Chevalier, 'Origines de l'église de Tours', p.* 147. *sagacissime probavit neque clausulae maior fides habenda est, quippe quae collectioni ecclesiae Arelatensis postea adiecta sit; cf. Chevalier l. l. p.* 480 *sqq.* 3) *De cuius nece v. H. Fr. I*, 30*:* Hic vero tauri furentes vestigiis allegatus ac de Capitulio praecipitatus, vitam finivit, *quae eodem modo in Passione c.* 5. *descripta est.* 4) *Brioude.*

visioni, quam vidimus, et removeamus hoc hospitiolum a loco isto, ut salvemur'. Tunc amoto tugurio, oratorium ex ligneis formatum tabulis collocavit; in quo cotidie orationem fundens, opem beati martyris flagitabat. Tandem cessantibus plagis, aptanti manus ad operam tanta fructuum[a] consequentia fuit, ut in[b] modici temporis spatio[c] amplius quam perdiderat repararet. Haec infra nostro[d] territurio gesta sunt.

Sed nec hoc silebo ad conpraemendam malorum[e] superbiam, quod Plato quidam[f] Chlotharii[g] regis tempore ad Pauliacensim monasterium[1] accedens[h], in cuius oratorium huius sancti reliquiae contenentur[i], pro eo quod munus[k] aliquod ab abbate non accepisset, dixisse fertur: 'Ego faciam de hac eclesia domum regis, in cuius unum angulum equi eius alantur'. Et cum furore discedens, dum ad principem abire disponit[l], conprehensus a febre, die tertia spiritum exalavit. Discendens velociter ad infernum, domum[b] Dei reliquid ad cultum eius, cuius prius fuerat[m] nomine consecrata.

48. Quadraginta octo[a] vero martyrum[2] nomina, qui Lugduno passi dicuntur, haec sunt[b]: Vettius Epagatus, Zaccharias[c], Macharius, Alcipiadis, Silvius, Primus, Alpius[d], Vitalis, Comminius[e], October, Philominus, Geminus[f], Iulia, Albina, Grata, Aemelia, Postumiana[g], Pompeia, Rodonae[h], Biblis, Quarta, Materna, Elpenipsa, Stamas[i]. Hii autem bestiis[k] traditi[3] sunt: Sanctus et[l] Maturus[m], Alexander, Ponticus, Blandina. Hii sunt qui in carcerem[n] spiritum reddiderunt: Arescius[o], Photinus, Cornelius, Zotimus[p], Titus, Zoticus, Iulius, Aemelia[q], Gamnitae[r], Pompeia, Alumna, Mamilia[s], Iusta[t], Trifimae[u], Antonia et beatus Photinus[v] episcopus. Quorum sancta corpora iudex iniquus

Capp. 47. 48. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 47. a) fluctuum fuit 3. b) *om.* 3. c) sapatio 1*b*, *corr.* d) nostrum territurium 2. e) maiorum, *om.* s. q. P. q. 3. f) quidem 1*a*. g) Clotharii 2. 3. h) accendens 1*a*, *corr.* i) et *add.* 2. k) abatem unus aliquid non 3; aliquot ab abbatē, *ras. virgula* 1*a*; al. ab^a^bate, a *suppl. prima m.* 1*b*. l) disponat 1*b*, *corr.* m) n. f. 3.

Cap. 48. a) v. o. (3). *p.* b) s. nomina: Vetitus Epagatatus Cominus M. 3. c) *sic* 1*a*; *cf. supra c.* 26. d) Alpius *corr. m al.* Ulpius 1*a*. e) Cominius, Octuber 3. f) Geminaus 1*b*; Cenimus *p.* g) Postuamiana 3. h) Rodane 3. *p.* i) Stiamas 3: *an* Elpen ipsa Stamas? k) a bestiis 3. l) *om.* 3. m) Marturus 1*b*, *corr.* n) *sic* 1*a*. *b*. o) Arestius 1*b*. p) Zozimus 3. q) Amelia 3. r) *sic* 1*a*. 2; Iamnite 1*b*; Ganita 3. s) Mammilia 1*b*. t) Iustat 3. u) Trifyme 1*b*; Trophima 3, *quod malim.* v) Fot. 1*b*, *ut infra.*

1) Ecclesia sancti Saturnini Pauliacensis antiquitus monasterii *in charta a.* 1085. *data laudatur. Iam Saint-Sernin (Aude, arr. Castelnaudary, cant. Belpech) vocatur; cf. Longnon p.* 538. 2) *Cum Eleutherius papa Romanae ecclesiae praeerat, Lugduni complures christiani martyrio coronati sunt, qui quanta perpessi sint, ex epistola ad ecclesias Asiae et Phrygiae data intelligitur (Euseb. Hist. eccl. V,* 2*). Decem martyres Eusebius appellavit, Vettium scilicet Epagathum (*Vectius Epagathus *Rufin.), Sanctum diaconum Viennensem, Maturum neophytum, Attalum Pergamenum civem, Blandinam, Bibliadem, quam cum Blandina Rufinus confudit, Pothinum (*Photinus *Rufin.) Lugdunensem episcopum, Alexandrum natione Phrygem, medicum, Ponticum puerum* 15 *annorum, Alcibiadem quendam; sed Zacharias, quem Gregorius cum Rufino martyrem Lugdunensem habuit, potius pro patre Iohannis baptistae accipiendus est, quem ex Luc.* 1, 5. *Eusebius laudavit. Attalum celeberrimum martyrem Gregorius silentio praeteriit, qui hic et in H. Fr. I,* 29. *homines* 48 *passos esse scripsit, etiamsi* 45 *tantum nomina memoriae tradidit. Hoc loco praeter translationem Rufini aut alio Latino aut ipso textu Graeco Gregorius vel is, quem exscripserit, usus est, cum* Biblis *commemorata sit, quam Rufinus eandem ac Blandinam duxit. Cf. AA. SS.* 2. *Iun., I, p.* 160. 3) *Cf. epistolam ad Eleutherium datam, Rufin. V,* 4*:* Enumerant etiam post haec diversorum martyrum glorias, quanti ferro caesi, quanti bestiis, quanti ignibus, quanti etiam squalore carceris absumpti sunt. *Hos quinque martyres bestiis traditos esse, etiam in Historia eccl. legitur.*

igni tradi praecepit exustaque[a] in Rodanum[b. 1] pulvera iussit spargi. Sed postquam haec gesta sunt, cum christiani maerorem maximum haberent, quasi deperissent beatae reliquiae, nocte apparuerunt viris fidelibus in eo loco quo igni traditi sunt stantes integri ac[c] inlaesi. Et conversi ad viros, dixerunt eis: 'Reliquiae nostrae ab hoc collegantur loco, quia nullus periit a nobis. Ex hoc enim[d] translati sumus ad requiem, quam nobis promisit rex[e] caelorum Christus[d], pro cuius nomine passi sumus'. Haec renuntiantes viri illi reliquis[f] christianis, gratias egerunt Deo[g] et confortati sunt in fide, collegentesque[h] sacros cineres, aedificaverunt basilicam mirae magnitudinis in eorum honore[i]. Et sepelierunt beata pignora sub sancto altare, ubi se[d] semper virtutibus manifestis cum Deo habitare declaraverunt. Locus autem ille in[d] quo passi sunt Athanaco[k. 2] vocatur, ideoque[l] et ipsi martyres a quibusdam vocantur[m] Athanacenses[n].

49. Igitur martyrio consummatus[a] gloriosus Photinus[3] episcopus, qui Lugdunensi[b] praefuit urbi[c] sacerdos, per[d] certaminis nobilis meritum invectus est caelo[e]. Cui et merito et sanctitate condignus[f] Hereneus[g. 4] successit episcopus, per martyrium et ipse finitus. Hic in cripta basilicae beati Iohannis[5] sub altari est sepultus. Et ab uno quidem latere Epypodius[h], ab alio[i] Alexander[6] martyr[k] est tumulatus. De quorum monumentis si pulvis[7] cum fide collegatur[l], extemplo medetur infirmis. Magna enim claritas in cripta illa contenetur, quae, ut credo, meritum martyrum signat[m].

50. Benignus[8] autem ac dominici nominis testis apud Divionensim[a] castrum martyrio consummatus est. Et quia in magnum sarcophagum post martyrium conditus fuit, putabant nostri temporis homines[b], et praesertim beatus Gregorius episcopus[9], ibi aliquem positum fuisse[c] gentilem. Nam rustici[d] vota inibi dissolvebant et quae petebant velociter inpetrabant. Ad[e] hoc ergo beati sepulchrum quidam, dum[f] exinde multa beneficia perciperet, cereum detulit; quo accenso, domi rediit. Puerulus enim parvulus haec observans, illo abeunte discendit ad tumulum, ut ardentem cereum extingueret et auferret. Quo discendente, ecce serpens mirae magnitudinis de alia parte veniens, cereum circumcingit. Puer autem timens, sursum rediit et bis aut[g] tertio

Capp. 48—50. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 48. a) exusta quoque 3. b) Rhod. (3). c) et *m. al. superscr.* 1*b*; ac i. *om.* 3. d) *om.* 3. e) rex *bis scr.* 3. f) reliquiis *corr.* reliqis 1*a*. g) *m. al. superscr.* 1*b*. h) que *postea add.* 2. i) *sic* 1*a*. *b*. 2. *p*. k) Athanaco *corr. m. al.* Athanacus 1*b*; Athenaco 2; Atanacus 3; Athanacum *p*. l) ideoqueo, *expunct. extr.* o 1*b*. m) vocatur 1*b*. n) Athen. 2.

Cap. 49. a) consummatis gloriosis Photinis episcopis 3. b) Lugd. *corr. prima m.* Lucd. 1*a*; Lucdensi *corr. m. al.* Lucdudensi 1*b*. c) urbis 1*b*. 3. d) p 1*b*. e) caelum 1*a*. f) condignis 3. g) *sic* 1*a*. *b*; Hireneus 2. *p*; Hirenaeus 3. h) Epip. (3). *p*. i) autem *add.* 2; vero *add.* (3). *p*. k) *om.* 2. l) colligitur 3. *p*. m) :signat, *ras.* de 2.

Cap. 50. a) Divionense (3). b) homine 3. c) fuisse::, *ras.* nt? 2. d) rusticus 3, *corr.* e) Ab 1*a*. f) d. e. m. b. *m. al. in marg. suppl.* 2. g) ad *corr. m. al.* aud 1*b*.

1) *Cf. Rufin. V,* 3: Post aliquot autem dies, cum nullam sepeliendi gratiam praestitissent, incensa ossa martyrum et in favillam redacta cum reliquo terrae pulvere in Rodanum fluvium dispersere. 2) *Ubi postea monasterium Ainay constructum est; cf. Longnon p.* 199. 3) *De Pothino v. p.* 521, *n.* 2; *H. Fr. I,* 29. 4) *De S. Irenaeo cf. H. Fr. I,* 29; *Herzog, 'Real-Encykl.' VII, p.* 139. 5) *Calviniani a.* 1562, *capto Lugduno, S. Irenaei sepulcrum violaverunt, eiusque sacrum corpus dissipaverunt; capitis cranium ex eorum manibus casu ereptum hodie Lugduni religiose adservatur. R. Haec basilica postea nomen S. Irenaei accepit; cf. Longnon p.* 197. 6) *Passionem SS. Epipodii et Alexandri ed. Ruinart, Acta Mart. p.* 120 *sqq.* 7) *De calceamento S. Epipodii v. Gl. Conf. c.* 63. 8) *Cf. Ruinart, Acta Mart. p.* 124. 125. 9) *Gregorius Lingonicae urbis episcopus (a.* 506/507—539/40*) 'apud Divionensim castrum morabatur assidue' (cf. Vitae Patr. VII,* 2*), ubi etiam sepultus est.*

cereum auferre temptans[a], obsistente angue non potuit. Talia et his similia beato pontifici nuntiata[b] nullo modo credebat, sed magis, ne ibidem adorarent, fortiter testabatur. Tandem aliquando Dei martyr beato se confessori revelat et[c] dicit: 'Quid', inquid[d], 'agis? Non solum quod tu dispicis, verum etiam honorantes[e] me spernis. Ne facias, quaeso, sed tegmen[f] super me velocius praepara'. De qua ille[g] visione[h] concussus, beatum sepulchrum adit[i] ibique diutissime pro[k] ignorantia cum fletu veniam deprecatur. Et quia cripta illa, quae ab antiquis inibi transvoluta[l] fuerat, diruta erat, rursum eam beatus pontifex reaedificavit, eleganti transvolvens opere. Sed sanctum sepulchrum, nescio qua causa faciente, foris[m] evenit. Quod ille intus transferre cupiens, convocatis[n] ad hoc[o] obsequium abbates atque alios religiosos viros; in quo conventu grande miraculum beatus martyr et populis et suo[p] praestetit confessori. Erat quippe validum, ut[q] supra diximus, illud sarcophagum, ut talem[r] in isto tempore nec tria paria bovum[s] trahere possint[t]. Cumque diutissime morarentur nec invenirent, qualiter eum intus inferrent, sanctus Gregorius, inluminatis cereis, cum grandi[u] psallentio adprehensum a capite martyris sarcophagum, et duo presbiteri ad pedes moventes eum, in cripta habilissime[v] detulerunt, et ubi ipsis fuit placitum, conposuerunt[w]; quod non minimum populis spectaculum fuit. Post paucos autem annos ab euntibus in Italiam[x] passionis eius historiam adlatam beatus confessor accepit. Sed et deinceps sanctus martyr multis se virtutibus manifestavit in populis. Nec moratus, super criptam illam basilicam magnam iussit aedificari[y, 1].

In proximo autem est et[g] alia basilica, in qua Paschasia quaedam religiosa veneratur[z]. Nam visum est eo tempore structoribus, quendam anum egressam[a] fuisse ab[b] ipsa basilica, nigra veste, cigneo[c, 2] capite[d] vultuque decora, quae sic affata est structoribus[e]: 'Heia, dilectissimi, perficite opus bonum; eleventur[f] machinae, quibus erigitur[g] haec structura, et merito acceleratur[h], quae talem habet exsecutorem. Nam si permitteretur, ut vestrorum oculorum acies[i] contemplaret[k], nempe videbatis[l] vobis operantibus sanctum praeire Benignum'. Haec effata[m], basilicam, de qua egressa fuerat, ingrediens, nulli ultra conparuit[3]. Autumabant enim[n] eius temporis homines, beatam ibi apparuisse Paschasiam[o].

Super lapidem vero illum, in quo cum plumbo remisso pedes eius confixi fuerunt, factis loculis vinum aut siceram multi infundunt; unde, si[p] aut oculi lippitudine gravati aut quaelibet vulnera fuerint peruncta, protinus, fugata infirmitate, sanantur[q]. Quod ego evidenter expertus sum. Nam cum mihi nimia lippitudine[r] oculi[s] gravarentur, ex hoc sacrato unguine tactus[t], dolorem[u] protinus carui.

Cum autem ad Arvernam regionem lues illa inguinaria adveniret, quae sancti 543.

Cap. 50. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 50. a) cupiens *in marg. corr. prima m.* temptans 2. b) nuncia 1*b*, *corr. m. al.* c) dicens *in marg. corr.* et dicit 2. d) quid 1*b*, *corr. m. al.* e) me h. 2; orantes 3. f) tegumen 1*b*. *(e corr.)*. 3. g) *om.* 3. h) visionē, *ras. virgula* 1*a*. i) adat *corr. m. al.* adiit 1*b*; adiit 3. k) c. f. p. i. 3. l) translata 2, *corr.* m) foras 3. n) *sic* 1*a*. *b*; convocat 2; convocatos 3; convocavit *p*. o) opus et *add.* 2. p) suos 3. q) i. s. ut s. d. 3. r) tale 2. *p*. s) *sic* 1*b*. 3. t) possent 2. u) g. choro psallentium 2. v) amabilissime 3. w) dep. 3. x) Italia 3. y) aedificare 3. z) veneratus 1*b*. a) egrassa 3. b) a basil. 2. c) signeo, *ras.* s 1*b*. d) caput (*corr. m. al.* capite) decoraque vultu 2. e) structores 2. *p*. f) evehentur 1*b*, *corr. m. al.* g) erigitus 1*b*. h) accelatur 1*a*. *b*. i) facies 1*a*; :acies 2. k) *sic* 1*a*. *b*. 2; contemplarentur *p*. l) videretis 2. 3. *p*. m) affata 3. n) *om.* 3. o) Pascas. 3. *p*. p) *m. al. superscr.* 2. q) sant' 1*b*. r) lippitudi non (*corr.* no) oculi 1*b*. s) *om.* 2. t) tactos 3. *p*. u) dolore 2. *p*.

1) *De ecclesia S. Benigni v. Longnon p.* 212 *sqq. Sita erat extra castrum prope basilicam S. Paschasiae.* 2) *i. e. cycneo.* 3) *Eadem Greg., Gl. Conf. c.* 42, *brevius narravit:* Quae in basilicam suam regressa nusquam conparuit.

Galli episcopi oratione depulsa est[1], et in subita contemplatione[a] parietes domorum[b] atque eclesiarum signarentur[2] atque[c] caraxarentur, matri meae apparuit in visu noctis quasi vinum, quod in apothecis nostris habebatur, sanguis esset effectus. Cui lamentanti ac dicenti: 'Vae mihi, quia signata est[d] plagae domus mea[e]', ait ei vir quidam: Nov. 1. 'Nosti', inquid, 'quod post pridie, quod erit in Kalendis Novembris, passio Benigni martyris caelebrabitur?' 'Novi', ait. 'Vade', inquid, 'et[f] vigila totam noctem in honore[g] ac revoca[3] missas, et liberaberis a plaga'. Expergefacta autem a somno, implevit[h] quae sibi fuerant imperata[i], signatisque vicinorum domibus, domus[k] nostra inviolata permansit.

51. Simphorianus[a. 4] martyr apud Agustidunensim[b] urbem martyrium consummavit. De loco autem illo, ubi gladio percussus[c] est, et sanguis eius effluxit[5], quidam religiosus tres lapillos[d] cum ipso sanguine levavit[e] et in capsa argentea reconditos in eclesiam ligneis constructam tabulis apud Thigernum[f. 6] castrum urbis Arvernae in altari sancto locavit. Tempore autem, quo[g] Theodoricus[h] rex Francorum regionem illam evertit[7], hoc castrum ab hostibus incendio concrematur. Cumque ab aliorum[i] domorum exustione domus Dei, quae, ut diximus, ligneis erat tabulis fabricata, igni adprehensa consumeretur, populi plangentes dicebant: 'Utinam vel beatae reliquiae non perissent!' Interea cum prunarum magnus[k] esset de incendio acervus effectus, subito aquilone flante atque urente, vehementer favillae ab incendio relictae per diversa iaciuntur[l]. Ecce capsa illa argentea in medio copiosi ignis inlaesa refulgens, tamquam sidus praeclarum apparuit. Collegentes autem eam qui tunc aderant clerici, requirentes, nihil de beatis pignoribus diminutum repperientes[m], inter tam valida incendia speciem tam tenuem sic[n] fuisse salvatam, — in qua, ut[o] ita dicam, non solum haec, sed etiam mille librae argenti aut ferri potuissent sine mora dissolvi, — vere magna ibidem virtus[p] apparuit, quae populum ad Dei cultum et honorem sui nominis roboravit; qui, factam[q] deinceps aliam in eodem loco basilicam, sanctas reliquias in altare posuerunt.

Capp. 50. 51. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 50. a) contemplationē, *ras. virgula* 2. b) donorum sive e. 1*b*. c) a. c. *om.* 3. *p.* d) p. d. m. est 3. e) meae 1*b*. f) ac *corr. m. al.* et 2. g) sancti martyris *add.* 3. h) implebit 1*b*. i) intimata 3. k) *om.* 3.

Cap. 51. a) Symph. (3). b) Augustidunensem 2; Augustudunensem 3. *p.* c) consumatus *prima m. in marg. corr.* percussus 2. d) capillos 3. e) lecuabit 1*b*. f) Tig. 3. g) quot 1*b*. h) Theodericus 2. i) *sic* 1*a*. *b*. 2. k) magnis 3. l) et *add.* 2. *p.* m) mirati sunt *in marg. suppl.* 2. n) *m. al. superscr.* 2. o) et 1*b*. p) divina *add.* 2. q) facta — alia — basilica 2.

1) *Cf. Vitam Patr. VI*, 6*:* Cum autem regiones alias, ut diximus, lues illa consumeret, ad civitatem Arvernam, sancti Galli intercedente oratione, non attigit. *Eadem H. Fr. IV*, 5. *leguntur.* 2) *Cf. H. Fr. IV*, 5*:* Tunc etiam in subita contemplatione parietes vel domorum vel ecclesiarum signari videbantur. Unde a rusticis hic scriptos Tau vocabatur. 3) *Cf. Fortun., V. S. Germani c.* 60*:* ac missa revocata, de praesenti curata est, *et V. S. Radeg. c.* 14. *Missas revocare idem est ac celebrare.* 4) *Passionem S. Symphoriani, quam Gregorius, Gl. Conf. c.* 76, *laudavit edidit Ruinart, Acta Mart. ed. Ratisp. p.* 125. *De isto tomos tuos scripsit Dinet, 'S. Symphorien et son culte'. Augustod.* 1861. 5) *Passio S. Symph. l. l.* §. 7*:* Sic sanctus Symphorianus extra murum ductus, a percussore prostratus est; purpurei sanguinis sui unda perfusus, a religiosis latenter inde sublatus est. 6) *Thiers (Puy-de-Dôme), ubi duae basilicae erant, altera S. Symphoriani (iam Moutier; cf. Longnon p.* 512*), altera S. Genesii (cf. infra c.* 66*).* 7) *V. Greg. H. Fr. III*, 12*:* Theudoricus vero cum exercitu Arverno veniens, totam regionem devastat ac proterit; *cf. infra Mir. S. Iul. c.* 13. 23.

52. De beati vero Marcelli[1] Cavillonensis[a] martyris virtutibus pauca ad nos mittenda memoriae[b] monimenta venerunt, quae quamlibet[c] parva censeantur in dictis, ad eum tamen referenda[d], qui haec operatur in singulis. Causa quaedam extiterat, ut Fedamius, Eunomi[e] quondam Arverni presbiteri filius, Cavillonensim urbem adiret, idemque apud basilicam sancti martyris Marcelli hospitalem habebat, ab abbate loci victus stipendia capiens. Ipse enim quae loquor exposuit: 'Inter duos', inquid, 'viros orta fuit intentio[f]; hisque litigantibus, in hoc lis ipsa subiit, ut eam sacramento dirimerent. Ingressique basilicam sancti martyris, elevatis homo manibus ad periurandum, cum nomen sancti voluisset ore patulo nominare, haesit vox[e] in faucibus[2], nec[g] lingua ad officium poterat[h] reflecti. Sed ne hoc quidem parum[e] videretur[i] ad beati athletae gloriam, ipse cum elevatis manibus quasi aeneus totus inriguit. Tunc oratio facta pro eo absolvi diaboli arte[e] vinctum obtenuit; ipse[k] quoque post absolutionem sermone proprio opus suum confessus, quae neglegenter egerat emendavit'.

53. Huic martyri[a] adiungitur et sanguine et agone propinquus beatus athleta Valerianus[3], qui apud castrum Trinorciensim[b, 4] quadragesimo a Cavillonensi urbe miliario, consummato certamine, tumulatus est. Igitur Gallus huius urbis comes coeliaci[c] morbi dolore gravatus, quae totam alvum non modo tortura, verum etiam tumore ita conflaverat[d], ut ydropicus putaretur[e], nihil aedere nihilque poti[f] capere possit, fiebatque iuxta hoc contagium[g] inaediae morbo deficere. Qui prope exanimis[h], cum se cerneret disperatum, rogat[i] se deportari ad beati[k] martyris tumulum. Ubi cum proiectus fuisset, accessit ad eum Epyrechius[l] presbiter, qui tunc ipsam regebat eclesiam, vir virtutum et purae mentis homo, sicut ipsi oculis nostris inspeximus, dixitque ei: 'Si vis sanus fieri, confide in virtute martyris gloriosi et vove, ut unam trabem cum ligaturis suis ad huius[m] templi tecta recuperanda transmittas. Erit enim tibi praesidium, si[n] ea devote impleveris[o] quae promittis'. At ille adtentus[p] orans, vovit quae presbiter indicavit; statimque sanus factus, trabem, nullo commonente, ad basilicam sancti exhiberi praecepit. Ecce quid praestat dominus Iesus Christus in terris martyribus sanctis, quos glorificatos adscivit in caelestibus regnis! Nec inmerito, quia sacrum nomen eius corde[q] credentes, in operibus invocantes, in temptationibus confitentes, non modo ut fideles[r] servi dominum[s] sunt secuti, verum etiam et alios, ut sequerentur, suis exemplis incitaverunt.

54.[a] Timotheus et Apollinaris[b, 5], apud Remensium urbem consummato martyrio, caelestia regna meruerunt. Quorum reliquias quidam[c], aedificata in eorum honore basi-

Capp. 52—54. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 52. a) Cavilon. *semper* 2. 3. b) memoria 3. c) quidam (libet *superscr.*) p. 3. d) sunt *add.* (3). e) *om.* 3. f) contentio *e corr. m. al.* 1*a*. *p*. g) l. n. 3. h) potuit 2. i) videtur 3. k) ille 3.

Cap. 53. a) martir 3. b) Trinorciensē 2; Trinorciense 3; Triuorciense *p*. c) coelaci *corr. m. al.* coliaci 2. d) confluerat 1*a*, *corr. m. al.* e) ut *add.* 2. f) potus c. posset 2. g) c. ut i. m. deficeret (3). h) examinis 1*b*. i) rogabat 1*a*, *corr. m. al.* k) t. b. m. 3. l) Epyrichius 2; Epirichius 3. m) hius 3. n) *m. al. superscr.* 1*a*. o) impleris 2, *corr. m. al.* p) atentius 3. q) *om.* 1*a*. r) fidelis 3. s) sunt s. d. 2.

Cap. 54. a) 53. 1*a*, *corr. m. al.* b) Apollonaris 1*a*. c) *prima m. superscr.* 1*a*.

1) *Sancti Marcelli acta, quae edita sunt, illum e martyrum Lugdunensium numero fuisse memorant, qui, furente persecutione, e carcere elapsus prope Cabillonum Prisco praesidi occurrit, a quo interrogatus et se christianum esse confessus, cingulo tenus in terra defossus tertio post die exspiravit. R.* 2) *Cf. Verg. Aen. II,* 774. 3) *Valerianus, ut eius acta vulgata habent, simili modo ac Marcellus e Lugdunensi carcere elapsus, Trenorchii a Prisco praeside tentus, post varia supplicia capite plexus est. R. Cf. AA. SS. Sept.* 15, *p.* 22. 4) *Tournus (Saône-et-Loire, arr. Mâcon). Sed castrum, ubi monasterium conditum est, quod, postquam S. Philiberti reliquiae translatae sunt, huius nomen ferebat, potius* 20 *quam* 40 *milia a Cabillono distat; cf. Longnon p.* 219. 5) *Acta SS. Timothei et Apollinaris Flodoardus, H. Rem. I,* 4, *exscripsit,*

lica, devotus expetiit. Pontifex vero qui aderat cum honore per presbiterum dirigit. Cumque iter[a] ageret, mulier inportuna et, credo, indigna merito, in via procedit, salutatumque presbiterum, deosculat[b] lenteo, quo sacrae[c] tegebantur favillae; rogat[d] sibi de his aliquid condonari[e]. Tunc presbiter diu dubitans et tribuere differens, victus tandem ab inprobitate eius, divisit ei particulam. Ascendensque sonipem[1], iter expedire coepit iniunctum, sed percutiens utraque equi latera, nequaquam poterat promoveri; ipse vero ita gravatus erat, ut vix caput valeret eregere. Intellegens autem, martyrum se virtute teneri, paenitentia motus utiliter recepit, quod neglegentia[f] intercedente largire praesumpsit; restitutumque[g] in capsa quod abstulerat, abire permissus est.

55. Eutropis[2] quoque martyr Sanctonicae urbis a beato Clemente episcopo fertur directus in Galliis, ab eodem etiam pontificalis ordinis gratia consecratus est[3]; impletoque huius officii ordine, peracta in[a] incredulis praedicatione, insurgentibus paganis, quos auctor invidiae credere non permisit, inliso capite victor occubuit. Sed quia eo tempore, instante persecutione, neque digno loco sepultus neque a christianis debito honore veneratus est, valde datum est oblivioni, eum martyrem fore. Quod hoc ordine traditur revelatum. Post multa annorum spatia in eius honore basilica[b] aedificata est, expletoque opere, Palladius[4], qui tunc sacerdotalis[c] ordinis cathedram regebat, convocatisque[d] abbatibus, sacros cineres in loco quem praeparaverat transferri[e] studuit. Quod cum factum fuisset, duo ex abbatibus, reserato operturio, sanctum corpus aspiciunt contemplanturque[f] cicatricem capitis, qua in parte defixum fuerat securis acumen. Sed ne praesens visio duceretur in irritum, etiam spiritalis[g] haec doctrina commonuit: hilicet[h] cum sequenti nocte stravissent sacerdotes[i] membra[k, 5] quieti, apparuit per visum his duobus, dicens: 'Cicatricem quam contemplati estis[l] in capite, scitote[m], me per eam martyrium consummasse'; et ex hoc, quod martyr esset, innotuit populis, quia non aderat historia passionis.

56. Amarandus[a, 6] autem martyr apud Albigensim urbem, exacto agonis fidelis[b]

Capp. 54—56. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 54. a) interogaret *pro* i. a. 1*a*, *corr. m. al.* b) deosculatur linteum 2. *p.* c) care 3. d) et rogat 2. e) condonare 1*b*, *corr.* f) negligentiam 3. g) restitumque 3; restitutoque *p.*

Cap. 55. a) *om.* 2. 3. *p.* b) ecclesia *m. al.* 3. c) sacerdotis 3. d) convocatis 2. 3. e) transferre 1*b*, *corr.* f) que *om.* 2; contemplatusque 3. g) specialis 3. h) licet 3. i) m. q. s. 2. k) membrā 3. l) esti 3. m) o *e corr. m. al.* 1*a*.

Cap. 56. a) :maran:udus 3; Amarantus *p.* b) fideli 3.

quae nihil valent. Idem l. l. hoc caput attulit, ut 'Gregorii Turonensis episcopi in libro miraculorum'. Basilica sanctorum, quam Eusebius vir spectabilis, Flodoardo teste, aedificasse dicitur, iam diruta est; cf. Longnon p. 392. 1) Ascensoque caballo *bene Flod.* 2) *Ita etiam a Fortunato I,* 13. *vocatur, qui S. Eutropitis basilicam 'senio conrutam' a Leontio Burdegalensi episcopo restauratam esse memoriae tradidit. Postea Gregorio teste Palladius episcopus in honorem eiusdem sancti basilicam construxit cineresque transtulit. A.* 1843. *in urbe Santonica sarcophagus inventus est, qui inscriptionem fert:* EVTROPIVS. *Le Blant nr.* 579, *hoc monumentum saeculo VI/VII. vetustius non esse censuit; sed cf. quae de Rossi, 'Roma sotterranea' I, p.* 98, *scripsit.* 3) *Cf. Fortunat. l. l.:* Urbis Santonicae primus fuit iste sacerdos. 4) *Celebris est in Gregorii Hist. lib. VII. et VIII. ob ordinatum ab eo Faustianum episcopum Aquensem in Novempopulania. Interfuit concilio Paris. IV. (a.* 573*) et Matisc. II. (a.* 585*). Litteras simul et sacras reliquias a Gregorio M. accepit. R. Cf. Mir. S. Mart. IV,* 8. *ad a.* 589. 5) *Cf. Verg. Aen. I,* 691. 6) *Amarandus sepultus fuit apud Viancium vicum, haud procul ab urbe Albigensi, ibique corpus eius sacrum remansit ad a.* 1404, *quo in ecclesiam S. Caeciliae urbis cathedralem a Ludovico de Ambesia translatum est. R. Viancium est Vieux (Tarn, arr. Gaillac, cant. Castelnau-de-Montmiral); cf. Longnon p.* 521.

cursu[a], sepultus vivit in gloria. Cuius, ut historia passionis[1] declarat, sepulchrum diu vepribus sentibusque[b] contectum[c] latuit, sed, Domino iubente, christianis populis revelatum est, et cripta, in qua quiescebat, patefacta resplenduit. Sed cum, hostilitate inpellente, locus ille ab habitatoribus[d] fuisset evacuatus, a longinquo venientes incolae, honorem beato martyri quasi custodi proprio nitebantur inpendere. Igitur cum cereos frequenter devotio christiana deferret, quadam die contigit, ut quidam prae[e] longinquitate[f] itineris incrementum ignis[g], quo accenderetur[h] cereus, non exhiberet. Arreptamque silicem ferro verberat, quasi ignem eliciturus. Quod dum ageret, et crebris ictibus lapidem quatiens, nihil[i] foci possit[k] excutere, caelesti lampadae cereus, qui iam beato sepulchro adfixus erat, inluminatur; factumque est, ut, quae[l] humanae non expleverant[m] industriae, peragerentur divini[n] nominis maiestate. Cessante humano studio, caelestia officia ministrantur, luminisque novi fulgore cereus clarificatur accensus. Quod cum populis manifestatum fuisset, incrementum foci ulterius ad accendendum[o] lumen nullus exhibere praesumpsit. Postquam vero locus ille inhabitari ab hominibus assiduae[p] coepit, atque ibi domos[q], in quibus ignis accenderetur, adessent, hoc miraculum non est ultra praestitum[r] plebi, cum aliis miraculis frequentius inlustretur.

57. Huic criptae sociatur et ille Honorificianae[a. 2] persecutionis martyr Eugenius, sacerdotalis infulae maximum decus, quem[b] in hac urbe detrusum exilio, vel ipsius vel sociorum eius passio[3] narrat. Hic cum magnis in saeculo polleret virtutibus et iam victor de tormentis martyrialibus exsilisset, tempus vocationis suae, quo arcessiretur ad gloriam, Domino revelante cognovit. Illud praecipuae, quod populis occulebatur, manifestum noscens, se martyri Amarando[c] socium esse futurum, ad eius sepulchrum diregitur, prostratusque solo[d], diutissime orationem fudit ad Dominum. Dehinc expansis per pavimentum brachiis, spiritum caelo[e] direxit, qui[f] a christianis collectus, in ipsa 505.
qua diximus cripta sepulturae mandatus est[4]. Ad cuius festivitatem[5] cum tempore quodam innumeri populi convenirent[g], negotia[h] multa in[i] atrio protulerunt. Puella vero una ex habitatoribus loci stationem adit, quasi aliquid coemptura, speciemque sibi aptam[k] aspiciens, a negotiatore suscepit. Et statim dicto citius porrectam alteri, negat se accepisse. Negotiator vero intente agebat[l]: 'Mea tibi eam[m] manu protuli[n], tuque rimandam sollicite[o] suscepisti'. Illaque negante, ait negotiator: 'Si tibi tanta est pertinacia[p], avaritia stimulante[q], negandi, iudicet illud beatus martyr Eugenius; ad cuius

Capp. 56. 57. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 56. a) cursum 1*b*. b) sens. 1*a*, *corr. m. al.*; sepibusque *p*. c) *om.* 3; diu *repetit.*, *sed eras.* 2. d) habitaribus 3. e) pro 3. f) lonqui 3. g) ignem 3. h) acced., *ut infra* 1*a*, *corr. m. al.* i) nichil:::: 2. k) posset 2. 3. l) hec 3. m) historiae *add.*, *sed del.* 2. n) divino num. 2, *corr. m. al.* o) accendedum 3. p) c. a. 2; a. *om. p.* q) *sic* 1*a*. *b*. r) p̄stititum 1*b*; *m. al. superscr.* 2.

Cap. 57. a) Honoficianae 3; Honorificetianae *p*. b) quem — narrat *om.* 3. c) Amarandus ocium 1*a*, *corr.* d) solus 1*a*, *corr.* e) dire direxit, *delet.* dire 3. f) quia ap x̄pianis, *expunct.* a *et* p 1*b*. g) conveniss& *corr.* convenissent 3. h) negotia|tia, *expunct.* tia 1*b*. i) intro *corr.* in atrio 2. k) āptam 3. l) *sic* 3. m) *m. al. superscr.* 2; e. t. *p*. n) protulit 1*b*, *corr.* o) *om.* 3. p) pertinantia 2, *corr. m. al.* q) stimulande 1*a* *(corr.)*. 1*b* *(e corr.)*.

1) *Illa non exstat.* 2) *Eugenius Carthaginiensis episcopus a.* 8. *Hunirici Tamallenum in exsilium relegatus est (cf. Vict. Vit. ed. Petschenig III,* 34. 43. *et Notitiam prov.). A Gunthamundo, antequam* 3. *regni annum peregerit, revocatus, sed postea ad Albigensem urbem denuo expulsus est, ubi Theodoro cos. (a.* 505*) diem obiit; cf. Victoris Tunn. Chr. h. a. et Greg. H. Fr. II,* 3, *supra p.* 65. 3) *Iisdem Passionibus Greg. H. Fr. II,* 3. *usus videtur esse:* Legimus tamen quorundam ex ipsis martyrum passiones, ex quibus quaedam republicanda sunt. *Quae iam latent.* 4) *Unde haec ecclesia postea 'S. Eugenii, S. Amarandi' (a.* 924*), denique 'S. Eugenii de Viancio' appellata est; cf. Longnon p.* 521. 5) *Colitur Albigae die* 6. *Sept., in Martyrologiis vulgatis* 13. *Iulii. R.*

sepulchrum, si cum sacramenti[a] interpositione dixeris, te non accepisse, damni[b] mihi nihil aestimo, quod amisi'. At illa pollicita[c], se posse ex hoc exsui sacramento, vadit otius ad sepulchrum; elevatisque manibus, ut iuraret[d], extemplo membris dissolutis inriguit, plantaeque[e] eius adfixae[f] sunt pavimento, vox haesit[1] in gutturae, tantum os patulum[g] a sermone nudum hiabat. Quod negotiator cum[h] reliquo populo cernens, ait: 'Prosit tibi', inquid, 'virgo, haec species, quam tulisti mihi; sufficit ultio[i] data per martyrem'. Et haec dicens, a loco recessit[k]. Illa vero in hoc tormento diutissime detenta, tandem, martyre[l] iubente, locuta, palam confessa est, quod clam latere voluerat. Quid agis[2], o infelix avaritia? Quid petendarum rerum alienarum succumbis[m] mens feminea, non virilis? Ut quid firmam loricam mentis modica transverberas sagitta cupiditatis? Quid congregas, o homo, auri rubiginosi talenta, cum his arsurus in gehenna? Quid tibi prosunt peritura lucra, quae aeternae vitae pariunt detrimenta iuxta illud Domini
Matth.16,26. verbum: *Quid prodest homini, si totum mundum lucretur, animae autem suae detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem*[n] *pro anima sua?*

58. Eclesia est vici Iciodorensis[a. 3] sub termino Turonicae urbis, quae plerumque sacris miraculis inlustratur, fenestras[b] ex more habens, quae vitro lignis incluso cluduntur[c], quo praeclarius aedi sacratae lumen, quod mundus meruerit[d], subministrent. Quam eclesiam fur[e] inportunus adgreditur, ingressusque nocte, cum omnia cerneret custodum[f] cura tueri et nihil de sacris ministeriis quod auferret adverteret[g], ait intra se: 'Si aliud', inquid, 'invenire non possum, vel has ipsas quas cerno vitreas auferam'; fusoque[h] metallo, aliquid auri conquiri[i] sibi. Ablatis igitur dissipatisque vitreis, metallum abstulit et in pago Biturigi[k] territurii[l] contulit. Missumque vitrum[m] in fornace per triduum decoquens, nullum exinde opus potuit expedire; victusque crimine, divinum super se iudicium intuens, nequaquam motus[n] perdurat[o] in malis. Ablatum autem a cacavo[p] vitrum, quod in pilulis nescio quibus conversum fuerat, advenientibus negotiatoribus venundedit[q], ut scilicet, accepta pecunia, novus Giezi[r. 4] lepram perpetuam conpararet[s]. Nam adveniente die post anni curriculum, quod hoc[t] furtum fecerat, caput eius tumori datur[u]; oculi quoque inflantur, ut erui[v] a suis locis[w] autumentur. Haec autem[x] ei[y] singulis annis eveniunt in die illa, qua furtum[z] admisit. Plangitque miser vitrum, quod ex itinere, quo transmisit, non potuit revocare.

59. Apud urbem vero[a] Namneticam[b] duo sunt martyres pro Christi nomine iugulati, quorum unus Rogatianus, alter Donatus[c. 5] est vocitatus. Habetur ibi[d] etiam et

Capp. 57—59. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 57. a) iuramentis 3. b) dãnũ 3. c) pollicitas 3. d) iuret 1*a*, *corr. m. al.;* et *add. p.* e) plan::te.que 1*b*. f) infixae 3. g) pabulae 1*b*. h) cernens c. r. p. 3. i) ultro 2, *corr.* k) discessit 2. *p.* l) detenta *repet., sed delet.* 2. m) succumbit 3. n) comot. 1*b*.

Cap. 58. a) *sic* 1*a*. *b; corr. m. al.* Aucisiod. 1*b*; Icioderensis 2; Icidiorensis (3); *cf. Longnon p.* 273 *n.* b) fenestris 3. c) cud. 3. d) meruerint 3. e) fur nocturnus inportunusque 2. f) custodia t. 3. g) av. 3. h) ::::que *corr. m. al.* putansque 3. i) *sic* 1*a*. *b*. 3. *p*; conquiri fuit? *corr. m. al.* conquiram 2. k) Biturici 2. l) territorio 3. m) vitru 3. n) *prima m. suppl.* 1*a*. o) perdurãt 3. p) *sic* 1*a*. *b*. q) venundandi 3. r) Zyezi 1*a*. 5; Ziezi 1*b*. s) conparet 1*a*, *corr. m. al.* t) *m. al. add.* 2. u) datus 1*b*, *corr.* v) ut arui 1*b*, *corr. m. al.;* ut ui 3. w) suis luminibus locis, *delet.* lum. 2; suis sedibus 3. x) aut::, *ras.* au 2. y) eis 3. z) furtim 1*b*.

Cap. 59. a) *bis scr.* 3. b) Namnetica 2; Nammeticam 3. c) est D. 2. d) etiam ibi S. 3.

1) *Cf. Verg. Aen. II*, 774. 2) *Cf. Verg. Aen. III*, 56. 3) *Est Yzeures (Indre-et-Loire, arr. Loches, cant. Preuilly), ubi ecclesia saeculo V. ab Eustochio episcopo aedificata esse fertur; cf. Greg. H. Fr. X*, 31. 4) *Cf. IV. Reg.* 5, 27. 5) *SS. Rogatiani et Donatiani Passionem ed. Ruinart, Acta Mart. ed. Ratisp. p.* 322.

Similinus[a. 1] magnus confessor. Igitur cum supra dicta civitas tempore Chlodovechi[b] regis barbarica vallaretur[c] obsidione[2], et iam sexaginta dies in hac aerumna fluxissent, media fere nocte[d] apparuerunt populis[e] viri cum albis vestibus, radiantibus[f] cereis, a basilica beatorum martyrum[3] egredi; et ecce alius chorus huic similis de basilica procedere[g] antestitis Similini[h]. Cumque coniungentes se, data[i] salutatione, orationi[k] incubuissent, recesserunt unusquisque ad locum unde progressus[l] fuerat, ac protinus omnis phalanga hostilis inmenso[m] pavore exterrita, ita subito impetu a loco discessit, ut facta luce nullus ex his repperiri[n] possit[o]. Apparuit ante[p] dicta[q] virtus Chilloni cuidam[r], qui tunc huic[k] exercitu[s] praeerat. Qui necdum erat ex aqua et Spiritu sancto renatus; qui statim conpunctus corde, conversus ad Dominum, iterata nativitate progenitus[t], Christum esse filium Dei vivi, clara voce testatus est.

60. In territurio quoque urbis ipsius[a], in vico quodam supra alveum[b] Ligeris[4] beati Nazari reliquiae contenentur. Igitur quodam tempore homo devotus baltheum, ex auro purissimo cum omni[c] apparatu studiosissime fabricatum, super altare basilicae illius posuit[5], orans, ut[d] in causis[e] suis martyris virtus dignaretur adesse. Quo recedente, Britto[f] quidam ex[g] satellitibus Warochi[h] Brittanorum comitis[6] et primus cum eo adfuit, ablatoque violenter apparatu[i] balthei, ipsum quoque baltheum repetit[k]. Renitente presbitero ac dicente: 'Dei res hae[l] sunt et ad reficiendos pauperes sancto[m] martyri sunt conlatae, ne famem[n] pessimam[o] patiantur, qui huic templo fideli[p] devotione deserviunt; unde tu potius hic[q] aliqua inferre, non auferre debebas[r]'. Non mollivit hominis avari animum abbatis illius praedicatio; sed potius succensus, minare ei coepit ac dicere: 'Nisi sine mora refuderis baltheum, manu mea interimeris'. Tunc victus[s] abba, speciem super[t] altare, quo sancta teguntur pignora, collocavit, dicens: 'En ipsam[u] quam petis reiculam; si metus de virtute martyris nullus est, aufer. Erit enim, ut confidimus, de vestigio iudex, si ea[v] auferre praesumpseris'. At ille nihil metuens, abstulit, iubens sibi equum ante ipsam basilicae[w] porticum praeparari. Cui ait[x] sacerdos: 'Nullus umquam[y] in hoc loco equum praesumpsit ascendere. Da, quaeso, gloriam Deo et honora

Capp. 59. 60. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 59. a) Similianus 3*a*; Similis *p*. b) Chlodovei 1*b*; Chodovichi 2, *corr. m. al.;* Clodovei 3; Chlodovichi 5. c) valleretur 3. d) fere *repet.* 3. e) v. c. a. v. p. 2. f) radicant., *expunct.* c 1*b*. g) procederet antistis 3. h) ni *m. al. suppl.* 1*b;* Simillimi *p*. i) oratione *add.*, *sed eras.* 2. k) *om.* 3. l) progressi fuerant 3. m) inmense 3. n) repperire 3. o) potuisset, *sed* tui *m. al. in litura* 2; posset (3). p) pre 3. q) dicta:::::, *ras.*visio? 2. r) :cuidam, *ras.* q 1*a*. s) exercitum *corr. m. al.* exercitui 1*b*, *et ita* 2. *p*. t) pn::: *corr. m. al.* protinus 3.

Cap. 60. a) *sic* 1*a;* urbis Namneticę 1*b*. *p*.; q. Namneticae urbis 2; ipsi 3. b) aleveum 1*b*, *corr.* c) omnia 1*b*, *corr.* d) et 1*b*, *corr. m. al.* e) causi' suis *corr. m. al.* causa ipsius 3. f) Brito 3. *p*. g) exatellitibus, *corr. m. al.* 1*b*. 3. h) Warodii 3. i) b. a. 2. k) repetiit (3). l) hec 3. m) sc̄i 1*b*. 2. *p*. n) famā 1*a*; fame pessima 3. o) pat. p. 2. p) fideliter 3. q) *ante* potius *m. al. suppl.* 2. r) debeas 1*b*. s) vinctus 3. t) sub 3. u) ipsum 3. v) eā *m. al. superscr.* 2. w) basilicam 1*b*, *corr.* x) *om.* 3. y) in h. l. u. 3.

1) *Similinus, qui tertius Namnetensium episcopus fuisse dicitur, idem forte est ac Similianus, in Kalendariis die XVI. Kal. Iul. memoratus; cf. Galliam Chr. XIV, p.* 795. 2) *Ante concilium Aurelianense I, a.* 511. *congregatam, cui Epiphanius Namnetensis episcopus subscripsit. R. Sed quaeritur, utrum Franci an alii barbari, ut Saxones et Brittones, Namnetes tunc temporis obsederint.* 3) *Basilica SS. Donatiani et Rogatiani adhuc superest; S. Similiani diruta, sed a.* 1805. *reaedificata est; v. Longnon p.* 311. 4) *Exstat iam Saint-Nazaire (Loire-Inférieure) oppidum in territorio Namnetensi; cf. Longnon p.* 312. 5) *V. Marculf. I,* 1*:* nec de hoc, quod ad Deum timentibus hominebus transmissum aut in altario offertum fuerit, aut sacris voluminebus vel quibuscumque speciebus, quod ad ornatum divini cultus pertinet, ad presens conlata vel deinceps conlatura fuerint, auferre non presumat. 6) *De a.* 590. *Ruinart cogitavit; cf. H. Fr. X,* 9.

martyrem, ne mali aliquid patiaris'. Ille vero mandata neglegens sacerdotis, ascenso in atrio sancto equite. At ubi egredi venit[a], percussum[b] ad[c] portae limen superius caput, ad humum, testo disrupto, corruit, manibusque suorum deportatus, ut tugurium[d] cuiusdam pauperculi, quod[e] erat proximum, est ingressus, protinus spiritum exalavit. Quod Warochus[f] audiens, et res quas hic abstulit restituit et de suo proprio multa contulit, pavore perterritus.

61. Est apud Agripinensim urbem basilica[a], in qua dicuntur quinquaginta viri ex illa legione[b] sacra Thebeorum pro Christi nomine martyrium consummasse. Et quia admirabili opere ex musivo quodam modo deaurata resplendet, Sanctos Aureos[1] ipsam basilicam incolae vocitare[c] voluerunt. Quodam autem tempore Eberigisili[d] episcopi[2], qui tunc huius urbis erat antestis, capitis medietas validis doloribus quatiebatur, — erat tunc temporis in villa oppido proxima. Quo dolore, ut diximus, valde attenuatus, misit diaconem suum ad sanctorum basilicam. Et quia in ipsius templi medio puteus esse dicitur, in quo sancti post[e] martyrium pariter[f] sunt coniecti, collectum exinde pulverem detulit sacerdoti. Verum ubi exinde caput attigit, extemplo dolor[g] omnis exemptus est.

62. Ab hoc enim sacerdote sancti martyris Mallosi[3] corpus repertum est hoc modo. Cum fama ferret, hunc apud[a] Bertunensim[b. 4] oppidum martyrium consummasse, occultum erat hominibus illis, quo in loco quiesceret; erat tamen oratorium[c] inibi[d], in quo nomen eius invocabatur[e]. Supradictus vero[f] pontifex in honore[g] eius basilicam aedificavit, ut scilicet, cum aliquid revelationis de martyre acciperet, in ea beatos artus, Domino annuente, transferret. Denique in latere basilicae, id est in pariete, qui a parte erat oratorii, in absida collegit, praestolans[h] Domini misericordiam, quid iuberet de martyre revelari. Post haec diaconus quidam Mettensis[i] per visum ductus, ubi martyr quiesceret, est edoctus. Post paucum autem tempus veniens ad episcopum, et quasi[k] certa signa, quae per visum viderat, relegens, cum prius ibidem non[l] fuisset, ait episcopo: 'Hic effode[m], et invenies corpus sancti', id est in[n] medio absidae. At ille cum fodisset quasi in septem pedes, attigit nares eius odor inmensi aromatis, et ait: 'Credo in Christo, quod ostendit mihi martyrem suum, quando haec[o] me suavitas circumdedit'; et fodiens, repperit sanctum corpus inlaesum, et emittens voce[p] magna, *Gloria in excelsis Deo* omnem[q] clerum pariter psallere fecit. Dicto quoque[r] hymno, corpus sanctum in basilica transtulit[s], cum laude debita sepelivit. Ferunt ibidem et Victorem martyrem[t. 5] esse sepultum, sed non eum adhuc cognovimus[u] revelatum.

Capp. 60—62. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 60. a) velit 1*b*; voluit *e corr. m. al.* 2; pervenit 3. b) percusso (3). c) a 1*b*. 3. d) tugugrium 3. e) q. e. p. *om.* 3. f) ůcus 3.

Cap. 61. a) basilicam 1*b*. 3. b) *m. al. superscr.* 2. c) vocare 2, *corr. m. al.* d) Aeber., *ras.* a 2; Eberegisili *p.* e) pots 3. f) s. iniecti p. 2. g) o. d. 3.

Cap. 62. a) caput 3. b) Bertunensem 2; Bertunense (3). *p.* c) *in marg. suppl.* 3. d) ibi 3. e) voc. 3. f) autem 2. g) honorem (3). h) expectans, *m. coaeva in marg.* p̄stolans 2. i) Metensis 2. 3; Mentensis *p.* k) sincera *m. al. pro* q. c. *scr.* 3. l) *om.* 3. m) effodi 3. n) i 1*b*, *corr. m. al.* o) me haec 1*a*. *b*. *p*. p) vocem magnam 2. q) o. c. p. *om.* 3. r) dictoque 3. s) et *add.* 1*b*. 2. *p*. t) *om.* 2. u) esse *add.* 3.

1) *Helinandus, seu quivis alius, in sermone (Surius,* 10. *Oct., tom. V, p,* 673*) Sanctos-Aureos, qui hic laudantur, interpretatur S. Gereonem sociosque eius, quamquam multo plures quam* 50 *fuisse dicantur. Monasterium S. Gereonis appellat, quod hodie insignis est collegiata. R.* 2) *A.* 590. *una cum Gregorio Eberigisilus episcopus Agrippinensis scandalum in monasterio Pictaviensi ortum emendare iussus est; cf. Greg. H. Fr. X,* 15. *De quo v. Rettberg, 'K. G.' I, p.* 535. 3) *Colitur die* 10. *Octobris.* 4) *Birten in provincia Rhenana (praef. Düsseldorf); cf. Longnon p.* 385. 5) *'Victor's Loch' vel 'Victor's Lager' circus quidam in oppido Birten conservatus etiam nunc vulgo appellatur; v. Longnon l. l.*

63. Patroclus quoque martyr, qui apud urbem Tricasinorum[a] sepultus habetur, saepius se amicum Dei virtutibus multis ostendit. Erat enim super eum parvolum oratorium[1], in quo unus tantum clericus serviebat. Loci enim homines parvum exhibebant[b] martyri[c] famulatum, pro eo quod historia passionis eius non haberetur in promtu. Mos namque erat hominum rusticorum, ut sanctos Dei, quorum agones relegunt, attentius venerentur[d]. Quidam igitur de longinquo[e] itinere veniens, libellum huius certaminis detulit, lectori, quem in ipso loco servire diximus, prodidit[f] ad legendum. Ille vero post decursa[g] lectione valde gavisus, nocturno sub[h] tempore, famulante lumine, velociter exemplavit. Hominibus quidem digressis, hic episcopo[i] suo exhibet quae repperat[k], putans[l], se per[m] haec gratiam adsequere[n] sacerdotis. At ille non credens, nisi confictum aestimans, caesum increpatumque clericum abscedere[o] iubet, dicens: 'Te haec iuxta votum tuum dictasse, manifestum est; nam numquam ea cum ullo[p] homine repperisti'. Post multum vero tempus, ut virtus martyris non esset[q] occulta, abiit exercitus in Italiam[r]; detulit passionis huius historiam[2], sicut a clerico tenebatur scripta. Tunc confusus valde episcopus, cognovit, vera esse quae a clerico dicebantur. Populus autem ex hoc magis honorare[s] coepit martyrem, constructaque super eum basilica, festivitatem eius per singulos annos devote concelebrat.

64. Antolianus[3] autem martyr apud urbem Arvernam martyrium consummavit. In cuius honore Alchima[a. 4], soror, Placidina[b], coniux Apollinaris[c] episcopi, templum aedificare cupientes, multa sanctorum corpora, dum fundamenta iacerent[d], removerunt; nescientes, cuius meriti essent quorum sepulchra[e] reppererant[f]. Qua[g] cum viritim sepelire propter[h] aliorum sepulchrorum[i] multitudinem, qui locum illum ab antiquo repleverant, non haberent, congregatam[k] ossuum[l] massam in unam proicientes, fossam humo operuerunt; ideoque[m], quod Deo vel[n] sancto martyri acceptabile[o] non fuisset, per visum cuidam apparuit. Viditque homo ille conquirentem beatum Antolianum cum reliquis sanctis atque dicentem: 'Vae mihi, quia[p] propter me multi fratrum meorum iniuriati sunt; verum tamen dico, quia qui haec coeperunt ad effectum perducere non possunt'. Quod ita gestum est. Erectis tamen parietibus super altare aedis[q] illius, turrem, ac[r] columnis Pharis Heraclisque[5], transvolutis arcubus[s], erexerunt, miram[t]

Capp. 63. 64. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 63. a) Tricasi:norum, *ras.* o 1*b*. b) exiebant 1*b*, *corr. m. al.* c) martirem 3. d) venerarent 3. e) lon 3. f) prodit 3. g) decursam lectionem 2. *p.* h) post 3. i) s. e. 2; s. *om.* 3. k) repperarat 3. l) sperans 2. m) *om.* 1*a*. n) adsequi 2. o) absedere 1*b*; accedere *p.* p) nullo 3. q) t *m. al. suppl.* 1*b*. r) Italia 3. s) c. h. 2.

Cap. 64. a) Alchyma 1*b*. b) Placidinae 1*a*. 2; Placidine 1*b*. 3. *p.* c) Apollon. 1*b*, *corr.*; Appollin. 2. d) iaceret, removerent 3. e) corpora *in marg. corr.* sepulchra 2. f) repperant 3. g) Quae 2. *p*; Quia 3. h) p̄t 3. i) sepulchrum 1*b*, *corr.* k) congregata o. massa 3. l) *sic* 1*a*. 2. m) *sic* 1*a*. 2; idque 1*b*. 3. *p. et* 1*a*. 2 *e corr.* n) et sancti 3; vel sancti *p.* o) acceptabili 1*b*. p) qui 1*b*, *corr. m. al.* q) *superscr. prima m.* 2. r) a col. 3. *p.* s) artibus 3. t) mire 3.

1) *'Parvulam cellulam' super corpus S. Patrocli Eusebius, 'qui eum in sepulchro recondiderat', construxisse fertur; cf. AA. SS. Ian. II, p.* 345. 2) *Vita S. Patrocli eadem, ut videtur, quae Gregorio praesto erat, in AA. SS. Ian. II, p.* 343, *edita est. Aurelianum, cuius iussu Patroclus occisus esse dicitur, non imperatorem sed praesidem nonnulli habuerunt. De translatione reliquiarum S. Patrocli per Brunonem Coloniensem archiepiscopum peracta cf. Ruotgeri V. Brunonis c.* 31. 3) *Cf. Greg. H. Fr. I,* 33*:* Iuxta hanc urbem Liminius Antolianusque martyres requiescunt. 4) *Cf. Greg. H. Fr. III,* 2*:* Alchima et Placidina, uxor sororque Apollonaris; *cf. H. Fr. III,* 12. *Apollinaris, Apollinaris Sidonii filius, quattuor aut tres menses* 515 *ex.*—516 *in. ecclesiae Arvernensi praefuit; v. V. Patr. IV,* 1. 5) *Hunc locum sic exponit*

camerae fucorum[a] diversitatibus imaginatam adhibentes picturam. Nam ita fuit hoc opus eligans[b] et subtile, ut per longa tempora rimarum frequentatione divisum pene in ruinam pendere videretur. Quod periculum Avitus[c] pontifex[1] cernens, anticipans futuram colomnarum[d] stragem[e], iussit tegnos asseresque vel tegulas amoveri; quae submota nec adiutoria colomnis adposita, nutu Dei[f], discedentibus[g] de machina structoribus, ut cibum caperent, recedentibusque et reliquis a[h] basilica, dato colomnae inmenso pondere cum magno sonitu[i] super altare et circa altare diruerunt, conpletaque[k] est aedis nebula de[l] effracti calcis pulvere. At sacerdos exsanguis, duorum damnorum[m] detrimenta suspirans, ne et marmora confregissent, et aliquis deperisset e populo, scire non poterat, quid[n] damni[o] accessisset[p]. Nullus enim propter nebulam[q] pulveris illuc poterat accedere. Post duarum vero horarum spatium[r], recedente[s] nebula, ingressi sunt vel defunctorum collegere[t] corpora vel colomnarum fragmenta rimari. Nullum hominem perisse cognoscunt; altare quoque mirantur inlaesum, in quo[u] de tanta altitudine inpactae colomnae nihil laesionis intulerunt[v]. Quid plura? Invenerunt omnia integra, cuncta contemplantur esse salvata; glorificant martyrem, conspiciunt Dei virtutem, qui sic altare colomnasque servavit[w] inlaesas.

In huius urbis territurio[2] et Iulianus martyr agonis palmam legitime decertando promeruit. De cuius virtutibus quae ad nos usque venerunt in libro, quem de eius miraculis propriae[x] scribere praesumpsimus, declaravimus[y. 3].

556. 65. In ipso quoque territurio tempore, quo Chramnus[a] Arvernum abiit[4], cum diversa scelera[b] ab eius gererentur ministris, quinque viri[c] sacrosanctum oratorium domus Iciacensis[5] furtim appetunt — habentur autem in eum sancti Saturnini reliquiae —, inruptumque, ablatis[d] palleolis vel reliqua ministerii ornamenta, nocte tegente discedunt. Sed presbiter recognoscens furtum ac inter vicinos scrutans, nullum potuit ex his quae ablata fuerant indicium repperire. Protinus vero latrones, qui haec admiserant, in Aurilianensi[e] se territurio[f] transtulerunt[g]; divisisque rebus, accepit unusquisque partem suam. Sed mox, insequente ultione divina, quattuor in seditionibus interfecti sunt. Quintus vero totam sibi furti[h] huius hereditatem superstis[i] remanens vindicavit. Sed ubi haec in domo sua contulit, statimque[k] obtectis[l] sanguine oculis, excaecatus est. Tunc conpunctus tam doloribus quam inspiratione divina, vovit, dicens: 'Si respexerit Deus miseriam meam et mihi[m] visum reddiderit, referam loco illi sancto quae abstuli'. Et haec cum lacrimis orans, visum recepit. Accedens vero ad oppidum

Capp. 64. 65. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 64. a) focorum 3. b) *sic* 1*b*. 3. c) Avitos 1*b*. d) *sic nonnumquam* 1*a*. e) strangem, *ras.* n 1*b*. f) *m. al. superscr.* 2. g) discend. 1*b*, *corr.* h) de basiliqua 3. i) *om.* 3. k) ::cōpl. ē (*ras.* ē) que ē 1*b*. l) defracti 3. m) damnatorum 1*a*, *ras.* at; damnarum 2, *corr.* n) qui d. 1*b*, *corr. m. al.* o) i *m. al. add.* 1*a*. p) accessissent, *ras.* n 1*a*. q) nebula 3. r) sapacium 1*b*, *corr.* s) recend. 1*b*, *corr.*; n. r. 3. t) tollere *in marg. corr.* at collegere 2. u) *sic* 1*a*; quod e (1*b*. 2). *p*; quod de 3. v) intulerint 1*a*. w) servabit 1*b*. x) propriis 3. y) declarabimus 3.

Cap. 65. a) Crhamus (n *superscr.*) 1*b*; Condramnus 2; christianus *p*. b) caelera 1*b*. c) vi 3. d) abbatis 1*b* (*corr.*). *p*. e) Aurel. 2. *p*. f) territorium (3). *p*. g) trast. 3. h) furtim 3. i) *sic* 1*a*. *b*. k) que *om.* 2. *p*. l) obtectus 3. m) v. m. 3.

Bollandus, AA. SS. 6. Febr. (tom. I, p. 770), ut arcus telamonibus sive athlantibus, quos Gregorius heraclas, quasi hercules appellat, innixi fuerint. Pharos censet esse tigna, quae in modum phari assurgebant. R. Sed erravit. Agitur enim de marmore Pario, quod Pharium Gregorius dixit, et de lapide Heracleo vel Lydio. 1) *Arvernensis.* 2) *Cf. infra lib. II, c.* 1. 3) *Est liber II, qui 'de passione et virtutibus S. Iuliani martyris' inscriptus est.* 4) *De sceleribus Chramni in Arvernensi urbe residentis v. H. Fr. IV,* 13. 16. 5) *Vicus iam Yssac-la-Tourette (Puy-de-Dôme, arr. Riom, cant. Combronde) vocatur, ubi ecclesia S. Saturnino dicata etiam nunc superest; cf. Longnon p.* 499. *In indice oratorium Iciodorense vel Iciodērense nuncupatur, quare Ruinart et Iacobs de Issoire cogitaverunt.*

Aurilianensem[a], providente[b] Deo, diaconem Arvernum invenit. Cui traditis rebus, suppliciter exoravit, ut easdem oratorio[c] restitueret; quod diaconus devotus implevit.

66.[a] Nuperrimo autem tempore in huius urbis Arvernae territurio, quod adiacit Tigernensi[b] castello[1], Genesius[c] [2] eiusdem loci sanctus se hoc modo revelavit. Pauper quidam boves[d], quos ad exercendam culturam habebat, casu ab oculis dilapsos[e] perdidit, eosdemque[f] sollicita indage quaesitos[g] repperire non potuit. Consequenti vero nocte apparuit ei vir quidam per visum, dicens: 'Vade per viam, quae ad silvam ducit, et invenies boves, quos sollicite requiris, iuxta lapidem marmoris herbarum copiam decerpentes; iunctisque ad plaustrum, marmorem exhibe et super sepulturam, quae viae est propinqua, conpone. Ego enim sum, qui tibi haec loquor, Genesius, cuius est tumulus ille, qui in albis[h] positus per martyrium ab hoc mundo migravi'. Consurgens autem homo ille diluculo, repperit boves iuxta lapidem, fecitque sicut ei praeceptum fuerat per visum. Sed nec in hoc defuit miraculum, cum inmensum lapidem, quem[i] a[k] multa boum[l] paria movere vix poterant, a[m] duobus tantum delatus est bubus. Ex hoc enim multi infirmi[n] ibidem venientes, votorum promissa solventes, sanitatem recipiunt. Audiens[o] haec Avitus episcopus[3] urbis illius, basilicam super tumulum sancti[p] magnam aedificavit, dedicatamque[q], festivitatem[4] in ea[r] excoli praecepit, in qua nunc multa frequentia populorum cum[s] votis, ut diximus, veniens[t], cum sanitate regreditur. Hanc etiam basilicam sancti Genesi[u] Arelatensis reliquiis inlustravit.

67. Hic[a] vero martyr Genesius[5] decesionem[b] cervicis agonem pro Christi nomine apud eandem, Arelatensim[c] scilicet, urbem, pollentem fervorem[d] fidei, consummavit. Est autem ibi arbor, ubi dicitur decollatus fuisse, genere morus[e], ex qua infirmis multa plerumque beneficia, inpertiente martyre, sunt concessa[f]. Sed decursis temporibus, cum rami cortixque eius pro salvatione a multis detraherentur, arefacta est. Verum tamen adhuc fideliter petentibus vivit, similia praebens medicamina quod superest de colomna.

68. Sed et[a] pons quondam super Rhodanum[b] fluvium[6], ubi beatus martyr

Capp. 65—68. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 65. a) Aurulianensem *corr.* Aurel. 1*b*; Aurelianense 2. *p*; Aurelianensim 3. b) provide 1*b*. c) r. o. 3.

Cap. 66. a) LVI. 1*b*. b) Tigernense 2; Zig. *p*. c) Genesibus? *corr.* Genesus 1*b*. d) oves 2, *corr. m. al.* e) del. 1*b*. f) eosque 2. g) *post* q. 9 *litt. ras.* 2. h) abbis 1*b*, *corr.* i) cum 3. k) *eras.* 1*b*; *om.* 2. *p*; ad 3. l) p. b. 3. m) ad 3. n) in::firmi 3. o) Audientes, *expunct.* te 1*b*; autem *add.* 3. p) sc̄i Genesii *e corr.* 3. q) dedicataque 2. r) eam excolo (*corr.* excoli) 3. s) cōvocatos ut 3. t) venientia *e corr.* 3. u) *sic* 1*a*.

Cap. 67. a) H:ic 1*a*; Huic 1*b*. b) decesione 1*a*. 2; decessionem 1*b*; decisionem 3; decisione *p*. c) u. A. s. 3. d) *sic* 1*b*. 3; fervore 1*a*. 2. *p*. e) moras 3. f) consessa 1*b*.

Cap. 68. a) Sed post q. 3. b) Rothanum *corr.* Rod., *infra* Rhot. 1*b*; Rod., *ut infra* 3.

1) *Thiers (Puy-de-Dôme); cf. supra c.* 51. *S. Genesii ecclesia iam superest; v. Longnon p.* 512. 2) *Huius sancti Acta habentur, sed quae parvam merentur auctoritatem; Ruinart p.* 1398. 3) *A.* 571. *tempore paschali episcopus factus est.* 4) *Colitur d.* 28. *Octobr.* 5) *Cf. Prudentius, Peristephanon IV,* 35: Teque praepollens Arelas habebit,

Sancte Genesi.

V. Passionem Paulino adscriptam §. 3 *(ed. Ruinart, Acta Mart. Ratisp. p.* 561*) et Fortun. VIII,* 3, *v.* 157. *S. Genesii reliquiae in basilicam SS. Nazarii et Celsi Ebredunensem translatae sunt; cf. supra c.* 46. 6) *Sermonem S. Hilarii Arelatensis (ed. Ballerini, Leonis Opp. II, p.* 371*), qui festo illi interfuit, Gregorius exscripsit:* Natalis enim ipsius die frequens ille in civitate Arelatensi casus pontis abrupti periculo urbem totam nimio tremore concussit, et animis subiti pavoris discrimine concussis, solemnitatis laetitiam, recepta salutis gratia, laetiorem reddidit, iucunditate duplicata. — — Interim via illa navalis, qua inter con-

Aug. 25 natasse fertur[1], in die solemnitatis eius, disruptis catenis, quia super[a] naves locatus erat, nutare coepit, ac prae nimio pondere populorum ipsae naves dehiscentes[b], in alveo fluminis populum submergebant[c]. Tunc omnes[d] simul in discrimine positi, una voce clamaverunt, dicentes: 'Genesi beatissime, eripe nos propriae sanctitatis virtute, ne pereat plebs, quae fideliter advenit tua devote solemnia celebrare'. Mox, flante vento, vulgus omne ad litus reductum, miratur, se virtute[e] martyris esse salvatum. Nam et cancelli beati sepulchri saepius a[f] Langobardis vel reliquis hostibus confracti sunt. Sed arrepti a[g] daemone homines aut conprehensi[h] rabiae, debachantes aut propriis[i] se dentibus lacerantes[k], nihil de his quae violenter coeperant abstulerunt.

Ferunt etiam in hac urbe fuisse mulierem, cui a viro crimen inpactum nec omnino probatum, a iudice, ut aquis inmergeretur, diiudicata[l] est. Cui cum ad collum[m] lapis inmensus funibus colligatus fuisset, in Rhodanum de navi praecipitata est. Illa vero beati martyris auxilium[n] precabatur, et nomen eius invocans, aiebat: 'Sancte Genesi[o], gloriosae martyr[p], qui has aquas natandi pulsu[q] sanctificasti[1], erue me iuxta innocentiam meam!' Et[r] statim super aquas ferri[s] coepit. Quod videntes populi, susceperunt eam in[t] navi et ad[u] basilicam sancti deduxerunt[v] incolomen; nec ulterius a[w] viro vel a iudice est[x] quaesita.

69. O quantum innocentia praestat, quantum mens pura meretur! Nam simili sortae[a] alia mulier a viro suo adulterii crimen accepit. Quod coram iudice diutissime denegans, cum propria confessione superari[b] non possit[c], diiudicatur[d] inmergi. Dehinc[e], currente ad spectaculum populo, ad pontem ducitur[f] amnis Ararici[2], connexumque[g] cum fune lapidem molarem collo eius, praecipitaverunt eam in flumine, increpante desuper viro atque dicente: 'Ablue nunc aquis[h] abundantibus fornicationes inmunditiasque tuas, quibus[i] saepe maculasti stratum meum'. Sed Domini pietas, quae insontes[k] perire non patitur, providit[l] stilum sub aquis, quem videre homo non poterat; qui suscipiens funem, sustenuit mulierem, ne ad fundum fluminis perveniret[m]. Et erant utraque sub aquis, mulier scilicet et petra stili illius lance librata. Cumque iam sol occubitum peteret, propinqui feminae illius deposcunt a iudice, ut liceret per alveum[n] torrentis cadaver parentis inquirere. Accepta itaque indulgentia, discenderunt[o] ad locum, in quo praecipitata fuerat mulier. Videruntque eam pendere cum lapide, missoque unco, abstraxerunt illam; intellegentesque[p] esse vivam, velociter[q] ad basilicam, quae erat fluminis proxima, transtulerunt; timebant enim[r], ne iterum mergi iuberetur a iudice.

Capp. 68. 69. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 68. a) navis nimis onerata erat *pro* s. n. l. e. *in litura* 3; l. *m. al. superscr.* 2. b) deiscens::in 3. c) submergebat 3. d) omnis 3. e) m. v. 3. f) ad *saepe* 3. g) *om.* 1*b*. h) comprehens 3. i) proprie 1*a*; proprii *p*. k) lacerantibus 3. l) diuidicata 1*b*; diu iudicata. Cui 3. m) locum 1*a*. 3; *corr. m. al.* 1*a*. n) a. p. *om.* 3. o) Genese 1*b*. p) *m. al. superscr.* 1*b*; *om. p*. q) pulsus s. 1*b*. 3. r) E 3. s) fieri 1*b*, *corr.* t) inavi 1*b*. u) *m. al. superscr.* 1*a*. v) perduxerunt 2; duxerunt *p*. w) a v. v. a i. *om.* 3. x) q. e. 3.

Cap. 69. a) horte halia 3. b) superare 3. c) posset 2. d) diiudicatus 1*b*, *corr. m. al.* e) Dehinc — in flumine *om.* 3. f) deduc. 2. g) est *add.*, *sed eras.* 1*a*. h) aquas 1*a*. *b*, *corr. m. al.* i) *bis scr.*, *sed eras.* 1*a*. k) infontes 3. l) t *m. al. add.* 1*b*. m) pervenisset 3. n) alvem 1*b*, *corr. m. al.* o) *sic* 1*a*. p) eam *add.* 2. q) *m. al. post* proxima *in marg. suppl.* 2. r) ergo 1*b*.

foederatas sibi urbes illius terribilis Rhodani terga calcantur, subito aut sub iniusto fasce aut nimio materiarum pondere aut per obliquum amnis illapsum prona diffusa est. — — Illaesos omnes atque incolumes vernacula ac familiaris ripa suscepit. *Honoratus, cuius vitam Hilarius scripsit, tunc Arelatensis episcopus erat.* 1) *Cf. Passionem S. Genesii l. l.:* Atque is, ubi se perspicit deprehensum, instinctu Domini Rhodanum petiit et sancta fluento membra committit. 2) *La Saône.*

Interrogabant autem mulieri[a], qualiter sub pelago vivere[b] potuisset. Respondit: 'Non mihi aliter, quam somnium visum est, nec amplius aquas sensi, nisi cum in his proiecta discendi aut[c] ab his iterum sum[d] resumpta, surrexi'. Et mirabantur omnes, non potuisse eam[d] mori in tali discrimine; salvavit enim illam purae[e] conscientiae fides et Dominus, quem iugiter inprecata est. Deinde parentibus indulta, nec a[f] iudice nec a viro est amplius inquisita; sed ad virtutes martyrum redeamus.

70. Visonticorum[a] quoque civitas propriis inlustrata martyribus[b], plerumque[b] miraculis praesentibus gaudet. Huic in abditu criptae duo[c], ut passio declarat, martyres Ferreolus[1] atque[d] Ferrucio[e] sunt sepulti. Factum est autem[f] quodam tempore, ut vir[2] sororis meae, invalescente febre, graviter aegrotaret. Cumque iam quarti mensis spatio lectulo anhelus occumberet, ut nihil aliud coniux maesta, nisi quae sepulturae[g] erant necessaria, cogitaret, sanctorum basilicam flens ac tristis expetiit; provolutaque coram sepulchris, palmis ac facie rigentem oppraemit[h] pavimentum. Accedit[i] autem fortuitu, ut extensa dexterae manus palma folium herbae salviae, quod pro honore martyrum in cripta conspersum fuerat, operiret. Postquam autem, fusa oratione, cum lacrimis surrexit a tumulis, putans aliquid de lenteaminibus, quae induta erat, manu prendisse[k], ut adsolet[l], volam contenuit clausam; egressaque basilicam, patefacta[m] manu, folium herbae miratur. Obstupefacta[n] vero, quid[o] hoc esset[p], munus caeleste indultum sibi divinitus recognoscit, ut scilicet per eum virtus martyrum[q] infirmo succurreret[r]. Domui[s] igitur iam laetior rediens, folium dilutum[t] aqua viro porregit ad bibendum. Qui ut hausit plenus[u] fide, protinus sanitatem plenissimam meruit obtenere.

71. Dionisius[a] vero episcopus Parisiorum[b] urbi datus[c] est martyr[3]. Tempore 574.
vero, quo[d] Sigibertus[e] rex cum exercitu ad urbem illam[f] venit et maximam vicorum eius partem incendio concremavit[4], quidam de primoribus eius ad basilicam antedicti martyris[g] properat[h], non orationis[i] devotione, sed tantum ut aliquid fraudaret[k] ab aede. Hilicet[l] ubi reserata ostia ac vacuum templum a custodibus repperisset, pallam holo-

Capp. 69—71. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 69. a) mulierem 2. b) vive 2, *corr. m. rec.* c) ut 1*b*; et 3. d) *om.* 2. e) pura consciencia 3; proprie c. *p.* f) *m. al. superscr.* 1*b*.

Cap. 70. a) Visontorum 2; Visontiquorum 5. b) *om.* 3. c) d. m. ut p. d. 2. d) et 2. e) Ferrucianis 3. f) *om.* 1*b*. g) aep. 1*b*, *corr. m. al.* h) oprimens 3. i) *sic* 1*a*. *b*. 2. k) prendidisse *in litura* 2; cōprehendisse 3. l) solet clausit egr. 3. m) patefactam 3. n) obstupefactā 2, *corr.* o) quidquid 3. p) esse 3. q) martyr:um, *ras.* i 1*a*. r) succereret 1*b*, *corr.* s) Domum (3). *p.* t) delotum 3. u) pr. f. pl. 3.

Cap. 71. a) si *superscr.* 1*a*. b) Parissiorum urbis 3. c) datur 1*b*, *corr. m. al.* d) qua 1*b*, *corr. m. al.* e) Sigyb. 1*b*; Sigeb. 3. f) v. i. 1*b*. 2. g) martyres 1*b*, *corr.* h) properant 3. i) oracionem sed 3. k) frauderet 1*b*, *corr. m. al.* l) Hic licet (1*b*); Hil(ico *in litura m. al.*) 2.

1) *S. Ferreolus presbyter et S. Ferrucio diaconus ab Irenaeo Vesontionem missi, sub Antonino Caracalla passi esse dicuntur. Quorum Acta, a Bollandianis* 16. *Iun. tom. III, p.* 7 *sqq. edita, eadem forte sunt, quae Gregorius hic laudavit. De crypta, ubi conditi sunt, hagiographus haec tradidit:* Tunc christiani nocte sublata eorum corpora in eadem crypta sepelierunt, ubi semper — — habitare solebant. 2) *Iustinus; cf. M. S. Mart. II,* 2*:* Iustinus vir sororis meae in valitudine inruit. 3) *Greg. H. Fr. I,* 30*:* De his vero beatus Dionisius Parisiorum episcopus, diversis pro Christi nomine adfectus poenis, praesentem vitam gladio inminente finivit. *Idem Decio et Grato coss. (a.* 250*) Dionysium in Gallias missum esse scripsit. Cf. quae Chevalier, 'Les origines de l'église de Tours' ('Mémoires de la soc. arch. de Touraine'* 1871, *p.* 169*) probe disseruit.* 4) *V. H. Fr. IV,* 49*:* Vicos quoque qui circa Parisius erant maxime tunc flamma consumpsit; et tam domus quam res reliquae ab hoste direpti sunt, ut etiam et captivi ducerentur.

siricam auroque exornatam et gemmis, quae sanctum tegebat sepulchrum, temerario ausu diripuit[a] secumque sustulit[b]. Veniens autem ad castra, fuit ei necessitas navigandi. Cumque puer eius, quem tunc creditum habebat, suspensis ad collum[c] ducentis aureis, navem cum eodem[d] ascendisset[e], subito a nullo tactus, de navi deruit, obpraessusque aquis, numquam potuit inveniri[f]. Ille quoque iudicium Dei in se cernens per pueri amissionem[g] et auri, velociter litori, de quo digressus fuerat, remeavit, pallamque sepulchri[h] summa velocitate restituit. Et licet hoc fecerit, tamen diem[i], in quo haec admiserat, recurrente anni circulo, non attigit. Alius autem super sepulchrum[k] sanctum calcare[l] non metuens, dum columbam[1] auream lancea quaerit elidere, elapsisque[m] pedibus ab utraque parte, quia turritum erat tumulum, conpressis[n] testiculis, lancea in latere defixa, exanimis est inventus[o]. Id non fortuitu contigisse, sed iudicio[p] Dei gestum[q], nullus ambigat.

72. Apud Virmandinsim[a] vero[b] oppidum[c, 2] Galliarum Quintinus martyr[3] quiescit, cuius beatum corpus a quadam[d] religiosa, quae dudum fuerat caecata, repperitur. Sed mox ut a[e] fluminis[f] fundi relevatum[g] est, miraculum protulit, cum mulieris facie[h], ubi primum inluxit, lumina caecata restituit.

In hac igitur urbe unus ex latronibus equum presbiteri furtim abstulit; inventus a presbitero, iudici manifestatur. Nec mora, adprehensus et in vincla[i] conpactus, supplicio subditur[k]; opus suum ore proprio indicans, patibulo diiudicatur. Sed presbiter[l] metuens[m], ne ob sui damni[n] causam anima hominis auferreretur[o], iudicem deprecans[p], ut, concessa illi[q] vita, hic culpa reus absolveretur a poena, dicens, satis[r] sibi esse iam factum, quod per tot tormentorum[s] genera latro quae gesserat declarasset; sed severitas iudicis cum nullis precibus potuisset inflecti, reum patibulo condemnavit. Tunc presbiter[l] cum lacrimis prostratus ad beati martyris tumulum[t], suppliciter deprecatur, dicens: 'Quaeso, gloriosissime athleta Christi, ut eruas hunc pauperem[u] de manu mortis iniquae[v], ne mihi[w] fiat in obprobrium, si per meam[x] accusationem moriatur hic homo. Ostende, deprecor, virtutem tuam, ut, quem[y] asperitas humana nequit[z] absolvere, lenis[a]

Capp. 71. 72. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 71. a) difripi:: 3. b) distulit 3. c) ad *repetit* 1*b*. d) eo 3. e) conscendisset *in marg. m. al. suppl.* 2. f) invenire 1*a*. g) amissione 3. h) sepuchri 2; se:pulchri 3. i) die 3. k) sepulcri 3, *corr.* l) *om.* 3. m) que *om.* 3. n) comprehensis 3. o) uiuentus 1*b*, *corr. m. al.* p) iudicium 3. q) *in marg. suppl.* 2.

Cap. 72. a) Virmandinsym 1*b*; Virmandinse 2; (Ver *m. al. scr.*)mandensem 3. b) *om.* 3. c) oppidō 2. d) quedam 1*a*. *b*. e) *superscr.* 1*b*. f) flumine 2, *corr. m. al.* g) reelevatum 1*a*; revelatum *p*. h) faciem 2. i) *sic* 1*a*. *b*. 2. k) subdit⁹ 1*a*. l) prb̄i 1*b*. m) intuens 3. n) c. d. 2, *corr.*; d. causa 3. o) auferretur 2. 3. *p*. p) depcat̄, *sed* t̄ *in litura m. al.* 2; precans 3. q) ille 1*a*. r) sibi satis f. e. 3; sibi satis *p*. s) tormentarum 3. t) sepulchrum 2. u) paperem 1*b*. v) iniqui 3. w) f. m. 3. x) mea causatione 3. y) que 3. z) *sic* 5, *corr.* nequitia; humana (::, *ras.* as 1*b*) nequitia absolvere (nequit *add.* 1*a**) 1*a*. *b*; humanae nequitiae absolvere noluit tu dissolvas. Haec 2; humana nequid abs. 3. a) linitatis etatis m. 3; leuis *p*.

1) *De eiusmodi columbis ad sepulcra appensis vide Mabillon, Liturgia Gallic. I, 9, ubi et de columbis altarium et baptisteriorum disseritur. R.* 2) *Iam Saint-Quentin vocatur; cf. Longnon p.* 411. 3) *S. Quintini Acta, quae Surius V, p.* 982. *edidit, ex 'historia priore' confecta esse dicuntur, quae Gregorio procul dubio praesto erat. Passus est Quintinus sub Ritiovaro praefecto, Diocletiano et Maximiano imperantibus, prid. Kal. Nov. Cuius corpus, quod praefectus 'Somnae fluentis immergi iusserat', ab Eusebia Romana matrona, 'regnantibus Constantio, Constantini filio eiusque cum eo fratribus Constantino et Constante', repertum est, mulierque 'ab annis novem oculorum luminibus orbata lumen olim amissum virtute divina, densissimis fugatis tenebris, laetabunda recepit'. Cuius inventionis dies festus* 8. *Kal. Iul. celebratur; alteram inventionem Audoenus, V. Eligii II, 6, descripsit.*

pietatis moderamine tu dissolvas'. Haec sacerdote cum lacrimis deprecante, disruptis vinculis patibuli, reus ad terram ruit. Quod audiens iudex, timore perterritus et divinam admirans virtutem, nihil illi[a] ultra nocere praesumpsit.

73. Est alius martyr[1] infra terminum urbis Beorritanae, presbiterii[a] honore praeditus, cuius passionis historia apud loci incolis[b] legitur. Hic dum esset in corpore, castaneum diu aridam[c] suis orationibus obtenuit viriditate redire. In cuius basilicam[d] cum plerumque[e] super infirmos mirabilia ostendantur, illud prae ceteris est admirabile[f], quod lilium dudum collectum et siccum in eius solemnitate denuo revirescit[g], ita ut intueantur illa die populi flores novos, quos pridem viderant arefactos. Ad huius enim[h] sepulchrum plerumque sacramentum mendax[i] prolatum[k] a perfidis virtute martyris confutatur[l], ut, qui temeritate elatus[m] advenerat, emendatus abscedat.

74. Saepe enim Dominus arrogantiam[a] contumacis mentis virga correctionis[b] enervat, ut eandem cultus[c] sui venerationi[d] restituat, sicut quondam de Sigimundo[e] rege manifesta fides gestum profert. Hic etenim post interemptum per[f] iniquae con- 522.
silium coniugis filium[2] conpunctus corde, Agauno[g] dirigit[h, 3], ibique prostratus coram sepulchris beatissimorum martyrum legionis felicis[4], paenitentiam egit, deprecans, ut quaecumque[i] deliquerat in hoc ei saeculo ultio divina retribueret, ut scilicet habeatur in iudicio absolutus, si ei mala quae gesserat, priusquam de mundo decedat, repensetur[k]. Ibique et psallentium[l] cotidianum[5] instituit locumque[m] tam[n] in territuriis quam in reliquis rebus affluentissime ditavit. Postea vero[o] captus[p] a Chlodomere[q] rege cum filiis, interfectusque eius iussu[6], ad[r] eodem locum delatus, sepulturae mandatus 523.
est; quem in consortio sanctorum adscitum ipsa res quae geritur manifestat. Nam, si[n] qui nunc frigoritici[7] in eius honore missas devote[s] celebrant eiusque pro requie Deo offerunt oblationem, statim, conpressis tremoribus, restinctis[t] febribus, sanitati praestinae[u] restaurantur.

75.[a] Magna[b] est enim[c] virtus ad[d] antedictorum martyrum[8] sepulchra, de quibus

Capp. 72—75. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 72. a) *om.* 3.

Cap. 73. a) presbyteri 3. b) incolas 2. *p.* c) aradam 3. d) basilica (3). *p.* . e) s. i. m. p. 2, *corr.* f) admirabili 3. g) re::vir., *ras.* di 1*b*; revivescit 3. h) *in marg. suppl.* 2. i) *post* m. 8 *litt. ras.* 2. k) prolatam 1*a*, *corr.* l) confutati *corr. prima m.* confutat' 1*b*; *m. al. in marg. suppl.* 2. m) eletus 1*b*, *corr.*

Cap. 74. a) arrogantium 1*b*, *corr.* b) corepcionis 3. c) cultum 3. d) *sic* 3; veneratio 1*a*. *b*; veneratione, *ras.* ne 2; generatio *p.* e) Sigism. (3). *p.* f) f. p. i. c. c. 2. g) Agaudo 3. h) dirigit̄ 2. i) q̊tcūque? 1*a*, *corr. m. al.*; quae 3. k) repens. 3. l) ps. chorum inst. c. 2. m) que *postea inser.* 1*a*. n) *om.* 3. o) autem 2. p) captus 3. q) ab Chlodmere 1*a*. 5; a Chodmero (*corr.* Chlod.) 2; a Coldomere 3. r) ab 1*a*, *corr. m. al.*; eundem 2. *p.* s) celebratur d. 3. t) restrinctis 3. u) *sic* 1*a*; p̄stina *corr. m. al.* p̄stinae 1*b*; *om.* 3.

Cap. 75. a) *deest* 1*a*. b) Magni 2, *corr.* c) *om.* 2. 3. d) *om.* 1*b*.

1) *In indice capitum Genesius appellatur, de quo nihil constat. De civitate Beorritana (Hautes-Pyrénées) v. Longnon p.* 598 *sqq.* 2) *Novercae invisus iussu Sigismundi Sigiricus interemtus est; cf. Marius a.* 522; *H. Fr. III,* 5. 3) *V. Greg. l. l.:* Nihilominus ille ad sanctus Acaunenses abiens, per multus dies in fletu et ieiuniis durans, veniam praecabatur. 4) *Ita Agaunenses martyres appellatos fuisse constat; cf. Fortunat. VIII,* 3, *v.* 172: Et legio felix Agaunensis adest; *et Aviti Homiliam 'dictam in basilica sanctorum Acaunensium' (MG. Auct. ant. ed. Peiper p.* 145*):* Praeconium felicis exercitus *etc. Qua de re v. Ruinart, Acta Mart. p.* 314. 5) *Greg. l. l.:* Psallentium ibi assiduum instituens. 6) *Cf. Greg. III,* 6: Statimque interfecto Sigimundo cum uxore et filiis, apud Columnam Aurilianinsim urbis vicum in puteum iactare praecipiens; *Marius a.* 523. 7) *Missa de S. Sigimundo pro frigoriticis exstat in Sacramentorio Bobiensi a Mabillon edito; cf. Ruinart p.* 1364. 8) *SS. Agaunensium Passionem ab Eucherio conscriptam ed. Ruinart, Acta Mart. p.* 317.

relictis pluribus pauca perstringere libuit. Mulier quaedam filium suum unicum ad hoc monasterium adducens, abbati tradidit erudiendum, videlicet ut factus clericus sanctis manciparetur officiis. Verum cum iam spiritalibus eruditus esset in litteris et cum reliquis clericis [1] in choro canentium [a] psalleret, modica pulsatus febre, spiritum exalavit. Cucurrit mater orbata ad obsequium funeris plangens, sepelivitque filium. Verum tamen non sufficerunt [b] hae lacrimae [c] dolori, quae in exsequiis sunt effusae, sed per dies [d] singulos veniebat et super sepulchrum nati sui, emissis in altum vocibus, heiulabat [e]. Cui tandem apparens [f] per visum noctis beatus Mauricius, ait: 'Quid tu, o mulier, incessanter filii obitum plangens [g], numquam desistis [h] a luctu?' Cui illa: 'Dies', inquid, 'vitae meae hunc planctum non expleunt [i], sed dum advixero [k] semper defleam [l] unicum [m] meum; nec umquam mitigabor a lacrimis, donec oculos corporis huius [n] debita mors concludat'. Cui ille: 'Noli [o] ita [p]', ait, 'quasi mortuum flere, sed aequanimiter [q] age! Nam scias, eum [r] nobiscum habitare et sedes [s] vitae perennis consortio nostro perfrui. Et ut veraciter credas, certa esse quae loquor, surge crastina die ad matutinum, et audies vocem eius inter choros psallentium [t] monachorum. Et non solum die [u] crastina, sed etiam omnibus diebus [o] vitae tuae, cum veneris, audies [v] in psallentio vocem eius; ideoque ne fleveris, eo quod gaudere te oporteat [w] potius quam lugere'. Surgit mulier longaque ducit [x] suspiria [2], nec obdormit in stratu suo, donec signum ad consurgendum commoveatur a monachis. Quo commoto, accedit ad eclesiam, aliqua [y] de visione [z] quam viderat probatura. Nihil enim praeteriit de pollicitatione sancta, sed quae fuerant divinitus nuntiata mox impleta [a] noscuntur. Verum, ubi cantor responso, antephonam caterva suscepit monachorum, audit genetrix, parvuli vocem cognoscit et gratias agit [b] Deo. Sed et illud quod [c] martyris ore promissum habebatur prorsus impletum est, ut omnibus diebus [y] vitae suae, cum accessisset [d] mulier ad psallentium, vocem audiret huius infantuli inter reliqua modolamina vocum [e].

Cum autem Gunthramnus [f] rex ita se spiritalibus actionibus [g] mancipasset, ut, relictis saeculi [h] pompis, thesauros suos eclesiis et pauperibus erogaret, accedit, ut, misso presbitero, munera fratribus, qui sanctis Agaunensibus [i] deserviunt, ex voto transmitteret, praecipiens presbitero, ut ad eum rediens [k] sanctorum sibi reliquias exhiberet. Igitur dum, impleta regis praeceptione, cum his regrederetur pignoribus, Limanni [l] laci, per quem Rhodanus [m] influit, navigium petit. Extenditur autem lacus ille in longitudine quasi stadiis quadringentis, latitudinis vero in stadiis 150 [3]. Denique revertens presbiter, ut diximus, cum navigium hoc fuisset adgressus, subito tempestas exorta fluctus tollit; ad sidera surgunt undarum montes, et nunc puppis naviculae, prora dehiscente, fertur in altum, nunc iterum, dimersa puppi, prora tollitur in sublimi. Turbantur [n] nautae, et nihil aliud nisi sola mors in periculo praestolatur. Tunc presbiter, cum videret, se his fluctibus obrui et spumis undarum [o] ipsarum graviter operiri, extracta a collo capsula,

Cap. 75. 1*a*. 1*b*. 2. 3 (*cf. n.* e).

Cap. 75. a) psallentium caneret 2; cantancium ps. 3. b) sufficierunt hec 3. c) lacrimeae 1*b*, *corr.* d) s. d. 2. e) heiulavit 1*b*, *corr.* f) p. v. a. 2. g) plangeas 3. h) desisti 3. i) explebunt 2; expleam 3. k) vixero 3. l) deflebo (2). m) filium 3; d. filium m. u. *p.* n) hius 1*a*. o) *superscr.* 1*b*. p) agere *add.* 2, *sed eras.*; e *add.* 3. q) aequanimite 3. r) *bis scr.*, *sed eras.* 2. s) sedis 2; et in luce v. *p.* t) canencium 3. u) dies, *expunct.* s 1*b*. v) audiens 1*b*, *corr. m. al.* w) oportet 3. x) cit *in litura* 3. y) *om.* 3. z) visionem 3. a) n. i. 2. b) a:git, *ras.* e 1*b*. c) *m. al. superscr.* 1*a*. d) accessit 3. e) *deficit* 3, *ubi* 10 *folia excisa sunt.* f) Guntr. 1*b*. 2, *corr.* g) actionibus:, *ras.* &? 1*a*. h) sctis 1*b*, *corr.* i) Augaun. 2. k) *m. al. superscr.* 1*b*. l) Lem. 2. m) Rhotanus 1*b*, *corr. m. al.* n) Turbat' 1*b*. o) i. u. 1*a*; u. i. sp. 2.

1) *Gregorius saepe monachos pro clericis accepit; cf. infra De pass. S. Iul. c.* 28. 2) *Ovid. Met. X*, 402. 3) *i. e.* 74 *km. longus*, 27 *km. latus; cf. Longnon p.* 162. *Marius Aventicensis a.* 563. *lacum ita descripsit:* lacum in longitudine 60 milium et latitudine 20 milium.

quae sanctorum pignora contenebatur[a], undis tumentibus fidus obiecit, ac[b] sanctorum praesidium clara invocat[c] voce, dicens: 'Ne peream in his fluctibus, virtutem vestram depraecor, martyres gloriosi, sed potius, qui iugiter pereuntibus praebetis auxilium, mihi, quaeso, dexteram salutis porregere dignamini; fluctus obpraemite nosque ad litus optatum vestri adiutorii ope[d] reducite'. Et haec dicens, cessante vento, decedentibus undis, ad litus evecti sunt. Haec ab ipso cognovi presbitero. In hoc enim stagno ferunt[e] tructarum[f] piscium magnitudinem usque ad centum librarum pondere trutinari.

76. Est et[a] ad sepulchrum sancti Victoris[1] Massiliensis martyris mira virtus. Nam cum saepius ad[b] eum accedentes infirmi sanentur reliqui, inergumini tamen multum se confidentes et martyrem declamantes, eiectis daemonibus, liberantur. Auriliani[c] autem patricii servus a daemonio[d] correptus, dolendo exitu cruciabatur, ita ut plerumque propriis[e] se morsibus laceraret; sed adductus[f] ad basilicam sancti[2], cum se exuri[g] eius virtute fateretur[h], debachans per totam aedem, die tertia mundatus[i] abscessit. Qui in tantum fidei merito roboratus est, ut deinceps, humiliatis[k] capillis, abbatis sortitus ordinem, monasterio uni praeponeretur.

77. Est apud Nemausensis urbis oppido Baudillii[a, 3] beati[b] martyris gloriosum sepulchrum, de quo saepius virtutes multae manifestantur. Ex quo sepulchro laurus orta et per parietem egressa, arborem foris fecit, salubri coma vernante. Quod saepe loci incolae in multis infirmitatibus habere caeleste remedium sunt experti. Pro quibus virtutum beneficiis cum plerumque nudaretur a foliis vel ipsa quodadmodo[c] cortice, arida est effecta. Unde quia morbos ab ea multorum[d] infirmitatum diximus depelli, longum fuit singulos quosque memorari; ideo haec sufficere putavi, quod ea medicamenta largiendo aridam effectam dixi. Nam fertur celebre[e] a negotiatore quodam in Oriente de his foliis deportatum pignus fuisse; sed priusquam portum[f] negotiator attingeret, inerguminus in eclesia, adire Baudillium martyrem orientalem plagam, stupentibus populis, declamavit. Ostendit autem beatus martyr et in aliis virtutem suam. Ara[4]

Capp. 75—77. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 75. a) continebatur *corr. m. al.* continebantur 2; continebat *p.* b) c *m. al. suppl.* 1*b*. c) v. i. 2. d) ope ducite 1*b*; ope ducite *p.* e) fuerunt 1*a*, *corr.* f) tractarum 1*b*, *corr. m. al.*
Cap. 76. a) *m. al. superscr.* 2. b) acc. ad e. 2. c) Aurel. 2. *p.* d) deomonio 1*b*. e) *in marg. m. al. suppl.* 2. f) ad *m. al. suppl.* 2. g) ex uiri 1*b*. h) fac. 1*b*, *corr. m. al.* i) mud. 1*b*, *corr. m. al.* k) humilitatis *corr.* humiliatis 1*a*. *b*.
Cap. 77. a) *corr. m. al.* Baudelii 1*b*, *ut infra;* Baudel. *semper* 2; Baudililii 5. b) beatissimi 2; *om. p.* c) *sic* 1*b*; quod (at modo *m. al. scr., ras.* t) 1*a*. d) *sic* 1*a*. *b*. 2. e) caelebrare 1*b*. f) n. p. 2.

1) *V. Fortunat. VIII*, 3, *v.* 156: Massilia Victor martyr ab urbe venit. *Passionem ed. Ruinart, Acta Mart. p.* 333, *ubi S. Victor Maximiano imperatore Massiliae passus esse dicitur.* 2) *S. Victoris Massiliensis basilica H. Fr. IX,* 22. *laudatur; cf. Longnon p.* 449. 3) *Eius Acta habentur die* 20. *Maii Bollandiani (tom. V, p.* 194*), *sed non adeo antiqua, ut integram mereantur fidem. Supra eiusdem sancti sepulcrum ecclesia constructa postea abbatiae titulo decorata fuisse dicitur. Saeculo XI. labente in prioratum redacta fuit et Seguino Casae Dei abbati subiecta, qui ibi monachos restituit. Sed a. circiter* 1561. *a Calvinianis in favillas redacta fuit. Cum nulla restaurandi veteris monasterii spes affulgeret, Casenses monachi vetus episcopale palatium pretio comparaverunt, ubi novum sub S. Baudilii patrocinio monasterium excitatum est, in quod favente episcopo Nemausensi Spiritu Flechier monachi Benedictini Cong. S. Mauri e Casae-Dei monasterio introducti fuere die* 23. *Sept. a.* 1689. *R. Cf. Longnon p.* 613. *In titulo Vindascensi (Le Blant nr.* 708*)* 21. *Maii dies passionis S. Baudelii indicatur:* XII. Kal. Iunias tenarias intravit Petrus fauces averni, sed marter Baudelius per passionis die dno. dulcem suum commendat alumnum. 4) *De Ara duce v. Vaissete, 'Histoire de Languedoc' I, p.* 255.

vero Theodorici[a] regis Italici dux, dum in Arelatensi[b] urbe resederet, extetit[c] ei quidam archipresbiter paruchiae Nemausensis[d] invisus. Tunc fervens felle, contra eum misit pueros, dicens: 'Ite quantotius, et ligatis pedibus ac manibus, adducite eum cum vi, ut cognoscat[e], quod sim[f] dominus regionis huius'. At illi non intellegentes archipresbiterum, putaverunt, quod archidiaconem iussisset adduci. Et ascensis equitibus, venerunt ad urbem, interrogantesque de archidiacono[g], digito eis ostensus est. Erat enim hic[h] Iohannes nomine valde[i] religiosus et in[k] archidiaconatu suo studium docendi parvulos habens. Adprehensumque pueri ducis, ligatis manibus ac pedibus sub alvo equi, adduxerunt eum. Sed non desiit virtus martyris alumno proprio subvenire. Pueri vero iuxta ipsam[l] portam cum eo mansionem habuerunt, qui iam, obseratis pro nocte portarum valvis, ingredi non potuerunt. In ipsa vero nocte, duce obdormiente, adstetit ei archidiaconus per[m] visum, dicens: 'Quid tibi, o homo, culpabilis[n] exteti, quod[o] me in hac humilitate redactum cum tali[p] iussisti iniuria arcessiri[q]? Vere dicam tibi, quia non effugies iudicium Dei'. At ille expergefactus consternatusque metu, exclamat suis: 'Inquirite, si pueri quos Nemauso[r] direximus iam venerunt'. Interrogantesque de muro urbis, responderunt, se adesse cum homine. Renuntiant nuntii quae audierant. Confestimque dux ait: 'Exhibete ad me hominem, quem adduxistis'. Quod cum factum fuisset, aspiciens eum dux, timore perterritus, ait: 'Archipresbiterum ego adduci praeceperam, non archidiaconem[s]'. Et prostratus ad pedes eius, ait: 'Indulge, quaeso[t], delicti huius, quia non est in conscientiam[u] meam, ut haec passus fuisses'. Et statim dignis honoratum[v] muneribus remisit ad urbem, quem in tanto amore pro ipsa martyris reverentia dilexit in posterum, ut, decedente urbis[w] illius sacerdote, ipsum sacerdotem mandaret institui[1]. Sed nec archipresbiterum amplius inquiri iussit. O magna virtus martyris, quae per innocentis iniuriam noxium absolvit[x] a poena! impletumque est illud
Rom. 8, 28. apostoli, quia: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, cum haec iniuria gradum[y] huic construxit, quem scanderet ad regendam eclesiam Dei.

78. Eclesia quoque Agatensis urbis, quae[a] sancti Andreae apostoli[2] reliquiis plaudit, plerumque gloriosis inlustratur miraculis, pervasores rerum suarum saepius arguit. Denique[b] Gomacharius[c] comes agrum eclesiae ipsius pervadit[d]. Tunc Leo[3] episcopus huius[e] eclesiae valde maestus concurrit[f] ad eum, dicens: 'Relinque, o fili, res pauperum, quas ordinationi nostrae Dominus commendavit, ne tibi sit noxium, et a lacrimis egentium, qui de fructibus eius alere consueverant, eneceris. Ille vero, quia[g] erat hereticus, parvi pendens de his quae ab episcopo dicebantur, rem in sua dominatione retenuit. Interim

Capp. 77. 78. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 77. a) Theoderici 2; Theorici *p.* b) Aral. 2, *corr. m. al.* c) *sic* 1*b*; ei *om.* 2. d) sen *m. al. superscr.* 1*b*. e) sciat 2. f) *m. al. inseruit* 1*a*; sum *p.* g) archidiaco 1*a*. h) I. h. 2, *corr. m. al.* i) r. v. 2. k) *om.* 1*a*. l) p. i. 2. m) p. v. *in marg. m. al. suppl.* 2. n) bi *m. al. superscr.* 2. o) quid 1*b*. p) tale 1*b*. q) arcerri 2, *corr. m. al.* r) so *m. al. superscr.* 2. s) archidiacne̅ 1*a*. t) iniuriam *m. rec. superscr.* 1*a**; *add. p.* u) conscientia mea 2. *p.* v) honora:tum, *ras.* b 2. w) i. u. 2. x) ab *in marg. suppl.* 2. y) graduum 1*b*.

Cap. 78. a) qu(ae *m. al. in litura*) 1*a*; quā *corr.* qua 1*b*. b) cum *add.* 2. c) goma (*expunct.* m)charia 1*b*. d) invaderet 2. e) ipsius 2. f) cucurrit 2, *corr. m. al.* g) ut 2; qui *p.*

1) *Iohannes I. in Breviario Nemausensi saec. XII. med. cum Remessario episcopo in ecclesia S. Iuliani sepultus esse dicitur. Fortasse idem est atque Iohannes episcopus Gothiae, qui die* 26. *Iunii colitur; cf. Gall. Chr. VI, p.* 428. *Sedit inter Sedatum, qui Agathensi concilio a.* 506. *interfuit, et Pelagium, qui Toletano a.* 588. *subscripsit.* 2) *'In sancti Andreae basilica' synodus Agathensis a.* 506. *habita est; v. Longnon p.* 610. 3) *Leo Agathensem ecclesiam rexit inter Sophronium, qui a.* 506. *Agathensi concilio interfuit, et Tigridium, qui subscripsit concilio Narbonensi a.* 589. *R.*

procedente die, arripitur a febre, cumque non modo ardore corporeo, verum etiam[a] animae vexaretur[b] incommodo, misit ad episcopum nuntios, dicens: 'Dignetur pro me sacerdos orationem ad Dominum fundere, et ego dimittam agrum eius'. Quo orante, hic a[c] valitudine qua gravabatur convaluit, factusque sanus, ait suis: 'Quid putatis, quid isti nunc Romani[1] dicant? Aiunt enim, me ob[d] hoc[e] fuisse febre gravatum, quia tulerim agrum eorum, quod mihi iuxta consuetudinem humani corporis accidit; verum tamen non habebunt eum me vivente'. Et dicto citius misit qui eum iterum auferret. Quod cum episcopus conperisset, venit ad eum, dicens: 'Num paenitet te prius fecisse bene, quod hoc iterum conaris evertere[f]? Ne facias, quaeso, et ultioni[g] divinae subiaceas[h]'. Qui ait ad episcopum: 'Sile, sile decrepite; nam[i] infrenatum te loris circuire urbem super asinum faciam, ut sis in ridiculo omnibus qui te aspexerint'. At ille silens[k] ad nota recurrit praesidia; prosternitur in oratione, celebratur vigilias ac noctem totam in lacrimis et psallentio ducit. Mane autem facto, accedit ad lignos[l], qui de camera eclesiae dependebant, extendensque virgam, quam tenebat in manu, effregit cunctos, dicens: 'Non hic accenditur[m] lumen, donec ulciscatur Deus de inimicis et restituat res domus suae'. Haec eo dicente, protinus hereticus ille in rediviva febre corruit. Cumque in extremis ageret, misit ad episcopum, dicens: 'Oret pro[n] me sacerdos[o] ad Dominum, ut vivam et restituam agrum ac similem[p] eius conferam dominationi'. Quibus pontifex respondit: 'Iam oravi ad Dominum, et exaudivit me'. Misit et alios ac tertios ad eum nuntios. Sed sacerdos in uno responso persistens, non movebatur ad haec, ut pro eo orationem daret ad Dominum. Haec ille hereticus cernens, iussit se in plaustro conponi atque ad eodem[q] evehi ac per se[r] depraecari episcopum, dicens, quia: 'Dupla satisfactione restituo[s] agrum, quem inique pervasi, tantum ut oret pro me sanctitas tua'. Illo quoque recusante[t], conpulit eum vi, ut abiret ad eclesiam. Quo discendente[u], ut eclesiam est ingressus, et hic spiritum exalavit; recepitque confestim eclesia[v] rem suam.

79. Semper enim catholicorum inimica est heresis, et ubicumque potuerit tendere insidias, non obmittit; sicut illud est quod quodam loco factum celebre fama profert. Mulier quaedam erat catholica, habens virum hereticum. Ad[a] quam cum venisset presbiter nostrae religionis valde catholicus, ait mulier ad virum suum: 'Peto caritati tuae, ut pro[b] adventu huius sacerdotis, qui me visitare dignatus est, laetitia habeatur in domo nostra, ac praeparatum[c] dignis inpendiis prandium aepulemur[d] cum eo'. Promittente autem viro eius, sic se ut illa flagitabat[e] facturum, advenit et alius hereticorum presbiter, dixitque vir mulieri: 'Duplicata est laetitia hodie, eo quod sint[f] sacerdotes utriusque religionis in domo nostra'. Discumbentibus[g] autem ad convivium[h], vir ille cum presbitero dextrae partis[2] cornu occupat, catholicum ad sinistrum statuens, positamque ad laevam eius sellulam, in qua coniux eius resederet. Dixitque[i] vir ad presbiterum hereticum: 'Si consenseris dictionibus meis, exercemus hodie cachinnum de hoc Romanorum[1] presbitero, ut scilicet[k], adposito ferculo, tu celerius[l] signare festines; cumque

Capp. 78. 79. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 78. a) *post* e. 5 *litt. ras.* 2. b) vexer. 2, *corr.* c) *m. al. superscr.* 2. d) ab 2. e) me *repet.* 2. f) avertere 1*a*. g) ultionis, *ras.* s 1*b*. h) as *e corr. primae m.* 1*a*. i) iam 1*a*. *b*. k) siles 1*b*, *corr.* l) *sic* 1*b*. m) accendetur 2. *p*. n) *superscr.* 2. o) e͞ps 2. p) simile 1*a*. *p*. q) eundem 2. *p*. r) ꝑ sedem (*ras.* m) p̄cari 1*a*. s) restituam 2, *corr.* t) resucante 1*a*, *corr.* u) disced. 2. v) eccl͞a:, *ras.* m. 1*b*.

Cap. 79. a) at 1*a*. *b*. b) *om.* 1*b*. c) p̄paratis 2. d) aepulemus 1*a*. e) petebat 2. f) sac. s. 2. g) Discumbente 2, *corr.* h) convivivium 1*b*, *corr. m al.* i) que *om.* 2. k) sic licet 1*b*, *corr. m. al.* l) caelerimus, *expunct.* m 1*b*.

1) Romanos enim vocitant *(Arriani)* nostrae homines relegionis, *i. e. catholicos; cf. supra c.* 24. 2) *Dexteram partem hic Gregorius nobiliorem appellat. R.*

ille manum non posuerit, illo tristante, nos cum laetitia comedimus[a] cibum'. Cui ille: 'Faciam', inquid, 'quod praecipis'. Denique, veniente disco cum holeribus, signavit hereticus[b], posuitque primus manum suam. Quod cernens mulier, ait: 'Ne feceris, quia ingrate fero iniuriam sacerdotis'. Et exhibito alio cibo, sumpsit catholicus. In secundo vero et tertio ferculo similiter fecit hereticus. Quarto[c] autem exhibito, cuius in medium[d] sartago fervens advenerat, in qua conpositum erat cibum illud, quod ex conlisis ovis, parumper mixta farina, dactilorum partibus olivarumque rotunditatibus adsolet exornari, festinans hereticus, priusquam ferculum illud vel mensam tangeret, elevata in obviam manu, signat; statimque positum coclearium, sumit[e], non intellegens, an caleret, ferventemque cibum velociter ingluttivit[f]. Protenus accenso pectore, aestuare coepit, emissumque cum suspirio inmenso ventris strepitu[g], nequam spiritum[h] exalavit; ablatusque de convivio, locatus in tumulo, terrenae[i] molis congeriae est opertus. Tunc exultans presbiter nostrae religionis, ait: 'Vere ultus est Deus servos suos'; et conversus ad virum, Ps. 9, 7. 8. cuius erat convivium, dixit: 'Periit huius memoria cum[k] sonitu, et Dominus in aeternum permanet. Tu vero adpone quod comedam[l]'. Tunc homo ille perterritus, expleto convivio, provolutus est ad pedes presbiteri, conversusque[m] ad fidem catholicam, credidit cf. Acta 18, 8. cum domo sua, qui in hac perfidia[n] tenebatur[o]; et multiplicata est laetitia, sicut prius mulier flagitaverat.

80. Arrianorum presbiter cum diacono nostrae religionis altercationem habebat, proferens contra Dei Filium ac Spiritum sanctum, ut mos[a] genti est[b], venenosas adsertiones. At[c] ille, cum diu multumque nonnulla de fidei nostrae ratione[d] disseruisset, et Sap. 1, 4. hereticus perfidiae obcaecatus caligine, quae erant vera respueret iuxta illud, quia: *In malivola anima non introibit sapientia,* adiecit, dicens: 'Quid longis sermocinationum intentionibus fatigamur? Factis rei veritas adprobetur; succendatur igni aeneus, et in ferventi aqua anulus cuiusdam proiciatur[1]. Qui vero eum ex ferventi unda sustulerit, ille iustitiam consequi conprobatur; quo facto, pars diversa ad cognitionem huius iustitiae convertatur. Intellege[e] itaque et tu, heretice, haec pars nostra, Spiritu sancto adiuvante, conpleverit[f]; nihil in sancta Trinitate dissonum, nihil esse dissimile, fatearis'. Consensit[g] hereticus huic diffinitioni, et inito usque mane placito, discesserunt; sed fidei fervor, per quem haec primum diaconus protulerat, coepit, inimico insidiante, tepiscere. Diluculo autem surgens, brachium infundit oleo, unguento conspergit. Sed tamen loca sancta[h] circuit et Dominum deprecatur. Quid[i] plura? Circa horam tertiam in foro conveniunt. Concurrit populus ad spectaculum. Accenditur ignis, aeneus superponitur, fervet valde, anulus in unda ferventi proicitur. Invitat[k] primum diaconus hereticum, ut ipse eum a calore auferat. Sed statim recusavit, dicens: 'Qui hanc sententiam protulisti, debes auferri[l]'. Diaconus vero, licet trepidus, tamen dinudat[m] brachium. Cumque eum vidisset unguentis hereticus presbiter dilibutum, exclamavit, dicens: 'Magicis artibus te elitandum putasti, ut haec unguenta diffunderis, nec valebunt ista quae agis'.

Capp. 79. 80. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 79. a) comedemus 2. b) eheret. 2, *corr.* c) In q. 1*b*. d) mediō̄ 2; medio *p.* e) sumpsit 2. f) inglutti:vit, *ras.* n? 1*a*. g) strepitū 1*b*. h) spū 1*a*. i) nae *eras.* 1*a*. k) c. s. *in litura m. al.* 2. l) cōme:dam, *ras.* n 1*a*. m) conversumq̄ 1*b*. n) fide 2, *corr. m. al.* o) *bis scr., sed eras.* 2.

Cap. 80. a) est *m. al. superscr.* 1*a*. b) *sic p;* et 1*a*. *b;* g. illi est v. 2. c) ait 1*b*, *corr.* d) oratione deser. 1*a*. e) I:lege 1*a*, *corr.* f) conblebit *corr. prima m.* conpl. 2, *ubi* si *add.* g) Consentit 2. h) *om.* 1*b*. i) qđ 1*b*, *corr. m. al.* k) invitant 1*b*, *corr.* l) auferre 2. *p.* m) denudabat, *ras.* ba 1*a*.

1) *Simile placitum inter catholicum et haereticum institutum Greg. Gl. Conf. c.* 14. *retulit. Anulum enim igni deiectum catholicus sustulit. De iudicio aquae ferventis v. L. Visig. VI,* 1, 3. *et Grimm, 'Deutsche Rechtsalterthümer' ed.* 2, *p.* 920.

His ita litigantibus[a], supervenit diaconus ab urbe Ravenna Iacinethus[b] nomine, sciscitansque[c], quae esset haec altercatio, ut veritatem cognovit, nec moratus, extracto a vestimentis[d] brachio, in aeneum dexteram mergit. Anulus enim, qui eiectus fuerat, erat valde levis ac parvulus, nec minus ferebatur ab unda, quam vento possit ferri[e] vel palea; quem diu multumque quaesitum infra unius horae spatium repperit. Accendebatur interea vehementer focus ille sub doleo[f], quo validius fervens non facile adsequi possit[g] anulus a manu quaerentis, extractumque tandem, nihil diaconus sensit in carne sua; sed potius protestatur, in imo[h] quidem[i] frigidum esse aeneum, in sumitatem[k] vero calorem teporis[l] modici contenentem[m]. Quod cernens hereticus, valde[n] confusus[o], iniecit audax manum in aeneo, dicens: 'Praestabit mihi haec fides mea'. Iniecta manu[p], protinus usque ad ipsa ossuum internodia omnis caro liquefacta defluxit; et sic altercatio finem fecit.

81.[a] Sed et nostro tempore, cum incredulitas ac iniqua Arrianorum secta in locis Hispaniae per malorum pessimas assertiones disseminata fuisset, quidam clericus adprehensus, christianum se esse confessus est, adserens aequalem[b] patri Filium et Spiritum sanctum esse. Cui rex[1] qui praeerat, oblata munera, tamquam maiorem sibi suppliciter deprecabatur, ut scilicet, conpraessa[c] confessione de sanctae Trinitatis aequalitate[d], minorem Patri Filium cum sancto Spiritu fateretur. Quod si faceret, et facultatibus ditaretur et magnus haberetur in populis. Quod ille consilium tamquam morsum viperae fugiens ac iniqui virus mortiferum respuens anguis, adiecit rex: 'Video', inquid, 'duram intentionem mentis insanae, sed novi temperamentum tuum, ut, quem munera non[e] deflectunt, facile tormenta subiciant'. At ille: 'Utinam dignus habear', ait, 'in hac iugulari confessione, nam munera tua tamquam stercus exhorreo'. Tunc iratus rex, iussit eum ad trocleas extendi et fortiter caedi, interrogans: 'Quid credis?' Respondit: 'Iam dixi tibi: Credo Deum patrem omnipotentem et filium eius Iesum Christum'. Post haec caesus est valde, sed semper durabat in confessione; nec umquam eum a fidei[f] linea potuit haec tortura deflectere. Nam in primordio cum caederetur, tres tantum verberum ictus sensit, qui, ut ipse postea referebat, ipsam animam penetrarunt. Reliqua vero flagella, tamquam si aliquod[g] velamentum dorso superpositum fuisset, ita[h] non sentiens, magis fidem quam coeperat, inter tormenta positus, praedicabat. Itaque cum regi[i] satisfactum de eius caede fuisset, dimissus est, obtestante eo, ne in terminis Hispaniae umquam[k] inveniretur. At ille laetus discedens, in Galliis[l] est regressus[m]. Sed ut fides dictis adhibeatur, ego hominem vidi, qui[n] haec ab ipsius clerici[o] ore audita narravit.

82. Per hanc[a] enim confessionem martyres gloriosi ineffabilia[b] semper salutarium munerum beneficia meruerunt ac petentibus se[c] hoc praestiterunt virtute, quod eisdem domino inpertitum est Creatore, sicut nobis nuper a diacono nostro[d] relatum, ita[e]

Capp. 80—82. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 80. a) li:tig, *ras.* gi 1*b*. b) Iacinctus 1*b*. *p*; Iacinthus 2. c) que *eras.* 1*a*; *m. rec. suppl.* 2. d) vestimento 2. e) ferre 2. f) deoleo 1*b*. g) posset 2. h) i:mo, *ras.* m 1*a*. i) qudē *corr.* qudē 1*b*. k) summitate 1*a*. *p*. l) temporis 1*b*, *corr. m. al.* m) LXXI. *add., sed eras.* 2. n) vaede 1*a*, *corr.* o) confisus *coni. Bordier.* p) manum 1*a*; manus *p*.

Cap. 81. a) *om.* 2. b) aequali 1*b*, *corr. m. al.* c) conp̄hensa 1*a*, *corr. m. al.* d) aequaliter *p*. e) *m. al. superscr.* 1*a*. f) fideli 1*a*. g) aliquot 1*a*; aliq̄d 1*b*. h) a *m. al. suppl.* 1*b*. i) regis, *expunct.* s 1*b*. k) numquam 1*b*, *corr. m. al.* l) Galleis 1*b*. m) digressus 1*b*. n) cui 1*a*. *b*. o) clerico 2, *corr.*

Cap. 82. a) hunc 1*a*, *corr.*; hac 1*b*, *corr. m. al.* b) ineffabilium 2, *corr.* c) sed, *ras.* d 1*b*. d) nuper *repet., sed delet.* 2. e) e. i. g. c. 2.

1) *Is fuit, ut reor, Leuvigildus, qui persecutionem in catholicos movit. R.*

590. gestum esse cognovimus. Hic autem diaconus, a papa urbis Romanae[a] Pelagio[1] quorundam martyrum confessorumque adsumpta pignora, cum grandi psallentio vel clericorum officio ac populi inmensi obsequio usque[b] ad Portum[2] deductus est. Et ingressus navem, erectis velis ac per illum antemnae, quae modolum crucis gestat, apparatum extensis[c], flante vento, pelagus[d] altum arripiunt[e]. Qui dum[f] navigant, ut Massiliensis[g] urbis portum attingant, adpropinquare coeperunt ad locum quendam, de quo a litore maris lapideus mons exsurgens ac paulatim decedens[h], summa[i] tenus unda in mari distenditur. Cumque inpellente vento[k] carina magno impetu ferretur in praeceps, ut scilicet scopulo inlisa quassaretur, ac nautae discrimen intuentes exitu vociferarent, diaconus, elevatam[l] cum sanctis pignoribus capsam, invocare nomina singulorum cum gemitu et voce maxima coepit, deprecans, ut eorum virtute ab hoc periculo perituri liberarentur. Iam iamque[m] adpropinquabat navis, ut praefati sumus, ad scopulum; et statim in sanctorum contemplatione reliquiarum ab[n] ipso loco commotus cum violentia maiori ventus huic vento contrarius fluctum elisit ventumque diversum repulit[o] ac, navem in pelagus profundum revocatam, cunctos a mortis periculo liberavit. Sicque gyrata[p] mole periculi, portum quem desiderabant cum Domini gratia ac sanctorum patrocinio contigerunt. Erant enim reliquiae sanctorum, quorum sacra vestigia Domini manibus sunt abluta[3], cum Pauli Laurentique atque Pancrati[q], Chrysanti Dariaeque virginis, Iohannis atque alterius Pauli[4], fratris eius, quorum certamina ac palmae victoriarum ipsa caput orbis urbs Roma devotae concelebrat.

83. Quid vero et de his reliquiis, quas[a] quondam genitor meus secum habuit, fuerit gestum, edicam. Tempore, quo Theodobertus[b] Arvernorum filios in obsidatum tolli praecepit, pater meus nuper iunctus coniugio, voluit se sanctorum[c] reliquiis communiri, petivitque a quodam sacerdote, ut ei aliquid de[d] hisdem indulgeret, quo[e] scilicet in viam longinquam abiens tali praesidio tutaretur. Tunc inclusos in lupino aureo sacros cineres circa eum posuit; sed ignarus vir nominum beatorum. Referre enim[f] erat solitus, se a multis tunc periculis[g] eruto; nam et violentias latronum et pericula fluminum, inprobitates seditiosorum et adsultus ensuum[h] saepius se evasisse horum virtutibus, testabatur. Quid tamen ego de his viderim, non silebo. Post genitoris mei obitum mater mea haec pignora super se habebat. Igitur segitum advenerat sectio, et congregati in areis[i] frugum acervi fuerant magni. In illis autem diebus, cum iam semina triturarentur, et sicut Lemane[k, 5] vestitum segitibus nudum habetur[l] a silvis, intercedente gelu,

Capp. 82. 83. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 82. a) Romæ | nae 1*a*, *corr.*; Rome *p.* b) ad P. u. 2. c) *om.* 2. d) pelatus 1*b*, *corr.* e) arripitur 1*b*. f) dum ambulant navigantes, *delet.* a., *ras.* es 2. g) Mans. 1*b*, *corr.*; p. M. u. 2. h) et *add.*, *sed eras.* 2. i) *corr.* summo 1*a*. k) vente 1*a*, *corr.* l) elevatum 1*a*. m) namque 1*a*, *corr. m. al.* n) ad 1*b*, *corr. m. al.* o) reppelit *corr.* reppulit 2. p) gratia 1*b*. q) Panchrati 1*b*.

Cap. 83. a) quasi 1*b*, *expunct.* i. b) Teud. *corr.* Theud. 2. c) r. s. 2. d) aliquidei: | dē *corr. m. al.* aliquid de eisdem 2; *sic p.* e) Qui 2. *p.* f) *om.* 2. g) periculo (*corr. m. al.* periculis) e. 1*a*; erutum 2. *p.* h) *sic* 1*a*; adsultu (s *m. al. inseruit*) sensuum 1*b*. 2; a. sensuum *p.* i) aereis 1*b*, *corr.*; aeris *p.* k) Lema 1*b*; Lemmane 2. *p.* l) haberentur, *expunct.* n 1*b*; *punctum sequitur* 1*a*. *b*.

1) *Cf. Greg. H. Fr. X*, 1: Anno igitur quinto decimo Childeberthi regis diaconus noster ab urbe Roma sanctorum cum pigneribus veniens. — — *Diaconus Agiulfus vocabatur; cf. Vit. Patr. VIII*, 6; *Duchesne*, '*Le Liber pontificalis en Gaule*' ('*Mélanges d'archéol. et d'histoire*', *Paris* 1882), *p.* 277. 2) *Cf. H. Fr. l. l.*: Sed nec distetit diaconus noster, nisi ad episcopatum eius (*scil. Gregorii I*) de Porto rediret, et, qualiter ordinatus fuerit, praesenti contemplatione suspiceret. 3) *Id est apostolorum, quibus pedes Christus lavit. R.* 4) *Ii sunt celebres fratres germani, Constantiae eunuchi, qui sub Iuliano Apostata Romae passi dicuntur. R.* 5) *Limagne pars Arverniae; cf. Longnon p.* 500.

cum non esset unde ignis accenderetur, ab ipsis paleis focos sibi adhibuerant[a] excussores[b]. Interea recedent[c] omnes ad capiendum cibum. Et ecce inter incrementa[d] sua coepit per paleas paulatim ignis spargi. Nec mora, flante notho, acervi ab igne conprehenduntur; fit magnum incendium, insequitur[1] clamor virorum strepitusque mulierum, ululatus infantum. Haec autem agebantur in agro nostro. Quod sentiens[e] mater mea, quae haec pignora collo adpensa gestabat, exilit[f] de convivio, elevatisque sacris pignoribus contra ignium globos, ita omne cessit incendium de momento, ut vix inter moles exustarum palearum vel semina ignis invenirentur; nihil tamen fruges quas adprehenderat nocens. Post multos vero annos has reliquias a genetrice suscepi; cumque iter de Burgundia ad Arvernum[g] ageremus, oritur contra nos magna tempestas, coepitque crebris[2] ignibus micare caelum validisque tonitruorum fragoribus[h] resonare. Tunc extractas a sinu beatas[i] reliquias, manu[k] elevo contra nubem; quae protinus divisa in duabus partibus, dextra[l] laevaque praeteriens, neque nobis neque ulli deinceps nocuit. At ego, ut iuvenilis fervor agere solet, vanae gloriae inflari supercilio[m] coepi et tacitus cogitare, non haec tantum sanctorum meritis quam mihi propriae[n] fuisse concessum, atque ad socios itineris iactans, ac proferre, quae[o] innocentiae meae Deus praestiterit, ut haec mererer. Nec mora, elapsus subito sub me equus, ad terram elisit; in quo casu tam graviter sum contractus, ut vix surgere possim[p]. Intellexi enim, mihi ista a vanitate evenisse[q], satisque fuit dehinc observare, ne me ultra vanae gloriae stimularet aculeus. Nam, si evenit, ut[r] mererer deinceps aliqua de sanctorum virtutibus contemplare, Dei illa munere per sanctorum fidem praestita praeconavi.

84. In nullo est[a] enim temeritas utilis, ut illud quisque appetat, quod exercere non licet. Sic et Brittanorum comes cum graviter a doloribus pedum adfligeretur, et per medicos expendens substantiam suam, nihil commodius habuisset, dixit[b] ei quidam de suis: 'Si enim ab eclesia tibi aliquod vas ministerii, quod in altari[c] ponitur, deferatur[d], in quo pedes ablueres[e], poterat tibi haec causa ferre medellam', — stulti et inertes non cognoscentes, quod sacrata Deo vasa non debeant ad usus humanos aptari. At ille celeriter ad eclesiam mittit et patenam argenteam sacrosancti altaris de sacrario suscepit ibique pedes abluit; sed statim, doloribus additis, adplene debilitatus, numquam postea gressum facere potuit. Sed et Langobardorum[f] ducem fecisse similiter, conperi.

85. Deflemus[a] enim scelera nostra et plangimus, cum nos mundos[b] esse nescimus, et ad ipsum altare Domini accedentes, audienter[c] sanctum corpus eius et sanguinem, cum simus actu polluti, potius ad iudicium sumimus, quam ut veniam consequamur. Nam recolo[d], quae in adolescentia mea gestum audivi. Dies passionis erat Policarpi martyris magni et in Ricomagensi[3] vico civitatis Arvernae eius solemnia celebrabantur[e]. Lecta igitur passione[4] cum reliquis lectionibus, quas canon sacerdotalis invexit, tempus

Capp. 83—85. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 83. a) inhibuerant 1*a*. b) exsores (m *suprascr.*) 1*b*. c) recedunt 2. *p*. d) crementa 1*b*. e) senties 1*b*, *corr.* f) elisit 1*a*, *corr. m. al.* g) Ervernum 1*a*, *corr.* h) flagoribus *corr. m. al.* flagroribus 1*b*. i) r. b. 2. k) manum 1*a et* 1*b e corr. p.* l) dextre 1*b*. m) supercili::o 1*a*. n) f. c. p. 2, *corr. m. al.*; p. c. f. *p*. o) quod 2. p) possem 2. *p*. q) evanisse 1*a*, *corr.* r) d. ut m. 2, *corr. m. al.*

Cap. 84. a) enim est 2. b) dix::::suis, *ras.* it ei? 1*b*. c) alteri 1*b*. d) deferretur 2. e) abluerer? 1*a*, *corr. m. al.*; abluere poteris *p*. f) Long. 2. *p*.

Cap. 85. a) Defle:mus 2. b) mundo 1*b*, *corr. m. al.* c) *sic* 1*a*. *b*; audenter 2. *p et corr.* 1*a*. *b*. d) recole? 1*a*, *corr. m. al.* e) cęlebrantur 1*b*, *corr. m. al.*

1) *Cf. Verg. Aen. I*, 87: Insequitur clamorque virum stridorque rudentum. 2) *Cf. Verg. Aen. I*, 90: Intonuere poli et crebris micat ignibus aether. 3) *Riom (Puy-de-Dôme)*; *cf. Longnon p.* 509. 4) *Agitur de epistola ecclesiae Smyrnensis, quam edidit Zahn, Patrum Ap. Opp., Fasc. II, p.* 133.

ad sacrificium offerendum advenit. Accepta[a] quoque turre diaconus, in qua mysterium[1] dominici corporis habebatur, ferre coepit ad ostium, ingressusque templum, ut eam[b] altari superponeret, clapsa de manu eius ferebatur in aera, et sic ad ipsam aram accedens, numquam eam manus diaconi potuit adsequi; quod non alia credimus actum de[c] causa, nisi quia pollutus erat in conscientia. Saepius enim ab eodem adulteria ferebantur admissa. Uni tantum[d] presbitero et tribus mulieribus, ex[e] quibus una mater mea erat, quibus haec videre licitum fuit, ceteri non viderunt. Aderam, fateor, et ego tunc temporis huic festivitati, sed haec videre non merui.

86. Sic et Epachius presbiter, dum temere quae indignus erat agere praesumpsit, Dec. 24. divino iudicio solo proiectus occubuit. Hic enim dum dominici natalis vigilias celebrare eclesiam[a] expetisset, per singula horarum[b] momenta egrediebatur de templo Dei ac in domo sua pocula lasciva[c], spumantibus pateris, hauriebat, ita ut adfirmarent multi eum post galli cantum in ipsa nocte vidisse bibentem. Sed cum esset ex genere senatorio, et nullus in vico illo Ricomagensi superius memorato iuxta saeculi dignitatem haberetur nobilior, celebrare solemnia missarum expetitur. Nec dubitat miser vino madefactus appetere, quod ieiunus quisque non sine metu[d] potest terrente conscientia explicare. Verum ubi, explicitis verbis sacris, confracto corporis dominici[e] sacramento, et ipse sumpsit et aliis distribuit ad aedendum, mox equini hinniti ad modum[f] vocem emittens, ad terram ruit, ac spumas cum ipsa mysterii sacri particula, quam dentibus comminuere non valuit, ab ore proiciens, inter manus suorum ab eclesia deportatur. Nec caruit ultra hanc[g] ephilentiae infirmitatem, sed per singulos lunares cursus incrementis detrimentisque haec semper pertulit, quia ab haustu nimio vini minime infelix abstenuit. Quo ergo honore quave reverentia haec nox celebrari debeat, praesens exemplum docet. Quodam tempore, cum in hac solemnitate de vigilia egressus, paululum obdormissem, venit ad me vir quidam, dicens: 'Surge et revertere ad eclesiam'. Et ego expergefactus, signo crucis opposito, iterum obdormivi. Nec distitit, sed iterat priora verba idemque[h] persona[i]. Sed cum nec secunda admonitus vice consurgerem et iterum obdormissem, advenit tertio, et alapam inponens maxillae, ait: 'En tu reliquos ad vigilias admonere debes, et adhuc sopore obpraemeris?' Tunc pavore perterritus, cum grandi velocitate[k] ad eclesiam sum regressus[l]. Haec de natalis dominici vigilia dicta sufficiant. Sed ad temerarios revertamur.

87.[a] Mulier erat adultera ab Hiericho[b] civitate, cuius haec erat consuetudo teterrima, ut, quotiens ab scorto concipiens partum edidisset, statim suffocatum terrae reconderet, ut scilicet fieret occultum hominibus, quae Deo et eius angelis non latebant[c]. Ian. 6. Hilicet cum dies sanctus epiphaniorum advenisset, et omnes in Iordane discenderent abluere tam vulnera corporis[2] quam animae cicatrices, haec cum reliquo populo ad litus accessit. Cumque levatis usque ad geniculum vestimentis, ut amnem ingrederetur, mirum dictu[d]! fugit aqua ante pedes eius; illa quoque insequente, fluvius ad ripam aliam premebatur. Haec videntes populi, mirati sunt, tale factum in die celeberrimo

Capp. 85—87. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 85. a) Acceptā q. turrē 2. b) ea 1*b*. c) *superscr.* 2. d) unitatum 1*a*, *corr. m. al.* e) e 2.

Cap. 86. a) ęccła 2. b) ra *m. al. suppl.* 1*a*. c) lasciv:a, *ras.* i 1*a*. d) non *repetit.*, *sed delet.* 2. e) dominicis 1*b*, *ras.* s. f) domum 1*b*. g) *om.* 2. h) q; *superscr.* 2; eademque *p*. i) persona (t *post add.*?) 2; personat *p*. k) voloc. 1*a*. l) reversus 1*a*, *corr.*

Cap. 87. a) *om.* 2. b) Hyer. 1*b*; Hierico 2. *p*. c) latebat, *sed extr.* t *in litura m. al. scr.* 2. d) dictum, *ras.* m 1*b*.

1) capsam cum corpore Domini *bene vertit S. Odo, Collat. II,* 32 *(Migne, Patr. lat. CXXXIII, p.* 577*); cf. Fortunat. III,* 20. 2) *V. supra c.* 16.

contigisse; cognoscentesque, mulierem esse facinorosam, interrogant, quid mali fecerit, ut haec ei in tali confrequentatione populi evenissent. At illa conversa[a] ad populum, crimen fatetur[b], dicens: 'Septem iam a me parvulos editos interfeci, quos de incestu concipiens metui publicare, octavum adhuc die[c] praeterita sugillavi. Rogo ergo, ut fundatis pro me orationem ad Dominum, quatenus, remissa iniquitate, peccare iam desinam, ne me caelestis ira consumat'. Haec ea loquente, omnis populus prostratus ad terram, precem fudit ad Dominum, ut ei misericorditer ignosceret, quod adminiculante ignavia[d] deliquisset. Post orationem vero mulier, extensis per[e] terram brachiis, spiritum exalavit; quod ob hoc contigisse reor, ne crimen indultum iteraretur ulterius. Cognovit autem populus delictum, cur aquae fluminis ante faciem mulieris recessissent. Impletumque est illud Salomonis[f] proverbium, quia: *Spiritus Domini fugit fictum.* Sap. 1, 5.
Miraculum hoc ab ore Iohannis diaconi[1] factum[g] ita cognovi; adserebat enim, se tunc temporis fuisse[h] praesentem.

88. Apud urbem enim Tolosacium ferunt[a] fuisse quendam Antoninum nomine, iniquum in Deo et omnium hominum[b] odibilem, eo quod multa perpetraret scelera. Factum est autem, ut, impletis diebus migrans a saeculo, in basilicam[c] beati Vincenti[2] sepeliretur, in qua ipse sibi vivens deposuerat vas. Verum ubi cunctos sub alta nocte silentia sopor arripuit, et omnes blandiente somno dedissent membra[3] quieti, sarcophagus ille a sancta[d] basilica per fenestram proicitur et in medio deponitur atrii. Mane autem facto, ibi repertus est, effractum super se operturium habens. Denique propinqui illius non intellegentes[e] virtutem Dei neque sentientes sancti iniuriam, in cuius templo indignum temere sepelierant, iterum deposito sarcophagum[f], in loco quo prius fuerat altius suffoderunt. Altera vero luciscente die, invenerunt eum[g] iterum foris eiectum in medio esse atrii, et sic intellexerunt magnalia Dei. Ex hoc enim a nullo tactus, usque hodie in loco quo eiectus est in testimonium reservatur. Haec de temerariis dicta sufficiant.

89. Vincentius autem vel levita vel martyr[4] Hispaniis martyrium consummavit. Apud terminum vero[a] Pictavum vicus est in Arbatilico[5] nomine Becciaco[6], in quo eius habentur reliquiae. Cuius solemnitas duodecimo Kl. mensis undecimi[b, 7] celebratur. Sed incolae loci et praecipue archipresbiter errorem nescio quem passus, ante diem eam voluit celebrari. Dictis igitur missis, cum ad convivium resederent, ecce unus ex inerguminis clamare coepit ac[c] dicere: 'Currite cives, egrediemini[d] a vico, exite obviam

Capp. 87—89. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 87. a) conversus 1*a*, *corr.* b) fatebatur 1*a*. c) diem 1*a*. d) ignavi 1*b*. e) super 1*a*. f) Solom. 1*b*. g) fatum 1*b*, *corr. m. al.* h) fugisse, *ras.* g 1*b*.; p. f. *p*.

Cap. 88. a) fuerunt 1*b*, *corr.* b) omnium 1*b*. c) basilica 1*b*. *p*. d) *m. al. suppl.* 1*a*. e) in *m. al. suppl.* 1*b*. f) sarcophago 2; sarcofago *p*. g) *m. al. suppl.* 2.

Cap. 89. a) o *m. al. suppl.* 1*b*. b) undecim 1*b*, *corr. m. al.* c) adedere *corr. m. al.* ac d. 1*b*. d) egredimini 2. *p*.

1) *V. supra c.* 18. *et Praef. p.* 459. 2) *Basilica S. Vincentii Tolosana nisi hoc loco non laudatur; cf. Longnon p.* 537. 3) *Cf. Verg. Aen. VIII,* 30; *supra p.* 556, *l.* 22. 4) *De S. Vincentio v. Prudentius, Peristephanon V, ubi v.* 1. martyr, *v.* 30. levita *vocatur; cf. Fortun. VIII,* 3, *v.* 154. 5) *Comitatus d'Herbauge; cf. Longnon p.* 564. 6) *Bessay (Vendée, arr. de la Roche-sur-Yon, cant. de Mareuil); cf. Longnon p.* 565, *qui huius vici ecclesiam S. Iohanni baptistae, non S. Vincentio dedicatam esse animadvertit.* 7) *In laterculo Polemii Silvii et in Calendario Carthaginiensi dies* 11. *Kal. Febr. sancti martyris Vincentii est, dum Gregorio teste idem martyr* 12. *Kal. mensis* 11. *colitur. Cum mensis undecimus Gregorio Ianuarius fuerit, dies autem* 21. *Decembris nequaquam congruat, facere non possum, quin Ideleri ('Handbuch der Chronologie' II, p.* 327*) coniecturam probem, qui pro* XII. Kal. mensis XI: XI. Kal. mensis XII. *scribendum esse coniecit. Sed fortasse ipse Gregorius errorem commisit. (G. W.)*

beato Vincentio! Ecce ad vigilias venit! Ecce festa eius crastino[a] habeturi eritis die!' Haec eo dicente, renovant solemnia et tota nocte in vigiliis excubant. Mane autem facto, dum missarum mysteria celebrarentur, et[b] hic inerguminus, qui adventum sancti praedixit, et alii cum eodem duo mundati sunt; sed et duo paralytici ipsa die directi sunt. Et sic a festivitate cum laetitia est discessum.

Cum autem reliquiae eius a quibusdam peregrinis defererentur[c], ad Ceratinsim[d. 1] Turonicae urbis vicum accesserunt, ibique ad tugurium cuiusdam pauperis deferentes, suscepti[e] sunt. In crastino autem duo paralytici super haec pignora acceperunt gressum, unusque caecus lumen recepit.

Haud procul autem ab illo vico est alius quem Orbaniaco[f. 2] vocant, in cuius eclesia[g] huius sancti habentur reliquiae[h]. Quae cum a furibus ablatae fuissent, et ipse qui easdem abstulerat in Biturigo cuidam abbati, accepto pretio, reliquisset, revelatum est abbati, ut[i] eas loco unde dimotae[k] fuerant restauraret. Nihilhominus et archipresbitero huic monasterio propinquo per visum manifestatum est, ne penitus moras innecteret ad restituendum. Quas acceptas cum psallendo deferret, homo quidam, qui[l] per annum integrum oppraessus gravi aegritudine decubabat, inter suorum deportatus manibus, ut velum, quo sanctae tegebantur favillae, adorans suppliciter osculavit, mox conpraessa infirmitate sanatus, exsequiis martyrialibus cum reliquis est secutus.

90. Eulalia gloriosa apud Emeritam[3] urbem passa, magnum miraculum in die immolationis suae populis profert. Sunt igitur ante eius altare, quo sancta membra teguntur, tres arbores, sed ignarus[a] ego, cuius sint generis. Cumque iam medio mense[b] decimo[4], quando eius passio celebratur, sint[c] ab omni foliorum decorae nudatae, ea die inlucescente caelo in modum columbae alitis flores proferunt suavitatis, scilicet quod sanctus eius spiritus in columbae[5] speciae penetraverit caelos, et quod beatum eius corpusculum iam exanime vestibusque nudatum nix caelitus decedua molli vellere contexisset[6]. Quod miraculum si solita arbores protulerint libertate, scit populus sibi

Capp. 89. 90. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 89. a) crastina 2, *corr.* b) *m. al. suppl.* 1*b*. c) *sic* 1*b*; defferrerentur 2; defferrentur 1*a et* 2 *e corr.* d) Ceratinsē 2, *sed virgulam m. al. adiecit.* e) sunt susc. 2. f) Orbanico 1*a*, *corr.*; Orlianicum *p.* g) ecclesiam 1*a*. h) li *suppl.* 1*b*. i) u 1*b*, *corr. m. al.* k) demptę 2. *p.* l) *om.* 2. *Cap.* 90. a) igna::rus 1*a*. b) *post* m. 5 *litt. ras.* 2. c) *om.* 1*b*.

1) *Céré (arr. Tours, cant. Bléré); v. Longnon p.* 268. 2) *Orbigny (Indre-et-Loire, arr. Loches, cant. Montrésor); cf. Longnon p.* 283. *Ecclesia ab Euphronio episcopo (a.* 556—573*) ibi constructa est; v. Greg. H. Fr. X,* 31. 3) *Merida iam vocatur. S. Eulaliae passionem Prudentius, Peristephanon III, primus celebravit; cf. v.* 186:

Nunc locus Emerita est tumulo
Clara colonia Vettoniae.

V. etiam Fortunat. VIII, 3, *v.* 170. 4) *Die scilicet* 10. *Decembris S. Eulalia colitur.* 5) *V. Prudentius l. l. v.* 161:

Emicat inde columba repens,
Martyris os nive candidior
Visa relinquere et astra sequi.
Spiritus hic erat Eulaliae
Lacteolus, celer, innocuus.

6) *V. Prudentius l. l. v.* 175:

Ecce nivem glacialis hiems
Ingerit et tegit omne forum:
Membra tegit simul Eulaliae
Axe iacentia sub gelido
Pallioli vice linteoli.

annum vel praessuris vacuum vel frugibus plenum. Quod si tardius flores ex more paruerint, cognoscit plebs, sua hoc fieri noxa; nam, priusquam erumpant, quaerula ad sepulchrum martyrae ac maesta decumbet[a], deprecans, ut solitam promereatur conspicere gratiam; sed nec psallendo procedit, si haec manifestata non fuerint. Iam si placatur[b] martyr a lacrimis plebis, emergunt protinus ex arboribus gemmei[c] flores, qui odore nectareo respirantes, animi maestitiam et adventu laetificent et reficiant suavitate. Dehinc diligenter collecti et in basilicam sacerdoti[d] delati, processio cum gaudio celebratur: nam et hos flores saepius infirmis prodesse cognovimus.

91. Quodam tempore Felicis martyris basilica a[a] furibus est effracta. Hic vero martyr in Gerunda[1] Hispaniae[b] passus[c] est urbe[d]. Fur vero, adprehensis palliis siricis, textis auro monilibusque exornatis, cum reliquis ornamentis abscessit. Quo eunte, coniungitur[e] ei homo ignotus, interrogans, quo pergeret. Cui ille respondit: 'Si sermo meus occuleretur tecum, ostenderem tibi thesaurum magnum'. Et ille: 'Ostende', ait, 'quae volueris, totis a me obtegitur viribus'. At ille ostendit ei species illas, dicens: 'Si in aliis haec[f] regionibus venundantur, utroque nostrum lucrum inferunt multum'. Et ille: 'Ego sum', inquid, 'homo, cui[g] in diversis regionibus multi habentur amici, et est mihi domus magna atque secreta. Si haec in ea posueris, deinceps cum libuerit venundabis'. Et praecedens, sequebatur homo cum sarcina, putans se ad aliam duci urbem. Concluserat enim[h] Deus oculos eius, et non cognoscebat, quia per viam quam venerat regrediebatur. Quid multa? Pervenitur ad basilicam sancti, et ait ad eum vir: 'Ecce domum de qua locutus sum tibi[i]! Ingredere et depone sarcinam tuam!' Ille quoque ingressus est. Verum ubi[k], deposita sarcina, coepit aspicere, ad se reversus, cognovit basilicam sancti, de qua res illas abstulerat; vir autem iam recesserat ab eo. Et sic cuncta quae cum viro illo gesserat populis enarravit. Unde indubitatum est, ipsum ei[l] beatum martyrem apparuisse.

Huius reliquiae apud Narbonensim basilicam retenentur. Sed cum huius aedis altitudo[m], ne Liguria[n. 2], quod est locus[o] amoenissimus, a palatio regis non cerneretur, arceret, contulit haec cum Leone[3] consiliario rex Alaricus. Qui ait: 'Deponatur ex hoc aedificio una structura machinae; rex quae placuerit liberius contemplabit'. Et statim vocatis operariis, idem consiliarius humiliavit basilicam sancti aedificiis non meritis. Sed ille protinus lumen caruit oculorum.

92. Callagurris[a. 4] autem urbs[b] Hispaniae Emeterium Celedoniumque martyres

Capp. 90—92. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 90. a) *sic* 1*a*. b) placabatur 1*b*. c) f. g. 2. d) sacerdoti:, *ras.* s 2.

Cap. 91. a) *m. al. superscr.* 1*a*. b) Hysp. 1*b*, *fere*. c) est p. 2. d) urbe:, *ras.* m 2. e) convincitur 1*b*. f) *m. al. superscr.* 2. g) :cui, *ras.* q 1*a*. h) ei 1*b*. i) *om.* 1*b*. k) ibi 1*b*. l) i. m. b. 1*a*; i. ei m. b. *p*. m) *de cod.* 5. *cf. p.* 481, *n.* 1. n) Liguriā 1*b*. o) locis 1*b*, *corr.*

Cap. 92. a) Calag. 1*a*. *p*. b) urbis 1*a*.

1) *V. Prudentius, Peristephanon IV,* 29:

Parva Felicis decus exhibebit
Artubus sanctis locuples Gerunda.

Gerunda (iam Gerona) in Catalaunia sita est. 2) *'La plaine de Livière'; cf. Longnon p.* 609. *Ecclesia S. Felicis Narbonensis inter Liguriam et Capitolium ('Capdueilh') sita est.* 3) *Leo iam Eurici consiliarius fuerat, ad quem Sidonius ep.* 24. *l. IV. et* 8. *l. VIII. (ed. Baret) dedit. De eodem v. Ennodii V. Epiphanii (ed. Vindob. tom. VI, p.* 352*):* Erat praeterea ea tempestate consiliorum principis et moderator et arbiter Leo nomine. *Quem etiam Alarico familiarem fuisse, ex hoc Gregorii loco colligi potest.* 4) *Gregorius Prudentii 'Hymno in honorem sanctorum martyrum Emeterii et Chelidonii Calagurritanorum' (Peristephanon I) usus est. Calagurris-Nassica iam Calahorra vocatur; cf. Kiepert, 'Geographie' p.* 495.

gestat: saepe a[a] beatorum virtute miracula cernendum diversarum aegritudinum medicamina capit[1]. Hii etenim martyres a persecutore conprehensi et ad supplicium rapti, dum diversis poenis afficerentur ob divini nominis confessionem, excepta ultimae damnationis sententia, deducuntur ad decollandum. Cumque eorum capita lictor incideret, miraculum populis magnum apparuit. Nam unius[b] anolus orariumque alterius nube susceptum est et in[c] caelis evectum. Viderunt haec omnes qui aderant, et usque quod acies oculorum intendere potuit, fulgorem auri candoremque lentei suspectu sequebantur attonitu. Praebet huius rei testimonium Aurelius Clemens in libro Coronarum[2] his versibus[d], dicens:

Illa laus occulta non est nec senescit tempore,
Missa quod sursum per auras evolarunt[e] munera,
Quae viam patere[f] caeli praemicando ostenderent.
Illius fidem[g] figurans, nube fertur anolus;
Hic sui dat pignus oris, ut ferunt, orarium.
Quae superno rapta[h] flatu, lucis intrant intimum.
Per poli liquentis[i] axem fulgor auri absconditur,
Ac diu visum sequacem textilis candor fugit:
Subvehuntur usque in astra nec videntur amplius.

93. Cyprianus[a, 3] beatissimus Carthaginensis[b] et antestis et martyr salutem saepius infirmis supplicantibus praestat, in cuius basilica analogius[4], in quo libro superposito[c] cantatur aut legitur, mirabiliter conpositus esse refertur. Nam ex uno lapide marmoris totus sculptus[d] adseritur, id est mensa desuper, ad quam per quattuor gradus ascenditur, cancelli in circuitu, subter colomnae; quia et pulpitum habet, sub quo octo personae recipere possunt. Qui numquam ibi nullo ingenio potuit exhiberi, nisi virtus martyris praestitisset.

94. Septem[5] vero germanorum, qui apud urbem Ephesum[a] requiescunt, haec est ratio. Tempore Decii imperatoris, cum persecutio in christianos ageretur, septem viri conprehensi sunt et ducti sunt coram principe. Horum nomina haec sunt: Maximianus[6],

Capp. 92—94. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 92. a) *sic* 1*a*. 2; ab eorum 1*b*. *p*. b) unus 1*b*. *p*. c) i 1*b*, *corr. m. al.* d) verbis 2, *corr. m. al.* e) evel. 1*b*, *corr. m. al.* f) pat̄ 2, *corr. m. al.*; patrie *p*. g) fi:dem, *ras.* e 2. h) rapta:, *ras.* t 2. i) loquen | quentis 1*b*.

Cap. 93. a) Cipr. 1*b*. *p*. b) Cartag. 1*a*, *corr.*; Castiginensis 1*b*; Carthag. 2. c) suposito 1*b*, *corr. m. al.*; *s. om. p*. d) scalptus 1*a*; scultus 2.

Cap. 94. a) Epesum 1*b*, *corr.*; E. u. 2.

1) *Prudentius l. l. v.* 114:

Martyrum cum membra nostro consecravit oppido,
Sospitant quae nunc colonos, quos Hiberus adluit.

2) *Prudentius l. l. I,* 82—90. 3) *Cypriani Acta procons. et Vitam per Pontium scriptam ed. Hartel, Cypr. Opp. tom. III,* 3, *p. XC sqq.* 4) *Est pulpitum; cf. Ducange ed. Favre I, p.* 238. 5) *Passionem septem dormientium Gregorius ipse ex interpretatione Syri cuiusdam in linguam Latinam transtulit; cf. infra:* quod passio eorum, quam Siro quodam interpretante in Latino transtulimus, plenius pandit. *Quod opusculum Bollandiani, codice S. Audomari reperto, cui haec subiecta sunt (AA. SS.* 27. *Iul. VI, p.* 389*):* Explicit passio sanctorum martyrum septem dormientium apud Ephysum translata in Latinum per Gregorium episcopum, interpretante Iohanne Syro, quae observatur sexto Kal. Augusti, *Gregorio primum adiudicaverunt. Neque erraverunt, nam et in sermone et in rebus gestis Passio accurate cum Miraculis convenit; cf. Praef. p.* 461. *Eandem Passionem excerptam Photius, Bibl. cod.* 253 *(ed. Migne, Patr. Gr. CIV, p.* 99*) memoriae tradidit.* 6) *Gregorius eadem nomina in Passione tradidit. Haec sunt Photii:* τὸ

Malchus, Martinianus, Constantinus, Dionisius, Iohannes, Serapion; qui diversis verbis[a] temptati, ut cederent, nequaquam adquieverunt. Imperator vero pro eligantia eorum, ne in momento perirent, spatium tractandi indulget. At illi in unam se speluncam[1] concludunt, ibique per multos dies habitaverunt. Egrediebatur tamen unus[2] ex eis et conparabat victus et quae[b] necessaria erant[b] exhibebat. Revertente[c] autem imperatore in eadem civitate, isti petierunt ad Dominum, ut eos ab hoc periculo dignaretur eruere: factaque oratione, prostrati solo obdormierunt. Cumque imperator didicisset, eos in hoc antro morari, nutu Dei iussit os speluncae magnis[d] lapidibus oppilari, dicens: 'Ibi intereant, qui diis nostris immolare noluerunt'. Quod dum ageretur, quidam christianus in tabula plumbea[3] nomina et martyrium eorum scribens, clam in aditu cavernae, priusquam oppilaretur, inclusit. Post multorum[e] vero annorum curricula, cum, data eclesiis pace, Theodosius christianus obtenuisset imperium, surrexit hereses inmunda[f] Sadduceorum[g, 4], qui negant resurrectionem futuram. Tunc quidam civis Ephesius[5], dum caulas ovibus secum montem* ipsum facere destinat ac lapides divolvit ad coaptanda earum septa, ignarus quae agerentur introrsum, patefecit ingressum eius; non tamen cognovit arcanum, quod habebatur intrinsecus. Dominus autem inmisit septem viris spiritum vitae, et surrexerunt, putantesque, quod una tantum nocte dormissent, miserunt puerum[h] unum[6] ex se, qui cibos emeret. Cumque veniens supra portam civitatis vidisset crucis gloriosae signaculum audissetque per Christi nomen iurare populum, obstipuit; prolatisque nummis, quos a tempore Decii[i] habebat, a mercatore conprehenditur, dicente sibi, quia: 'Absconditos antiquitus[7] thesauros repperisti'. At ille negans, deducitur ad episcopum[8] ac iudicem civitatis. Cumque ab his argueretur, conpellente necessitate, absconditum misterium revelavit et deduxit eos ad speluncam, in qua viri erant. Cumque ingrederetur episcopus, invenit tabulam plumbeam[9], in qua omnia

*) cui Chilei[5] nomen est *m. al. in marg. add.* 1*b*.

Cap. 94. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 94. a) urbis 1*b*. b) *om.* 2. c) Revertenti 2, *corr. m. al.* d) magis 1*b*, *corr.* e) multum 2, *corr. m. al.* f) in mundo 1*b*. g) Saducaeorum 1*a*. h) u. p. 2. i) Dicii 1*b*, *corr. m. al.*

μαρτύριον τῶν ἁγίων ἑπτὰ παίδων Μαξιμιανὸν, Ἰάμβλιχον, Μάρτιμον, Διονύσιον, Ἐξακουστουδιανὸν, Ἀντωνῖνον καὶ Ἰωάννην. *Serapion igitur Gregorii est Antoninus Photii.* 1) ἐπί τι σπήλαιον ἐν ὄρει πλησιάζοντι τῇ Ἐφεσίων διακείμενον μητροπόλει *Phot. l. l.* 2) *Cf. Pass. l. l.:* elegeruntque Malchum, ut abiens clam in urbem cibos emeret; *Photius l. l.:* ὃν προεῖπεν Ἰάμβλιχον ὁ λόγος. *Iamlicus etiam in Actis Syriacis Nitriensis monasterii, AA. SS. Iul. VI, p.* 388. *vocatur, 'filius Rufi electi, qui est ex optimatibus'.* 3) *Cf. Pass. l. l.:* Hi *(scil. Theodorus et Ruben)* scribentes in tabulis plumbeis omnem historiam sanctorum, posuerunt eas in introitu cavernae intrinsecus. *Quibus de tabulis apud Photium nihil legitur, sed in Actis Syriacis l. l. laudantur.* 4) *V. Pass. l. l.:* Cuius in tempore immunda illa Sadducaeorum secta surrexit, volens evertere spem resurrectionis, dicens, quia: 'Mortui non resurgunt'. Caput autem huius haeresis fuerunt Theodorus et Gaius episcopi. *Theodorus Aegarum episcopus, qui cum multis haereticis mortuorum resurrectionem negabat, hoc miraculo divulgato, obmutuit; cf. Photius l. l.* 5) *V. Pass. l. l.:* Erat autem tunc apud Ephesium Dalius quidam valde dives in pecoribus, qui circumiens montem Celeum, iussit pueros suos, dicens: 'Praeparate hic caulas ovibus nostris'. Ἀδόλιος *montis possessor a Photio vocatus est.* 6) *Malchum.* 7) *Cf. Pass. l. l. p.* 390: At illi numisma argentei intuentes, dixerunt: 'Hic homo thesauros reperit antiquos, nam ecce argenteos de temporibus Decii profert'. 8) *Cf. Pass. l. l.:* Viri autem eum apprehensum ducunt ad episcopum Marinum atque ad praefectum urbis; *et Photius l. l.:* Μάρου δὲ τῆς ἐν Ἐφέσῳ ἐκκλησίας τὰς ἱερὰς φροντίδας ἐγκεχειρισμένου. 9) *V. Pass. l. l.:* Ingressus epi-

quae pertulerant[a] habebantur scripta, locutusque cum eis, nuntiaverunt haec cursu rapido imperatori Theodosio. At ille veniens, adoravit eos pronus[b] in terram; qui tali colloquio cum eodem usi sunt principe: 'Surrexit, gloriosae auguste, hereses, quae populum christianum a Dei promissionibus conatur evertere[c], ut dicant, non fieri resurrectionem mortuorum. Ergo ut scias, quia omnes iuxta apostolum Paulum[d. 1] repraesentandi erimus ante tribunal Christi[e], idcirco iussit nos Dominus suscitari et tibi ista loqui. Vide ergo, ne seducaris et excludaris a regno Dei'. Haec audiens Theodosius imperator, glorificavit Dominum, qui non permisit perire populum suum. Viri[f] autem iterum prostrati in[g] terram, obdormierunt; quibus cum Theodosius imperator sepulchra ex auro fabricare velit[h], per visum prohibitus est, ne faceret. Viri[2] autem usque hodie palliolis siricis aut carbassinis cooperti in ipso loco requiescunt. Quod passio eorum, quam Siro[i] quodam[3] interpretante in Latino transtulimus, plenius pandit.

95. Ferunt autem fuisse apud Armoeniam[a] quadraginta octo[4] viros, qui in ipsos[b] montes Armoeniae[a], in quibus prae altitudine nimia magno frigore aquae[c] et terra restringitur, passi sunt. Quorum montium celsitudinem non parvam esse, legis lator[d] exponit[5], cum super eos arcam a Noe fabricatam requievisse ait. Ibi effossam persecutor[e] terram cisternam magnam efficiens, aquam repleri iubet; nudatosque[f] viros, ligatis[g] post tergum manibus, in lacum gelu[h] concatenatum[6] praecepit poni[i], succensum e regione balneum, dicens: 'Elegite e duobus unum. Aut in isto frigore[k] Christum vestrum confessi deficite, aut negantes, oblato diis sacrificio, ad balneum convolate, ut possitis vivere et non malae propter crucifixum hominem mori'. Negantibus quoque cunctis sacrificare daemoniis, videt custos eorum quadraginta octo[7] coronas pretiosissimas e caelo dilapsas discendere super capita virorum et una[l] quoque earum revocari. Defecerat enim fides viri unius, et protinus relictis satellitibus, velociter ad balneum convolavit; immolatisque victimis, honoratus a praeside in balneo tepenti ablutus est, excepturus in posterum perpetui ignis supplicium. Haec custos ille, ut diximus, cernens, voce magna proclamat, se christianum esse, dicens: 'Cum hisdem mori desidero'. Nec mora, diversis poenis affectus, spoliatur veste, non fide, et in lacum ponitur, frigora cum reliquis perpessurus, sed adepturus coronam, quam miser perdiderat. Iam enim

Capp. 94. 95. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 94. a) pertulerunt 2, *corr. m. al.* b) protinus, *expunct.* ti 1*b*. c) avert. 1*a*. (*corr. m. al.*) *p.* d) Paulū:, *ras.* 1 1*a*; Paulo 2, *corr.* e) ::xp̄i, *del.* ih 2; *om. p.* f) vir 1*b*, *corr. m. al.* g) *in marg. suppl.* 2. h) vellet 1*b*. 2. *p.* i) Syro 2.

Cap. 95. a) Armen. 2, *corr.* b) ipso 1*a*, *corr. m. al.* c) quae 1*a*, *corr. m. al.* d) latore 1*a*. e) se *m. al. suppl.* 1*a*. f) nugatosque 2, *corr.* g) ligatisquę postergum 1*b*. h) genu 1*b*. i) pino 1*b*, *corr.* k) frigorem 1*a*. l) unā 2 *et* 1*b e corr. p.*

scopus, reperit scrinium duobus sigillis argenteis praesignatum, egressusque foras, convocans multitudinem civitatis, cum praefecto aperuit sigilla et invenit duas tabulas plumbeas, in quibus scripta erat omnis passio eorum. 1) 2. *Cor.* 5, 10. 2) Viri — requiescunt *desunt in Passione.* 3) *Iohanne; cf. supra p.* 550, *l.* 46. 4) *V. H. Fr. X,* 24: Tunc etiam et basilica sanctorum quadraginta octo martyrum, de quibus in libro Miraculorum memini, qui in illa regione passi sunt, — — succendere nisi sunt; *sed* 40 *tantum homines fuisse constat, qui Licinio imperatore Sebastiae in Armenia passi sunt; v.* Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἐκ τοῦ ἐγκωμίου εἰς τοὺς ἁγίους μ΄ μάρτυρας *in Bibl. Photii cod.* 274. *(ed. Migne CIV, p.* 235*); et Ruinart, Acta Mart. p.* 544. *Acta* 40 *martyrum, quae edita sunt, Gregorius minime novit.* 5) *Gen.* 8, 4. 6) *Cf. Passionem, AA. SS.* 10. *Mart. II, p.* 20: Adducentes autem eos, statuerunt in medio stagno nudos in glacie. — — Erat autem et lavacrum, de quo calefierent, ut, si quis eorum voluisset praevaricari, refugeret ad lavacrum caloris et calefaceret se. 7) *V. Passionem l. l.:* et vidit coronas descendentes de caelo numero triginta novem.

virorum emortua erant[a] frigore corpuscula, et dentibus in se conlisis, ipse quoque vocis sonitus claudebatur; unum tantum murmur orationis caelo ab arcanis pectoris[b] inlabebatur notum soli Deo, qui novit occulta cordis. Tremebant fessi[c] artus tam inaedia quam pruina; erat spes caelo intenta, iam carne praemortua. Interea iudex iniquus, amotis limphis, balneum succendi[d] septuplum iubet[1], ut scilicet quos algor non laxaverat incendia saeva dissolverent. Producuntur viri e lacu, confessi Christum, mittuntur inter aestuantes ignium vapores; sed sustinent patienter inlata supplicia, ut maiorem accipiant palmam. Denique in his relinquentes[e] corpora, animas Christo tradentes, martyrium consummaverunt in pace. Tunc praeses victum se eorum constantia[f] cernens, putans, vel mortuos possit vincere, qui viventes superare non quiverat, iussit ipsa[g] deinceps exuri corpuscula et in flumine propinquo iactari. Quod cum factum fuisset, miraculi novitas flentibus christianis apparuit. Restetit igitur unda nec ossa semiusta absorbuit, sed super se tamquam conmendata sustenuit; et sic[h] collecta a christianis gaudentibus, honore dignissimo tumulata sunt.

96. Sergius[2] quoque martyr multa signa in populis[a] facit, curans infirmitates sanansque languores fideliter deprecantium[3]. Unde agitur, ut ex hoc ingentia[b] basilicae[4] vel[c] promittantur vota vel munera deferantur, ex quibus nihil omnino licet subtrahi aut auferri[d]. Quod si quis fecerit[e], mox iudicium aut nothae aut mortis incurrit. Ob hanc vero defensionem multi res suas[f] sancto devovent, scilicet ut eius virtute munitae non diripiantur a malis. Denique anus erat exigua et, credo, euangelicae illi pauperculae cf. Luc. 21, 1. similis, quae quondam duo minuta, cum nihil aliud haberet, in gazophilatium devotae iactavit. Ergo haec pauculos[g] gallinarum pullos habebat, quos ex voto basilicari ditioni subdiderat[5], datura in domo ipsius, cum necessitas flagitasset. Igitur cum ad festivitatem sancti[6] multi populi advenissent, duo, conventione facta, qui hos pullos olim viderant[h], unum furto subtrahunt, incisoque capite, detractis plumis[i] truncatisque pedibus, positum[k] in vase cum aqua super ignem levant instanterque succendunt. Fervet autem latex validissime, sed caro furtiva non coquitur. Etiam fervendo aqua consumitur, nec prorsus pullus ille[h] mollitur. Temptant crebro manibus et unguem conantur infigere, sed duriorem sentiunt, quam misissent. Interim adsunt[l] convivae evocati ad aepulum, nullatenus sumpturi[m] de apparatu. Extat mensa niveis velata mantilibus, opere plumario[n] exornata. Conversis cibis in nova duritia, catinus[o] limphis saepe diluitur, sed nihil coctum, quod in eo exhibeant, invenitur; sicque novo miraculo aepulis redactis in saxo, confusis invitatoribus, verecundantibus invitatis, a caena cum pudore discessum est.

97. Duo vero gemini[a], Cosmas scilicet et Damianus[b, 7], arte medici, postquam christiani[c] effecti sunt, solo virtutum merito et orationum interventu infirmitates lan-

Capp. 95—97. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 95. a) erat 1*a*, *corr.* b) pectoribus 2, *corr. m. al.* c) fessis 1*b*. d) sept. succ. 2. e) reliquentes 1*b*. f) constantiā 2, *corr.* g) d. i. 2. h) si 1*b*, *corr. m. al.*

Cap. 96. a) populi 1*b*, *corr.* b) ingenti 1*a*; *m. al. superscr.* 2. c) munera *add.* 1*a*. d) ferri 1*b*. e) ecerit 2, *corr. m. al.* f) sua 1*b*, *corr. m. al.* g) pauperculos 1*b*, *ras.* per. h) *m. al. superscr.* 2. i) pulmis 2, *corr. m. al.* k) positumque 2. l) ad *in marg. suppl.* 2. m) supturi 1*b*. n) pulmario 1*b*. o) catinis 2, *corr.*

Cap. 97. a) germani 1*b*. b) Daminnus 1*a*, *corr.* c) ani *suppl.* 1*a*.

1) *Id Gregorius solus narravit; reliqui auctores sanctos, cruribus confractis, combustos esse tradunt.* 2) *Sergius et Bachus, quorum Acta ed. Boll.* 7. *Oct. III, p.* 863, *Maximiano imperante passi sunt.* 3) *De pollice S. Sergii v. Greg. H. Fr. VII,* 31. 4) *Resaphensem S. Sergii ecclesiam Bollandiani intellegunt.* 5) *De animalibus votivis v. infra Mir. S. Iul. c.* 31. 6) *Die* 7. *Octobris.* 7) *SS. Cosmas et Damianus 'christiani industrii artis medicae' a.* 297. *passi esse dicuntur. Coluntur d.* 27. *Sept. Acta Graeca et Latina ed. Bollandiani* 27. *Sept. VII, p.* 469 *sqq.*

guentium depellebant; qui diversis cruciatibus consummati[a], in caelestibus sunt coniuncti, multa miracula incolis ostendentes. Nam si quis infirmus ad eorum sepulchrum fide plenus oraverit, statim adipiscitur medicinam. Referunt etiam plerique, apparere eos per visum languentibus et quid faciant indicare; quod cum fecerint, sani discedunt. Ex quibus multa audivi, quae insequi longum putavi, hoc aestimans posse sufficere quod dixi. Cuncti[b] fideliter deprecantes sani discesserunt[c].

98. Focas[1] quoque martyr et ipse his martyribus regione coniunctus apud Syriam requiescit; qui, post multas quas pro nomine Redemptoris est passus iniurias, qualiter de antiquo illo[a] serpente triumphaverit, hodieque populis declaratur. Denique si in quempiam in his locis coluber morsum stringens venena diffuderit, extemplo qui percussus est ut ianuam atrii, quo martyr quiescit, attigerit, conpraesso tumore, evacuata virtute veneni, salvatur. Ex quibus nonnulli, ut celebre vulgatum est, iam tumidi malae bestiae ictu, iam toto corpori[b], incrassante veneno in hoc, perflati, ut spiritum exalarent, inter manus delati et in atrio positi, sunt sanati; nec umquam ab hoc virus obire hominem fas est, si sacrum limen fide plenus attigerit.

99. Domitius equidem alius martyr in hac[a, 2] habetur regione, qui cum multa beneficia incolis praestet, sciaticis tamen veloci virtute medetur. Nam fertur ab hoc[b] sanctus[c] fuisse, dum in[d] corpore esset positus, dolore detentus. Denique cum multis, ut diximus, in hac necessitate laborantibus mederetur, quidam Iudaeus ab ipsa infirmitate correptus sancti basilicam, quamquam Christo non crederet, devotus tamen expetiit[e], seque ad ianuam atrii deponi praecipiens, indignum se esse vociferans, qui sanctum limen ingrederetur. Aiebat enim: 'Scio, me quidem, gloriose martyr, legis velamine obcaecatum, cui tu inpertire misericordiam dedigneris; sed nunc ad[f] te confugio et supplex tuam misericordiam posco, ut, aversa prius infirmitate corporea, languorem incredulitatis avellas[g]'. Haec cum ante portam aulae fateretur, adveniente nocte, obdormivit; sed martyr beatus non longi spatio temporis distulit miserere. Igitur ea nocte visitans aegrotum per somnium[h], iussit recedere sanum. At ille expergefactus sentit[i] se redditum incolomitati, confessusque, Christum filium Dei esse salvatorem mundi, sanus abscessit. Quod videntes christiani, qui in ipsa tenebantur infirmitate, quaerimonias sancto inferunt, dicentes: 'Ecce, nos bene Deum confessi necdum meruimus[k] liberari, et hic incredulus in Christum regem, circumcisus carne, non corde, sanus abscedit!' Et haec dicentes[l], cum[m] ira lychnos basilicae, qui ex camera dependebant, comminuere coeperunt. Sed nec his defuit misericordia postulata; nam ipsa die sanati[n] ad propria sunt regressi.

100. Multa de Georgio[3] martyre miracula gesta cognovimus, de quibus pauca

Capp. 97—100. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 97. a) insummati 1*b*. b) cunctis 1*a*. c) discedunt 2.

Cap. 98. a) illos, *expunct.* s 1*b*. b) corpore 1*b*. *p*.

Cap. 99. a) hoc 1*b*, *corr. m. al.*; hab. in h. r. 2. b) hac? 1*b*, *corr.* c) sc̅i 1*b*, *corr.*; sacratus *p*. d) e. i. c. 2. e) expetit 1*b*, *corr.* f) a te 1*b*. g) ll *e corr. m. al.* 1*a*. h) somnum 1*b*. i) sensit 1*a*. k) meruimur 1*a*. *b*. l) dicente 1*a*. m) c. i. *m. al. in marg. suppl.* 2. n) sanitati, *ras.* it 1*b*.

1) *Huius Phocae martyris natale apud Antiochiam celebrant vulgata Martyrologia die* 5. *Martii. An idem sit qui hortulanus apud Synopen vixit, quique a S. Asterio Amaseno laudatur, non adeo certum est. Vide Acta Mart. ed. pr. p.* 627. *et Bolland. ad* 5. *Mart. I, p.* 366. *R.* 2) *Idem videtur esse ac Domitius Persa, quem sub Iuliano apostata passum esse Graeci tradunt; cf. AA. SS.* 5. *Iul. II, p.* 226. 3) *Plura quidem de S. Georgio vulgati auctores habent; sed eius Acta plane sunt fictitia. Varios cruciatus quos pertulit narrat Fortunatus Carm. II,* 12. *Celebrem eius memoriam fuisse in Oriente et Occidente, probant complures basilicae in eius honorem iam saeculo sexto constructae et plerique istius aevi auctores, de quibus fuse Bollandiani ad diem* 23. *April. III, p.* 100 *sqq. R.*

locuturus[a] sum. Huius enim reliquiae cum reliquorum sanctorum a quibusdam ferebantur; sed cum portitores[b] ad locum quendam Lemovicini[c] termini advenissent, ubi iam pauci clerici, consertum ligneis tabulis oratorium, Dominum assidue precabantur, mansionem postulant. Susceptique[d] benigne, noctem cum ceteris fratribus psallendo deducunt. Mane autem facto, adprehensam capsulam levare penitus non valebant. Denique cum iter agere[e] sine pignore[f] sancto penitus[g] nequirent, et eis maximus dolor animi insedisset, intellegunt, inspirante[h] Deo, sibi aliquid ex his in loco oportere relinquere[i]. Tunc inquisitis ligaturis divisisque particulis, seniori qui cellulae praeerat largiuntur, relinquentes partem patrocinii, sumentes facultatem quo voluerant abeundi. Habentur etiam eius reliquiae in vico quodam Cinomannensi[k], ubi multa[l] plerumque miracula ostenduntur. Nam caeci, claudi, frigoritici vel reliqui infirmi saepius ibi sanitatum gratia munerantur.

101. Isiodorus[a. 1] martyr in insulam Chium quiescit — sic enim est nomen insulae —, puteum in basilica[b] sancti habens, in quo et fertur iniectus, de cuius aqua inergumini febricitantesque vel reliqui infirmi saepius potati[c] salvantur. Dicitur ibi[d] etiam lumen quasi cereus ardens a fidelibus saepe videri. Sed et ego vidi presbiterum, qui se adfirmabat hoc lumen de ore putei crebrius[e] contemplasse. In hac enim insula et granum collegitur masticis ab arboribus, quae, ut ferunt celebre, aliis non inveniuntur[f] in[g] regionibus.

102.[a] Apud Constantinopolim vero magno cultu Polioctus[2] martyr colitur, pro eo praecipuae quod, cum magnis virtutibus polleat, in periuribus[3] tamen praesens ultor exsistit. Nam quicumque, ut adsolet, occultum scelus admiserit et data suspitione ad hoc perductus fuerit templum, aut statim quod admisit virtute[b] martyris perterritus confitetur aut, si periuraverit, protinus ultione divina perculitur. Huius basilicae cameram Iuliana[4] quaedam urbis[c] illius matrona auro purissimo texit hoc modo. Cum ad imperatorem Iustinianum fama facultatis eius, multis narrantibus, pervenisset, ad occursum

Capp. 100—102. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 100. a) locaturus 1*b*, *corr. m. al.* b) portiores 1*a*, *corr.* c) Lemocini 1*b*. d) suscepitque 1*a*. e) s. p. s. a. 2. f) pignora 1*b*. g) *om.* 1*a*. *b*. *p*. h) imperante 2. i) reliquere 1*b*, *corr.* k) Cinomanensi 1*b*; Cenomanensi *p*. l) *om.* 1*b*.

Cap. 101. a) Isidorus 1*a*. b) basilicā 1*b*. c) potanti, *ras.* n 1*b*. d) e. i. 1*b*. e) saepius se contemplari 2. f) invenitur 2, *corr.* g) *m. al. superscr.* 2.

Cap. 102. a) CI. 1*b*. b) virtutem 1*b*. c) i. u. 2.

1) *Celebris est martyr apud Graecos et Latinos, quamvis eius acta quae habentur naevis scateant, etiam et Graeca, quae Bollandiani ediderunt ad diem* 15. *Maii tom. III, p.* 449. *Martyrium consummasse dicitur sub Decio. Aliam vitam antiquiorem in supplementis l. l. p.* 72*. *ediderunt. R.* 2) *Passus est Melitinae in Armenia, cuius Acta habentur, sed non adeo sincera, ut absque naevis dici possint. Illum sub Decio et Valeriano passum asserunt, unde nascitur de eius martyrii tempore difficultas, cum hi duo imperatores simul non regnaverint. Vide AA. SS.* 13. *Febr., tom. II, p.* 650 *sqq. et Tillemont, 'Mém. pour servir à l'hist. eccl.' ed. Brux. a.* 1699, *tom. III,* 2, *p.* 330. *Celebris erat Melitinae saeculo IV. S. Polyeucti basilica, uti patet ex Vita Magni Euthymii, quem ipsius parentes a Deo eiusdem martyris praecibus obtinuerant. R.* 3) *H. Fr. VII,* 6, *Gunthramnus:* Ecce, *inquit,* pactiones, quae inter nos factae sunt, — — essetque Polioctus martyr cum Hylario adque Martino confessoribus iudex ac retributor eius. 4) *Iulianam, Valentiniani filiam, Gallae sororem, S. Polyeucti aedem construxisse, Codinus, De aedif. Cp. (ed. Bekker p.* 91*) refert:* Τὸν ἅγιον Πολύευκτον Ἰουλιανὴ ἡ θυγάτηρ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ κτίστορος τοῦ ἀγωγοῦ ἔκτισεν ἐπὶ χρόνους τέσσαρας καὶ ἥμισυ, τῶν τεχνιτῶν ἀπὸ Ῥώμης ἐλθόντων· γυναικαδελφὴ δὲ ἦν ἡ τοιαύτη τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου.

illius properare[a] celerius non tardavit, dicens: 'Latere[b] te non puto, o[c] venerabilis mater, qualiter ab specie auri thesauri publici sint exhausti, dum vos quietos esse volumus, dum patrias defensare studemus, dum gentes nobis placamus, dum solatia diversorum dando conquirimus. Ergo quia tibi potentia maiestatis divinae multum contulit auri, quaeso, ut nobis manum porrigas atque aliquid pecuniae commodes, ut scilicet, cum tributorum publicorum fuerit summa delata, ilico tibi quae commodaveris reformentur, ac in postero, laudis tuae titulo praecurrente, canatur, urbem Constantinopolitanam a Iuliana matrona fuisse pecuniis sublevatam'. At illa intellegens imperatoris ingenium, sapienter obtegit quae Deo devoverat, dicens: 'Parvitas redituum meorum, tam de tributis, quam quod de fructibus speratur, per ipsas adhuc residet domos; si ergo gloria vestra recipiendi[d] spatium tribuit, cum collectum fuerit, conspectui vestro repraesentatur[e]. Cumque oculis propriis cuncta contemplaveritis, quae placuerint et relinquitis[f] et aufertis. Erit mihi ratum, quae voluntas cordis vestri censuerit'. His ita delusus imperator verbis, ad palatium gaudens[g] rediit, putans se hanc pecuniam iam in thesauris publicis retenere. At illa, vocatis artificibus, quantum reperire auri in prumptuariis potuit, tradidit occultae, dicens: 'Ite, et factis iuxta mensuram tegnorum tabulis, beati ex[h] hoc Poliocti martyris cameram exornate, ne haec avari[i] imperatoris manus attingat'. Illi vero, perfecta omnia quae matrona praeceperat, camerae adfixerunt texeruntque[k] ex auro mundissimo. Quod opus explicitum, vocat mulier imperatorem, dicens: 'Parvitate[l] pecuniolae, quam coniungere potui, adest; veni ad contemplandum eam et quod libuerit facito'. Surrexit gavisus[m] imperator de solio, nihil percepturus[n] ex auro; pergit ad domum mulieris, putans se[o] copiosos thesauros palatio deportare. Cui cum mulier occursum humiliter reddidisset, invitat in templum martyris ad orationem, — erat enim proximum domui eius, — et haec quae habere potuerat loco illi delegaverat sancto. Adprehensam imperator manum[p] mulieris, eo quod esset senex, ingreditur aedem, prosternitur[q] ad orationem. Qua expleta, ait mulier: 'Suspice, quaeso, cameram huius aedis, gloriosissime auguste, et scito, quia paupertas mea in hoc opere contenetur. Tu vero quod volueris exinde[r] facito, non adversor'. Ille vero suspiciens atque admirans, erubuit; et ne pudor eius manifestaretur, conlaudans opus et gratias agens, abscedere coepit. Sed ne rediret vacuus a munere, extractum mulier anolum a digito, cuius gemmam vola concluserat, qui non amplius auri pondus quam unius semiuntiae contenebat, obtulit ei, dicens: 'Accipe, imperator sacratissime, hoc munusculum de manu mea, quod super pretium huius auri valere censetur'. Erat enim in eo lapis Neronianus[1] mirae viriditatis ac splendoris; qui cum fuisset ostensus, omne aurum quasi

Cap. 102. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 102. a) *m. al. in marg. suppl.* 2. b) Letare 1*b*, *corr.* c) *m. al. superscr.* 2. d) s. r. tribuerit 2. e) rep̄sentabitur 2; representetur *p.* f) relinquetis et auferetis (1*a*). g) laetus 2. h) P. ex h. 2. i) auri 1*b*; m. a. i. 2; amari *p.* k) que *m. al. superscr.* 1*b*. l) Parvitas 2. *p.* m) gavisum 1*b*, *corr. m. al.* n) p̄cepturus 1*a. b*, *corr.* o) p. magnos t. 2. p) manu 1*b*. *p.* q) prostenitur 1*b*. r) *m. al. in marg. suppl.* 2.

1) *Cf. Plin. H. Nat. XXXVII*, §. 64*:* Nero princeps gladiatorum pugnas spectabat in zmaragdo. *Complura de huius nominis origine Epiphanius scripsit; cf. versionem antiquam libri de XII gemmis rationalis summi sacerdotis Hebraeorum, Epiphanii Opp. ed. Dindorf IV, p.* 174*:* Smaragdus, qui et prasinus, viridis est speciei. Est autem in eis quaedam differentia; aliquos enim Neronianos vocant, aliquos Domitianos. Et Neronianus quidem lapis amarus est, specie valde viridis, splendens ac vibrans; appellari vero Neronianum propter hanc causam referunt, quod imperatorem Neronem putant oleo Spano viridi vel Liberirtino, alii vero dicunt amygdalino, alii susino praecepisse montem rigare; — — alii vero minime, sed vocatum fuisse Neronem quemdam memorant artis pinariae scientissimum et in huiusmodi lapidum peritia valde callentem, qui adinvenit hanc smaragdi speciem.

in viriditate visum est convertisse a pulchritudine gemmae. At ille accipiens et iterum atque iterum gratias agens et conlaudans matronam, in palatio est regressus. Unde non est dubium, etiam in hac re martyris huius intercessisse virtutem, ne opes locis sanctis et pauperibus delegatae in illius transferrentur[a] dominatione, cuius non fuerant studio congregatae.

103. De Felice Nolano martyre, quia[a] historia passionis non est in promptu, iuxta id quod beatus Paulinus[1] versu conscripsit, pauca huic lectioni oblectat inserere. Hic enim a Maximo[b] praedictae urbis pontifice praesbiterii[c] honore praeditus, quantae (cf. Paulin. XV, 112.) fuerit sapientiae eruditionisque, non modo christianis, verum etiam ipsis quoque paganis occuli non potuit. Cum autem imperatorum decreta christianos[d] insequi praecepissent[e], (ib. v. 116.) Maximus pontifex iam senio praegravatus, putans se non posse ferre supplicia, silvarum (ib. v. 318.) saltus adivit[2]. Quos[f] dum turbidus de hac persecutione pererrat, adfectus fame, gelu (ib. v. 125.) adtritus, solo corruit semivivus. Ad[g] Felix presbiter captus, cum multa de deorum[h] (ib. v. 215.) portenta, quod nihil fuerint, disputasset, percursa diversorum suppliciorum genera, car- (ib. v. 177.) ceri diiudicatur; in quo non mediocribus vinclis tenebatur adstrictus. Nocte autem (ib. v. 195.) media venit ad eum angelus Domini, et confractis catenis, scissaque trabe, qua[i] pedes (ib. v. 238.) eius conclusi erant, ait: ‘Surge et sequere me’. Qui surgens[k], egressus est cum eo (ib. v. 250.) ianuam carceris; dixitque ei angelus Domini: ‘Conscende[l, 3] ad montana et require sacerdotem tuum; inventumque ac refocillatum reduc ad urbem et in loco absconde secreto, ne inaedia ac rigore depereat, donec desinat persecutio a christianis’. Accepto Felix mandato, pergit quo nesciebat; sed providente Deo, repperit sacerdotem solo (ib. v. 272.) prostratum, clausis oculis strictisque dentibus, in quo nihil aliud quam tenuis[4] anhelitus (ib. v. 273.) inspirabat. Interpellatumque, nullum sermonem potuit elicere, tactumque, sensit eius membra hieme rigida et absque ullo vitali tepore praemortua. Anxius autem, cum[m] (ib. v. 283.) nullum alimentum esset, quo[m] periclitanti porregeret, neque quo ignis accenderetur haberet; dum staret attonitus, quasi de aethereis sedibus dilapsum, quod ita erat, munus[n] contemplatur angelicum. Ecce enim de sente, quae erat proxima, uvam pen- (ib. v. 289.) dere miratur, de qua granis in os confessoris expressis, paululum senior refocillatus, (ib. v. 297.) erectus est. Quem humeris inpositum tanta velocitate detulit, ut putaretur magis ille (ib. v. 330.) ferri quam ferret. Sic tugurium[o] cuiusdam viduae[5] commendatum alimentum praebuit, (ib. v. 338.) donec insecutio christiana discessit. Quo sacerdote migrante, Felix electus a populo, (XVI, 38.) ut cathedrae eclesiasticae superponeretur[p], noluit adquiescere; Quintus nomine presbiter (ib. v. 229.) episcopus ordinatur. Orta igitur persecutione catholicorum[6], cum Felix presbiter in (ib. v. 236.) platea[7] populum moneret, ne a recto itinere deviaret, persecutor missus adfuit, et igno- (ib. v. 60.) tus[q] Felici presbitero, sollicitus ipse coepit esse, quisnam esset Felix. Dextera[r] ille innuens[8], ait: ‘Hac[s] in parte habiit’. Quo discedente, hic latebram petiit seque inter

Capp. 102. 103. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 102. a) transferentur 1*a*, *corr.*

Cap. 103. a) qui 2, *corr.* b) *sic probe* 1*b*. 2. *p*; Maximiano 1*a*. c) prb̄t *corr. m. al.* prb̄teri 1*b*; presbyteri *p*. d) xp̄ianis 1*b*. e) p̄cepisset 2, *corr.* f) qđ 1*b*. g) *sic* 1*a*. h) de:orum, *ras.* e 1*a*. i) quae 1*a*. *b*. k) :::surgens 2. l) Consente 1*b*, *corr.* m) quod 2. *p*. n) manus 1*b*, *corr.* o) tugurio 2. *p*. p) superponetur 1*b*. q) ignitus 1*a*. r) Dexterę 1*b*, *corr. m. al.* r) Hic 1*b*, *corr.*; In hac *p*.

1) *Gregorius Paulini poemata XV, XVI, XVIII, XXIII (de S. Felice carmina IV, V, VI, VII) exscripsit.* 2) petiit deserta locorum *Paulinus.* 3) *Angeli orationem Gregorius excogitavit.* 4) Iam tenui cernit maestus suspiria flatu *Paulinus.* 5) anus *a Paulino dicitur.* 6) *De qua catholicorum persecutione Paulinus nihil scripsit.* 7) Forte suis media steterat securus in urbe *Paulinus.* 8) *Paulino teste Felix quaerentibus respondit:* Nescio Felicem quem quaeritis.

Paulin. XVI, 94. parietes dirutos, per modicum ingressus aditum, occuli voluit. Nec mora, persecutor insequitur; sed Deus sollicitudinem quaerentis elusit. Nam iussu Divinitatis araneae ib. v. 100. per aditum, quo martyr ingressus fuerat, telarum praetendunt stamina. At illi per vestigium persequentes, dum locum explorare nituntur, exordia telae conspiciunt dixe- ib. v. 104. runtque ad semet ipsos: 'Putasne, per haec fila homo transiit[a], quam saepius tenuitas ib. v. 120. muscarum erumpit?' Et inlusi providentia Dei[b], discesserunt. Beatus quoque Felix, ib. v. 151. data nocte, secessit ad alium locum, in quo per tres[1] menses a[c] muliere quadam cibo- ib. v. 162. ib. v. 215. rum alimenta suscipiens, data pace, eclesiae suae ac populo restauratur; numquam ib. v. 170. ib. v. 297. tamen mulieris ministrantis faciem vidit, aut ab ea suspectus[d] est, dum in latibulum XVIII, 89. moraretur. Igitur in pace quiescens, sepultus est iuxta urbem*, multisque[e] se decla- ib. v. 208. rans virtutibus in populis, de quibus pauca perstringam.

ib. v. 220. Erat enim quidam pauper habens duos boves ad exercendam culturam suam, nec ei[f] erat alia possessio, nisi quod ab his potuisset tellurem scindens vomere laborare. Accedit[2] autem, ut die quadam lassus de hoc opere veniens, his dimissis, se ib. v. 237. hospiciolo reconderet. Nec mora, fur rapax adfuit, qui eos clam capiens secum abduxit. Egressusque pauper in crastinum, nihil invenit. Deinde quaerit per devia, circuit silvas, ib. v. 242. scandit montium ardua; sed nec vestigium quidem deprehendere potest. Redit ad propria, dat voces in fletu atque cum uxore[3] ac[g] liberis plangit, dicens: 'Vae mihi, quia, iuvencis[h] defactis[i], hoc anno fame moriemini!' Quid plura? Accedit lamentans ad ib. v. 248. sepulchrum beati Felicis martyris, dat cum fletu gemitum, exorat, ut ei[k] virtus eius ib. v. 330. quae perdiderat reddi obteneret a Domino. Egressus autem a templo, ante ipsam atrii ib. v. 382. ianuam agnoscit boves suos et ait: 'O magna virtus martyris, quae mihi perditum[l] ib. v. 434. ib. v. 446. 468. tam velociter restitui fecit'. Ingressusque iterum, prosternitur ad pavimentum, et gratias agens, cum rebus regressus est suis; oculumque hominis huius, quem caecum habe- ib. v. 466. bat, martyris virtus inluminavit.

Paulin. XXIII, 120. Ad huius quoque cellulae parietem, quo beatum corpus tumulo[m] conditum requiescit[n], ib. v. 125. adhaeret adpendens porticus, in qua dependens fune lychnus lumen loco sueverat ministrare. Ille autem, cui hoc erat officium contueri ad eius conpositionem[o], accedens, ib. v. 151. laxato fune discessit, quasi oleum petiturus. Cumque omnia tenebris nocturnalibus ib. v. 148. ib. v. 154. tenerentur operta, et funis[p] cum uncinulis in medio portici submissior dependeret, qui- ib. v. 118. dam[4] de adstantibus in vigilia sancti nebula[5] cellulae, quae de exusta papiro surrexerat, fatigatus, foris egreditur. Cumque per porticum illam praeteriret, unus de uncinulis ib. v. 165. funis faciem excepit hominis venientis, inlato acumine transfigens[q] oculum eius. At ib. v. 171. ille dolorem sentiens, extensis celeriter palmis, vultus periclitantis[r] cum[s] ipsis obtegit ib. v. 184. oculis, clamans non mediocri heiulatu ac[t] dicens: 'Succurre, deprecor, sanctae sacerdos, ib. v. 206. et proximum te facito pereunti, qui loco proximus adstas. Emitte sacras per occulta ib. v. 216. medicamina manus et[u] extrahe malum, quod adversatur lumini, ne lumine viduatus

*) ab Elpidio venerabili presbitero in loco qui dicitur Pincis *add. codd.* 24*; cf. Praef. p.* 472.

Cap. 103. 1*a*. 1*b*. 2.

Cap. 103. a) pertransiit quae 2. b) *superscr.* 1*b*. c) ad 1*b*. d) susceptus 1*a*, *corr.* e) que *om.* 1*b*. 2. *p.* f) i 1*a*, *corr. m. al.* g) et 2. h) iuvenis 1*a*, *corr.* i) defectis 2. *p.* k) eius v. ei 2. l) perdiditum 2, *corr. m. al.* m) tumulatum r. 2. n) requiescet 1*a*. o) con *superscr.* 1*b*. p) funi 1*b*, *corr.* q) *pag. sequentis tertiam partem m. al. in litura scr.* 2. r) periclitantes 1*a*. *p.* s) cui ipso 1*b*. t) accedens *corr.* ac d. 1*b*. u) *om.* 1*b*.

1) *Sex menses Paulinus refert l. l. v.* 192. 2) Accedit — reconderet *Gregorius adiecit.* 3) *Quae sequuntur ad* moriemini *Gregoriana sunt.* 4) *Erat frater Theridius; cf. Paulinus, poema XXIII, v.* 106. 224. 5) *Paulinus:*

Ut spirante foris aura depelleret aestum,
Quem fumosa dabat ceratis cella papyris.

abscedam, qui lumen miraculorum tuorum cernere veni'. Ad huius lamentabili[a] voci
feratione exhibito qui aderant lumine, advertunt hominem, transfixo oculo, de fune[b]
pendere. Cumque, profluente sanguine, nullus[c] manum ad eruendum[d] auderet adponere, ib. v. 194.
martyris virtus adfuit inmensa beati, qui sic uncum abstraxit, ut ne oculum erueret ib. v. 256.
nec visum penetraret et sanguinis[e] decurrentis fluentum[f] stringeret. Sic eruto ferro ib. v. 260.
de oculo, dolore palpebrium resedato, virtus martyris[g] sancti declaratur in populo. Inerguminos[h] autem ad hanc sacratam athletae Christi aedem probatos atque purgatos saepius scripsit hic auctor[1]. Sed ad Galliarum martyres recurramus.

104. Vincentius autem Agenensis[2] urbis et ipse martyr, cuius passionis historia[3] ab incolis retenetur, leviticae[4] stolae candore in eclesia Christi micans, magnis saepissime virtutibus fulget, in pervasoribus rerum suarum plerumque ultor[a] severus exsistit. Tempore autem illo, quo contra Gundovaldum[b] commotus exercitus ad Conveniensim[5] 585.
urbem directus est, ab huius hostilitatis multitudine basilica eius vallatur tota. Erat enim in ea plebs[c] omnia rerum suarum praesidia confidens de reverentia martyris, quod nullus ea praesumptione temeraria[d] auderet attingere[e], et obseratis ostiis, se ab[f] intus cum rebus incluserat. Circumdantes autem postes, cum aditum, per quod ingrederentur, invenire non possint[g], ignem ostiis aedis subiciunt; quam diu multumque[h] succendentes, non[i, 6] adprehendebant[k] valvae[l], donec inpulsu securum[m] comminutae ingressi sunt, diripientes res populumque inclusum in ore gladii trucidantes. Sed non diu haec res remansit inulta[7]. Nam alii a daemone correpti, nonnulli[n] in flumine Garonnae necati, multi etiam a frigora occupati, diversis in partibus[o] diversorum morborum[p] genere vexabantur[q]. Nam vidi ex[r] his multos in Turonico[s] territurio, qui in hoc fuerant mixti scelere, graviter trucidari et usque ad vitae praesentis amissionem[t] intolerabilium dolorum[u] cruciatu torqueri. Multi enim ex his confitebantur[v], se iudicio Dei ob iniuriam martyris fuisse morti pessimae obstinatos. Ecce quantum[w] Deus praestat martyribus suis! Ecce qualibus eosdem laudibus Christus dominus bellorum fidelium inspector honorat! Ecce quantum praestat ipsius nominis dignitas christiani[x], si non gentilium more aut inhiamus cupiditati aut[y] luxoriae serviamus!

Cap. 103. 1*a*. 1*b*. 2. *Cap.* 104. 1*a*. 1*b*. 2. 3 (*cf. n.* e).

Cap. 103. a) lamentabilē vociferationē 2 *(sed virgulas m. al. add.)*. *p*; vociferationem (1*a*). b) fune::, *ras.* re 1*a*. c) nullum 1*b*. d) *sic e corr.* 1*a*; erudiendum, *ras.* di 1*b*. e) sanguis 1*b*. f) eluentum 1*a*. *b*. 2; euentum *p*. g) s. m. 2. h) inerguminus 1*a*, *corr.*

Cap. 104. a) saevus u. 2. b) Gundouualdum 1*a*; Gundovoldum 2. c) et *add.* 2. d) temerari aud. 1*a*. *b*. e) *redit* 3. f) *in marg. suppl.* 2. g) possunt 1*b*; possent (3). *p*; i. non invenirent i. 2. h) que *om.* 3. i) nā 1*b*, *corr. m. al.* k) adpreendebantur 3. l) ualde 3, *corr.* m) securium (3). *p*. n) m. e. a frigore o. n. quoque in fl. G. n. 2. o) par 3. p) membrorum 3. q) vexibantur 3. r) m. ex his 2. s) *om.* 1*b*. t) admissione 3. u) dolorem 1*b*. v) conficiebantur 3. w) quanta 3. x) x̄p̄ianis, *expunct. m. al.* s 1*b*. y) cupiditatibus l. 3.

1) *Paulinus, poema XIII (de S. Felice carmen VII) v.* 72; *poema XXVI (de S. Felice carmen VIII) v.* 354. 2) *De ecclesia S. Vincentii Agennensi v. Longnon p.* 549 *sqq.* 3) *Acta S. Vincentii ed. AA. SS.* 9. *Iun. tom. II, p.* 166. *Ossa eiusdem circa a.* 440. *Pompeiacum translata sunt. Leontius Burdigalensis episcopus basilicam S. Vincentii alteram ultra Garonnam 'stagneis tectis' exornavit, alteram Vernemetis aedificavit; cf. Fortun. Carm. I,* 8. 9. 4) *Levita etiam in antiquis Lectionibus ecclesiae Agennensis appellatur.* 5) *Comminges. Eadem Greg. H. Fr. VII,* 35. *retulit.* 6) *Aliter Greg. l. l.:* Nec mora, adpropinquans exercitus cum reserare templi regias non valeret, ignem accendit; consumtisque osteis — — *Itaque portae igni consumptae erant, non securibus incisae.* 7) *Greg. l. l.:* Sed multos ibi ultio divina conteruit. Nam plerisque manus divinitus urebantur, emittentis fumum magnum, sicut ex incendio surgere solet. Nonnulli arrepti a daemone — —.

105. Nam audivi praeteritis annis gestum in Galliis. Mulier quaedam sub specie religionis vacabat[a] ieiuniis, orationibus[b] insistebat, vigilabat pertinaciter ac loca sancta devotione simulata circuibat assiduae. Cumque[c] in hoc colore iustae vitae duraret, inmensas opes a multis[d] suscipiebat; congregabat aurum cotidie, et quod devotio christiana pro redemendis porregebat captivis, loculis abdebatur[e] occultis; et quae dabantur inopum necessitatibus profutura, iniquis marsupiis condebantur. Nam effossam mulier humum in medio[f] cellulae ollam inmensam inposuit, ibique cum aliquid datum fuisset recondebat diligenter, et lapide[g] superposito claudens, ut nulli pateret occultum. O terque quaterque[h] exsecranda cupiditas[1], quae luci[i] fraudans homines dimergis[k] in tenebris! Quid plura? Cum olla impleta fuisset a nummis, huic mulieri tempus resolutionis advenit; mortua vero Deo[l], migrans inferno sepulta est. Post cuius exsequias sacerdotes qui aderant puellae eius familiari interrogant, quid de tanta fecisset pecunia, aut si ea eroganda temporis sui permisit spatium. At illa respondit, numquam se vidisse, quod ulli[m] inopum manum misericordiae porrexisset; aut quid pecunia data[n] devenisset, ignorare se confitetur. ‘Unum tantum scio’, ait, ‘quod in cellula deportatum regressum foris ultra non vidi’. Haec audientes clerici, stupent auditu[o], et quid ex hoc factum fuisset, diligenter[p] inquirunt; totumque crebris ictibus pavimentum[q], locus, in quo occulta iacebat pecunia, tinnitum dedit inpulsus, cavoque resonans, prodidit[r] quae latebant. Et statim remoto lapide, invenitur auri congeries. Et clerici stupentes tantae subtilitatis[s] perversitatem, episcopo quid actum fuerat indicant[t]. Ille vero commotus, iussit reserato sepulchro pecuniam[u] super corpus exanime proici, dicens: ‘Sint tua tibi quae[v] congregasti; pauperibus vero Christi non deerit, unde sustententur[w]’. Nec mora, cum prima[2] quies nocturno tempore data fuisset, audiuntur voces a tumulo, fletus et ululatus inmensus; inter quas voces[x] hoc maxime resonabat, se miseram, se infelicem, quae auri consumebatur incendio. Denique cum per triduum[y] haec[z] voces adveniente nocte resonarent[a], populis non durantibus, ad sacerdotem[b] venitur. At ille accedens, iubet tumuli operturium amoveri, submotoque videt[c] aurum quasi in fornace resolutum[d] in os mulieris ingredi cum flamma sulpurea[e]. Tunc sacerdos oravit ad Dominum, ut, quia malitia eius populis fuerat declarata, tandem Dominus poenam cessare[f] iuberet a corpore, et operto tumulo, discessit; vocesque mulieris amplius non sunt auditae. Vides ergo, quantum distat inter conversationem caelestem et opolentiam saecularem, quantum distat inter martyrum divitias et[g] saeculi pompas; vides, qualia martyribus sint conlata praemia ad vitae[h] religiosae[i] conpendia. Et tu, o homo[k] mortalis[l], non declinas[m] ab[n] sceleribus, non cessas a vitiis, non agonizas[o] concupescentiis saevis. Te inlicet oculus, dum contemplaris aliena, cum sanctum martyrem non deflexit divitiarum oblatio opolenta! Tu[p] cogitationibus iniquis[q] fluctuaris et cedis[r], cum ille martyr non cessit

Cap. 105. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 105. a) in *add.* 3. b) que *add.* 2. c) que *m. al. superscr.* 1*b*. d) multas 1*a*, *corr. m. al.* e) obd. 3. f) medium 1*a*. g) lapides, *ras.* s 1*b*. h) et obiter *add.* 1*a*. *b*. 5; quaterque ex. c. obiter quae 2; et o. *om.* 3. i) loci 1*b*. k) demergit 3. l) *om.* 3. m) illi 3; nulli *p*. n) tanta 3. o) auditū 2; *om. p.* p) diligiter 3. q) *suppleas* percussum. r) perd. 3. s) p. s. 2. t) indicat 1*b*, *corr. m. al.* u) pecunia 3. v) q. c. *om.* 3. w) sustentetur 1*a*; sustentur 2, *corr. m. al.* x) voces *bis scr.* 3. y) triduo 3. z) *sic* 1*a*. *b*; hae 2; has 3. a) reserarent 3. b) sacerdote 3. c) vidi 3. d) solutum 2, *corr. m. al.* e) sepulturea *corr. m. al.* suphurea 1*a*; sulphurea 2. *p*; sulfurata 3. f) i. c. 1*b*; i. a c. c. 2. g) *superscr.* 1*b*. h) vita 1*a*. i) religiosa 3. k) mo *m. al. suppl.* 1*b*. l) mortalibus? 2, *corr.* m) cessas 3. n) a 2. 3. *p*. o) cum *add.* 1*a*. *b*. *p*. p) Tunc 3. q) inquis 1*b*, *corr. m. al.* r) sedis 1*a*, *corr.*

1) *Cf. Mir. S. Mart. I*, 31. 2) *Cf. Verg. Aen. II*, 268:

Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris
Incipit et dono divom gratissima serpit.

flammis et ungulis! Te unum[a] desiderii[b] pessimi iaculum sauciat, cum Christi martyrem exturbare a iustitiae[c] tramite nec turbo[d] verborum praevaluit nec catasta! Haec martyr sustenuit, visibili ut tu usus[e] corpore, et tu invisibiles non refrenas[f] corporis commotiones! Et licet iuxta apostolum caro concupiscat[g] adversus spiritum cf. Gal. 5, 17. et spiritus adversus carnem, et haec invicem adversentur[h] sibi, ut non[i] quod volumus illa geramus; tamen vide, quid agit[k] idem doctor: *Video legem in membris meis re-* Rom. 7, 23 *pugnantem legi mentis meae et captivum me ducentem in lege peccati.* Ergo, si te senseris captivum abduci in lege peccati, tuta frontem tuam signum[l] crucis insigne[m], quo propellas iaculum huius insidiae, quia iuxta Prudentium[1]:

Crux pellit omne[n] crimen,
Fugiunt crucem tenebrae.
Tali[o] dicata signo
Mens fluctuare nescit.

Nam qualis sit huius vixilli sacratissimi[p] fortitudo, quid[q] contigerit nuper, evolvam.

106. Pannichius[a] Pictavensis termini[b] presbiter, dum ad convivium cum amicis quos evocaverat resederet, poculum poscit[c]. Quo accepto, musca inportunior circumvolans inquinare poculum nitebatur. Quod cum[d] saepius manu[e] presbiter[f] abigisset, et illa paulum elevans rursus reverti niteretur, sensit esse[g] insidiam inimici, susceptumque laeva poculum, de[h] dextera crucem[i] facit; mox in quattuor divisum partibus, liquor[k] qui inerat, elevata[l] in excelso unda, terrae[m] diffunditur; patuit namque manifestissime fuisse haec insidiam inimici. Ergo et tu, si[n] viriliter et non tepide signum vel[o] fronti vel pectori[p] salutare[q] superponas, tunc resistendo vitiis martyr[r] habeberis, quia et ipsi martyres ea quae vicerunt non suis viribus, sed Dei haec auxiliis per signaculum crucis gloriosissime peregerunt, in quibus, ut saepe diximus, ipse Dominus et[s] dimicat et triumphat. Unde oportet nobis eorum patrocinia expetere, ut eorum mereamur suffragiis adiuvari[t], vel, quod nostris digni[u] non sumus meritis obtenere, eorum possimus[v] intercessionibus adipisci, ut adiutorio sacratae Trinitatis usi, effici mereamur martyres[w], carnalibus desideriis abdicatis, ut ipse dicit, qui pro se fideliter cf. 1. Petr. 2, 11. dimicantes[x] lapidibus pretiosis coronat in caelo[y]; alumnos cultoresque amicorum suorum protegere dignetur in saeculo ac praestet, ut adsistant martyres[z] invocati a suis, quos post victoriam paradisus[a] beatitudinis retenet[b] inmortales; ut in[c] illo examinationis tempore, cum illos gloria aeterna circumdat[d], nos aut[e] excuset mediatrix venia[f] aut levis poena pertranseat; nec damnet reos pro criminis[g] actione in perpetuo[h], quos pretiosi sanguinis commertio reparavit[i].

Capp. 105. 106. 1*a*. 1*b*. 2. 3.

Cap. 105. a) virium 3. b) desideriū pessimu 2, *corr.* c) iustiae 3. d) turbor 3. e) ū:::, *m. al. add.* est 1*b*. f) nas *m. al. in litura* 1*b*. g) concupiscit 3. h) adversantur 3. i) *m. al. superscr.* 2. k) *sic* 3. l) signo 2. 3. *p.* m) *sic* 1*b*. 3; insigno 1*a*; insigni 2. *p.* n) omnē 1*b*, *corr.* o) Tali:, *ras.* a 2; Et abdicata *p.* p) sacratissimo 3. q) qui 3.

Cap. 106. a) Pnichus *corr. m. al.* Panichus 1*b*. b) *om.* 2. c) poscit̃ 2, *corr.* d) *m. al. superscr.* 2. e) p. m. 1*b*. 2. f) presbytero ambig. 3. g) *om.* 1*b*. h) cum 3. i) d. signum crucis 2. *p.* k) ligor 1*a*; loquor 1*b*, *corr. m. al*; ::ucor 3. l) eleva 3. m) terra 3. n) similiter et 3. o) s. fronte 3. p) pectoris, *ras.* s 1*a*. *b*; pectore 3. q) salvatore 1*a*; salvatoris 1*a**. *a****; sup. sal. 3. r) lib̄ habieris 3. s) *m. al. superscr.* 1*b*. t) adiuvare 1*a*. u) n. s. d. 2. v) possemus 1*a*; possumus *p.* w) x̄p̄ı *add.* 2. x) dimicant 3. y) *post* caelo 5 *litt. ras.* 2. z) n̄r̄is 3. a) b. p. 3. b) recipiet 3. c) nullo 3. d) circumdaverit 3. e) *om.* 3. f) venia 1*b*, *corr.* g) crimini 3. h) perpetuum 2. *p.* i) FINIT *add.* 1*a*. *b*; Amen *add.* 2; Finis *add.* *p.*

1) *Cathemerinon VI,* 133.

INCIPIUNT[a] CAPITULA LIBRI[b] SECUNDI DE PASSIONE ET VIRTUTIBUS[c] SANCTI IULIANI MARTYRIS.

1. De passione eius.
2. De revelatione capitis eius.
3. De virtute fontis, ubi[d] caput eius ablutum est.
4. De senibus et matrona, cuius vir tenebatur.
5. De eo qui alium in[e] basilica occidere voluit.
6. De conversione incolarum.
7. Qualiter Hillidius[f] populum ab hostilitate liberavit.
8. De interitu eorum qui ministerium basilicae portaverunt.
9. De Fedamia paralytica.
10. De eo qui percussorem[g] suum de basilica conabatur extrahere.
11. De contracto, qui die[h] dominica boves iunxit.
12. De Anagildo muto et surdo vel caeco.
13. De his qui Theodorici[i] regis tempore basilicam inruperunt.
14. De Sigivaldo pervasore.
15. De pastoris malitia.
16. De contumacia Becconis.
17. De diacono, qui oves basilicae[k] abstulit[l].
18. De eo qui caballum in[m] vigilia sancti* furavit[n].
19. De eo qui propter treantem periuravit[o].
20. De eo qui basilicam sanctam[p] furtu spoliavit.
21. De eo qui caballum in festivitate perdidit.
22. De caeco inluminato.
23. De pede Galli postmodum episcopi sanato.
24. De febre Petri nepotis eius.
25. De mei capitis dolore.
26. De febricitante ad fontem sanato.
27. De tonitruo in basilica facto cum[q] corruscatione.
28. De eo qui prae multitudine populi ad[r] sepulchrum non valebat accedere[s].

29.[t] De festivitate eius.

30. De inerguminis.

31. De mansuetudine pecorum.

32.[u] De reliquiis eius in Campaniam translatis.

33. Item de reliquiis eius in Oriente exhibitis.

34. 35. Qualiter Turonus[v] in basilica eius reliquiae sunt locatae.

36. Quod vinum ea nocte adcrevit[w].

*) Petri *add. p.*

Index 1*a*. 2.

Index. a) *Miracula SS. Iuliani et Martini om.* 1*b*; *Miracula S. Iuliani om.* 3; Incipiunt capitula libri in gloriam martyris Iuliani, patroni nostri editi a Gregorio Florentino Gregorio Turonensi episcopo *p.* b) L. S. *om.* 1*a*. c) virtibus 1*a*. d) ::ubi 2. e) o. in b. 2. f) Hilidius 2; Hillidus *p.* g) percussorum 2, *corr.* h) b. d. d. 2. i) Theoderici 2; Theodori *p.* k) basilic̄ 1*a*. l) tulit 2. m) in v. s. *om.* 2. n) furatus est 2. o) peiuravit *corr. saec. XII.* peieravit 2. p) scm̄? *corr. s. XII.* sc̄i 2. q) c. c. *om.* 2; cum *om. p.* r) ad s. *om.* 2. s) occidere 2, *corr. m. al.* t) *titulus* 29. *tricesimum sequitur. Ordinem librarius magis perturbavit, titulos sic transponens:* 30. 31. 29. u) 32. *corr. m. al.* 33; *sequens titulus* 34. *numeratur et sic deinceps ad c.* 47. 1*a*. *Error, ut e textu patet, eo natus est, quod Gregorius duobus capitibus* 34. *et* 35. *unum titulum tribuit et cap.* 46. *bis numeravit.* v) Turonis 1*a*. w) crevit 2.

FINIUNT[h] CAPITULA.

1.[a] Magnum in nobis quodam modo igniculum[b] ad iustitiae suae adipiscendam semitam pietas divina succendit, cum dicit: *Oculi Domini super iustos, et aures eius* Ps. 33, 16.
ad preces eorum; ostendens, quod qui iustitiam ex toto corde dilexerit, cum deprecatus fuerit, audiatur a Domino. Utinam quisque nostrum, cum haec cantare[c] coeperit, statim spraetis mundi scandalis, neglectis concupiscentiis vanis, derelictisque semitis pravis, iustitiae viam expeditus et sine inpedimento saecularium actionum conaretur inrepere. Per hanc enim[d] viam Abel iustus suscipitur, Enoch beatus adsumitur, Noe reservatur, Abraham[e] elegitur, Isaac benedicitur, Iacob dilatatur, Ioseph custoditur, Moyses sanctificatur, David praedestinatur, Salomon ditatur, tres pueri inter incendia rorolenta vaticinantur, Danihel[f] inter innocuas[g] bestias pascitur. Per hanc viam apostoli diriguntur, martyres beati glorificantur. 'Et qualiter?' inquis. Scilicet dum infirma curant, mortua suscitant, praesentia contemnunt, futura desiderant, tortores dispiciunt, poenas non sentiunt, ad caelestia regna contendunt. Quod procul dubio virtute propria non obtenerent, nisi per viam iustitiae rectissime incedentes[h] a Domino audirentur. Sic et inclitus martyr Iulianus[3], qui Viennensi ortus urbe Arvernus datus est martyr, ab hoc igne succensus, haec concupivit ac mente tota desideravit. Quia cum esset

Index. Cap. 1. 1*a*. 2.

Index. a) reliquiis 2. b) Item de 2. c) di divinitus 1*a*. d) inluminato 1*a*, *corr.* e) *deest* 1*a*. f) *sic p; om.* 1*a*. 2; expetiit *pro* presb. 1*a**; habuit *m. s. XII. add.* 2: expetivit *in textu.* g) *titulus postea additus videtur esse* 2. h) F. c. *om.* 2; Expliciunt c. *p.*

Cap. 1. a) *om.* 2. b) agniculum 1*a*, *corr.* c) tentare *p.* d) *m. al. superscr.* 2. e) Abraam 2. f) Daniel 2. g) *sic* 1*a. p;* nocuas 2. h) incendentes 1*a*, *corr.*

1) *Infra* puella lippis oculis pene caecata *dicitur.* 2) *Cap.* 46. *Gregorius bis numerasse videtur. Utrumque litteris a et b distinxi.* 3) *Gregorius Passione antiqua S. Iuliani usus est, quae, antequam Mamerti tempore caput S. Iuliani et corpus S. Ferreoli inventa essent, conscripta videtur esse, cum ea de re nihil referat. Cum autem scriptor diem natalem S. Iuliani Germano Autissiodorensi revelatum iam noverit, ipsum postea scripsisse certum est. Post Labbeum et Bosquetum Bollandiani, AA. SS.* 28. *Aug. VI, p.* 173, *illam ediderunt. Quam Ruinart primus publico usui tradidit, Passio S. Iuliani, cum ex ipso Gregorio iam hausta sit, parvi aestimanda est.*

apud beatissimum Ferreolum[1], iam tunc martyrii odore flagrabat. Qui, relictis divitiis ac propinquis, tantum ob solius amorem martyrii[2] Arvernus advenit. Sed nec hoc sine divino mandato peregit[a], cum tunc persecutio in Viennensi urbe ferveret. Legerat
Matth.10,23. enim, Dominum praedixisse: *Si vos persecuti fuerint*[b] *in istam civitatem, fugite in aliam.* Contulit ergo se hic in Arverno territurio non metu mortis, sed ut relinquens propria facilius perveniret ad palmam; metuebat enim, ne ei[c] parentes essent obvii, si inter eos hoc certamen inisset; et perderet miles Christi coronam gloriae[d], si legitime non certasset. Igitur instante persecutione ad Brivatinsim[e] vicum, in quo fanatici erroris neniae colebantur, advenit. Et cum insequi adversarios nutu Dei sensisset, a vidua quadam[3] se occultari[f] deprecatur. Quem illa tegens, ilico, martyre poscente, detexit; qui suis insecutoribus[g] ita infit: 'Nolo[4]', inquit, 'diutius commorari in hoc saeculo, quia sitio tota animi aviditate iam Christum'. At illi eductam vibranti dextera frameam, deciso capite, in tribus, ut ita dicam, partibus gloriosus dividitur[h] martyr. Nam caput Viennae defertur, artus Brivate[5] reconduntur; felix anima[i] Christo conditore suscipitur. Senes[6] quoque, qui sacrosanctum[k] corpus mancipaverant sepulturae, ita redintegrati sunt, ut in senectute summa positi tamquam iuvenes haberentur. Caput[7] quoque eius Ferreolus martyr accepit, conpletoque certamine, tam illius membra quam istius caput in unius tumuli receptaculo collocantur. Quod[l] ne cuiquam fortassis videatur incredibilis esse[m] narratio, quae audivi gesta fideliter prodam.

2. Quodam autem tempore dum ad occursum beati[a] Niceti antestitis[8] usque[b] Lugduno processissem, libuit animo non aliter nisi orationis causa Viennam adire et praecipue sepulchrum visitare Ferreoli martyris gloriosi[c]; insederat enim menti propter antiquam dilectionem eorum, me[d] sic esse eius alumnum ut Iuliani[9]. Denique, oratione facta, erigo oculorum aciem ad tribunal[10] conspicioque in eo versiculos hoc modo conscriptos[11]:

Heroas[e] *Christi geminos haec contenit aula:*
Iulianum capite, corpore Ferreolum.

Cumque haec legens aedituum consulerem, cur haec scripta sic fuerint, respondit: 'Basilica sancti martyris Ferreoli super ipsum Rhodani[12] litus ab antiquis fuerat collo-

Capp. 1. 2. 1*a*. 2.

Cap. 1. a) pēgit 1*a*. b) fuerit 2, *corr. m. al.* c) p. e. 2. d) gloria 2, *corr. m. al.* e) Breviatimsim *corr. s. XII.* Brivatensem 2. f) *sic p cum Passione;* occuli 1*a*. 2. g) persecutoribus 2. h) divit̄ 2. i) a *add.* 2. k) sc̄m sacro 2, *corr. m. al.* l) Quae 2. m) *om.* 2.

Cap. 2. a) *m. al. superscr.* 2. b) ad *add., sed eras.* 2. c) gloriose 1*a*, *corr. m. al.* d) ne 1*a*, *corr. m. al.* e) Heroar 1*a*, *corr. m. al.*

1) *Cf. Pass. antiqu. l. l.:* Sanctus autem Ferreolus et ipse a Domino martyr probatus, tunc in supradicta urbe tribunitiam regebat potentiam. *Colitur die* 28. *Octobris. Praeses Crispinus nominatur, sub quo sancti passi esse dicuntur.* 2) *Ferreolus Iulianum admonuit, ut Viennensem urbem relinqueret.* 3) *V. Pass. l. l.:* Ubi hanc revelationem audivit beatus Iulianus, in territorio Arvernae urbis se contulit; ingressusque est tugurium cuiusdam veteranae, et ab ea se occultari deprecatus est. 4) *Verba scriptor Passionis aliter prodidit.* 5) *Saint-Iulien de Brioude; cf. Longnon p.* 492 *sqq.* 6) *Cf. Pass. l. l.:* Duo senes tamen compuncti divina virtute corpus sancti de loco, ubi decollatus est, ad vicum cui Brivate nomen est transtulerunt, quod venerabiliter sepulturae tradiderunt. Unde redeuntes, pro beneficio sepulturae senserunt eam se a Deo quam in iuventute habuerant pristinam recepisse virtutem. 7) *Quae sequuntur Gregorii sunt.* 8) *A.* 552—573*; cf. V. Patr. c. VIII,* 3. 4. 9) *Cf. Fort. Carm. V,* 3*:*

Martino proprium mittit Iulianus alumnum
Et fratri praebet quod sibi dulce fuit.

10) *'Gradus, super quem ascendit diaconus ad legendum'. Cangius.* 11) *Titulum e Gregorio Le Blant nr.* 415 *A edidit.* 12) *Cf. Pass. S. Ferreoli (ed. Ruinart, Acta Mart. p.* 489*):* Quem fidelis religio-

cata. Denique cum, inpulsante violentia amnis, porticus, quae ab ea parte erat locata, corrueret, providens sacerdos Mamertus[1] nomine, qui tunc Viennensim regebat eclesiam, ruinam futuram praeveniens, aliam basilicam eleganti opere et in ipsa mensura sagaci intentione construxit, illuc sanctum martyris transferre cupiens corpus. Advenit autem ad hoc opus abbatum[a] atque monachorum magnus numerus, vigilataque nocte, accepto sarculo fodere coeperunt. Cumque in profundo discenderent, tria sepulchra repperiunt, at confestim[b] stupor mentes spectantium invadit. Nec quisquam erat certus, quisnam esset beati martyris tumulus. Igitur cum starent omnes in hebitate[c] mentis attoniti, inspirante, ut credo, Divinitate, unus ex circumstantibus exclamat, dicens: "Antiquitus referri[d] solitum erat, et celebri per populos sermone vulgatum, caput Iuliani confessoris in sepulchro retenere[e] martyris Ferreoli. Si, operturio amoto, unusquisque consideretur, potest, quae sint membra Ferreoli martyris, protenus inveniri". Haec audiens sacerdos, cunctos iubet in oratione prosterni. Qua inpleta, procedit ad tumulos, detectosque duos, singulos in his quiescentes invenit viros. Cumque aperuisset et[f] tertium, invenit in eo virum iacentem inlaeso corpore, integro vestimento, qui, deciso capite, caput amplexus aliud[g] brachio retenebat. Erat enim acsi nuper sepultus neque pallore faciei[h] demutatus neque capillorum decisione turpatus neque ulla putredine resolutus, sed ita integer, inlaesus, ut putares eum adhuc sopore corporeo detenere[i]. Tunc antistis gaudio magno repletus, ait: 'Hoc esse cadaver Ferreoli, hoc esse caput Iuliani martyris, dubium non habetur'. Tunc cum magno psallentio, plaudente populo, in loco ubi nunc adoratur, Domino annuente, perducitur[2]'. Haec autem, ut ad sepulchrum martyris ab ipso aedituo cognovi, fideliter retuli. Praebet tamen[k] huic operi testimonium Sollius[l] noster, ipsi Mamerto[m] scribens his verbis[3]: *Tibi*[n] *soli concessa est in partes orbis occidui martyris Ferreoli solida translatio, adiecto nostri capite Iuliani. Unde pro conpensatione deposcimus, ut nobis inde veniat pars patrocinii, quia*[o] *vobis hinc rediit*[p] *pars patroni.*

3. In loco autem illo quo beatus martyr percussus[a] est[4] fons habetur[b] splendidus, lenis, dulcibus aquis uberrimus, in quo et a persecutoribus caput amputatum

Capp. 2. 3. 1*a*. 2.

Cap. 2. a) oblatum *corr. m. al.* ablatum 1*a*. b) cō|conf. 2. c) h:ebitate 2. d) referre 2, *corr.* e) retineri 2. f) *m. al. superscr.* 2. g) ud *m. al. suppl.* 2. h) facie:, *ras.* s? 1*a*. i) detineri 2. k) ::tam̄, *ras.* au 1*a*. l) Solinus *corr. s. XII.* Sollius *et superscr.* ł Sidonius 2. m) Mamerco 2. n) Tobi 1*a*, *corr. m. al.* o) qui. a vobis 1*a*. p) redit 2, *corr.*

Cap. 3. a) persecutus 1*a*, *corr. m. al.* b) *post* h. 8 *litt. ras.* 2.

sorum civium devotio ac praesidium civitatis non longe a Rhodano cum summa veneratione tumulavit. *De basilica S. Ferreoli prope Viennam v. Longnon p.* 424. *Eiusdem ossa, postquam basilica 'citra Rhodanum' a Sarracenis incensa est, intra urbem Viennensem translata sunt; cf. Adonis chron., SS. II, p.* 319*:* (Wilicarius episcopus) ob cladem Sarracenorum, cum esset domus praeclarissima martyrum citra Rhodanum ab eis iam incensa, ossa beati Ferreoli cum capite Iuliani martyris infra urbem transtulit, eisque accelerato opere non magno precio ecclesiam construxit. 1) *Is rogationes instituit; cf. Aviti Hom. VI. ed. Peiper p.* 110*; H. Fr. II,* 34. 2) *Huius translationis memoria Viennae celebratur die* 13. *Decembris. R.* 3) *Ex epistola Sidonii Apollinaris ad Mamertum data (lib. VII,* 12, *ed. Baret p.* 84*), ubi haec scripta sunt:* Et quia tibi soli concessa est post avorum memoriam vel confessorem Ambrosium duorum martyrum repertorem in partibus orbis occidui — — capite Iuliani, quod istinc turbulento quondam persecutori manus retulit cruenta carnificis; non iniurium est, quod pro compensatione — — patroni etc. 4) *Fons ille prope basilicam S. Ferreoli (iam Saint-Ferréol les Minimes; cf. Longnon p.* 510*) erat, ut e capite* 25. *intelligitur, quem etiam suo tempore miraculis clarum fuisse, Ruinart testatur. Vinicellam locum auctor passionis S. Iuliani appellavit, qui Gregorio ipso iam usus est.*

ablutum est[a], de quibus aquis multae sanitates tribuuntur[b] infirmis. Nam saepe caecorum oculi ab his tacti inluminati sunt; tertianorum, quartanariorum[c] febrium[d] accensi, ut potati qui patiuntur fuerint, conquiescunt. Nam et si quis gravi laborans incommodo[e], inspirante martyre, desiderium habuerit hauriendi, protinus ut hauserit convalescit; et ita velociter extinguitur vis febrium, ceu si videas, super inmensum rogum proiectis undis incendia universa restingui.

4. Post passionem vero beati martyris, ac fama praeeunte de senibus[a], quos, dum sanctos artus sepulturae mandarent, fortitudini pristinae[b] fuerint restituti, multa ibi beneficia expetentes credentesque, indulgente martyre, consecuntur. De quibus pauca perstringenti[c] deprecor veniam condonari, quod me minus vel idoneum vel peritum ad haec narranda cognosco, nec inbutum grammaticis artibus nec litteris liberalibus eruditum; sed quid facio, quod inpellit me amor patroni, ut nequeam haec silere? Vinctus[d] ab Hispaniis[e] et carceri deditus, apud imperatorem[f] Trevericum[1] capitali diiudicatus sententia tenebatur. Quod coniux illius cognitum, dum tumulare viri membra festinat, ad Brivatinsim[g] vicum pervenit, repertosque viros[2], dum diversa studio intento rimaretur, cognoscit, quid in eo loco vel de martyre[h] vel de senibus fuerit gestum; fidelique insinuatione credens, ad sepulchrum beati martyris deliberat properare, ut causas suggerat, casus reseret[i] vel cunctum laborem sui doloris exponat, adserentibus tum praeterea hominibus: 'Absque dubio pollicemur, domina, tibi a martyre reddi laetitiam, qui senum quondam decrepitae[k] aetatis membra rigentia antiquo vigore restituit'. Impletaque haec[l] oratione, promittit, ut, si[m] sospitem[n] reciperet coniugem[3], martyris sepulchrum, in quo possit[o] spatio, cimento contegerit. Fide plena et de martyris pietate secura Treverus[p] est ingressa, inventumque virum gratia imperiali receptum, laeta regreditur; inquisitumque tempus, quo vir relaxatus esset e carcere, haec fuit absolutionis hora, qua illa martyris est auxilium inprecata[4]; dehinc pollicitationem quam promiserat cum inmensis muneribus adimplevit[5].

5. Erat autem haud[a] procul a cellula[b], quam supra sepulchrum martyris haec matrona construxerat, grande delubrum, ubi in colomnam[c] altissimam simulachrum

Capp. 3—5. 1*a*. 2.

Cap. 3. a) *m. al. inseruit* 2. b) redduntur 2. c) quartanoriorum 1*a*; quartan:::orum 2. d) calore *m. s. XII. superscr.* 2. e) *sic p et m. al. corr.* 2; commodo 1*a*. 2.

Cap. 4. a) sentibus, *ras.* t 1*a*. b) *sic p;* priscae 1*a*. 2; pristinam recepisse virtutem *Pass. infra l.* 44. c) perstringendi 1*a*. d) quidem *add. p*. e) *corr.* Hispanis 1*a*. f) impraterem 2, *corr. m. al.* g) Briviat. *saepe* 2. h) s. v. de m. 2. i) resederet, *ras.* de 1*a*. k) decrepita 1*a*. l) *sic* 1*a*. *p*; hac 2. m) *om. p*. n) sanum 2. o) posset 2. p) Treveris 2.

Cap. 5. a) aut 1*a*. b) cellula: 2. c) columna altissima 2.

1) *Trevericum imperatorem Gregorius, V. Patrum II,* 1. *Maximum tyrannum appellavit; cf. H. Fr. I,* 43. *Quod sequitur miraculum Gregorius e Passione antiqua hausit, sed nonnulla mutavit; cf. l. l.:* In illis diebus quidam dives opibus in Hispania imperatori cuidam Treveris civitatis culpabilis extitit. Quem accersitum et carceri mancipatum pro suo crimine iussit post comperendinatis diebus capitalem subire sententiam. 2) *Scriptore Passionis teste cum senibus ipsis mulier convenit:* Cumque praefatum vicum matrona ipsa praeteriret, praedicti senes, quo tenderet vel quare tam tristis esset, diligentius inquirebant. *Qui,* 'indeque', *inquiunt,* 'redeuntes eam quam in iuventute habuimus sensimus nos pristinam recepisse virtutem'. 3) *Cf. Pass. l. l.:* spopondit, ut si virum suum videret incolumem et ad domum suam superstites in illius honore cellulam super sepulcrum sancti martyris aedificarent. 4) *Is temporis inquirendi modus ut Gregorio familiaris est, ita in Passione desideratur.* 5) *Cf. Pass. l. l.:* cellulam, sicut promiserant, construxerunt, et deinceps per universos vitae ipsorum annos ingentia munera pro tanto beneficio reportantes, ad venerabile ipsius sepulcrum deferebant.

Martis Mercuriique colebatur[1]. Cumque delubri[a] illius festa a gentilibus agerentur, ac mortui mortuis thura deferrent, medio e vulgo commoventur[b] pueri duo in scandalum, nudatoque unus gladio alterum appetit trucidandum. At ille cernens, nihil veniae reservari, cum a diis suis non defensaretur, nostrae religionis custodiam, nostrae[c] confessionis veniam, nostri contagionis medellam, cellulam expetiit martyris gloriosi. Tunc ille qui sequebatur, cum in adsultu[d] gladii eum[e] non potuisset attingere, et hic super se ostium reserasset, atque ille, arreptam utramque postem, ostium conaretur infringere: ilico adhaerentes manus tabulis, dolore maximo quatiuntur, et tanta afflictione miser torquetur, ut ubertim fluentes lacrimae, qualis esset dolor intrinsecus, extrinsecus[f] nuntiarent. Interea, stupente vulgo, inclusus qui fuerat progreditur liber; parentes quoque illius qui virtute sancti retenebatur, cognoscentes martyris sepulturam, devotis multis muneribus pro filio exorabant.

6. Factum est autem, dum haec agerentur, ut presbiter quidam via illa discenderet. Qui cum didicisset quae acta fuerant, pollicetur parentibus[a], si a gentilitate discederent, filium reciperent sanum. Ipse quoque sacerdos sequenti nocte videt per somnium, simulachra illa quae a gentilibus colebantur nomine divino comminui atque in pulvere redacta solo prosterni. Quarta autem die cum gentilitas vellet iterum diis exhibere libamina[b], maestus presbiter ad sepulchrum sancti prosternitur et cum lacrimis exorat, ut tandem gentilitatem hanc, quae iacebat in tenebris, splendor divinae potentiae visitaret, nec sineret ultra martyr beatus, alumnos proprios ista caligine deteneri, cum ille perennis claritatis gaudia possideret[c]. Confestim ad eius oratione[d] commoventur tonitrua, renident fulgora, discendit imber igne mixtus et grandine, turbantur omnia. Concurrit vulgus ad cellulam, prosternitur coram sacerdote omnis caterva gentilium, et mixto cum lacrimis cuncti ululatu Domini misericordia deprecantur, pollicenturque sacerdoti, si grando recederet, et martyrem patronum expeterent et ad Deum eius, relictis simulachrorum cultibus, integro[e] de corde transirent[f]. Porto ille, fusa oratione, cuncta quae petiit meruit obtenere. Recedente autem tempestate, puer cum parentibus credens, ipsa die a doloribus liberatur; gentiles in Trinitatis nomine baptizati, statuas quas coluerant[g] confringentes, in lacum vico amnique proximum proiecerunt. Ab eo enim tempore in loco illo et fides catholica et martyris virtus est amplius declarata.

7. Post haec venientes quidam de Burgundionibus ad Brivatinsim[a] vicum, eum cum armorum multitudine copiosa circumdant, captoque populo, direpto sacrosancto ministerio, ultra amnem transeunt, et viros gladio interficere, reliquum vulgus sorte dividere parant. Tunc Hillidius[2] quidam a Vellavo[3] veniens et, ut aiunt, commonitione columbae alitis incitatus, super eos inruit. Hortatosque[b] socios, ita hostes ad internitionem caecidit, ut, captivis laxatis, triumphans in laude martyris, amne transmisso, ad beatam cellulam tamquam novus Moyses cum omni populo canendo revertitur; nec

Capp. 5—7. 1*a*. 2.

Cap. 5. a) delebri 1*a*, *corr.* b) moventur 2, *corr. m. al.* c) *post* n. 6 *litt. ras.* 2. d) adultu 1*a*, *corr.* e) n. p. e. 2. f) *in marg. add.* 1*a*; *om. p;* nuntiaret 1*a*. *p*.

Cap. 6. a) *m. s. XII.* ut *superscr.* 2. b) lab. 2, *corr.* c) ::poss. 2. d) orationem 2. e) integre? 2, *corr. m. al.* f) transierunt 1*a*, *corr. m. al.* g) colerant 1*a*, *corr. m. al.*

Cap. 7. a) Brivatensim 1*a*. b) Hortatusque 2.

1) *Cf. Pass. l. l.:* Illis autem temporibus a gentilibus vana superstitio in his locis celebrabatur. 2) *Quem Ruinart in Indice et Bordier Illidium Arvernensim episcopum habuerunt (cf. V. Patr. c. 2), quod nullo modo admitti potest, cum 'Hillidius quidam a Vellavo veniens' Gundobaldi Burgundionum regis tempore vixerit, Arvernensis autem centum annis ante, Maximo Treverico imperante.* 3) *Le Velay; v. Longnon p.* 533.

Exod. 15. minor, ut arbitror, exultatio fuit ereptis, quam quondam Israhelitis dimersis[a] fuit Aegyptiis. Quod ne quis dubitet hanc beati martyris fuisse victoriam, sed insinuatio columbae aliquod misterium fuisse creditur virtutis divinae. Nam, veniente Hillidio, haec in obviam venit; cum ille, ut adsolet, aliquid demoraretur[b], haec in circuitu illius volitabat; illoque progrediente, ista praecedebat et revertebatur in obviam, quasi accelerare[c] deprecans iter. Dum haec agerentur, adveniens puer captivitatem adnuntiat, et sic iste viam acceleravit. Sed et, ipso pugnante, columba semper[d] circa eum est visa decurrere[e]. Quod ne quis invideat confictum de columba et homini praestitum[f] christiano, cum Horosius[1] consolem Romanum[g], id est Marcum Valerium, a corvo alite scribat adiutum.

8. Prostratis ergo Hillidius[a] hostibus, quattuor ex his per fugam lapsi, patenam[b] et urceum, qui anax[2] dicitur, in patriam deferunt, et divisam in tantis ut erant partibus patenam[b], urceum regi Gundobaldo ob gratiam exhibent conquirendam. Reliquum vero argentum reginae[3] sagacitas repperit; cui additis multis muneribus, loco illi sancto restituit, fideliter insinuans regi, non oportere eum, ut gratiam martyris sancti propter argenti parvitatem amitteret[c].

9. Pro quibus ac talibus virtutum ornamentis magna ibi basilica[4] fabricata a fidelibus, virtutibus, ut praefati sumus, martyris beati refulget, in qua paralyticorum, clodorum, caecorum et aliorum quoque morborum saepius petita remedia conquiruntur. Fedamia quaedam mulier paralysi humore constricta, quae nullum corporis membrum sine dolore vigebat, exhibita est, deferentibus propinquis, ad beatam basilicam, ut vel stipem a largientibus mereretur. Quae dum in porticu illa, quae sanctae basilicae coniungitur, decubaret noctem dominicam, dum sacrosanctis vigiliis populi fides[a] devota concelebrat, et illa quiescens lectulo paululum obdormisset, a viro quodam per visum correpta atque increpita est, dicente[b] sibi, cur, reliquis[c] excubias nocturnas Deo exhibentibus, illa deesset. Respondit, se ab omni membrorum parte debilem nec penitus gressum agere posse. Tunc quasi sustentata[d] a viro qui loquebatur ei et ad sepulchrum usque deducta, dum in sopore fundit orationem, visum est ei, quasi multitudo catenarum ab eius membris solo decidere. A quo etiam sonitu expergefacta, sensit[e] omnium artuum recepisse plenissimam sanitatem. Protinus surrexit a lectulo, et stupentibus cunctis, cum gratiarum actione vociferans, sanctam est ingressa basilicam. Ferunt etiam quidam, solitam fuisse eam referre habitum viri qui eam fuerat adlocutus. Dicebat, eum statura[f] esse procerum, veste nitidum, elegantia eximium, vultu hilarem, flava caesariae, inmixtis canis, incessu expeditum, voce liberum, allocutione blandissimum, candoremque cutis illius ultra lilii nitorem fulgere, ita ut de multis milibus hominum,

Capp. 7—9. 1*a*. 2.

Cap. 7. a) sis *m. al. suppl.* 2. b) moraretur 2. c) *sic p;* acceleravi 1*a*; accelerat 2. d) se p 1*a*, *corr. m. al.* e) discurrere 2; dicurrere *p*. f) chr. pr. 2. g) Romanorum *p*.

Cap. 8. a) illius *p*. b) pateram 2. c) amittere 1*a*.

Cap. 9. a) fide devote (*corr. s. XII.* devota) concelebrant 2. b) dicenti 1*a*. c) reliquias? 2, *corr.* d) sustenta 2, *corr. s. XII.* e) sensit se ex (ex *m. s. XII. in litura*) omnium ::::::::::: a. 2. f) staturam, *ras.* m 2.

1) *Orosius III, 6 (ed. Zangemeister p. 150):* Confecit hanc pugnam M. Valerius, auxiliante corvo alite. 2) *Vox obscura, quam alii cum Plauti 'anancaeo'* (= ἀναγκαῖον), *alii cum Gallico 'hanap' comparaverunt; cf. Ducange, Gloss. s. v. anax.* 3) *Caretenen Gundobaldi uxorem habuerunt, quae potius Chilperici coniux erat, id quod post Boissier optime probavit Binding p.* 119. 4) *Cf. Pass. l. l.:* Inde per multa tempora a fidelissimis christianis aedificata est basilica in honore illius, quae celsum protulit aedificata fastigium et fulget non uno muneris sui ornata privilegio, peculiaris patroni nostri referta virtutibus.

quae saepe vidisset, nullum similem conspicaret[a]. Unde multis non absurde videtur, ei beatum martyrem apparuisse. Quae mulier post decim et octo annos sanata est.

10. Quidam dum in seditione, quam commoverat, cum[a] oculum amisisset, hominem qui ictum intulerat de basilica conabatur extrahere; quod dum agit, non modo amissi oculi non recepit lumen, verum etiam sentit, alium, quem sanum habuerat, obcaecari. Porro, cum peccata sua confiteretur, dicens: 'Merito mihi evenit iudicium sine misericordia, qui non[b] feci misericordiam', prostratus coram sancto sepulchro cum populo, qui tunc ad festivitatem advenerant[c], indulgens laedenti, et visum recepit et gratiam. Sicque factum est, ut is qui sancti[d] auxilium expetierat tutaretur, et ille vero[e] qui non credebat argueretur; et sic uterque laetus emendatusque discessit.

11. Alius quoque ausu temerario die dominica iungens boves, agro[a] sulcare coepit, adprehensamque[b] securim, ut aliquid emendaret in vomere, protinus contractis digitis manubrium in dextera eius[c] adhaesit. Cumque prae[d] dolore nimio cruciaretur[e], post duos annos veniens ad beati martyris basilicam, vigilias fideliter celebravit. Statim in ipsa[f] die dominica reserata manus lignum, quod invitus tenebat, amisit; magnam inferens populo disciplinam, ut quod die dominica fuerat perpetratum ipsa quoque die dominica purgaretur. At ille magnificans gloriam martyris, recessit incolomis, nec ultra die resurrectionis dominicae[g, 1] quicquam ausus est operare.

12. Sic et Anagildus[a] quidam mutus et surdus[b] et caecus vel omnium membrorum conpagem[c] debilitatus ad limina sacrosancta proiectus est, scilicet ut vel ab stipe pasceretur devotorum, qui victus alimoniam propriis manibus laborare non poterat. Igitur cum per annum integrum ante sanctam aedem decubasset, tandem visitatus a virtute beati[d] martyris, ab omni infirmitate sanatus est.

13. Videtur mihi, ut, sicut sancti virtute curata morbida retexuntur, ita et infidelium pravitates oratione illius confutatae ad emendationem aliorum, ne similia appetant, declarentur, quia utraque sancti gloria praestat, ut et[a] hos sanitati reddat, ne amplius crucientur, et illos arguat, ne in futuro iudicio condemnentur. Et quia nulli latere credo aliquid de hostilitate Theodorici regis[2] ac infirmitatibus[b] Sigivaldi, quae ei[c] in Arverno posito contigerunt, propter virtutem tamen beati martyris est diligentius exponendum, quo facilius fides dictis adhibeatur. Igitur, cum ad direptionem Arvernorum rex antedictus festinaret[3], et ingrediens terminum, vastationi cuncta subigeret, pars aliqua ab exercitu separata ad Brivatinsim vicum infesta proripuit, fama vulgante, quod in basilica essent incolae cum multis thesauris adunati. Cumque pervenissent ad locum, inveniunt multitudinem promiscui sexus, obseratis ostiis, in templo ipso cum propriis facultatibus resedere. Cumque intrare non possint, unus, effractam ceu fur in altari sancto fenestram

Capp. 9—13. 1*a*. 2.

Cap. 9. a) conspicasset 2, *corr.*

Cap. 10. a) *eras.* 1*a*; *om.* 2; *habet p.* b) on *m. al. in litura* 1*a*. c) venerat *corr.* advenerat 2; advenerat *p.* d) *m. al. superscr.* 2. e) *om.* 2.

Cap. 11. a) agrum 2. b) *sic* 2. *p*; adprehensaque secure 1*a*. c) *bis scr., sed corr.* 2. d) *m. al. superscr.* 2. e) anxiaretur 2. f) psa 2, *corr. m. al.* g) dominicus *p*.

Cap. 12. a) *ras.* l 1*a*; Anagilus *p*. b) et c. et s. 2. c) conpage 2. d) *om.* 2.

Cap. 13. a) *m. al. superscr.* 2. b) infirmitate 2. c) eis 1*a*. 2. *p*; *ras.* s 1*a*.

1) *Quilibet dies solis resurrectionis a Gregorio appellatur.* 2) *Gregorium auctor Vitae S. Austremonii (Labbe, Bibl. Mss. II, p.* 498*) laudavit:* sicut in libro Miraculorum beati Martini legitur. 3) *Cf. H. Fr. III,* 12, *ubi eadem scripta sunt:* sicut in libro virtutum eius conscripsimus. *Cum Quintianus Gregorio teste 'his diebus' episcopus fuerit, quem a.* 525. *diem obiisse certissimum est, a.* 532, *ut vulgo putant, Theudericus urbem Arvernensem minime vastatus est; cf. infra c.* 23*; V. Patr. c. IV,* 2 *et V,* 2.

cf. Ioann. 10, 1. vitream, ingreditur, quia qui non intrat per ianuam hic latro est. Dehinc, reseratis aedis illius valvis, exercitum intromittit. At illi, direpta cuncta, pauperum supellectilem[1] cum ministris[a] ipsius basilicae reliquumque populum qui infra erat eductum foris diviserunt haud procul a vico. Quae cum ad regem delata fuissent, conprehensos ex his aliquos diversis mortibus condemnavit. Fugiens vero ille qui, inrupta[b] aede, caput fuit huius sceleris, igne de caelo dilapso consumptus interiit. Super quem cum multi acervum lapidum congregassent, a tonitruis et corruscationibus detectus, terrenam caruit[c] sepulturam. Qui vero de consentaneis latentes regi in patriam sunt regressi, correpti a daemone, diversis[2] exitibus hanc vitam crudeliter finierunt. Haec audiens rex, omnia quae exinde sunt ablata reddidit[d]. Praeceperat enim, ne in septimo a basilica miliario quis vim inferret[3].

14. Tunc Sigivaldus[a. 4] cum rege praepotens cum omni familia sua in Arverna regione ex regis iussu migravit. Ubi[5] dum multorum res iniuste conpeteret, villam quandam[6], quam gloriosae memoriae Tetradius[7] episcopus Biturigensis basilicae sancti Iuliani reliquerat, sub specie obumbratae commutationis avidus pervadit[b]; sed mense tertio[8], postquam adgressus est, correptus a febre et sine sensu effectus, declinavit capud[c] ad lectulum. Cuius uxor dum de hoc exitu maesta penderet, a quodam sacerdote commonita est, ut eum si videre vellet incolomem[d] auferret a villa. At illa haec audiens, praeparatis carrucis conpositoque plaustro, quo eum eveheret, mox ut praedium sunt egressi, protinus divina sunt pariter gratia munerati. Nam iste sospitate[e], illa meruit ex huius incolomitate laetitiam. Ferunt etiam in oratorium praedii illius sanctum Iulianum martyrem cum Tetradio episcopo conloquentem cuidam religioso revelatum fuisse, promittentem se episcopo villam, quam pro animae suae remedium sibi reliquerat, recepturum. Sed et habitum beati martyris in eodem modo esse, ut quondam paralytica exposuerat[9], referebat.

15. Pastor vero quidam non strinuitate, sed nomine Ingenuus genere, dum in multis rebus contra basilicam sancti martyris iniuste ageret, ad hoc levitas eius, inimico incrassante, convaluit, ut colonicas[a. 10] basilicae concupiscens, quae agro eius erant proximae, pervadere non timeret. Ad quem sacerdos loci cum aliquos de[b] clericis quasi legatus mitteret, ut, accepta ratione, quod male pervaserat relaxaret; ille quasi contra iniquum hostem, tela correpta, prosiluit, fugatosque sagittis clericos, res sancti[c] in sua dominatione retenuit. Factum est autem, ut in proximo adveniret dies passionis Aug. 28. martyris[11] gloriosi; ad quam ille inmemor pervasionis suae atque iniuriae, quam intu-

Capp. 13—15. 1*a*. 2.

Cap. 13. a) *scribas* ministeriis. b) rupta 1*a*, *corr.* c) corruit? 1*a*, *corr. m. al.* d) restituit 2.

Cap. 14. a) Sigiuualdus *h. l.* 1*a*. b) *sic* 2. *p*; pervasit 1*a*. c) *post* c. 4 *litt. ras.* 2. d) incolum̄ 2. e) sanitate *corr.* sanitatē 2.

Cap. 15. a) coloni:as 1*a*; coloniam *p*. b) *m. al. superscr.* 2. c) res omnes *p*.

1) resque pauperum, quae ibidem fuerant adgregatae, diripiunt, *Greg. l. l.* 2) ab spiritu inmundo correpti, infestis dentibus propriis se morsibus lacerant, clamantes atque dicentes: 'Cur nos, martyr sancte, sic crucias?' *Greg. l. l.* 3) *De hoc loco v. Loening, 'Gesch. d. deutschen Kirchenrechts' II, p.* 15 *n.* 4) Theudoricus autem ab Arverno discendens, Sigivaldum, parentem suum, in ea quasi pro custodia dereliquid, *Greg. H. Fr. III*, 13. *Cf. V. Patr. V*, 2. 5) *Eadem Greg. H. Fr. III*, 16. *retulit, his verbis subiectis:* Meminimus et huius virtutis in libro Miraculorum sancti Iuliani. 6) Bulgiatinsis *H. Fr. l. l. appellatur.* 7) *Interfuit concilio Agathensi a.* 507. *et Aurelian. I. a.* 511. *De eo Bollandus, AA. SS. Febr. II, p.* 887. *R.* 8) statim amens effectus, lecto decubuit. *H. Fr. l. l.* 9) *Fedamia, cf. supra c.* 9. 10) *De colonica, i. e. coloni manso, cf. Guérard, Polypt. Irmin. Prol. p.* 624—626. 11) *Colitur d.* 28. *Augusti. Iuliani dies natalis S. Germano Autissiodorensi revelatus est; cf. infra c.* 29.

lerat clericis, ante quinque dies solemnitatis ad vicum Brivatinsim advenit. Qui cum in domo hospitalitatis suae convivium[a] laetitia et exultatione fungeretur, subito coruscatione facta tonitruum sonuit; rursumque iteratum, iaculo igneo de caelis elapso percussus est, nullo tamen de reliquis pereunte. Deinde ad exemplum omnium, tamquam rogus flammeus ardens, paulatim consumebatur. Ad quod miraculum populus, qui ad beati festa convenerat, haec cernens cum admiratione, metuebat; satisque illi fuit, ne de rebus sancti aliquid ultra contingere[b]. Quod ne fortuitu actum quis putet[c], cernat inter multos innoxius unum interisse sacrilegum.

16. Quid etiam ad Becconis comitis confutandam superbiam beatus martyr sit operatus, evolvam. Hic cum actiones[1] ageret publicas et elatus iactantia multos contra iustitiam adgravaret, casu contigit, ut dimissum accipitrem diu per diversa vacantem perderet; similiter[a], ut unus de servientibus basilicae sancti Iuliani accipitrem alium, dum per viam ambularet, quasi vagum invenit. Erat enim puer ille pincerna in domo basilicae. Quod cum ad Becconem pervenisset, quod scilicet puer repertum teneret accipitrem, calumniari coepit ac dicere: 'Meus ille erat', inquit, 'et hic furto eum sustulit[b]'. Deinde succendente[c] avaritia misit illum vinctum in carcere, deliberans eum in sequenti patibulo condemnare. Tunc sacerdos maestus[d] valde ad sepulchrum sancti properat, reseratisque cum gemitu causis[e], adprehensis decim aureis, per fideles amicos Becconi obtulit. Quod ille pro nihilo respuens, cum iuramento adseruit, numquam se puerum dimissurum, nisi exinde aureos[f] triginta acciperet. Quod presbiter desuper sepulchro sancti accipiens, Becconi transmisit; quos acceptos, satiata auri[g] cupiditate, puerum restauravit incolomem. Sed Deus omnipotens, qui permanet ante solem, secundum bonitatis suae divitias humiliavit calumniatorem. Nam ipsius anni transacto curriculo, veniens ad sancti festivitatem cum caterva satellitum, ingressus est limen sanctum. Procedente vero lectore[h], qui beatae passionis recenseret historiam, ut revolvit librum et in[i] principio lectionis sancti Iuliani protulit[k] nomen, confestim Becco voce nescio qua teterrima ad terram corruit, cruenteque spumans, dare voces diversas coepit. Inde inter suorum manus sublatus, a basilica domi reducitur. Nec fuit dubium pueris eius, haec ob iniuriam basilicaris famuli evenisse. Omnem quoque ornatum, quod super se tunc habuit, tam in auro quam in vestimentis, basilicae contulit et multa deinceps munera[l] misit; sed usque ad diem obitus sui sine sensu duravit.

cf. Ps. 71, 5.

17. Fuit etiam quidam diaconus, qui, relictam eclesiam, fisco se publice[a] iunxit, acceptaque a patronis potestate, tanta perpetrabat scelera, ut vix possit a vicinis circumpositis sustinere[b]. Accidit autem quadam vice, ut saltus montenses, ubi ad aestivandum oves abierant, circumiret atque pascuaria[2] quae fisco debebantur inquereret. Cumque diversos spoliaret iniuste, conspicit eminus greges, qui tunc sub nomine martyris tuebantur, ad quos levi cursu evolans, tamquam lupus rapax diripit[c] arietes. Conturbati atque exterriti pastores ovium, dicunt ei: 'Ne, quaesumus, contingas hos[d] arietes, quia beati martyris[e] Iuliani dominio subiugati sunt'. Quibus ille haec inridens respondisse fertur: 'Putasne, quia Iulianus commedit arietes?' Dehinc ipsos verberibus adfectos, quae voluit abstulit; ignorans miser, quod, qui de domibus sanctorum aliquid aufert, ipsis sanctis

Capp. 15—17. 1*a*. 2.

Cap. 15. a) cum *add. p.* b) *sic* 1*a*. 2. *p.* c) *m. al. in litura scr.* 2.

Cap. 16. a) accidit *m. s. XII. add.* 2. b) abstulit 2. c) succedente 2 *(corr. m. al.). p.* d) metus *corr. m. al.* mestus 1*a*. e) *corr. m. al.* capsis 2. f) t. a. 2. g) auro 1*a*. 5. h) pastore *p.* i) in p. l. *in marg. suppl.* 2. k) recitavit *in marg. corr.* protulit 2. l) *bis scr., sed corr.* 2.

Cap. 17. a) *sic* 2. *p*; publico 1*a*. b) sustineri 2. c) diripet 1*a*. d) a. h. 2. e) *om.* 2.

1) *Cf. V. Medardi, quae Fortunato tribuitur, c. 2:* quod publica in actione comitivam assumeret; *Waitz, 'V. G.' II, 2, p.* 40. 2) *'Vectigal ex animalium pastione' Bignonii nota ad Marculf. II,* 36,

Luc. 10, 16. iniuriam facit, ipso sic Domino protestante: *Qui vos spernit, me spernit, et qui recipit* Matth. 10, 41. *iustum, mercedem iusti accipiet.* Contigit autem, ut post dies[a] multos, non religione[b] sed casu conferente, ad vicum Brivatinsim properaret, proiectusque humo ante sepulchrum, mox a febre corripitur et tanta vi caloris obprimitur, ut neque consurgere neque puerum evocare possit. Famuli vero cum vidissent eum extra solito plus occumbere, accedentes: 'Quid tu', inquiunt[c], 'in tanta diuturnitate[d] depraemeris? Non enim tibi tam[e] longa mos erat orandi[f] devotio'. Ferebant autem[g] de eo, quod quandoquidem in eclesia fuisset ingressus, parumper inmurmurans, nec capite inclinato, regrediebatur. Tunc interpellantibus pueris, cum responsum reddere non valeret, ablatus[h] manibus e loco, in cellam, qui[i] erat proxima, lectulo collocatur. Igitur, invalescente febre, proclamat se miser incendi per martyrem, et quod primo siluerat, admotis animae iudicii facibus, crimina confitetur, iactarique super se aquam, voce qua poterat deprecabatur. Delatis quoque cum vasculo limphis et in eum saepe deiectis, tamquam de fornace ita fumus egrediebatur e corpore. Interea miseri artus ceu conbusti in nigridine convertuntur, unde tantus procedebat fetor, ut vix de adstantibus possint aliqui[k] tolerare. Innuens enim dehinc[l] manu, indicat, se esse leviorem; mox, illis recedentibus, hic spiritum exalavit. De quo haud dubium est, qualem illuc teneat locum, qui hinc[m] cum tali discessit iudicio.

18. Alius autem per vigiliam festivitatis equum alicuius, qui tunc forte[a] ad eandem solemnitatem[b] venerat, furto prehendit[c], ascensumque, velociter properat; scilicet ut qui lumen perdiderat veritatis, non inveniretur a luce, et cuius pectus cupiditatis tenebrae obsederant, eius et furtivam fraudulentiam nox celaret. De talibus enim Dominus dicebat Ioan. 3, 20. in euangelio: *Omnis qui male agit odit lucem.* Albiscente igitur caelo, dicebat: 'Iam securus sum; nam triginta leugas a sancti basilica elongatus sum; iam secus propriam domum esse me credo'. Dum haec tacitus[d] revolveret infra se, demotis ex axe[1] tenebris, cognoscit, se[e] ipsi vico propinquum inter populos devagare; timensque, ne scelus suum patefieret publico, cum cautela grandi caballum in loco unde digressus fuerat reformavit. Sic miser virtute martyris tota nocte detentus in circuitu vici et, ut ego credo, ab auctore qui eum obsederat est delusus, ut viam quam adprehendere voluit non valeret. O scelerata cupiditas, quid agis[2]! Semper amatores tuos in confusione[f] praecipitas.

19. Quidam alteri triantem praestiterat, quem, interpositis paucis diebus, recepit. Post annum vero[a] in atrio sancti conventum hominem, rem suam, quasi non recepisset, sibi reddi deposcebat. At ille detestans adserebat, se reddidisse[b] susceptum. Cumque diutissime altercarentur, ille qui reddiderat ait ad socium: 'Usquequo uterque contendimus? Sub iudicio hoc omnipotentis Dei ponamus. Eamus ad tumulum martyris, et quod sub sacramenti interpositione dixeris discernat[c] virtus sancta patroni'. At ille nec dubitans ingressusque sepulchrum, dum audacter elevat manus, ut periuret, infeliciter[d] miser inriguit. Haeret[3] vox in gutture, lingua coartatur in fauce, vibrant labia vacua a sermone; ipsa quoque brachia, quae ad adiutorium frustrati sacramenti erexerat, prorsus retrahere non valebat. Ad haec vulgo admirante, publicato scelere, multitudo cuncta

Capp. 17—19. 1*a*. 2.

Cap. 17. a) m. d. 2. b) religio 2, *corr. m. al.* c) iu *m. al. in litura scr.* 1*a*. d) diurnitate 1*a*. e) tibi longus *p*. f) aut *add. p*. g) enim *p*. h) ablatis 1*a*. i) quae 2. *p*. k) aliquid 1*a*. l) m. d. 2. m) hic 2.

Cap. 18. a) quidem 2. b) festivitatem 2. c) *corr. m. al.* adphendit 2; comprehendit *p*. d) tacitus::::::: volveret 2. e) *m. al. add.* 2. f) *corr. m. al.* confusionē 1*a*. 2.

Cap. 19. a) autem 2. b) reddisse 1*a*. c) d. haec v. p. 2. d) infelicer 1*a*, *corr.*

1) *i. e. caelo; cf. Verg. Aen. II*, 512. 2) *Cf. Verg. Aen. III*, 56. 3) *Cf. Verg. Aen. II*, 774.

populi una voce prorumpens, Domini misericordia ac beati martyris auxilium deprecatur. Post quattuor vero aut eo amplius horas ad sensum regressus, quod iniuste repetebat publica confessione patefecit[a], et sic sanus abscessit.

20. Saepe haec[a] ille audierat qui basilicae sanctae violentiam intulit; sed iniquam mentem semel obsessam vitio bonitas mollire non potuit, Salamone[b] obtestante: *In malivola anima non ingreditur sapientia.* Sap. 1, 4 Advenerat festivitas sancti, et ecce quidam Aug. 28. e populo conspicatur ornamentis inmensis beatam basilicam effulgere. Concupescit iniqua mente, quod adipiscens non poterat occultare. Igitur discedente populo a basilica post gratiam vespertinam, hic se in angulo basilicae repraemens latitavit, ac datum cunctis nocturna quiete silentium vel operiente umbrosa caligine mundum, consurgit ab angulo, et nihil dubitans, utique quia[c] satellite Satanan inpellebatur, super cancellum beati sepulchri cursu prosilit rapido, detractamque a summo unam gemmis corruscantibus crucem ad terram deiecit, collectisque villolis[d, 1] ac palliolis de circuitu parietum pendentibus, unum voluculum facit, inpositumque umeris, ac elevatam crucem manu, ad locum unde discesserat repetit, ac positam capiti[e] sarcinam, peccati sopore conpraessus, obdormivit. Media vero nocte circumeuntes custodes sanctam basilicam, aspiciunt in angulo unam gemmam crucis tamquam iubar caeleste refulgere[f]; obstupefacti accedunt comminus cum timore, admotoque cereo, inveniunt personam cum rebus furatis, quas auferre[g] non potuerat, inibi decubare. Denique, sub custodia cum illa nocte detentum, mane facto cuncta quae fecerat patefecit, adserens se lassum obdormisse, eo quod diutissime circuiens cum fasce basilicam, ostium unde egrederetur repperire non poterat.

21. Multa quidem et alia in praevaricatoribus ostendit, sed satis sint ista ad coherecndam desidiam eorum. Nunc vero ad gaudia prosperitatum, qua larga pietate praestat populis, revertamur. Sed prius illud non arbitror postponendum, quod expertum valde cognovimus, quid in rebus perditis apud hunc patronum fidelis deprecatio consequatur; ex quibus unum tantum commemorare studui. Ad festivitatem beati[a] martyris Aug. 28. devotus pauper advenerat, laxatoque equite, sacram ingressus est aedem, ac vigiliis inmobilis instans, noctem cum ceteris orando deduxit. Inlucescente vero caelo ad metatum regressus, caballum quem reliquerat non invenit; quaesitumque diutissime, nec signa quidem, qua in parte discessisset, agnovit. Transacto[b] igitur biduo, recurrit iterum per saltus, perscrutans locorum incolas, si forte aliquis aut teneret captum aut capi vidisset ab aliquo. Nullum dehinc indicii genus repperiens, anxius atque maestus ad sepulchrum sancti regreditur, ibique causas doloris ac meroris exponens, aiebat: 'Ad tua, sanctae, limina veni, nihil aliud quam parvitatis meae vota deferre; nihil iniuste abstuli, nihil gessi[c] indignum tuae solemnitati. Cur, inquam, perdidi rem meam? Rogo, ut restituas amissum, ut necessarium reddas'. Hoc[d] fletu[e] aditus[f] agens, ut egressus est templum, conspicit eminus a quodam viro suum equitem reteneri. Ad quem accedens, dum discutit, unde sit, aut unde venerit, vel[g] ex quo tempore hunc habeat equum, didicit, ipsa hora eum fuisse repertum, qua ille beati martyris inploravit auxilium.

22. Cum autem quidam ab eo loco[a] per incursum diabolicum oculum perdidisset et ad hospitiolum suum viduatus lumine infeliciter resederet, ac manibus propriis nihil

Capp. 19—22. 1*a*. 2.

Cap. 19. a) satisfecit *m. al. in litura scr.* 2.

Cap. 20. a) i. h. 2. b) Salom. *semper* 2. c) quia | a sat. 2. d) *sic* 1*a;* velulis 2; vellulis *p.* e) capitis 2. f) refulgerē 1*a*, *corr.* g) auferebat 2, *corr. m. al.*

Cap. 21. a) ::beati 1*a*. b) Transactam *p.* c) gressi, *ras.* r 1*a*. d) *corr. m. al.* Haec 1*a*; Hac, *sed* ac *m. al. in litura scr.* 2; Hec *p.* e) fletū 1*a*, *corr.* f) aditis 2; addito *p*, *quod malim.* g) aut *p.*

Cap. 22. a) locum 2, *corr.*

1) *Cf. V. Patr. VIII*, 8: facietergium dependentibus villis intextum.

laborare praevalens, spem ullam[a] alimonii non haberet, apparuit ei vir in visu[b] noctis, commonens, ut ad beati basilicam ambularet; ibique, si devote suggerat, promittit auxilium inveniri. At ille nihil moratus, arrepto bacello, adminiculante puero, sanctum ingressus est[c] locum. Qui post conpleta oratione archipresbiterum[1], qui tunc locum ipsum regebat, nomine Publianum[d] adivit, supplicans, ut oculis caecis Christi crucem inponeret. Erat enim valde religiosus. Quod ille, dum iactantiam evadere cupit, evitans, tenetur a caeco, nec omnino dimittitur, nisi quae petebat adimpleret. Tunc ille prostratus ante sepulchrum, diutissime martyris est suffragium[e] inprecatus; deinde admotam oculis caecis manum, protinus ut signum crucis inposuit, visum iste recepit. Admiramini, quaeso, virtutem martyris[f], cum parum sit[g] exercere miracula, nunc etiam per manus discipulorum, adstipulante virtutis suae favore, publice operatur. Sed nec meritum discipuli[h] fuit exiguum, cui haec praestita esse cernuntur.

23. Erat enim[a] tunc temporis apud urbem Arvernam patruus meus Gallus episcopus[2], de quo non videtur omitti, qualiter in adolescentia sua fuerit a sancti virtute iuvatus. Et quia saepius commemoravi[3], quale excidium Arvernae regioni rex Theodoricus intulerit, cum neque maioribus neque minoribus natu aliquid de rebus[b] propriis est relictum[c] praeter[d] terram vacuam, quam secum[e] barbari ferre[f] non poterant. His ergo temporibus gloriosae memoriae patruus meus, qui postea[4], ut dixi, sacerdotale fasce Arvernae[g] rexit[h] eclesiam, pupillus erat; cuius facultates ita direptae sunt ab exercitu[i], ut nihil prorsus remaneret in promtu; ipse quoque cum uno tantum puerulo usque Brivatinsim vicum plerumque itinere pedestri discurrebat. Accedit autem quodam tempore, dum hoc iter tereret, ut, laxatis prae calore[k] solis calciamentis, nuda incedens planta, sudem calcaret spineum. Qui tunc fortassis incisus adhuc terrae haerens, erecto acumine inter herbas virides latitabat. Qui defixus plantae et superegressus effractusque deorsum extrahi nequebatur. Igitur defluente sanguinis rivo, cum gressum facere non valeret, beati martyris inplorat auxilium, paululumque dolore conpraesso, licet claudicando, iter quod coeperat expedivit. Tertia vero nocte, conputrescente vulnere, dolor maximus incitatur. Ille vero ad experta dudum praesidia confugiens, sepulchro glorioso prosternitur; expletisque vigiliis, regressus ad lectulum, dum virtutem martyris praestolatur, somno incumbente depraemitur. Deinde consurgens, nullam doloris sentit[l] iniuriam, aspectaque planta, pars sudis, quae ingressa fuerat, non videtur; evulsam tamen sentiebat a pede. Quod lignum diligenter inquirens, in stratu suo repperit, admirans, qualiter fuisset egressum. Solitus namque[m] erat in episcopatu suo locum vulneris ostendere, in quo magna adhuc fossa conspiciebatur, obtestans, in hoc beati martyris fuisse virtutem.

Aug. 28. 24. Post multum vero tempus advenerat festivitas beati martyris, et pater meus cum omni domo sua ad huius solemnitatis gaudia properabat. Nobis vero iter[a] agentibus,

Capp. 22—24. 1*a*. 2.

Cap. 22. a) illam 1*a*. b) *sic* 2. *p*; visione 1*a*. c) *m. al. add.* 2. d) Paulianum 2, *corr.* e) i. s. 2. f) cui *m. al. superscr.* 2; *habet p.* g) per se *add. p.* h) discipuli:, *ras.* s 2.

Cap. 23. a) *om.* 2. b) p. r. 2. c) relictus 2, *corr.* d) propterea? 2, *corr.* e) *m. al. superscr.* 2. f) *m. al. superscr.* 1*a*. g) Arverna 1*a*; Arvernam 2. h) erexit *corr.* rexit 1*a*. 2; revit *p.* i) ex *m. al. suppl.* 2. k) colore 1*a*, *corr.* l) *sic* 2. *p*; sensit 1*a*. m) numquam 1*a*, *corr. m. al.*

Cap. 24. a) interrogantibus *corr. m. al.* i. a. 1*a*.

1) *Erat archipresbyter vicanus (cf. Conc. Tur. II, c.* 19*), qui iam decanus rusticus dicitur.* 2) *De S. Gallo Gregorius, V. Patr. VI. egit.* 3) *V. supra c.* 13*; Gl. Mart. c.* 50. 4) *Etiam hoc ex loco intelligitur, Arvernos ante mortem S. Quintiani a Theuderico captos esse, eo tempore quo S. Gallus Quintiani successor adolescens erat. Is a.* 487. *natus, cum Quintianus episcopatum a.* 516. *in. adeptus est, adolescens (cf. Censor. c.* 14*) erat, neque post a.* 525. *Arvernicam cladem factam esse, certum est; cf. supra c.* 13 *n.*

Petrus[1], frater meus senior, ab ardore febrium occupatur et tam graviter agit, ut neque vigere neque cibum sumere possit. Totumque illud iter cum grandi agitur maerore, et in discrimine res vertitur, utrum convalescat aut pereat. Denique cum isto labore pervenitur ad locum; ingredimur basilicam, adoramus sacrosancti martyris sepulturam. Prosternitur et aegrotus in pavimento, deprecans medellam a martyre glorioso. Post completa[a] vero oratione ad metatum regressus, febris paululum conquievit. Veniente autem nocte, nobis ad vigilias properantibus, rogat se et ille deferri, incumbensque ante sepulchrum, tota nocte martyris suffragium deprecatur. Exactis deinde nocturnis excubiis, rogat, ut de pulvere, quod circa beatum erat tumulum[b], collecto vel potui darent vel collo suspenderent[c]. Quo facto, ita omnis ardor febrium conquievit, ut ipsa die et cibum caperet incolomis et, ubi delectatio vertisset animum, ambularet.

25.[a] Sequenti vero festivitate, dum iterum cum magno gaudio ad sanctam properaremus[b] basilicam, mihi caput a sole percussum graviter dolere coepit. Qui dolor adcrescens, febrem intrinsecus generabat, ita ut nec cibum me capere nec loqui permitteret. Cumque per duos dies ab hoc dolore consumerer, die tertia ad basilicam sancti Ferreoli, cui fons ille de quo superius meminimus[2] est contiguus, advenimus. Distat autem basilica haec[c] a Brivatinsi vico quasi stadiis decim[3]. Cumque in loco illo venissemus, libuit animo ad fontem usque procedere, confidens de virtute martyris, quod, si me exinde[d] levis unda[e] perfunderet, mox sanarem[f]. Adveniens vero orationem fundo, aquam haurio, os refrigero, caput infundo; statimque decedentibus limphis, fugato dolore[g], sanus abscedo et usque ad sepulchrum martyris gloriosi laetus ingredior, admirans et gratias agens martyri, quod prius me virtute sua dignatus fuerit visitare, quam ipsius mererer cernere sepulchrum[h].

26. Est enim ad hunc[a] fontem, quia ibidem martyr[b] percussus[c] est, virtus eximia. Quidam a febre correptus, dum in extremis ageret, desiderium habuit de aqua fontis haurire, ad quam etiam se deportari fideliter exoravit. Quem sui inter manus adprehensum et in loco depositum, protinus ut aquae[d] haustum accepit et faciem caputque perfudit, recipere meruit sanitatem, et aliorum manibus inlatus, propriis gressibus est regressus. Fuit autem incola huius vici, sed excidit nomen eius.

27. Quadam autem die orta tempestas cum magno venti impetu super vicum Brivatinsim rapide discendebat. Micabant enim de nubibus fulgora, ac tonitrua terribiliter[a] voces dabant. Quatitur terra fragore, et exuri a coruscatione pene omnia putabantur; sola erat expectatio in virtute martyris[b] gloriosi. Nec mora, dato cum fulgore gravi sono tonitrui, iaculum igneum per aditum, quo funes ille signi dependit[c], ingreditur, perculsisque[d] duabus columnis, frustas[e] excussit. Inde repercutiens, per fenestram, quae super sanctum habetur tumulum, est[f] egressum; nullum tamen per[g] beati custodiam

Capp. 24—27. 1*a*. 2.

Cap. 24. a) conpletam v. orationem 2. b) tumulo collectum 2, *corr.* c) super penderent 1*a*.

Cap. 25. a) *m. s. XV. suppl.* 2. b) properamus 2 *(corr.)*. *p.* c) *om. p.* d) *m. al. superscr.* 2. e) illa *p.* f) *corr.* sanare 1*a*; sanarer *p, extr.* r *e corr. m. al.* 2. g) dolore:: 2. h) sepulpul:chrum 2.

Cap. 26. a) *sic p;* ad ʰuno ronē quia 1*a*; ad HUNO::::: quia *corr. m. al.* AD HUNC FONTEM quia 2; ad unoronem quia 3*a*; ad hunoronem quia 5. b) martyr:, *ras.* i 1*a*. c) decollatus 2. d) *bis scr., sed corr.* 2; aqua *p*.

Cap. 27. a) v. t. 2. b) g. m. 2. c) dependitur ingressus (*corr.* ingressū) est 2. d) perculsique 1*a*, *corr.;* percussisque *p*. e) frusta 2. f) egr. est 2. g) probati *corr. m. al.* p. b. 1*a*.

1) *Petrus diaconus, Gregorii frater maior natu, a filio Silvestri a.* 574. *interfectus est; cf. Greg. H. Fr. V,* 5. 2) *V. supra c.* 3. 3) *Revera Saint-Ferréol les Minimes* 2 *km. a Brioude distat. Hoc loco ii refelluntur, qui Brivatem vicum eundem ac Vieille-Brioude esse censent. Iste enim vicus* 6 *km. a basilica S. Ferreoli remotus est; cf. Longnon p.* 495.

de populo laesum. O quam magnus[a] circa alumnos proprios beati martyris [affectus[b]]! Sustulit[c] columnas percuti, non[d] falangas; confringi passus est vitream, non catervam[e]; permisit super sepulchrum proprium praeterire corruscum, ne fieret multitudinis totius interitum. Igitur expulsum a basilica sancti martyris iaculum, acervus[f] feni conbussit, interfecit pecora[g], iumenta delevit. Quod si haec fortuitu quis putat, admiretur magis et stupeat incliti potentiam martyris, quod praeteriens ignis per medium populi neminem nocuit, sed ibi tantum explevit vota, ubi se cognovit habere licentiam.

28. Clericus[1] autem Aredii[a] Lemovicini abbatis ad festivitatem veniens, prae multitudine populi non modo ad sanctum tumulum accedere, verum etiam nec[b] in ipsam basilicam potuit introire. Cumque maestus metatu se reddidisset, recubans in lectulo obdormivit. Protinus adstetit ei vir in visu, dicens: 'Quid tu', inquid, 'sopore depraemeris? Vade celerius[c] ad templum martyris, et omnia invenies reserata'. At ille metu territus exsurgens, credulus dictioni properat velociter experire, si vera essent quae sibi fuerant indicata. Cumque venisset ad ostium, repperit, remotos undique populos, usque sanctum altare vel ipsum tumulum via facta nullum obsistere[d]. Et sic sine ulla inpraessione accedens, fusa oratione, cum gaudio est regressus. Quod ne quis dubitet, testor omnipotentem Deum, quia ab ipsius abbatis haec ore cognovi, apud cuius monachum gesta sunt.

29. Huius[2] festivitatis tempus ignara plebs maesta pendebat, nesciens diem, in quo martyr beatus deberet pro virtutis ac passionis gloria honorari. Et haec ignorantia usque ad beatum Germanum Autissiodorensim[a] antestitem est protracta. Factum est autem, ut antedictus pontifex Brivatem adveniret, sciscitatusque ab incolis, quo tempore huius sacra[b] celebrarentur, se nescire respondent. Tunc ille: 'Oremus', inquit, 'et fortassis nobis[c] haec Domini potentia revelabit'. Quod cum fecissent, mane
Aug. 28. orto, convocatis senioribus loci, ait, quinto Kalendarum mensis septimi caelebrandam esse festivitatem. Ex hoc nunc devotus adveniens populus, vota praesoli reddens, refert et animae et corporis medicinam.

30. Inergumini vero cum advenerint, plerumque evoment in sanctum Dei convitia, cur sanctus[a] alios ad suam convocat[b] festa, ipsosque nominatim[c] confitentes, eorum fatentur virtutes et merita. Aiunt enim: 'Sufficiat tibi, Iuliane, nos propria virtute torquere; ut quid reliquos provocas? quid invitas extraneos? Ecce Martinum Pannonicum inimicum iugiter nostrum, qui tres a nostris cavernis repulit mortuos[3]. Adest Privatus ex Gabalis[4], qui oves suas barbaris, nostra instigatione commotis, tradere noluit. Advenit Ferreolus[5] collega tuus ex Viennensibus[d], qui nobis in[e] te supplicium, incolis praesidium misit. Quid Sinphorianum[6] Aeduum, quid Saturninum[7] vocas Tholo-

Capp. 27—30. 1*a*. 2.

Cap. 27. a) magna, *sed extr.* a *e corr. m. al.* 2. b) *sic p; om.* 1*a*; virtus 2. c) c. sinit p. *p.* d) sinit *manu rec. insertum est* 2 e) caternam 1*a*. f) acervum 2. g) pectora, *ras.* t 1*a*.

Cap. 28. a) Aridii 2, *corr. m. al.* b) *in marg. add.* 2. c) celer 2. d) obsistentem 2; nullo obsistente *p.*

Cap. 29. a) Autissioderensim 2. b) solemnia *add. Const.* c) *om.* 2.

Cap. 30. a) scs 1*a*. 2. b) convocet 1*a* *(e corr.)*. 2. *p.* c) c. n. 2. d) Vienensibus 1*a*. e) s. in te 2.

1) *Erat monachus; cf. Gloria Mart. c.* 75. 2) *Hoc caput Gregorius fere ad verbum cum Vita S. Germani Autissiod. a Constantio composita convenit; lib. I, c.* 7, *Duru, 'Bibl. historique de l'Yonne' I, p.* 77. 3) tres mortuos vitae restituit *H. Fr. I*, 39; *cf. H. Fr. X*, 31. 4) *V. H. Fr. I*, 34: Privatus Gabalitanae urbis episcopus — — dum oves suas ut bonus pastor lupis tradere non consentit, daemoniis immolare conpellitur. 5) *Cf. supra c.* 1. 6) *V. Gl. Mart. c.* 51. 7) *V. Gl. Mart. c.* 47.

sanum? Adgregasti concilium, ut nobis ingeras infernale tormentum'. Haec et his similia dicentibus, ita sanctos Dei humanis mentibus repraesentant, ut nulli sit dubium, eos inibi commorari; multi tamen ab his infirmi curantur et sani recedunt.

31. Sed et illud est memoratu dignissimum, quae sit mansuetudo pecorum in hac basilica votivorum[1]; qualiter vituli petulantes, calcitrantes equi, grunnientes suillae, cum limen sanctum ingressi fuerint, conquiescunt. Nam vidimus saepe cuturnosos tauros, qui[a] a quindecim aut eo amplius viris alligati, funibus ducebantur, talem in hominibus impetum[b] dare, ut putaris, eos ipsos quoque disrumpere funes, sed, cum aedem sanctam ingressi sunt, ita quieverunt, ut arbitraris, illos[c] tamquam agnos mansuetos haberi. Vidimus et nunc[d] per medias turmas multos ingredi, inclinato capite populos amoventes rostro, non cornibus et, tamquam tribunal adire[e] iudicis, aliquod sensum habere timoris; non calcem mittere, non aliquem cornu petere, non oculis torvis aspicere, sed in omni mansuetudine usque ad sanctum properantes[f] altare osculantesque, rursus in ipsa qua ingressi fuerant patientia repedare. Sic et reliquorum iumentorum petulantia, cum illic accesserit, deposito cuncto furore, mitescit, ut ea in mansuetudine columbarum cum grandi admiratione conspicias. De his vero quae votiva sunt nullo paenitus quempiam subtrahere licet[2]; nullus, priusquam[g] ad basilicam veniat[h], aut commutare praesumit[i] aut emere. Nam qui fecerint saepius ultione divina graviter[k] quatiuntur. Nam aut febris inminet, aut malum aliquod obrepit, aut damnum grave succedit, aut hoc quod abstulit morbus aufert. Difficile tamen sine praesenti ultione res praeterit.

32. De illis dixisse virtutibus [sufficiat[a]], quae circa sanctam basilicam[b] aut gesta sunt aut geruntur; nunc pauca de locis illis, in quibus eius habentur reliquiae, disserentes, finem huius libelli facere placet, devotione commonente. Quidam[3] apud Belgicae secundae provintiam, id[c] est suburbano Remensis urbis, basilicam in honore beati martyris studiose construxit[4], cuius reliquias post perfectam fabricam expetiit fideliter ac devote. Quas acceptas, dum via cum[d] psallendo regreditur, Remensim est ingressus campaniam. Erat enim haud procul a via ager cuiusdam divitis[e] campanensis[f], ad quem scindendum multitudo magna convenerat. Igitur adpropinquante viatore cum his pignoribus, coepit quidam de aratoribus male torqueri et quasi in excessu mentis dicere: 'En', inquit, 'beatissimum[g] Iulianum adpropinquantem! Ecce virtutem eius! Ecce gloriam eius! Currite viri, relinquite boves, dimittite aratra, caterva omnis eat in obviam!' Stupentes illi et quid narraret ignoti, dum hebetati[h] admirantesque[i] tam voces quam dicta personae, protinus miser, relicto arvis vomere, elidens se in terram verberansque palmas,

Capp. 30–32. 1*a*. 2.

Cap. 31. a) i *m. al. in litura scr.* 2. b) impletum, *ras.* l 1*a*. c) eos *p*. d) etiam per *p*. e) adirent *p*. f) properare 2. g) prius 1*a*. h) veni:t 1*a*. i) ::::psummat? 2, *corr.* k) q. gr. 2.
Cap. 32, a) *sic p; om.* 1*a*; *post* geruntur *m. s. XII. add.* 2. b) *m al. superscr.* 2. c) in *pro* i. e. *Flod.* d) *sic scripsi;* viatum 1*a*; viaticum 2; viatim *p*. e) diviti:s, *ras.* i 1*a*. f) campaniensis 2. g) beatum 2. h) haebiti 1*a*. i) que *et* tam *om.* 1*a*; admirantur tam *p*.

1) *Pecora ab hominibus piis vota, quae 'sub ditione basilicae erant' (cf. Gl. Conf. c. 3) et, ubi necessitas institit, basilicae dabantur. V. Gl. Mart. c.* 96*:* Anus — exigua — — pauculos gallinarum pullos habebat, quos ex voto basilicari ditioni subdiderat, datura in domo ipsius, cum necessitas flagitasset. 2) *Cf. Gl. Conf. c.* 3*:* Nam videas inter hostes iniquos greges pecorum iumentorumque et ovium nec penitus a quoquam adtingi, cum vox sonuerit: 'Confessoris sunt haec Eusebi'. 3) *Quae sequuntur Flodoardus, H. Rem. I,* 23, *exscripsit.* 4) *Hanc S. Iuliani basilicam Remensem Flodoardus l. l. eandem habuit, quam Attolus vir praeclarus construxit et ubi post altare 'cum filio et filia' sepultus est. Eiusdem 'titulum templi pignaculo innotatum' idem auctor memoriae tradidit. Quae ecclesia iam non exstat; cf. Longnon p.* 392.

in parte qua vir ille beati[a] martyris veniebat cursu celeri capitur[b], clamans: 'Ut quid me, sancte, sic crucias? Ut quid me, gloriose martyr, incendis? Cur[c] regionem tibi non debitam adgrederis? Cur habitacula nostra perlustras?' Talia eo dicente, ad locum, ubi iam sacerdos tabernaculum erexerat, turbolentus advenit, prostratusque coram sanctis reliquiis, diutissime[d] humo incubuit. Tunc presbiter capsulam illam sanctam super eum ut posuit, ilico erumpente ex ore eius sanguine, ab incursione diabolicae erroris mundatus est[e]; deinceps virtutem[f] sancti praedicans, comes fuit huius itineris.

33. Quid de eius reliquiis in Oriente fidelium fratrum relatio signat, edicam. In quadam Orientis civitate, dum in eclesia quidam a daemonio torqueretur, in navi beati martyris praedixit esse reliquias. Cumque navis portum fuisset adepta, hic ad eam saltuatim[a] prosilit, ac provolutus solo coram navi, erumpente ab ore et naribus tabe, persona purgata est. Quae cum episcopo nuntiata fuissent, commovet populum cum accensis cereis ad portum usque procedere. Igitur nauclerius audiens flensque prae gaudio, in occursum episcopi properat, nihil se aliud adserens[b] de beati sustulisse basilicam, nisi parumper pulveris, qui circa sanctum iacebat tumulum; sed Deus omnipotens conprobans fidem viri, oculi virtutem martyris non permisit. Dehinc episcopus sublatas reliquias usque ad sanctam eclesiam cum magno honore deportat. Negotiator vero tanta cernens mirabilia, basilicam in honore martyris aedificavit, in qua beatas reliquias collocans, multa deinceps miracula vidit operari.

573. Aug. 20. 34. Haec ego dudum experta[a]. Contigit, ut post[b] ordinationem meam Arvernus
Aug. 28. accederem; profectusque, beati[c] basilicam adivi. Expletaque festivitate[1], disruptis[d] a palla quae sanctum tegit tumulum fimbriis, in his mihi ferre[e] praesidium credens, impleta oratione, discessi. Apud Turonicam vero urbem monachi in honore[f] ipsius martyris basilicam[2], qualem possibilitas eorum habuit, aedificaverunt, cupientes, eam eius virtutibus consecrari. Audientes autem[g], haec pignora a me fuisse delata, rogabant, ut dedicata aedes hisdem augeretur exubiis[h]. At ego, adpraehensam secretius capsam, ad basilicam beati Martini, incipiente nocte, propero. Referebat autem mihi vir fidelis, qui tunc eminus adstabat, cum nos basilicam sumus ingressi, vidisse se pharum inmensi luminis e caelo dilapsam super beatam basilicam discendisse, et deinceps quasi intro ingressa[i] fuisset.

35. Cum enim nobis haec in crastinum a fidelibus relata fuissent, conicimus, eam a virtute beati[a] martyris processisse. Depositis ergo super altare sacrosanctis reliquiis, vigilata nocte, cum grande psallentio ad antedictam deferebantur[b] basilicam; et ecce unus ex inerguminis, manibus in se conlisis, ore patulo, cruentus[c] proiciens sputos,

Capp. 32—35. 1*a*. 2.

Cap. 32. a) veniebat b. m. 2. b) *corr. m. s. XII.* carpitur 2. c) Cur — adgrederis *bis scr., sed eras.* 1*a*. d) diutissimo 2, *corr.* e) ac *add. p.* f) virtute 2, *corr. m. al.*

Cap. 33. a) salutatim 1*a*, *corr. m. al.* b) aliud abstulisse dicens de b. basilica 2.

Cap. 34. a) expertus sum *p.* b) post:: 2. c) beatam 1*a*, *corr. m. al.* d) que *m. al. add.* 1*a*. 2. e) *om. p.* f) in ips. h. 2. g) *om.* 1*a*. h) reliquiis *p.* i) gressa 1*a*, *corr. m. al.*

Cap. 35. a) *om.* 2. b) ferebantur 2, *corr.* c) *sic* 1*a*. 2.

1) *Gregorius postquam d.* 20. *Augusti a.* 573. *ordinatus est, festum S. Iuliani patroni sui d.* 28. *Augusti in ipsa Brivatensi basilica celebravit.* 2) *Monasterium S. Iuliani Turonensis olim de Scalariis dictum, a Nortmannis a.* 853. *dirutum, restauratum fuit a. circiter* 938. *a Tetolone archiepiscopo, qui ipsum S. Odoni abbati Cluniacensi reformandum commisit. Quo in opere desudans vir sanctus ibidem obiit, ac sepultus est prope ipsum Tetolonem. Vide eius elogium in Act. SS. Ord. S. Bened. Saec. V. num.* 23. 41. *et sqq. Monasterium S. Iuliani hodieque subsistit regulae Benedictinae addictum sub Cong. S. Mauri. R. Prope Ligerem situm est; cf. Longnon p.* 249.

aiebat: 'Ut quid te, Martine, Iuliano iunxisti[a]? Quid cum in his provocas locis? Sat[b] nobis erat praesentia tua supplicium; similem tui ad augenda[c] tormenta vocasti[d]. Cur haec agis? Quare nos cum Iuliano sic crucias?' Haec et alia misero declamante, expletis missarum solemnitatibus, dum se ante sanctum[e] altare diutissime[f] conlidit[g], profluente sanie ex ore eius, ab infestatione furoris[h] diabolici liberatus est.

36. Sed nec hoc silere puto, quod in nocte illa, priusquam sanctae reliquiae ibidem collocarentur, sit gestum. Monachus ipsius loci, dum de adventu solemnitatis gauderet et singulos[a] quosque ad cellariolum basilicae prumptissimus invitaret, hortans, ut omnes in basilicam fideliter[b] vigilarent, extracto a vase vino, coepit eos causa devotionis cum gaudio propinare, dicens: 'Magnum nobis patrocinium in beatum martyrem pietas divina largitur. Idcirco rogo caritatem vestram, ut unianimiter vigiletis mecum. Cras enim sanctae[c] eius reliquiae in hoc loco sunt collocandae'. Exacta quoque cum sacris hymnis modolisque caelestibus noctem, caelebrata[d] etiam missarum solemnia, ovans festivitate clericus[1], coepit eos iterum quos prius invitaverat rogare ad refectionem, dicens: 'Gratias vobis ago, quod sic ad vigilandum inmobiles perstitistis'. Sed nec martyr diu distulit bonam voluntatem virtutis suae gratia munerare. Nam ingressus prumptuarium clericus, repperit cupellam, quam pene mediam reliquerat, per superiorem aditum redundare, in tantum ut copia defluentis vini rivum per terram ad ostium usque duceret. Quod ille admirans, positum deorsum vas, saepius extulit[e] plenum; sed et de ipso, cum[f] satis abundeque fuisset expensum, nihil prorsus defuit, sed usque in crastinum, mirantibus cunctis, semper stetit plenum. Erat autem tertio Kal. mensis quinti[2]. O admirabilis virtus martyris! Cum produxit de vase sine flore vindemiam, cum sit solitum, ut collecta vina condantur in vascula, protulit doleum musta, in quo non uva, sed virtus sola defluxit. Turgescit vasculum a liquore, fructus non inlatus est, sed creatus. Agit hoc ille Dominus ad glorificandum martyrem, qui inplens uterum Virginis sine semine, et[g] permanere praestitit matrem in castitate. Sed tamen hic novo Maius[h] exuberat fructu, cum sine codicibus Falerna porregit ad[i] bibendum. In aliis vineis vix adhuc erumpunt gemmae, in hoc[k] vero vase vinum defluit a virtute. Aequatur Maius Octobri[3], cum nova porregit pocula; plus habet quam ille, cum in prumtu non ostenditur vinea et in domo gignuntur Falerna. Rudis etenim venit sine torculare vindemia, quae non in palmitibus, sed in[l] occultis mysteriis[m] est reperta. Acervus acenorum[n] non premitur ab arbore, et vini defluunt undae. Hauriuntur Falerna, cum in[o] torculari non cernuntur inpraessa; vitis, ecce, non aspicitur, et pocula large conplentur. Sed quid inquam? Non enim deest fidelibus virtus illa caelestis. Nam qui quondam nuptiis de[p] aquis praestetit vina, nunc suis eadem large porregit sine ullius climenti natura; et[q] geminis piscibus quinque[4] milia hominum satiavit, nunc bonae voluntati multiplicata restituit. In ipsius enim ortus tempore angelica vox testata est, dicens: *Gloria in* Luc. 2, 14. *excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis.* Sed iam ad sequentia virtutum opera[r] veniamus[s].

Capp. 35—36. 1*a*. 2.

Cap. 35. a) ::iunxisti 1*a*. b) *corr. m. al.* Satis 1*a*; dum *p*. c) *sic* 2. *p:* iungenda 1*a*. d) :vocasti, *ras.* pro 2. e) *m. al. superscr.* 2. f) multum 2. g) conlidito 1*a*. h) d. f. 2.

Cap. 36. a) singulis 2, *corr. m. al.* b) *m. al. superscr.* 2. c) e. r. s. 2; s. *om. p.* d) caelebratam 1*a*. 2. e) p. e. 2. f) c *m. al. in litura scr.* 1*a*. g) *eras.* 1*a*; *om.* 2. *p*. h) magis *p*. i) ad b. *om. p.* k) hoc:::, *ras.* qem? 1*a*. l) r. est in o. m. 2. m) *om. p.* n) ace:norum, *ras.* t 1*a*. o) n. c. in t. 2. p) de a. *m. al. superscr.* 2. q) qui *m. al. superscr.* 2; *add. p.* r) *m. al. superscr.* 2. s) revertamur *p*.

1) *i. e. monachus.* 2) *Gregorius, cum Maium mensem quintum appellasse videatur, hoc loco ab Ianuario annum inchoaverit necesse est; cf. Ideler, 'Handbuch der Chronologie' II, p.* 328. 3) *Cf. Fortun. Carm. VIII,* 10, 8. 4) *Erant pauci pisciculi et quattuor milia hominum; cf. Matth.* 15, 38; *Marc.* 8, 9.

37. Serviens huius monasterii diu contractus infeliciter trahebatur. Adveniens autem ad ipsam[a] sancti basilicam, vigilias celebrat. Quibus expletis, mane dum ad stratum suum regreditur, inter portantium manus resolutis sanatus[b] est nervis.

38. Puella quaedam lippis oculis et, nimio imbre lacrimarum profluente, pene caecata[a]. Cuius pater, audita virtute martyris gloriosi, cum ea ad basilicam sanctam properat, celebratisque vigiliis, mane pauperibus qui ad matriculam illam erant cibum potumque protulit. Aepulantibus vero illis, subito puella capitis dolore se [torqueri[b]] proclamat et, ut modico[c] sopori indulgeatur, inplorat. Qua quiescente, cum convivae aepulum adplicarent, illa surrexit et ad sanctum se altare ducere[d] poscit. Antequam solo prostrata fuisset et adtente Domini misericordia[e] deprecaretur, restrictis lacrimis, purgatis lippitudine oculis, laeta surrexit. Tunc, patre gaudente, domi redditur sana.

39. Alius quidam puerulus parvulus, cuius parentes haud procul ab ipsa basilica conmanebant, in secundo ortus sui anno membris totis contractus[a], sine spe alicuius boni nutriebatur. Qui ita contraxerat, ut genua ab eius ore penitus separari non possent. Cuius parentes, cum ad sanctam basilicam vigilassent, et[b] proiectum infantulum coram sacrosanctis reliquiis[c], post paululum repperiunt eum sedentem, membris omnibus esse directum. Dehinc, fusa oratione, gaudentes ad domum suam regressi sunt.

40. Est autem in Turonico vicus cui Gaudiaco[a. 1] nomen est, in quo beati martyris reliquiae contenentur, qui cum magnis virtutibus crebro inlustretur, in periuribus tamen plerumque agitata[b] ultione. Nam cum ibidem, quasi[c] inimico humani generis suadente, periuraverit, ita ultio divina prosequitur, ut protinus aut in successione damni aut in amissione proximi aut in consumptione morbi manifesta patiscat[d]; non tamen causam remanere inultam, martyr prorsus indulget, sed nec inibi tam ausu temerario periurat barbarorum cruda rusticitas. De quo negotio ista sufficiant, quia longum est singula quae de his acta sunt per ordinem memorare.

41.[a] Cum autem ad me Aridius presbiter ex Lemovicino venisset, vir valde religiosus, cui etiam in secundo virtutum[b] beati Martini libro[2] memini, dum sollicite vitam eius perscrutarer et actionem, inquirere coepi, quae ibidem beatissimus[c] in miraculis prodidisset[3]; in honore enim beati martyris basilicam aedificavit, quam et eius reliquiis inlustravit. Sicut ergo est verecundissimus, diu cunctatus, tandem haec et valde invitus[d] exposuit. 'Quando', inquit, 'primum beati Iuliani adivi basilicam, parumper cerae a sepulchro sustulit. Inde veniens ad fontem, in quo beati[e] sanguis effusus est, abluta aquis facie, parvam ab his pro benedictione conplevi ampullam. Testor omnipotentem Deum, quia, antequam ad domum accederem, colore, spissitudine atque odore in balsamo conmutata est. Veniens vero sacerdos ad dedicandam aedem, cum haec exposuissem[f], nihil aliud pro reliquiis in sanctum altare condere voluit nisi vasculum[g],

Capp. 37—41. 1*a*. 2.

Cap. 37. a) huius *del. et m. al. superscr.* ipsam 2. b) n. s. est 2.

Cap. 38. a) erat *add.* 2. b) *om.* 1*a*. 2; *habet p*. c) modicum *p*. d) duci deposcit *p*. e) misericordia 2.

Cap. 39. a) contractis si (*corr.* contractus) | sine 2. b) *om.* 2. c) dimisissent *add. p*.

Cap. 40. a) cui n. est G. (Gaudia *p*) in quo 2; eius *pro* est 1*a*. b) agitat: ultionē 2; agitat ultionem *p*. c) quis *p*. d) pat:iscat 1*a*.

Cap. 41. a) 40 1*a*, *corr. m. al.* b) virtutē 1*a*. c) Iulianus *add. p*. d) invidus 1*a*, *corr. m. al.* e) martyris *add.* 2; *om.* 1*a*. *p*. f) audissem *del. et m. al. superscr.* exposuissem 2. g) culum *in marg. suppl.* 2.

1) *Joué-lez-Tours (Indre-et-Loire, cant. Tours), sed ecclesia inde a. saec. XVI. S. Petro dicata est; cf. Longnon p.* 273. 2) *II, c.* 39. 3) *Cf. H. Fr. X,* 29: De his vero signis, quae per virtutem sancti Iuliani martyris Martinique confessoris beati in eius *(scil. Aridii)* manibus Dominus operatus est, pleraque in libris Miraculorum, sicut ipse effatus est, scripsimus.

cuius aqua[a] in balsamo commutata[b] fuerat, dicens: "Haec sunt certae reliquiae, quas martyr paradisiacis virtuibus inlustravit".

42. Multa quidem et alia sunt, de quibus, plurima praetermittens, aliqua pando. Infirmus quidam omnibus membris debilis, plaustro inpositus, ad eius monasterium est adductus. Qui cum ante ipsam basilicam in hoc vehiculo nocte[a] iaceret, videt eam subito magno splendore fulgente[b] vocesque in ea psallentium tamquam multorum hominum audiebat. Dum haec agerentur, et ille orationem funderet, quasi stupens[c] factus nec memor dolorum, eo adpropinquante, splendor quem viderat praeteriit ante oculos eius. At ille, fulgore demoto, in se reversus, sensit se pristinae saluti recuperatum.

43.[a] Caecus quoque adminiculo deducente ad sacrosanctum altare eius[b] accedens, dum de operturio sanctarum reliquiarum oculos adtigit, lumen recepit. Sed et inergumini ab hac palla cooperti, saepe mundati sunt; et potestas iudicum, quotienscumque in eo loco superflue egit, confusa discessit.

44. Pendebat autem super ipsum altare crux holocrysa, eleganti opere facta, et erat tam praeclara visu, ut eam putares ex auro esse[a] mundissimo. Advenientibus vero barbaris, a quodam esse aurea aestimata direpta est et sinu recondita. At is qui eam sustulerat tanto subito pondere praegravatur, ut eam penitus sustenere non possit, statimque conpunctus virtute martyris ac paenitentia motus, de itinere transmissam loco sancto restituit.

45.[a] Quae postquam gesta sunt, misit[1] clericum suum, dicens: 'Vade', inquit, 'ad beati Iuliani basilicam, et fundens[b] orationem, supplica, ut tibi aliquid cerae vel pulveris de sepulchro iacentis largire dignentur aeditui, ut delatum a me cum benedictione suscipiatur'. Ille vero veniens, quae sibi fuerant imperata flagitat ac suscipit. Et cum suscepta ferre vellet, tanto gravatur[c] pondere, ut vix cervicem possit erigere. Unde tremore magno concussus, pavimento prosternitur, et iterum cum lacrimis orationem fundens, surrexit incolomes et acceptam sensit abeundi habere libertatem. Igitur arrepto itinere, incandescente nimium sole, siti corripitur. Veniens autem ad villam viae proximam, unam casolam adit, aqua[d] deposcens; de qua egrediens iuvenis dare responsum, ut eos vidit, in terram corruit, factusque est sicut mortuus. Concurrentes autem parentes eius, calumniabant[e] hominibus, adserentes, parentem suum eorum magicis artibus[f] fuisse peremptum, et adpraehensum puerum, levaverunt[g] eum semivivum. At ille de manibus eorum elapsus, percussis palmis, coepit debachando clamare[h] vel dicere, quod martyris Iuliani virtute exuriretur. Clericus vero haec audiens, positam super caput eius capsulam cum pignoribus sanctis, fide[i] plenus orare coepit attentius; ipse quoque cum vomitu sanguinem daemoniumque proiciens, purgatus abscessit. Dehinc firmatus in fide portitor, iter[k] totum cum psalmis et gratiarum actionibus carpens, ad locum praeoptatum, martyre ducente, pervenit. Iam exinde tempore procedente quanti ibi inergumini, frigoritici vel diversis morbis obpraessi martyris virtute sanati sunt, nec nomina reteneri nec numerus potuit collegi.

46a. Inter reliquas[a] vero insignia suscipiendorum miraculorum ponimus et istud,

Capp. 41—46a. 1*a*. 2.

Cap. 41. a) quae *add.* 2. b) cōmutata: 1*a*.

Cap. 42. a) *om.* 2. b) fulgentem 2. c) *corr. m. al.* stupefactus 1*a*.

Cap. 43. a) XL:III, *ras.* V 1*a*. b) *m. al. add.* 2.

Cap. 44. a) esset, *ras.* t 1*a*.

Cap. 45. a) 44 *m. al. add.* 1*a*. b) fundes 2, *corr.* c) graviter? 1*a*, *corr. m. al.* d) aquā 1*a*, *corr.*; aqua *corr. m. al.* aquā 2. e) *corr. m. al.* calumniabantur 2. f) artis 1*a*, *corr.* g) elev. *p.* h) :clamare, *ras.* pro 2. i) f. — vomitu *in marg. suppl.* 2. k) iterū *corr.* i. t. 2.

Cap. 46a. a) *sic* 1*a*. 2.

1) *Scil. Aridius, quem etiam capp.* 41—43. *auctorem esse, ex hoc loco intelligitur.*

quod insipientes corrigat et roboret sapientes. Igitur Cautini episcopi tempore, quo, ingruentibus peccatis populi, Arverna regio ab excidio lues quam inguinariam vocant
571. devastabatur[a.1], ego Brivatinsim[b] vicum expetii, scilicet ut, qui meritis tutari nequibam, beati martyris[c] Iuliani salvarer[d] praesidio. In quo dum commorarer[e] vico, unus[f] puer ex nostris ab hoc morbo corripitur, reclinatoque ad lectulum capite, graviter agere[g] coepit. Erat autem febris assidua cum stomachi pituita, ita ut, si aliquid acciperet, confestim reiceret; nec erat ei cibus confortatio, sed magis exitus putabatur. Denique mei cum viderent eum in extrema vexari, hariolum quendam invocant. Ille vero venire non differens, accessit ad aegrotum et artem suam exercere conatur. Incantationes inmurmurat, sortes iactat, ligaturas[2] collo suspendit, promittit vivere quem ipse mancipaverat morti. Haec autem me nescio agebantur; quae cum mihi delata fuissent, amarissime[h] reddor et cum gravi[i] suspirio illud conmemoro[k], quod Dominus per Heliam
4.Reg.1,16. prophetam Oziac[3] regi pronuntiat, dicens: *Quia dereliquisti dominum Deum Israel et consoluisti deum Acharon, ideo de lectulo, in quo ascendisti, non consurges, sed morte morieris.* Nam iste post adventum harioli validius[l] febre succensus, spiritum exalavit; cuius post obitum interpositis paucis diebus, puer alius simili[m] laborare[n] coepit incommodo. Tum ego eis inquio: 'Accedite ad martyris tumulum et aliquid exinde ad aegrotum deportate, et videbitis magnalia Dei atque cognoscetis, quid sit inter iustum et iniustum et inter timentem Deum et non servientem illi'. Accedentes autem, parumper[o] pulveris circa sepulchrum iacentis sustulerunt. De quo ut hausit infirmus cum aqua, protinus adsecutus est medicinam, recuperatusque[p] viribus ac restincta febre, convaluit. Intellegite[q] ergo nunc, o omnes qui insipientes estis in populo, et post[r] ista discusseritis, scitote, quia nihil sunt quae ad seducendum humanum genus diabolus operatur. Ideo moneo, ut, si quis vixillo crucis signatus, si quis baptismi ablutione[s] mundatus, si quis, vetustate deposita, in novo nunc homine viget, talia postponat ac neglegat; quaerat autem patrocinia martyrum, per quos sanitatum miracula celebrantur, postolet adiutoria confessorum, qui merito amici sunt dominici nuncupati, et quae voluerit obtenebit[t].

46b. Eo tempore, cum post obitum Proserii martyrarii[a.4] Urbanus diaconus huius basilicae ordinatur aedituus, mira res ad sepulchrum sancti apparuit. Nam, vigilante diacono in lectulo suo, auditus est sonitus, quasi ostium basilicae panderetur[b]. Post multarum vero horarum spatium audivit eum[c] iterum claudi. Post haec surgens de stratu, praecedente lumine accedit ad tumulum sancti. Mirum dictu! Vidit pavimentum rosis

Capp. 46a. 46b. 1*a*. 2.

Cap. 46a. a) devastabat 2, *corr. m. s. XII.* b) Brivatensim 2. c) I. m. 2. d) salvare 1*a*. e) cōmemorer 1*a*, *corr. m. al.* f) u. ex p. ex *(prius* ex *delet.)* 2. g) *m. al. superscr.* egrotare 1*a*. h) amarissimus *p.* i) gavi 1*a*, *corr.* k) refero 2. l) validitius? 1*a*, *corr.* m) li *m. al. suppl.* 2. n) labore 1*a*. 2, *corr. m. s. XII.* o) pa:rumper, *ras.* u 2. p) rucuperatusque 1*a*; recuperatisque *p.* q) I. e. n. *in marg. suppl.* 2. r) quam *m. al. add.* 2; postquam *p.* s) ablutionē undatus 1*a*. t) optinebunt? *corr. m. al.* optinebit 2.

Cap. 46b. martir:arii, *ras.* i 2. b) paderetur 1*a*. c) ipsum *p.*

1) *Cf. H. Fr. IV,* 31: Erat enim et ipsa mors subita. Nam nascente in inguene aut in ascella vulnere in modum serpentis, ita interficiebatur homo ille a veneno, ut die altera aut tercia spiritum exalaret. 2) *Germ. 'angehenke'. Anseg. VI,* 72: Ut clerici vel laici phylacteria vel falsas scriptiones aut ligaturas, quae imprudentes pro febribus aut aliis pestibus adiuvare putant, nullo modo ab illis vel a quoquam christiano fiant, quia magicae artis insignia sunt; *v. Grimm, 'D. Mythol.' II,* 2, *p.* 1126. 3) *Potius Ochoziae.* 4) *Martyrarii vel aeditui basilicas rexisse videntur, quae martyrum sepulchris ornatae erant, unde martyrarius, ut Leubastes Turonensis (cf. H. Fr. IV, c.* 11*), nonnumquam idem est atque abbas. Sed abbati subditi erant, quos ipse ad reliquias custodiendas instituerat, ut Aridius Scipionem et Aventiolum; cf. Testamentum Aridii (Pardessus I, p.* 140*).*

rutilantibus esse respersum. Erant autem magnae valde cum flagrantia odoris inmensi. [In[a] ipsas quoque cancelli celaturas mirabatur rosas intus, nonus enim erat mensis]; et haec ita erant virides, acsi easdem[b] ipsius[c] putaris horae[d] momento ramis virentibus esse discerptas[e]. Tunc cum grandi reverentia collectas secretius posuit, multis exinde infirmis medicamenta distribuens. Nam inerguminus quidam ex Turonico veniens, ut exinde delibuto[f] potum sumpsit, eiecto daemone, purgatus abscessit.

47. Mulier[a] erat a nativitate caeca, quae se exhiberi a parentibus ad beati Martini tumulum deprecata est. Ubi cum venisset, prostrata per triduum ad cancellos, qui ante sepulchrum sancti antistitis habentur extrinsecus, responsum accepit per somnium, dicente sibi sancto viro: 'Si lumen recipere desideras, require basilicam sancti Iuliani, in qua dum praesidium martyris expetis, ille coniunctus[b] Martino visum tibi necessarium simul[c] orationum suarum suffragiis revocabunt'. Exsurgens autem mulier[d], ignorans, quod in Turonico huius martyris reliquiae tenerentur, ad Sanctonicam[e] urbem dirigit. Victurina[f] etenim matrisfamilias[g] ex nobili stirpe progenita in villae suae territurio basilicam construxerat reliquiasque martyris beati condiderat. Ad hanc ergo aedem mulier accedens, orat per triduum. Die autem tertia advenit natalis baptistae dominici; stante autem Iun. 24. populo et lectionum dogmata auscultante, subito murmur magnus oritur. Presbiter vero qui solemnia caelebrabat[h] conpraemere voces cupiens, interrogat, quid hoc esset. Cui unus ex adstantibus ait: 'Murmur mitiscere non potest, quia virtus Domini miraculum prodidit. Ecce enim mulier illa, quae caeca testabatur[i], erumpente ab oculis sanguine, visum recepit. Tunc omnes benedixerunt Deum, cognoscentes pariter quae fuerant gesta.

48. Nanninus igitur[a] presbiter domus Vibriacensis[1] martyris huius[b] gloriosi reliquias expetivit. Quas ex iussu beati Aviti pontificis[2] sumptas, cum psallentio usque ad[c] basilicam sancti Ferreoli[d] — procul[3] ab ipso vico sita est — pervenisset, unus ex inerguminis est mundatus. Procedens autem psallendo, cum ad medianam pervenisset, coram[e] hoste inprobo virtute sancti depulso, puella alia purgata discessit.

49. Accedens autem ad locum, ubi oratorium quod in honore sancti construxerat, posuit haec pignora in altare[a]. Accedens[b] autem ad eum unus cum amissis oculis, alius manu debilis, impleta oratione, hic lucem recepit post tenebras, manus ille usum post otia[c] diuturna. Mulier etiam nomine Aeterna cum filia ab hoste iniquo[d] vexata, ad hoc altare curata, cum prole[e] sospis abscessit. Frigoritici etiam in illo loco nonnulli salvati[f] sunt.

50. Sed quoniam non est absurdum, si beatus Iulianus cum Iohanne aut Martino dona sanitatum inpertiat, cum quibus victor saeculi in caelo trepudiat, referam adhuc, qualiter cum Nicetio[a] Lugdunense simili virtute floruerit. Igitur infra terminum terri-

Capp. 46b—50. 1*a*. 2.

Cap. 46b. a) In — mensis *om.* 1*a*. 2. *Supplevi ex p.* b) eardem 1*a*; eadem 2. *(corr. m. al.). p.* c) p. i. 2. d) hora et m. *p.* e) decerptas *p.* f) delibutum 2.

Cap. 47. a) M. quedam a n. c. e. *p.* b) sancto *add., sed eras.* 2. c) si::mul, *ras.* li 1*a*. d) et *add. p.* e) Scanctonicā 2. f) Victuriana 2. g) matrisfamulias 2. h) caelebrat 1*a*, *corr. m. al.* i) hic *add.* 2; ortam *add. p.*

Cap. 48. a) *om.* 2. *p.* b) g. r. h. 2, *corr.* c) *om.* 2. d) quae *m. al. add.* 2; *habet p.* e) *sic* 1*a*. 2. *p*; horam *Ruin.*

Cap. 49. a) sancto *add. p.* b) Accessit, *sed* essit *m. al. in litura* 2. c) otiā 1*a*, *corr.* d) v. i. 2. e) cum leproso ipsis? 1*a*, *corr.* f) sanati 2. *p.*

Cap. 50. a) Nicecio 1*a*; *extr.* o *m. al. in litura scr.* 2.

1) *Locus iam ignotus est; cf. Longnon p.* 517. 2) *Arvernensis inde ab a.* 571. 3) procul *a Gregorio pro parvo spatio accipi, Bordier coniecit.*

turii Turonici[1] Litomeris quidam in honore sancti martyris basilicam aedificavit, in qua nos ex more ad benedicendum evocati, sancti Iuliani martyris cum Niceti Lugdunensis reliquias collocavimus. Sed non multum post tempore caecus adveniens[a], fideliter orationem fudit, visum recipere meruit. Memini huic caeco in libro[2] vitae[b] sancti Niceti, quia[c] dignum est, ut communis virtus utriusque sancti scripta connectat. Ergo his miraculis lector intendens intellegat, non aliter nisi martyrum reliquorumque[d] amicorum Dei adiutoriis se posse salvari. Ego autem Domini misericordiam per beati martyris Iuliani patrocinia[e] deprecor, ut advocatus in causis alumni proprii coram Domino adsistens obteneat, ut absque inpedimento maculae ullius huius vitae cursum peragam atque illa quae confessus sum in baptismum[f] inreprehensibiliter teneam, fideliter exerceam[g], viriliter usque ad consummationem huius[h] vitae custodiam. Amen[i].

EXPLICIT LIBER DE GLORIA SANCTI IULIANI[k].

INCIPIUNT[a] CAPITULA[b] LIBRI PRIMI
DE VIRTUTIBUS SANCTI MARTINI EPISCOPI.

Cap. 50. 1*a*. 2. *Index.* 1*a*. 2. 3.

Cap. 50. a) dum *add. p.* b) *om.* 2. c) qui 1*a, corr.* d) sanctorum *add.* 2. e) patron *corr. inter scrib.* patrocin. 2. f) baptismo 2. g) ac *add. p.* h) ::huius 2. i) *om.* 1*a*. k) D̅O̅ GRATIAS *add.* 2*;* Explicit *etc. om. p;* peculiaris patroni nostri *add. Ruin.*

Index. a) INCIPIT 3, *ubi capita quoque singula inscripta sunt* (3*). b) CAPT̅I̅ 1*a*; libri pr. *om.* 1*a*. 2. c) vitam 2. d) Martini *add.* (3). *p.* e) *postea add.* 3*; om.* 3*. f) *om.* 3. 3*. g) t. e. o. *om.* 3*. h) eiusdem *add.* 3. 3*; sancti Martini *add. p.* i) Theotmundo 3*. k) Cainemunda & c. 3*. l) *om.* 3*. m) Baudeno 3. n) Chamaraco 3; C. d. *om.* 3*. o) *om.* 3. 3*; *corr. m. al.* de Galliciensibus populis c. 1*a*; *m. s. XII. in marg. corr.:* De rege Galliciae populoque conversis 2. p) *sic* 1*a;* Ult[h]rogota, *sed a m. s. XII. in litura scr.* 2*;* Ultrogotha (3. 3*). q) *om.* 2*;* pustula pervasus l. (laborat 3) 3. 3*; in extremis positis *p.* r) Ambiennis 2. s) gestans 3. t) Syrogalensi *corr.* Syroialensi 2; Sirogalensis 3; Sirogalensim 3*; Sirolialensi *p.* u) c. nomine Bella 3. 3*.

1) *In parochia Paternacensi; cf. V. Patr. VIII, 8:* Factum est autem, ut post dies plurimos ad benedicendam eclesiam in parochiam Paternacensae urbis Turonicae invitaremur. *Litomeris forte idem est, qui Gl. Conf. c.* 21. *laudatur; cf. Longnon p.* 285 *n.* 2) *V. Patr. VIII,* 8. *Extremum huius libri caput post a.* 590. *scriptum esse, patet.*

GEORGI[a] FLORENTI GREGORII TURONICI DE VIRTUTIBUS BEATI[b] MARTINI EPISCOPI[c].

DOMINIS SANCTIS ET IN CHRISTI AMORE DULCISSIMIS FRATRIBUS ET FILIIS ECLESIAE TURONICAE MIHI A DEO COMMISSAE GREGORIUS PECCATOR.

Miracula, quae dominus Deus noster per beatum Martinum antistitem suum in corpore positum operari dignatus est, cotidie ad conroborandam fidem credentium confirmare dignatur. Ille nunc exornans virtutibus eius tumulum, qui in eo operatus est, cum esset in mundum; et ille praebet[d] per eum beneficia christianis, qui misit tunc praesolem gentibus perituris. Nemo ergo de anteactis virtutibus dubitet, cum praesentium signorum cernit munera dispensari, cum videat[e] clodos eregi[f], caecos inluminari, daemones[g] effugari et alia quaeque morborum genera, ipsum medificante[h], curari. Ego vero fidem ingerens libri illius, qui de eius vita ab anterioribus est scriptus, praesentes virtutes, de quanto ad memoriam[i] recolo, memoriae in posterum, Domino iubente, mandabo. Quod non praesumerem, nisi bis et tertio[k] admonitus fuissem[l] per visum. Tamen omnipotentem Deum testem invoco, quia vidi quadam[m] vice per somnium media die[n] in basilica domni Martini debiles multos ac diversis morbis obpraessos sanari, et vidi

Index. Praef. 1*a*. 2. 3.

Index. a) Amonio 2. b) app. al. 3. 3*. c) Wilichario 1*a*. 2; Viliachario 3. 3*. d) Charigisilo (3); Charigisolo 3*. e) Carivaldo 2. 3. 3*. f) Charimberto 2; Cariberto 3. 3*. g) vi villam, *delet.* vi 2; urbem *p.* h) invasit 3. 3*. i) Eostochio 1*a*. 2; Heustachio 3*. k) Pictavense 2. 3. 3*. l) sanavit *pro* ab i. r. i. 3. 3*. m) *om.* 3. 3*. n) tempestate 3. o) abstulit 2. p) distinteria 3; dissenteria 3*. q) *bis scr., sed corr.* 1*a*. r) Secaro 3*. s) *capita libri secundi sequuntur* 3; *item indices* 4 *librorum coniuncti textum praecedunt p.*

Praef. a) Incipit liber de virtutibus sci Martini 3, *ubi praefatio exstat quidem, sed Baist illam praeteriit.* b) SANCTI 2. c) *om.* 2. d) pbet 2, *corr. m. al.* e) *sic* 2; vid:t 1*a*. f) eregit *corr. m. al.* erigi 1*a*. g) daemonas 1*a*. h) edificante 3. i) memoriae 2. k) o *m. al. superscr.* 1*a*. l) p. v. f. 2. m) quandam 2, *corr.* n) nocte *corr.* die 1*a*.

haec, spectante[a] matri meae, quae ait mihi: 'Quare segnes es ad haec scribenda quae prospicis?' Et aio: 'Non tibi latet, quod sim inops litteris et tam admirandas virtutes stultus et idiota non audeam promulgare? Utinam Severus aut Paulinus viverent, aut certe Fortunatus[1] adesset, qui ista discriberent! Nam ego ad haec iners notam incurro, si haec adnotare temptavero'. Et ait mihi: 'Et nescis, quia nobiscum propter intellegentiam populorum magis, sicut tu loqui potens es, habetur praeclarum? Itaque ne dubites et haec agere non desistas, quia crimen tibi erit, si ea[b] tacueris'. Ego autem haec agere cupiens, duplicis taedii adfligor cruciatu, maeroris[c] pariter et terroris. Maeroris, cur tantae virtutes, quae sub antecessoribus nostris factae sunt, non sunt scriptae; terroris, ut adgrediar opus egregium rusticanus. Sed spe divinae pietatis inlectus, adgrediar quod monetur. Potest enim, ut credo, per meae linguae[d] ista proferre, qui ex arida cute[e] in heremo producens aquas[2], populi sitientis extinxit ardorem; aut certe constabit, eum rursum os asinae[3] reserare, si labia mea aperiens per me indoctum ista dignetur expandere. Sed quid timeo rusticitatem meam, cum dominus Redemptor et deus noster ad distruendam mundanae sapientiae vanitatem non oratores sed piscatores[4], nec philosophos sed rusticos praeelegit? Confidimus ergo orantibus vobis, quia, etsi non potest paginam sermo incultus ornare, faciet eam gloriosus antistis praeclaris virtutibus elucere.

1.[a] Multi enim[b] sunt, qui virtutes sancti Martini vel stante versu vel stilo prosaico conscripserunt. Quibus primus ille Severus Sulpicius[c, 5], cui tantus fervor[d] amoris fuit in sanctum Dei, ut, eo adhuc degente in saeculo[6], unum librum de mirabilibus vitae eius scriberet, exinde post transitum beati viri duos scripsit, quos dialogos voluit vocitari. In quibus nonnulla de virtutibus heremitarum anachoritarumve[e], referente Postumiano[f], inseruit. Sed in nullo inferiorem nostrum potuit repperire Martinum, quem apostolis sanctisque[g] prioribus exaequavit, ita ut etiam diceret[7]: *Felicem quidem Graeciam, quae meruit audire apostolum praedicantem; sed nec*[h] *Gallias a Christo derelictas, quibus donavit*[i] *habere Martinum.*

2. Paulinus quoque[a] beatus Nolanae[8] urbis episcopus post scriptos versus[b] de

Praef. Capp. 1. 2. 1*a*. 2. 3.

Praef. a) spectanti 2, *corr. m. s. XII.* b) *m. al. superscr.* 2. c) Maemoris? 1*a*, *corr.* d) officium *m. al. suppl.* 1*a*. e) cote *corr. m. al.* caute 2.

Cap. 1. a) *singulis capitibus tituli inditi sunt, sed numeri des.* 3. b) *om.* (2. 3). c) Sulpitius 3. d) vor *m. al. in marg. suppl.* 2. e) anachoritarumque 3. f) Postumano 3. g) que *om.* 3. h) sed nequaquam *Sev.* i) donaverit *Sev.*

Cap. 2. a) vero 1*a*. b) versu 1*a. p.*

1) *Postea Fortunatum Gregorius admonuit, ut quae ipse descripserat miracula S. Martini arte poetica excoleret; cf. Ep. Vitae S. Martini praefixam (Fortunatus ed. Leo p.* 293*):* cum iusseritis, ut opus illud Christo praestante intercessionibus domni Martini, quod de suis virtutibus explicuistis, versibus debeat digeri, id agite, ut mihi ipsum relatum iubeatis transmitti. 2) *Cf. Exod.* 17, 6. 3) *Cf. Num.* 22, 28. 4) *Ex epistola Severi Desiderio data, quae Vitae S. Martini praefixa est (ed. Halm p.* 109*):* Meminerint etiam, salutem saeculo non ab oratoribus, cum utique, si utile fuisset, id quoque Dominus praestare potuisset, sed a piscatoribus praedicatam esse. *Cf. Prolog. V. S. Eugendi (Mabillon AA. SS. I, p.* 570*):* vobis proprie opuscula ista dicavimus, quos novimus non oratorum, sed piscatorum esse discipulos. 5) *Sulpicii nomen etiam in codicibus quibusdam post Severum ponitur. Cf. Gennad., De viris inl. c.* 19*:* Severus presbyter cognomento Sulpicius. 6) *Quod constat; cf. Severi Ep. II, ed. Halm p.* 142. 143. 7) *Severi Dial. III,* 17 *(ed. Halm p.* 216*).* 8) *Et hic et Gl. Conf. c.* 108. *libros sex de Vita S. Martini versu conscriptos (Migne, Patr. lat. LXI, p.* 1009*) Paulino Nolano Gregorius falso tribuit, quos a Paulino Petricordiensi compositos esse constat.*

virtutibus eius, quae Severus[a] conplexus est, quinque libros[b] illa conprehendit miracula, quae post eius gesta sunt transitum, id est in sexto operis[c] sui libro. Ait enim[1]: 'Cum inergumini per cancellos basilicae aereo veherentur volatu et saepe in puteum[d] Paul. VI. 54. inpulsu daemonis iactarentur abstracti, exinde[e] inlaesi, populis[f] spectantibus, sunt re sumpti'. — Idque[g] et nostris temporibus vidimus gestum[h]. —

'Alius quoque daemon adquisitum vasculum[2] praecipitem duxit ad amnem, quasi ib. v. 83. praedam quam coeperat dimersurus[i]. Sed non defuit perituro[k] beati confessoris auxilium. Nam ingressus in flumene[l] et ulteriorem ripam petens, nihil nocitus, siccis est etiam vestimentis egressus. Cumque ad cellulam Maioris monasterii[3] pervenisset, mundatus apparuit'. Hunc etiam testatur[m, 4] multas voces emittere solitum ac linguam gentium incognitarum saepissime loqui venturaque fateri et crimina confiteri. Sed, ut diximus, ut limen sanctum[n] attigit, sanus abscessit.

'Egidius[o] quoque cum obsederetur ab hostibus et, exclusa[p] solatia[5], turbatus in- ib. v. 114. pugnaretur, per invocationem beati viri, fugatis hostibus, liberatus est. Idque daemoniacus in[6] medio basilicae ipsa hora qua[q] gestum fuerat est professus sancti Martini obtentu fuisse concessum.

Puella[r] quaedam paralisi humore gravata et, quod peius est, errore cultus fanatici ib. v. 164. involuta, beati sepulchrum expetiit, vigiliasque[s] caelebratas, sanitati est reddita. Rursumque ad idolatriae vomitum revocata, languorem, quem[t] obtentu pontificis caruerat, ib. v. 198. iteratis incurrit.

Chunus[u] quidam rapidus[v] instinctu daemonis actus, coronam sepulchri, quae ib. v. 221. sancti meritum declarabat, violenter eripuit[w]. Mox lumine privatus, praedam[x], cogente[y] dolore, restituit[z] lumenque recepit.

Quidam[a, 7] vero a temptatore commotus, prolato gladio, cum quendam ferire ib. v. 249. conaretur[8] in atrium[b] confessoris, protinus iram in se retortam, veloci Dei iudicio prosequente, ipso se mucrone confodit.

Denique[c] cum populus ad beati templi ornatum columnas deferre cupiret gau- ib. v. 264. dens, quidam vir operis huius invidus et contrarius fuit, in alveum exclusum[9] multa

Cap. 2. 1*a*. 2. 3.

Cap. 2. a) prosa *m. al. add.* 1*a*. b) libris 3. *p*. c) s. o. 2. d) qui in ipsa habetur basilica *add.* 9. 15 *et m. al. superscr.* 1*a*; qui templo clausus in ipso *Paul.* e) inde 3. f) populi 3. g) in eodem puteo *add.* 9. 15 *et m. al. superscr.* 1*a*. h) *m. al. superscr.* seqt̄r de libro Paulini 1*a*. i) dimissurus *p*. k) peritudo 3. l) flumen (3). m) ta *postea add.* 3. n) sancti (3). *p*. o) Item unde supra *lemma add.* 3. p) excluso, *m. al. superscr.* alicuius defensionis 1*a*; excluso a se solatio *p*. q) que 3. r) De puella umore gravata *lemma add.* 3. s) vigiliaque celebrata 3. t) quam obtinuit 3. u) De Gano *lemma add.* 3, *ubi* Ganus *vel* Canus. v) *om.* 3. w) erripuit? *corr.* arripuit 1*a*. x) praeda 3. *p*. y) d. c. 2; dolo 3. z) restituta lumen quod perdiderat rec. *p*. a) Item unde supra *lemma add.* 3. b) atrio (1*a*). *p*. c) *lemmati linea reservata est* 3.

Error autem quodammodo excusari potest, cum Nolanus quoque de S. Martino nonnulla scripserit, qui Severi libros 'non per Italiam tantum, sed per totum etiam Illyricum' diffudisse dicitur; cf. Severi Dial. III, 17. 1) *Paulin. Petricord., De V. S. Mart. liber VI, quem Gregorius totum exscerpsit, sed complura male reddidit.* 2) Misero cum corpore *Paulin. l. l.* 3) Et gaudens hominem purgandum cella recepit *Paulin. Quae cella Maius-monasterium est (iam Marmoutier, Indre-et-Loire, arr. Tours; cf. Longnon p. 277), quo energumenus Ligerem transgressus ex urbe Turonensi venit.* 4) *Paulin. l. l. v.* 98. 5) Auxilia excludens *Paulin. l. l. v.* 116. 6) in m. b. *Greg. addidit.* 7) *Chunus scilicet.* 8) Percolit obsessum funesto a daemone corpus *Paulin.*; in atrio conf. *Greg. addidit.* 9) *Sensus latet. Paulinus quidem haec scripsit (v. 271):*

Insuper uxori minitans, quod fletibus eius
Expletum pensaret opus, cum forte propinquo
Rure habitans quaesita operi instrumenta dedisset.

minabatur, pro eo quod solatium aliquod ad plaustra petentibus[a] non praeberent. Cumque superbus equum feriret et in parvulo[b] fluviolo praecipitatum, in sinu aquarum gurgitis ictibus suis[1] suffocatus[c] interiit[d]. Tunc iuvene[e,2] praecedente, columnae[f] usque beatum templum delatae sunt.

Quoties etiam ad[g] beatum sepulchrum oleum fuisset positum, referunt eum vidisse adauctum.

Paul. VI,297. Sanctus[h] vero Perpetuus episcopus, merito beati discipulus praedicandus, ampullam cum oleo ad sanctum tumulum detulit, ut eum[3] virtus iusti infusa sanctificaret. Et erasum a marmore, quo sancta membra teguntur, pulverem[i] liquore permixtum[k] in tantum oleum redundavit, ut vestimenta sacerdotis[4] nectareo efflagrans odore oleagina unda perfunderet. Multique ex hoc infirmi experiere[l] salutem. Sed et procellae ab agris hoc liquore purificatis[m] saepe prohibitae sunt.

ib. v. 324. Cum autem ad templum sanctum quidam devotus fide plenus accessisset, et gratiam sancti sitiens, cogitaret, quid de beata aede[n] raperet ad salutem, prope sepulchrum accedens, aedituum[5] supplicat, ut sibi parumper benedictae cerae largiretur e tumulo. Quam accipiens, laetus abscessit et agro, cui frugem seruerat, confisus inposuit. Adveniens autem tempestas saevissima, quae[6] vicinia[o] in annis praecedentibus saepe vastaverat, ab haec[p] est[q] benedictione prohibita, nec ibidem ultra, ut[r] consueverat, nocuit.

ib. v. 350. Magnifica[s] vero atque desiderabili paschali festivitate adveniente, populus ad beati cellulam, in qua commoratus saepe cum angelis frequentaverat, devotus advenit. Et singula loca adlambens[t] osculis[u,7] vel inrigans lacrimis, in qua vir beatus ante[v] sederat aut oraverat[w], sive ubi cibum sumpserat vel corpori quietem post multos labores indulserat, classe navium praeparata, amnem transire parat, ut beatum sepulchrum adeat et se, cum fletu[x] veniam deprecans, coram confessore prosternat. Navigantibus autem illis, temptatoris inpulsu commoto vento, navis in profundo dimergitur, et sexus uterque ab amne[y] diripitur. Cumque inter procellas fluctuum rotarentur, et spes omnis evadendi perisset, una omnium vox in clamore profertur, dicens: "Miserator[8] Martine, eripe a praesenti interitu famulos famulasque tuas!" His dictis, ecce flatus aurae placidus artus submersorum subvehens ab undis inlaesos[z], omnesque litori, quod desiderabant, unda famulante, restituit; nec ullus deperiit, sed cuncti salvati paschalia festa cum summa exultatione perfuncti sunt. ib. v. 348. Non enim defuit illa virtus, quae Iordanen scindens populum sub aquarum molibus margine arente traduxit[a], cum[9], de fundere[b] fluvi duodecim[10]

Cap. 2. 1*a*. 2. 3.

Cap. 2. a) repetentibus 3. b) parvo 3. *p*; fluvio 3. c) suffossatus 2. d) interimit 3. e) *delet. et superscr. m. s. XII.* populo 1*a*. f) columbe. usque 3. g) cum 1*a*. h) De sc̄o Perpetuo *lemma add.* 3. i) ac *add.* (3); *m. s. XII. superscr.* 1*a*. k) premixtum 3. l) experire 3; potiti sunt salute *p*. m) purificati 3; sanctificatis *p*. n) edera aparet (*corr.* apareret), *postea add.* ad s. 3. o) *sic* 1*a*; vicin^{i}a 2; vicina 3; omnia *p*. p) *sic* 1*a*. 3; hac 2. *p*. q) ēē 3. r) uti (3); ui *p*. s) De ordinatione et transitu sancti Martini *lemma add.* 3. t) aut lumbens 2. u) oculis 3. *p*. v) aut 1*a*; autem *p*. w) vel corpori quietem *hic add., sed del.* 2. x) fletum 3. y) ab ne 3. z) laesos 3. a) transduxit 3. b) fundo 2 (*sed* o *m. al. in litura*). 3. *p*.

Bordier alveum pro flumine accepit, sed Gregorium h. l. potius supplevit quam vertit. 1) *Quod vix aqua in rivulo exsistente ipse arenam premens fuisset suffocatus, ut habet Paulinus. R.* 2) *Id est homine, de quo supra actum est, morte praerepto. Hoc loco Gregorius plane non intellexit Paulinum, qui haec habet:*

Praecedis nostras iam non prohibendo columnas
Nec rapis ornatum templo, rapiende sepulcro.

3) *i. e.* id; *cf. Paulin. v.* 298: (olivum), quod spiritus ille rigaret. 4) s. n. e. o. *Greg. addidit.* 5) a. s. *Greg. addidit.* 6) quae — vastaverat *Greg. adiecit.* 7) *De osculis Paulinus nihil scripsit.* 8) *Orationem Greg. excogitavit.* 9) cum — ne periret eripuit *Greg. addidit.* 10) *Cf. Iosue IV*, 20.

lapidibus ablatis, signa apostolica gestientes, Iosue litori[a], cui advenerat, consecravit; vel illa quae[b] Petrum pereuntem[1], piam amplectens[c] dexteram, ne periret, eripuit; vel quae navitam[d] submersurum, Martini[e] Dominum invocantem[f], de profundo pelagi ad litus, quod optabat, elicuit. Paul. VI 385.

Quidam pro[g] benedictione de sancta aede adsumere flagitans aliquid[h], ceram[2] de sepulchro sancto accepit et infra penetralia domus tamquam thesaurum caeleste reposuit. Ib. v. 401 Factum est autem, ut invidia temptatoris inmissum incendium domus voraci[i] flamma circumoritur[k] et sparsus per aridis tabulis cuncta vastaret. Interea[l] clamor ad caelum tollitur et beati Martini auxilium inploratur. Meminetur etiam cerae[m] particulam a sancti templo delatam. Quae repertam[n] et igni[o] iniectam[p], protinus cunctum restinxit[q] incendium, novoque miraculo cera, quae ignem alere erat[r] solita, violentiam ignis vi[s] sanctitatis obpressit'. Haec Paulinus in sexto operis[t] sui libro versu conscripsit, acceptum a sancto Perpetuo[u] episcopo de his indiculum[3]. Verum cum ad eum huius indiculi carta venisset, nepus eius gravi tenebatur incommodo. At ille confisus in virtute sancti: 'Si tibi', inquid, 'placet, beate Martine, ut aliqua in tua laude conscribam, appareat super hunc infirmum'. Positaque carta pectori eius, extemplo recedente febre, sanatus est qui erat aegrotus. Sed et Fortunatus presbiter omne opus vitae[4] eius in quattuor libris versu conscripsit.

3. His nos[a] inlecti, etsi inperiti[b], temptamus[c] tamen aliqua de virtutibus sancti ac beatissimi Martini, quae post obitum[d] eius actae sunt, quantum[e] invenire possumus, memoriae replicare, quia hoc erit scribendi studium, quod in illo Severi aut Paulini opere non invenitur insertum. Lucidus[f] et toto orbe renitens[g] gloriosus domnus Martinus, decedente iam mundo, sol novus exoriens[5], sicut anterior narrat historia[6], apud Sabariam[h] Pannoniae ortus, ad salvationem Galliarum opitulante Deo diregitur. Quas virtutibus et signis inlustrans, in urbem[i] Turonicam episcopatus honorem invitus, populo[k] cogente, suscepit[7]; in quo gloriosam et pene inimitabilem[l] agens vitam per quinquennia quinque bis insuper geminis mensibus cum decim diebus, octogesimo primo[m] aetatis suae anno, Caesareo et[m] Attico[n] consulibus[8], nocte media quievit in pace. Gloriosum

Capp. 2. 3. 1*a*. 2. 3.

Cap. 2. a) literis 3. b) *m. al. superscr.* 2. c) amplectentem 3. d) n. mox submergendum *m. s. XII. corr.* 1*a*; submersuram 3. e) Martino 3, *corr.* f) invocante 3. g) per benedictionem 3. h) fl. inquam cere *p.* i) voraci: 1*a*; voracis 2. k) *i. e.* circumuritur. l) ad caelum *add.* 3. m) p. c. 2. n) reperta 1*a*. (3). ō) ignī, *ras. lineola* 1*a*. p) iniecta (3). q) restrinxit 3. *p.* r) *om., sed* ∸ *post* solita *superscr.* 3. s) vī 3. t) s. o. 2. u) e. P. i., *om.* de his 3; Perpetuo *pro* e., *sed eras.* 1*a*.

Cap. 3. a) exemplis *m. s. XII. add.* 1*a*. b) ĩperiti *corr. prima m.* imperiti 2. c) tentabimus (3). d) e. o. 2. *p.* e) scilicet *m. s. XII. add.* 1*a*. f) Lucid:us, *ras.* i 2; *post* L. *m. s. XII. superscr.* itaque 1*a*. g) renidens 1*a*. h) Sabbariam 1*a*. i) urbe (3). k) c. p. 2. l) imitabilem 1*a*. 2; inmitabilem 3. m) *superscr.* 2. n) Actico 2.

1) *Cf. Matth.* 14, 30. 2) *V. Paul. v.* 406: Detulerat secum sanctam ad penetralia ceram. 3) *Cf. Versus Paulini de visitatione nepotuli sui (Migne, Patrol. LXI, p.* 1073*), in quibus etiam miraculum quod sequitur relatum est. At orationem Paulini Gregorius ipse composuit.* 4) *Auct. Antiqu. IV, p.* 291—370. *Epistola a Fortunato praefixa ad Gregorium ipsum data est.* 5) *V. H. Fr. I,* 39: Tunc iam et lumen nostrum exoritur, novisque lampadum radiis Gallia perlustratur *etc.* 6) *Severus, V. S. Martini* §. 2: Igitur Martinus Sabaria Pannoniarum oppido oriundus fuit. 7) *Cf. Severus, V. S. Martini* §. 9. 8) *Gregorius S. Martinum Caesario Attico coss. (a.* 397*) mortuum esse ratus est, sed manifeste erravit, cum Severo aequali teste (cf. Dial. III,* 13*) idem sanctus* 16 *annos post necem Priscilliani vixisse constet, quem a.* 385. *interfectum esse, Prosper tradidit. Itaque Martinus die* 11. *Novembris a.* 401. *diem supremum obiit. Neque melius anni constant, quos Martinum episcopum fecisse, Gregorius putavit. Cum*

ergo et toto[a] mundo laudabilem eius transitum die dominica fuisse, manifestissimum est[1], idque in sequenti[b] certis testimoniis conprobamus. Quod non parvi meriti fuisse censetur, ut illa die eum Dominus in paradiso susciperet, qua[c] idem Redemptor et dominus victor ab inferis surrexisset[d]; et, ut qui dominica solemnia semper celebraverat inpollutae, post mundi pressuras dominica die locaretur in requie.

4.[a] Beatus[2] autem Severinus Colonensis[b] civitatis[c] episcopus, vir honestae vitae et per cuncta laudabilis, dum die dominico loca sancta ex consuetudine[d] cum suis clericis circuiret, illa hora[e] qua vir beatus obiit audivit chorum[f] canentium in sublimi[g]. Vocatoque archidiacono, interrogat[h], si aures eius percuterent voces, quas ille adtentus audiret. Respondit: 'Nequaquam'. Tunc ille: 'Diligenter', inquid, 'ausculta[i]'. Archidiaconus autem coepit sursum collum extendere, aures erigere et super summis articulis, baculo sustentante, stare. Sed credo, eum non fuisse aequalis meriti, a quo haec non merebantur[k] audiri. Tunc prostrati terrae ipse pariter et beatus episcopus, Dominum deprecantur, ut hoc ei divina pietas audire permitteret. Erectis autem, rursum[l] interrogat senes: 'Quid audis?' Qui ait: 'Voces psallentium tamquam in caelo audio, sed quid sit prorsus ignoro'. Cui ille: 'Ego tibi quid sit narrabo. Domnus meus Martinus episcopus migravit ex hoc mundo, et nunc angeli canendo eum deferunt in excelsum[m]. Et ut parumper mora[n] esset, ut haec audirentur, diabolus eum cum iniquis angelis retenere temptavit, nihilque suum in eundem repperiens, confusus abscessit. Quid ergo de nobis peccatoribus erit, si tantum sacerdotem voluit pars iniqua nocere[o]?' Haec sacerdote loquente, notatum tempus, archidiaconus[p] Turonus[q] misit velociter qui haec diligenter inquireret. Qui veniens, eum diem horamque manifestissime cognovit transisse[r] beatum virum[s], quo sanctus Severinus audivit psallentium[t] chorum. Sed[u] si ad Severi[v. 3] recurramus historiam, ipsa hora eum sibi scripsit cum libro[w] vitae suae fuisse revelatum.

Capp. 3. 4. 1*a*. 2. 3.

Cap. 3. a) toti (3). b) sequens 3; sequentibus *p.* c) quia 1*a*. 3. d) resurrexisset 2.

Cap. 4. a) *capita* 4—6. *codicibus* 27 *post scripta Severi aliaque quae ad S. Martinum spectant inserta sunt, et libris* 15*b. c. d. e eadem capita desunt, quia alia loco iam descripta erant. Initia tantum praebent codd.* 9. 10. b) Colosiensis 3; Coloniensis *p.* c) *om.* 2. d) post matutinos *add.* 27; post matutinos hymnos *add. p.* e) *om.* 1*a*. 3. f) choros 3. g) sublime 2. h) intergat 3. i) osculta 3. k) merebatur 3. l) sursum 3. m) excelso 3, *corr.* n) morae (3). *p.* o) noceri 3. p) archidiac̄m 1*a*; et *add.* (3). q) Turonis 2. 3. r) transitum 3; transire *p.* s) beatum be *corr. inter scrib.* Martinum quo 2. t) pallemptium 2. u) et *add.* (3). *p.* v) Severini 5. w) librum 2, *corr. m. al.*

enim die 4. *Iulii ordinatus sit, a.* 370. *consecrationem factam esse necesse est, quo dies ille dominicus erat. Itaque Martinus a.* 31, *menses* 4, *dies* 7 *sedit, neque a.* 25, *m.* 4, *d.* 10. *Ceterum hic locus in H. Fr. I,* 48. *repetitur, ubi Martinus a.* 2. *Arcadi et Honori (=* 397 *p. Chr. e Prosp.), Attico Caesario coss., a.* 26. *episcopatus decessisse dicitur. In H. Fr. X,* 31. *a.* 26, *m.* 4, *d.* 17 *sedisse perhibetur, postquam a.* 8. *Valentis et Valentiniani (=* 372 *e Prosp.) ordinatus est. Haec omnia aeque falsa sunt. Quod ad aetatem Martini spectat, ex eodem Severo apparet, illum a.* 336. *natum esse. Quare annos* 65 *neque* 81 *vixit. S. Martini chronologiam non e Gregorio ducentis annis post scribente, sed e Severo aequali constituendam esse, ut per se patet, ita homines docti, etiam ii qui nostro aevo hac de re egerunt, constanter titubaverunt. Qua de causa Reinkens v. c., 'Martin v. Tours' p.* 245 *sqq., qui post Pagium primus veram rationem perspexit atque summo acumine defendit, de historia ecclesiastica optime meritus est.* 1) *Obiit d.* 11. *Nov. a.* 401. *feria* 2. *Visiones, quibus Gregorius h. l. nititur, testimonia nulla sunt. Ambrosius, quem appellat, quattuor annis ante Martinum mortuus est.* 2) *Haec visionis historia in Vita S. Severini Coloniensis e Gregorio descripta est; cf. AA. SS.* 23. *Oct. X, p.* 58. *Vitae scriptori codicem quendam* 27 *praesto fuisse, ex verbis:* expletis matutinalibus officiis *intelligitur.* 3) *V. Severi Ep.* 2. *ad Aurelium datam, ubi narravit, se matutinis horis in somno S. Martinum vidisse,*

5. Eo[a] namque tempore beatus Ambrosius[1], cuius hodie flores eloquii per totam ecclesiam redolent, Mediolanensi civitati praeerat episcopus. Cui celebranti[b] festa dominici diei ista erat consuetudo, veniens lector cum libro non antea[c] legere praesumeret, quam sanctus nutu iussisset. Factum est autem, ut illa die dominica, prophetica[d] lectione iam lecta, ante altare[e] stante qui lectionem beati Pauli proferret, beatissimus antistis Ambrosius super sanctum altare obdormiret[2]. Quod videntes multi, cum nullus eum penitus excitare[f] praesumeret[g], transactis[h] fere duarum aut trium horarum spatiis, excitaverunt[i], dicentes: 'Iam hora praeterit. Iubeat domnus lectori lectionem legere; spectat[k] enim populus valde[l] iam lassus'. Respondens autem beatus Ambrosius: 'Nolite', inquid, 'turbari[3]. Multum enim mihi[m] valet[n] obdormisse, cui tale miraculum Dominus ostendisse[o] dignatus sit. Nam noveritis, fratrem meum Martinum sacerdotem egressum fuisse de corpore, me autem eius funere obsequium praebuisse, peractoque ex more servitio, capitellum tantum, vobis excitantibus, non explevi'. Tunc illi stupefacti[p] pariter et admirantes, diem et tempus[q] notant, sollicite requirentes. Qui ipsa die tempusque[r] repperiunt, quod beatus confessor dixerat, se eius exsequiis[s] deservisse. O beatum virum, in cuius transitu sanctorum canit[t] numerus, angelorum exultat chorus, omniumque caelestium virtutum occurrit exercitus; diabolus praesumptione confunditur, eclesia virtute roboratur, sacerdotes[u] revelatione[v] glorificantur; quem Michahel[w] adsumpsit cum angelis, Maria suscepit cum virginum choris, paradisus[x] retenet laetum cum sanctis! Sed quid nos in laude eius temptamus, quod non sufficimus adimplere? Ipse est enim laus illius, cuius laus ab eius ore numquam recessit. Nam nos utinam vel simplicem possimus historiam[y] explicare!

6. Operae pretium est enim etiam illud inserere lectioni, qualiter sanctum[a] eius corpusculum in loco ubi nunc adoratur fuerit, angelo annuente, translatum. Anno sexagesimo quarto post transitum gloriosi domni Martini beatus Perpetuus[4] Turonicae

Capp. 5. 6. 1*a*. 2. 3.

Cap. 5. a) Eodem 2. b) celebrandi (3). c) ante p. l. 2. d) *in marg. suppl.* 2; propheticam lectionem 3, *ubi* iam — qui lectionem *des.* e) altarium *p.* f) excitari, *sed* itari *m. al. in litura scr.* 1*a*; excitatione *p.* g) p̄ *prima m. suppl.* 1*a*; p̄sumetur *p.* h) transactas 2, *corr.* i) eum *add.* (3). k) expectat 2. *p.* l) i. v. 3. m) v. m. 2. n) sic *m. al. add.* 1*a*; *add. p.* o) ostendere 2. *p.* p) obstupefacti 3; stupentes *p.* q) tempus postnotant 1*a*. r) que *om.* 3. s) obsequiis 2. *p.* t) canet 3. u) s. r. g. *superscr.* 2. v) re. valatione 3; *om. p.* w) Michael 2. *p.* x) paradysum *corr.* paradysus 2. y) e. h. 2.

Cap. 6. a) sancti Martini c. 3; s. *om. p.*

qui libellum, quem ipse de vita illius scripsisset, praetulerit; cumque somno excitus esset, mortem S. Martini sibi nuntiatam esse. 1) *Ambrosius cum iam festo paschali a.* 397. *mortuus sit, Martini d.* 11. *Nov. a.* 401. *defuncti mortem numquam vidit.* 2) *Haec historia opere musivo depicta ab annis fere* 900 *habetur in altari basilicae Ambrosianae Mediolani, cuius icon habetur apud Puricellum, Ambrosianae basil. monumenta I, p.* 133. *R. De quo opere musivo vide quae scripsit Fumagalli, 'Delle antichità Langobardico-Milanesi', Mediol.* 1793, *tom. IV, p.* 33. 3) *Cf. Acta* 20, 10*:* Nolite turbari, anima enim ipsius in ipso est. 4) *Etiam in H. Fr. II,* 1. 14. 39. *X,* 31. *Gregorius Brictioni* 47, *Eustochio* 17 *annos tribuit, ita ut Perpetuus a.* 64. *post transitum S. Martini episcopus factus esset. Quo calculo, cum Martinum a.* 401, *Nov.* 11. *diem obiisse constet, a.* 465. *post Chr. efficitur, quo Perpetuus ordinatus esse non potest, cum iam a.* 461, *Nov.* 18. *concilio Turonensi I. interfuerit. Itaque Gregorium graviter errasse patet, sed quaeritur, ubi error lateat. Annorum summa a Brictione ad Eufronium ducta verum calculum* 7 *annis praevertit, qui nullo episcopo aptius quam Brictioni detrahi posse videntur, quem ex urbe Turonensi pulsum, postquam* 7 *annos Romae degit, iterum* 7 *annos ecclesiam Turonensem rexisse, Gregorius H. Fr. II,* 1. *X,* 31. *scripsit. Itaque si Brictionem, postquam expulsus est, non* 14

sedis cathedram sortitus est dignitatis. Adeptusque hunc apicem, cum magno votorum consensu fundamenta templi ampliora quam fuerant supra[a] beata membra locare disposuit. Quod sagaci insistens studio, mirifice mancipavit effectui. De qua fabrica multum quod loqueremur erat[b]; sed, quia praesens est, conticere exinde melius putavimus[1]. Adveniente ergo optato tempore sacerdoti, ut templum dedicaretur[c], et sanctum corpusculum a loco ubi sepultum fuerat transferretur, convocavit beatus Perpetuus ad diem festum vicinos pontifices, sed et abbatum ac diversorum clericorum non minimam multitudinem. Et quia hoc in Kalendis Iulii[d] agere volebat, vigilata[e] una nocte[f], facto mane, accepto sarculo, terram quae super sanctum erat tumulum coeperunt effodere. Quo detecto, manus, ut eum[b] commoverent, iniciunt, ibique multitudo tota laborans, nihil prorsus per[g] totam diem proficit[h]. Vigilata denique alia nocte, mane temptantes, iterum nihil omnino[i] agere potuerunt. Tunc conturbati atque exterriti, quid facerent[k] nesciebant. Dicit eis unus ex clericis: 'Scitis, quia post hunc triduum natalis episcopati[l, 2] eius esse consueverat, et forsitan in hac die se transferri[m] vos admonet'. Tunc ieiuniis et[n] orationibus ac iugi[o] psallentio die noctuque insistentes, triduum illud continuatione duxerunt. Quarta autem die accedentes[p] ponentesque manus[q], non valebant penitus movere sepulchrum. Pavore autem omnes exterriti, iam in hoc stantes, ut terra vasculum quod detexerant operirent, apparuit eis veneranda canities senis, ad instar nivis candorem efferens, dicens se esse abbatem[r], ait eis: 'Usquequo conturbamini[s] et tardatis? Non videtis[t] domnum Martinum stantem vobis iuvare[u] paratum, si manus adponitis?' Tunc iactans pallium quod[v] utebatur, posuit manum ad sarcofagum cum reliquis sacerdotibus, crucibus paratis et cereis, inpositaque[w] antephonam, dederunt cuncti voces psallentium in excelso. Tamen ad senis conatum protinus sarcofagum in summa levitate commotum, in loco ubi nunc adoratur, Domino annuente, perducitur. Quod ad voluntatem sacerdotis conpositum, dictis etiam missis, ut ventum[x] est ad convivium, requirentes sollicite[y] senem, nequaquam repperiunt. Sed nec homo quidem extetit, qui eum de basilica exire vidisset. Credo, aliqua fuisset virtus angelica, qui[z] et beatum virum se[a] vidisse pronuntiat et deinceps nulli conparuit. In quo loco ex illa die multae virtutes factae sunt, quae per neglegentiam non sunt scriptae. Nos vero, de quanto nostro[b] tempore aut fieri vidimus aut factum certe cognovimus, silere nequivimus.

7. Adveniens quidam Theodomundus[a] nomine, audiendi loquendique[b] obstructu[c] aditu[d], cotidianis diebus ad sanctam basilicam recurrebat, et inclinans se ad orationem, labia

Capp. 6. 7. 1*a*. 2. 3.

Cap. 7. a) super (3). *p.* b) *eras.* 3. c) dicaretur 3. d) Kł. I:lii, *postea add.* u 3. e) *extr.* a *superscr.* 2. f) noctē 1*a*, *corr.* g) p. t. d. *in marg. suppl.* 2. h) ꝑf. 2, *corr.*; perf. 3. i) a. p. o. 2. k) *om.*, agerent *postea add.* 3. l) *sic* 1*a*. m) transferre 3. n) ac (3). o) vigiliis *pro* i. 3. p) accedens 1*a*, *corr. m. al.* q) *m. s. XII. superscr.* 1*a*. r) et *m. s. XII. add.* 1*a*; *add. p.* s) conturbabi|mini, *exp.* bi 1*a*. t) vide::tis, *ras.* ri 1*a*. u) p. i. 2; i. preparatum 3. v) quō 3. w) inpositamque 2, *corr.*; antiphona (3). x) ventu: 1*a*. y) sollit: *corr.* sollito 3. z) quae (3). *p.* a) e 3. b) *in marg. suppl.* 2.

Cap. 7. a) Theodemundus (2. 3); Theodimindus *p.* b) que *m. al. suppl.* 1*a*. c) obstructū (habens *m. s. XII. add.*) aditū 1*a*. d) hic *m. s. XII. add.* 1*a*.

sed 7 tantum annos vixisse coniciis, ratio constat. Tunc Perpetuus a. 57. *post S. Martinum i. e. a.* 458, *mense Sept. episcopatum nactus est.* 1) *De basilica S. Martini a Perpetuo constructa Gregorius H. Fr. II,* 14. *X,* 31. *egit; cf. Sidon. Apoll. Ep. IV,* 5, *ed. Baret p.* 274. 2) *Die nempe* 4. *Iulii natalis episcopatus S. Martini erat, qui 'triplici virtute pollet, id est dedicatione templi, translatione corporis sancti vel ordinatione eius episcopati' (cf. H. Fr. II,* 14*). In Calendario Corbeiensi haec scripta sunt:* IIII. Nons. Iul. transitio corporis sci Martini epi.

tantum movebat. Nam nullam poterat vocem emittere sensu integro, sed multatus vocis officio. Qui tam prumpte[a] videbatur orare, ut flere cerneretur inter ipsa tacita verba plerumque[b]; cui si quis pro mercedis respectu aliquid elymosinae[c] contulisset, continuo hoc similibus pauperibus erogabat[d], et stipem ab aliis nutu postulans, stipendia indigentibus porregebat. Cumque in loco illo sancto in hac devotione per trium annorum[e] spatia commoratus fuisset, quadam[f] die a divina pietate commonitus, venit ante[g] sanctum altare; et stans oculis ad[h] caelum elevatis et manibus, erupit[i] ab ore eius rivus[k] sanguinis cum putredine. Et conspuens in terram, coepit graviter gemere et excreare[l] partes nescio quas cum sanguine, ita ut putaretur, quod aliquis ferramento[m] gutture[n] incideret. Sed et tabes ex ore illius tamquam fila sanguinea dependebat. Tunc disruptis aurium ac faucium ligaturis[o], elevans se et erigens iterum oculos ac manus ad caelum, ore[p] adhuc cruento in hac primo[q] voce prorupit[r]: 'Gratias tibi magnas refero, beatissime domne Martine[s], quod[t] aperiens os meum, fecisti me post longum tempus in tuas laudes verba laxare'. Admirante autem omni populi et stupente de tali miraculo, interrogant, si et auditum pariter recepisset. Qui libere omnia audire populo teste respondit. Sanitati ergo sic redditus, a Chrodegilde[u] regina[1] pro virtute et reverentia sancti Martini collectus est, et ad scolam positus, omnem psalmorum seriem memoriae conmendavit. Quem Deus perfectum efficiens clericum, multos in posterum annos in servitio eclesiae commorari[v] permisit.

8.[a] Mulier quaedam nomine Chainemunda oculorum luce privata, nesciens visu tenere viam nisi alio ducente, devota valde et fide[b] plena, venit ad venerabilem[c] templum beati Martini antestitis. Erat autem non solum, ut diximus, caeca[d], sed etiam toto corpore vulneribus plena. Obsederat enim omnia membra eius putredo cum pustulis, et erat miserabili facie et horribilis ad videndum, ut tamquam[e] leprosa putaretur a populo. Cumque palpando diebus singulis ad aedem gloriosi praesolis cursitaret[f], post tres fere[g] annos, stante eam[h] ante sepulchrum, aperti sunt oculi[i] eius, ita ut cuncta[k] clare prospiceret. Amotoque[l] omni languore[m] membrorum, siccato humore, qui fluebat e[n] corpore, nova cute superveniente, taliter est praestinae reddita sanitate, ut nec indicium[o] quidem infirmitatis in eius corpore resedisset. Quae multos in posterum vivens annos, gratias omnipotenti Deo referebat[p] assiduae, quod eam per beatum confessorem suum[q] sic instaurasset incolomem.

9.[a] Quam praesens invocatio[b] nominis eius mare procellosum[c] conpescuerit, non omittam. Cum beatus Baudenus[d, 2] episcopus Turonicae civitatis in villa[e] navigio subvehente transiret, subito adveniente cum violentia venti nimbo[f] teterrimo, mare placidum commovetur inpulsu flaminis, navis undarum mole turbatur. Tollitur caput

Cap. 7—9. 1*a*. 2. 3.

Cap. 7. a) rumpente? 1*a*, *corr. m. al.* b) verba; Plerumque cui *distinguunt* 1*a*. 3. c) c. haelemosinę 2. d) erogat 2, *corr.* e) horarum 3*a*. f) quidam 1*a*, *corr. m. al.* g) a: 2, *corr.* h) ad c. *superscr.* 2. i) erumpit 3. k) rivos 3. l) execrare 3. m) framento 3. n) guttur eius *p.* o) facium ligaturas 3; ligamentis *p.* p) *om.* 2. q) prima 3. r) prorumpit 3. s) martir 3. t) et *add.* 3. u) Crodegilde 3; ad trodechildē *p.* v) commemorari 1*a*.

Cap. 8. a) 7 *corr. m. al.* 8 1*a*. b) p. f. 2. c) venerabile 2. d) :caecā, *ras.* n̄ 1*a*. e) ita dicam *in litura scr.* 3. f) constaret 5. g) *om.* 3. h) ea (3). i) oculis 3. k) cl. c. 2. l) Ammoto 3. m) m. l. 2, *corr.* n) hoc opere 3; a. c. *p.* o) in::um, *superscr.* dici 2. p) reffebat 3. q) *om.* 3.

Cap. 9. a) 8 *corr. m. al.* 9 1*a*. b) invocatoo 3, *corr.* c) procellosaī 3. d) Audenus 3. e) villam (1*a*); civ. de villa in villam 5. f) n̄ibo 3; vento nimbus teterrimus *p.*

1) *Quae 'apud urbem Toronicam' obiit (cf. H. Fr. IV,* 1*), quo 'post mortem viri sui' secessit; v. H. Fr. II,* 43. 2) *Sedit circa a.* 546, *Dec.* — 552, *Nov.*

primum in fluctus, secundum declinatur inter undarum hiatus. Hi in scena[a. 1] montis aquosi dependent[2], hi apertis undis in ima dehiscunt; sed nec antemna resedet, quae beatae crucis[b] signaculum[c] praeferebat. Tunc resolutis[3] timore[d] membris, et omnibus sine spe vitae iam mori paratis, prosternitur senior in oratione cum lacrimis, et geminas[3] tendens palmas ad astra, beati Martini auxilium precabatur et, ut sibi dignaretur adesse, velociter proclamabat[e]. Unus autem ex perfidis[f] dicit[g]: 'Martinus ille quem invocas iam te dereliquit nec tibi in hac necessitate sucurrit'. Vere credo, hanc vocem ab insidiatore fuisse prolatam, ut beatum sacerdotem ab oratione turbaret. Sed ille hunc iaculum fidei lorica repellens, magis ac magis sancti viri praesidium flagitabat, simulque cohortans, ut omnes orarent. Cum[h] haec agerentur, subito supervenit odor suavissimus quasi balsamum in navi[i], tamquam si cum turabulo[k] aliquis circuiret, odor timiamatis efflagravit. Quo[l] odore adveniente, cessit violentia saeva[m] ventorum, elisisque aquarum adstantium molibus, redditur mare tranquillum. Mirantur omnes morte[n] iam dediti fluctuum pacem et protinus, data serenitate, redduntur in litore. Quod nullus ambigat, beati viri adventu[o] hanc tempestatem fuisse sedatam[p]. Tunc omnes in commune Domino gratias referunt, quod eos per invocationem antestitis sui dignatus sit de hoc periculo liberare.

10. Huius temporis[a] quidam de Camaracinse[b] reliquias beati Martini expetiit. Quas iam[c] vespere acceptas, cum psallendo proficisceret[d], et dum Ligerem fluvium transit[e], sero factum esset[f], subito contenebratum est caelum, et ecce fulgora ac tonitrua magna descendebant. Dum haec agerentur, duae puerorum lanceae, emissas flammeas pharos, lumen euntibus praebuerunt. Ibantque fulgorantes hastae, non minus miraculi quam beneficii viatoribus[g] praeferentes virtutemque beati antestitis[h] ostendentes[i].

11. Defecit lingua sterilis, tantas cupiens enarrare[a] virtutes. Chararici[4] cuiusdam regis Galliciae[b] filius graviter aegrotabat, qui tale taedium incurrerat, ut solo spiritu

Capp. 9—11. 1*a*. 2. 3.

Cap. 9. a) in te (*expunct.* te) scenam 2; cena 3; sceua *p.* b) *sic* 1*a e corr. p;* regis 1*a*. 2. 3; *cf. Gl. Mart. c.* 82*:* antemnae, quae modolum crucis gestat. c) signacula 3. d) m. t. 3. e) proclamat (3). f) per *superscr.* 1*a.* g) dixit (3). *p.* h) Cumque (3). *p.* i) et *m. al. add.* 1*a; add. p.* k) *sic* 1*a*. 3. l) Quod 3. m) *m. al. superscr.* 2*; om. p.* n) i. m. 2. *p.* o) adventum 3. p) datam 3.

Cap. 10. a) tempr̄ 1*a*. 2. b) Camariacense 3; Cameracen̄ ecclesia rel. *p.* c) cum 3. d) proficisceretur (3). *p.* e) transiset 2; transiit 3. f) est 2. *p.* g) praeviantibus ferentes 5. h) Martini 3. i) preferentes 2.

Cap. 11. a) enarre 3. b) Gallitiae 2; Gallie 3.

1) Scena *iam ab Apuleio pro facie exteriore accipitur; cf. Hildebrand ad Apul. Met.* 4, 20, *p.* 261. 2) *Cf. Verg. Aen. I,* 106*:*

Hi summo in fluctu pendent, his unda dehiscens
Terram inter fluctus aperit.

3) *Cf. Verg. Aen. I,* 92*:* Exemplo Aeneae solvontur frigore membra;
Ingemit, et duplicis tendens ad sidera palmas.

4) *Chararicum regem Gallaeciensem nemo laudavit nisi Gregorius. Theudemiro rege Suevos ad ecclesiam catholicam conversos esse, auctor est Isidorus, De reg. Gothorum c.* 90, *unde plerique Chararicum eundem ac Theudemirum fuisse coniecerunt, qui in actis conciliorum constanter Ariamirus appellatus est. Sed cum Gregorius ipse, Martinum, qui a.* 580. *obiit,* 30 *annis episcopatui praefuisse narraverit (H. Fr. V,* 37*), Theudemirus autem a. demum* 559. *rex creatus sit, verisimilius est, illum potius filium Chararici, non Chararicum ipsum fuisse. Cf. quae nuper hac de re acute arguteque disseruit Caspari v. c., 'Martin von Bracara's Schrift de correctione rusticorum', Christianiae* 1883, *p. VII.*

salutem[a]. Confido etenim, quod possit oculis meis lumen[b] infundere, qui potuit pauperis lepram osculo libante sanare[1]. Dehinc, adminiculo deducente, venit ad sanctum locum, ibique ieiuniis et orationibus crebris[c] insistens, visum, quem amiserat, recipere meruit. Et ita sanata est, ut, quae caeca venerat, alio perducente, caecis affatim[d] dux futura regressa sit. Quae postea virum accipiens et filios generans, recuperatori gratias rependit incolomes.

20. Et quia bis aut tertio de sola gloriosi nominis invocatione et virtutes[a] factas et pericula sedata narravimus, qualiter cuidam pereunti in ipso mortis praecipitio beatus pontifex invocatus sustentaculum praebuisset, evolvam. Ammonius[b] quidam agens sanctae basilicae, dum de caena[c] madefactus vino veniret, de excelsa rupe, quae viae coniungitur, inimico inpingente, praecipitatur. Erat autem profundum loci illius fere[d] ducentenum pedum. Cumque per profunditatem praecipitii[e] illius rotaretur et deorsum sine alarum remigio volitaret, sancti Martini auxilium per singula discensionis suae momenta clamabat. Tunc quasi manibus aliorum de iumento suo excussus, super arbores, quae valli inerant, deicitur. Et sic paulatim per singulos ramos discendens, sine mortis periculo[f] ad terram usque pervenit. Tamen, ut opus insidiatoris non usquequaque videretur[g] cassatum[h], quod fuerat inchoatum[i], unum pedem eius leviter[k] laesit. Sed veniens ad gloriosi[l] domni templum, orationi incumbens, omnem vim doloris amisit.

21. Non credo haberi superfluum, si inseratur lectioni, qualiter invocatio nominis[a] eius vita[b] praestiterit morituro. Quodam loco unus propter furti[c] scelera conprehensus atque graviter verberibus actus, ductus est ad patibulum, ut condemnaretur suspendio. Cumque in hoc exitu, morte iam adpropinquante, venisset, orandi spatium petiit. Tunc sicut erat ligatis[d] post tergum manibus, iactavit se pronus in terram et coepit cum lacrimis invocare nomen beati Martini, ut, etsi in hac necessitate non succurreret, vel a culpis eum in posterum excusaret[e]. Cumque, completa[f] oratione, suspensus fuisset, recesserunt milites a loco illo; ipse autem ore semiaperto parumper labia movens, sancti Martini semper nitebatur auxilium inplorare. Discedentibus tamen illis, statim solutae sunt manus et pedes[g] eius. Et sic per biduum pendente eo, revelatum est cuidam religiosae, ut eum tolleret. Quae veniens, invenit eum adhuc viventem[h]. Tunc adiutorio beati Martini de patibulo depositum incolomem adduxit ad eclesiam; ibique videntes eum stupiscebant et admirabantur, dicentes: 'Quomodo vivit?' Et interrogabant eum, qualiter liberatus esset[i]. Ille autem dicebat: 'Beatus Martinus me de praesenti morte liberavit et hucusque perduxit'. Vere hanc ego[k] virtutem[l] iuxta mei sensus intellegentiam[m] non inferiorem censeo quam mortuum[n] suscitatum; quem sic beatus confessor, ut ita dicam, confracto mortis hiatu, et eius ab ore retractum vitae restituit. Qui usque hodie ad testimonium virtutis beati viri vivus[o] habetur in saeculo.

Capp. 19—21. 1*a*. 2. 3.

Cap. 19. a) sanitatem 2; sanitatem rec. *p*. b) *om*. 2. c) i. c. 2; insitens 3. d) offatim 1*a*, *corr. m. al.*; affatis 3.

Cap. 20. a) virtute 3. b) Amonius 3. c) caenam malefactoris 3. d) pene 3; *om. p*. e) praecipitati 1*a*, *corr. m. al.* f) periculum 3. g) videtur 3. h) quassatum 2; cessatum 3. i) inchotum *corr. m. al.* incoatum 1*a*. k) leniter 3. l) d. g. 3.

Cap. 21. a) nomini 3. b) vitam (3). c) furti:, *ras.* s? 1*a*. 2; *post* furtis *litterae* celera cōp *in litura scr.* 3. d) postergum l. 3. e) excusavit? 1*a*, *corr. m. al.* f) impleta 3. g) et *add.* 3. h) vivente 1*a*, *corr.* i) est 2, *corr. inter scr.* k) ergo 3. l) virtutum 3. m) intelligentia 3. n) tuum *in litura scr.* 3. o) visus 1*a*, *corr. m. al.*

1) *Cf. V. S. Mart. auct. Severo* 18, 3: Apud Parisios vero, dum portam civitatis illius magnis secum turbis euntibus introiret, leprosum miserabili facie horrentibus cunctis osculatus est adque benedixit, statimque omni malo emundatus.

22. Quid etiam in Condatensim[a. 1] diocesim actum sit, non praeteribo. Locus autem ille crebris virtutibus inlustratur. Ab hoc enim vir beatus, sarcina carnis abiecta[b], migravit ad Dominum[2]. Leomeris ergo quidam nomine, servus cuiusdam hominis Andicavini, a sanguine[3] percussus, contracta[c] manu ligataque lingua rigebat; multoque tempore in hac debilitate detentus, neque domino aliquid operis exercebat. Hic fide[d] commonitus, cum ad beati basilicam vigilasset, directa manu deliberataque ab omni inpedimento lingua, beati Martini miraculum populis[e] testabatur, dicens: 'Ecce, quid in hac nocte sanctus Dei operatus est, me teste[f], probate!' Reversus autem ad dominum suum, narravit ei omnia quae acta fuerant. Sed ille minime virtutem[g] gloriosi[h] pontificis credens, ad solitum eum adaptat[i] servitium. Qui cum operari coepisset[k], rursum in debilitate redigitur. Intellegens autem dominus eius, Dei hoc[l] esse mysterium, transmisit eum iterum ad locum sanctum, in quo prius abierat; in qua ille cum maxima devotione pernoctans, dato die, sanitati, quam prius meruerat, instauratur.

23. Dignum exaestimavi[a] et illud non omittere in relatu, quid[b] Wiliacharium[4]
558. presbiterum referentem audivi. Tempore, quo[c] propter[d] perfidiam Chramni[e] Chlotharium[f] regem[g] incurrerat, ad basilicam sancti Martini confugit, atque ibi in catenis positus custodiebatur, sed virtute beati praesolis comminutae catenae stare non potuerunt. Nescio qua[h] autem inminente neglegentia foris atrio conprehensus est. Quem oneratum ferro, vinctis[i] post tergum manibus, ducebant ad regem. At ille voce magna clamare coepit et[k], ut sibi beatus Martinus misereretur[l], orare, nec eum sineret ire captivum, cuius devotus expetierat templum. Statimque in eius vocibus, orante beato Eufronio episcopo[m] de muro civitatis contra basilicam, dissolutae sunt manus eius, et omnes bacae[5] catenarum confractae caeciderunt. Perductus autem usque ad regem, ibi[n] iterum in compedibus et catenis constrictus retenebatur. Sed invocato nomine saepe dicti patroni, ita omne ferrum super eum comminutum[o] est, ut putaris[p] eum fuisse[q] ceu[r] figulum. Hoc tantum erat in spatiis, ut non solveretur a vinculo, quoadusque[s] nomen illud sacratissimum invocasset; invocato autem, omnia solvebantur. Tunc rex altioris ingenii videns virtutem[t] sancti Martini ibidem operari, et absolvit eum[u] ab[v] onere vinculi et pristinae restituit libertati. Haec ab ipsius Wiliacharii presbiteri ore coram multis testibus factum esse cognovi[w]. Utinam se mihi in tali virtute dignaretur manifestare beatus confessor, ut sic absolveret meorum ligamenta peccaminum, sicut super eum contrivit vasta pondera catenarum!

Capp. 22. 23. 1*a*. 2. 3.

Cap. 22. a) Condatensem 2. b) abiectā 1*a*, *corr.* c) que *add.* 3. d) fidem 2, *corr.* e) *post* p. 3 *litt. ras.* 3. f) testem 3. g) virtutum 3. h) *in marg. suppl.* 2. i) ad *suppl.* 2. k) et *add.*, *sed del.* 3. l) *post* e. *suppl.* 2.

Cap. 23. a) existimavit, *expunct. extr.* t 3. b) qui 3. c) idem Wilicharius *m. s. XII. in marg. add.* 1*a*. d) prspiter 3. e) Chrammi 1*a* *(corr.)*. *p.* f) Chotharium 2, *corr.*; Chlotarium (3). g) iratum *m. s. XII. add.* 1*a*; iram Clotarii regis *p.* h) *corr. m. s. XII.* a. q. 1*a*; *sic p.* i) que *add.* (3). *p.* k) *om.* 3. l) miserere 3. m) ep̄s 2, *corr.* n) ibique (iterum *in marg. suppl.*) in 2. o) comminum 1*a*, *corr. m. al.* p) patares *in litura scr.* 3. q) *in marg. suppl.* 2. r) velud 2. s) quodadusque 3. t) videns beatissimi sc̄i (sc̄i *delet.*) virtutem M. idem (*corr. m. al.* ibidem) 2; virtutes *p.* u) *m. al. superscr.* 1*a*. v) ab omni honere 2; ab honore vincu|um culi, *delet.* um 3; ab o. abs. e. viculis *p.* w) cognovimus 3, *corr.*

1) *Candes (Indre-et-Loire, arr. et cant. Chinon); cf. Longnon p.* 271. 2) *Cf. Severi Ep. III*, §. 6. 3) *id est apoplexi correptus. R.* 4) *Cf. H. Fr. IV*, 20*:* Wilicharius autem socer eius (sacerdos *B* 3. 5, sacerdus *B* 4) ad basilica sancti Martini confugit. *Quem primus Aimoinus II*, 30 *(Bouquet III, p.* 61*) Aquitaniae ducem fecit, atque recentiores omnes illum secuti sunt, quamquam Wiliacharium presbyterum fuisse, Gregorius ipse supra testatus est. Filia eiusdem Theoda in M. S. Mart. III*, 13. *commemoratur.* 5) *Cf. Gl. Conf. c.* 86*:* catenarumque disruptis bacis; *Fortun. V. S. Germ. c.* 30*:* Eo discedente, mox catenarum bacae franguntur, *et Prud. Peristeph. I*, 46.

24. Alpinus quoque comes Turonicae civitatis cum per totum annum graviter ab unius pedis dolore consumeretur[a] et die noctuque requiem non haberet, sed inter ipsas torturae suae voces beati Martini iugiter auxilium imploraret, apparuit ei beatus confessor in visu nocte, hilari vultu adridens et consueta deferens arma[b]; beatum signaculum sanctae crucis super pedem infirmum inposuit[c], mox, omni dolore fugato, sanus surrexit a lectulo.

25. Haec experta Charigisilus[a] referendarius regis Chlothari[b], cui manus et pedes ab humore contraxerant, venit ad sanctam basilicam[c], et orationi incumbens per duos aut tres menses, a beato antestite visitatus, membris debilibus[d] sanitatem obtenere promeruit. Et postea antedicti regis domesticus fuit, multaque beneficia populo[e] Turonico vel servientibus beatae[f] basilicae ministravit.

26. Narrabo et illud, qualiter diabolicae artis insaniae ad eius basilicam denudentur. Quidam Aquilinus nomine, dum venatione[a] cum patre suo in silvas Franciae exerceret, pavorem pessimum, inimico insidiante, incurrit. Erat enim ei[b] tremor cordis, et interea videbatur ex sensu. Parentes vero eius[b] intellegentes, eum diaboli inmissione mulcari, ut mos rusticorum habet, a sortilegis et hariolis ligamenta ei et potiones deferebant. Sed cum nihil valeret ex more, sancti Martini auxilia prumpti, dolore cogente, requirunt, dicentes: 'Potest is[c] insidiis nudare malitiam, qui[d] detexit umbra, ut audivimus, falso religionis nomine adoratam[1]. Quem de regione[e] commotum miserunt ad sanctam basilicam, ibique in oratione cum summa parcitate se contenens, opem sancti poscebat assiduae. Cumque in hac fide diutius commorasset, omni pavore dempto[f], sensum, ut habuerat ante, recepit, oblitisque parentibus, in eo loco usque hodie pro beneficio accepto deservit.

27. Sed et Charivaldus[a] quidam per venationem similem incurrens insidiam, latus unum, debilitata manu ac pede, perdiderat. Qui ad gloriosum templum famulorum manibus deportatus, ieiuniis et orationibus se subdens assiduis per totum fere annum[b], omnium membrorum sanitate[c] recepta, gaudens remeavit ad propria. Et ideo monemus, ut nullus sollicitetur[d] ab hariolis, quia nil[e] proderunt umquam infirmis. Plus enim valet parumper de pulvere basilicae, quam illi cum medicamentis insaniae.

28. De pulvere aut cera loci illius, vel quod rapere quis potuit de sepulchro, quantae virtutes aut assiduae fiant aut factae sint[a], quis umquam[b] investigare[c] poterit[d] aut scire? Unum tamen manifestum[e] miraculum, quod a fidelibus comperi, putavi crimen ducere taceri. Unus fide plenus expetiit, ut aliquid pignoris de sancti basilicam[f] secretius deportaret; et multis conatus[g] vicibus[h], numquam potuit, dum publice non[i] praesumpsit. Reverti[k] autem cupiens, nocte ad funem illum de quo signum commovetur

Capp. 24—28. 1*a*. 2. 3.

Cap. 24. a) consumaretur 3. b) ut *add.* (3). c) posuit 3.

Cap. 25. a) Carigilus 2, *corr.;* Carigisilus 3; Charigisitus *p.* b) Clothari 2, *corr. m. al.;* Chlotarii (3); Clotarii *p.* c) aecc̄lam 2. d) diebus 1*a*, *corr. m. al.* e) populorum 2, *corr.* f) beasilicae *corr.* basilicae 3.

Cap. 26. a) venecionem *corr.* venacionem 3. b) *om.* 3. c) his *corr. m. s. XII.* huius 1*a*; his 2; in his *p.* d) quid et hec sit u. 3. e) regioni 3, *corr.* f) detēto 3.

Cap. 27. a) Chariuualdus, *expuncto altero* u 2. b) quod cum fecisset *m. s. XII. add.* 1*a*. c) sanitatem 3. d) sollicitet 3. e) quia et nihil 3.

Cap. 28. a) sunt 1*a*, *corr.* b) aut *add., sed del.* 2; *add. p.* c) investiga 3. d) potuit 2. e) mir. man. 2. f) basilica 2. *p.* g) conatis 1*a*, *corr. m. al.;* natus 3. h) voc. 2, *corr.* i) nam 3. k) Redire 2.

1) *Cf. Severi V. S. Mart. c.* 11: Dehinc super sepulchrum ipsum adstans oravit ad Dominum, ut, quis esset vel cuius meriti esset sepultus, ostenderet. Tum conversus ad laevam, videt prope adsistere umbram sordidam, trucem.

advenit: ex quo[a] fune decisam[b] cultro particulam[c] secum detulit. Reversusque[d] ad domum, multis exinde infirmis sanitatem accomodavit, ita ut non dubium esset[e], aegrotum evadere[e], qui pignus illud meruisset fideliter osculare. Ecce quid, sancte, praestas fidelibus, qui tua[f] moenia expetunt[g] proprie! Per te salvantur, qui pignora votive detulerint, subsequente tuo auxilio, liberantur. Sed haec omnia fides strenua operatur, dicente
Luc. 18, 42. Domino: *Fides tua te salvum fecit.*

29. Videtur nec illud sileri, qualiter vir beatus praesidia famulis ad res suas defensandas quaqua iubet accomodet. Charibertus[a] rex cum, exosis clericis, eclesias Dei neglegeret, dispectisque[b] sacerdotibus, magis in luxoria[c] declinasset, ingestum est[d] eius auribus, locum quendam, quem basilica[e] sancti Martini diuturno tempore retenebat, fisci sui iuribus redeberi. Loco autem illi Navicellis[1] nomen[f] prisca vetustas indiderat. Qui, accepto iniquo consilio, pueros velociter misit, qui reicolam illam in suo dominio subiugarent[g]. Cumque haec non possedens videretur habere, iussit in locum illum stabularios cum equitibus dirigi, ibique sine aequitatis ordine[h] praecepit[i] equos aleri. Accedentes ergo pueri fenum quod coacervatum fuerat accipiunt in equorum expensas. Cumque iniunctum studeretur servitium, atque equites positi fenum coepissent expendere, corripiuntur a rabie. Et frementes ad invicem, disruptis loris, per plana prosiliunt et in fugam vertuntur; et sic male dispersi, alii excaecantur, alii rupibus praecipitantur, alii sepibus[k] ingerentes, palorum[l] acuminibus ultro transfodiuntur[m]. Tamen stabularii iram Dei intellegentes, paucos extra terminum loci, quos adsequi potuerunt, expellunt sanosque recipiunt, nuntiantes regi[n], rem illam iniustissime reteneri, et[o] ideo haec fuissent perpessi, addentes: 'Dimitte eam, et erit pax tibi'. Qui furore repletus sic dixisse fertur: 'Sive iuste sive iniuste redebeatur[p]; regnante me, hoc basilica non
567. ex. habebit'. Qui protinus divina iussione transitum accipiens, requievit[2]. Adveniente autem gloriosissimo Sigiberto[q] rege in eius regnum, ad suggestionem beati Eufroni episcopi hoc in dominio[r] sancti Martini restituit, quod usque hodie ab eius basilica possedetur. Audite haec omnes potestatem habentes! Sic vestite alios, ut alios non spolietis; hoc adiungite[s] vestris divitiis, unde damnum non inferatis eclesiis! Vindex est enim Deus velociter servorum suorum. Et ideo monemus, ut, qui haec[t] de potestatibus legerit, non irascatur. Nam si irascitur, de se confitebitur[u] dictum.

30. Simili conditione beatus confessor in rebus sibi iniuste[a] ablatis apparuit. Eustochius quidam cum plerumque contra iustitiam sanctum Eufronium episcopum de hereditate Baudulfi cognati sui pulsaret[b], qui heredem basilicam sancti Martini instituerat, commotus ab eo per assiduas iniurias beatus pontifex aliquid ei de rebus illis reddidit[c]. Portante autem illo hoc ad domum suam, protinus filius eius unicus in febre corruit, unaque nocte et die graviter exaestuans[d], expiravit. Cui tam praesens[e] fuit mortis[f] occursus, quam velociter pater eius de rebus sibi[g] non[h] debitis effectus est dominus.

Capp. 28—30. 1*a*. 2. 3.

Cap. 28. a) ligno *add., sed delet.* 2. b) deciso 2, *corr.* c) partilam 3. d) Regressusque (3). *p.* e) esse — evaderet 3. f) tuam moeniam 3. g) expetent 1*a*.

Cap. 29. a) Charimbertus 2. b) *post* d. 5 *litt. ras.* 2. c) luxuriam (3). *p.* d) *superscr.* 2. e) basilicam 3. f) nomine 3. g) revocarent 2. h) ordinem 3. i) e. p. alere 2. k) *m. al.* se *add.* 1*a;* se sepibus *p.* l) post alarum 3. m) transfodiunt 1*a*. n) *sic* 3; rei *corr. m. al.* regi 1*a*. 2. o) quod *m. al. add.* 1*a*. p) *m. s. XII. superscr.:* ł retineatur 1*a*; reddere debeatur 3; reddi debeat *p.* q) Sigeberto 2. r) domino 3; domo *p.* s) adiungit 2, *corr.* t) *om.* (3). u) confitebatur 3; fatebitur *p.*

Cap. 30. a) *in marg. suppl.* 2. b) pulsuret 1*a*, *corr. m. al.* c) re *postea add.* 3. d) exastuans 3; estuans *p.* e) f. pr. 2; presto fuerat *p.* f) *superscr.* 2. g) suis 1*a*, *corr. m. al.* h) in 3.

1) *Nazelles (Indre-et-Loire, arr. Tours, cant. Amboise); cf. Longnon p.* 280. 2) *De morte Chariberti cf. Gl. Conf. c.* 19.

palpitaret. Pater autem eius faetidae[a] se illius Arrianae[b] sectae una cum incolis loci[c] subdiderat. Sed et regio illa plus solito, quam aliae provintiae, a lepra sordebat. Cumque rex videret, urgueri[d] filium in extremis, dicit suis: 'Martinus ille, quem in Galliis dicunt multis virtutibus effulgere[e], cuius, quaeso, religionis vir fuerit, enarrate?' Cui aiunt: 'Catholicae fidei populum pastorali cura in corpore positus gubernavit, adserens, Filium cum Patre et sancto Spiritu aequali substantia vel omnipotentia venerari; sed et nunc caeli sede locatus, assiduis[f] beneficiis non cessat plebi propriae provideri'. Qui ait: 'Si haec vera sunt quae profertis, discurrant usque ad eius templum fideles amici, multa munera deportantes; et si obtenent mei[g] infantuli medicinam, inquisita fide catholica, quae ille credidit credam'. Pensato ergo auro argentoque ad filii sui pondus, transmisit ad venerabilem locum sepulchri. Quo perlati, oblatis muneribus, exorant ad beatum tumulum[h] pro aegroto[i]. Sed insedente adhuc in patris pectore sectam[k], non continuo integram recipere meruit medicinam. Reversi autem nuntii narraverunt regi, se multas virtutes ad beati tumulum vidisse, dicentes: 'Cur non sanaverit filius tuus, ignoramus'. At ille intellegens, non ante sanari posse filium, nisi aequalem cum Patre crederet Christum, in honorem[l] beati Martini fabricavit miro[m] opere eclesiam[1], expeditamque[n], proclamat[o]: 'Si suscipere mereor viri iusti reliquias, quodcumque praedicaverint sacerdotes, credam'. Et sic iterum suos dirigit maiori cum munere. Qui venientes ad beatum locum, reliquias postulabant. Cumque eis offerrentur ex consuetudine, dixerunt: 'Non ita faciemus, sed nobis, quaesumus[p], licentia tribuatur ponendi quae exinde iterum adsumamus'. Tunc partem pallii[q] sirici pensatam super beatum sepulchrum posuerunt, dicentes: 'Si invenimus gratiam coram expetito patrono, quae posuimus plus in sequenti pensabunt, eruntque nobis in benedictione quaesita per fidem'. Vigilata ergo una[r] nocte, facto mane, quae posuerant[s] pensitabant. In quibus tanta beati viri infusa est gratia, ut tam diu elevarent in sublimi aeream libram[t], quantum habere poterat quo ascenderet[u] momentana[v, 2]. Cumque elevatae fuissent reliquiae cum magno triumpho, audierunt voces psallentium qui erant in civitate detrusi in carcere, et admirantes suavitatem sonus, interrogant custodes, quid hoc esset. Qui dixerunt: 'Reliquiae domni Martini in Gallicia transmittuntur, et ideo sic psallitur'. Tunc illi flentes invocabant sanctum Martinum, ut eos sua visitatione liberaret[w]. Exterritisque custodibus et[x] in fugam versis, disruptis obicibus retenaculorum, liber populus surgit a vinculo, et sic usque ad sancta[y] pignora, populo[z] expectante venerunt, osculando flentes beatas reliquias simulque et gratias[a] beato[b] Martino pro sui absolutione reddentes, quod eos dignatus fuerit sua pietate salvare. Tunc, obtentis per sacerdotem[3] a iudice culpis, incolomes dimissi sunt. Quod videntes gestatores reliquiarum, gavisi sunt valde, dicentes: 'Nunc cognovimus, quod dignatur beatus antistis nobis[c] peccatoribus propitium[d] se praebere'. Et sic gratias agentes, navigio prospero, sequente patroni[e] praesidio, undis lenibus,

Cap. 11. 1*a*. 2. 3.

Cap. 11. a) faetida 1*a*; fetidas 3; se *m. al. superscr.* 2. b) Arianae (1*a*. 3). c) locis 3. d) ungueri 1*a*, *corr. m. al.* e) effugere 3. f) assiduiis 1*a*. g) o. filii mei med. 2; o. mei filii med. *p.* h) tumulo 2, *corr. m. al.* i) aegro 3. k) secta (3). *p.* l) honore 3. *p.* m) e. m. o. (3). *p.* n) expeditaque (3). o) proclamabat 3. p) q̅s 1*a*; eius 3. q) pallio 3. r) n. u. 2. s) posuer̄ 3. t) bibram 3. u) ascenderat 3. v) montana 1*a*, *corr. m. al.* w) *sic* 2. *p*; visitaret 3; *om.* 1*a*, *ubi m. s. X. in marg. superiore suppl.:* de ergastulo carceris liberaret. x) *prima m. superscr.* 1*a*. y) p. s. 2. z) plebe (3). *p.* a) *post* Mart. *m. s. XII. suppl.* 2. b) sancto 2. c) vobis 3. d) ꝑpius 3; ꝑpriū *p.* e) patrono 3.

1) *Aut Bragae aut Orense ecclesiam constructam esse, docti Hispani censuerunt; v. Dahn VI, p.* 570. 2) *Similia Gregorius, Glor. Mart. c.* 27, *de palliolis scripsit, quae super sepulcrum S. Petri posita erant.* 3) *id est episcopum, scilicet Turonensem, ubi haec agebantur. R.*

temperatis[a] flatibus, velo pendulo, mare tranquillo, velociter[b] ad portum Galliciae[c] pervenerunt. Tunc commonitus a Deo[1] beatus[d] Martinus de regione longinqua, qui ibidem nunc[2] sacerdos habetur, advenit. Sed nec hoc credo sine divina fuisse providentia, quod ea die se commoveret de patria, qua beatae reliquiae de loco levatae sunt, et sic simul cum ipsis pignoribus Galliciae portum ingressus sit. Quae pignora cum summa veneratione suscipientes[e], fidem miraculis firmant. Nam filius regis, amissa omni[f] aegritudine, sanus properat ad occursum. Beatus autem Martinus sacerdotalis gratiae accepit principatum. Rex unitatem Patris et Filii et Spiritus sancti confessus[g], cum omni domo sua crysmatus[h] est[3]. Squalor leprae a populo pellitur, et omnes infirmi salvantur, nec umquam ibi usque nunc super aliquem leprae morbus apparuit. Talemque ibi gratiam in adventu pignorum beati patroni Dominus tribuit, ut virtutes, quae ibidem illa die factae sunt, enarrari perlongum sit. Nam tantum in amore Christi nunc populus ille prumptus est, ut omnes martyrium libentissime susciperent, si tempus persecutionis adesset.

12. Nam et Ultrogotho[a.4] regina, auditis miraculis, quae ad locum fiunt quo sancta membra quiescunt, tamquam si sapientiam Salamonis[b] audire[5], expetiit ea devote prospicere. Abstenens ergo se a cibis et somno, praecurrentibus etiam largissime[c] elymosinis, pervenit ad sanctum locum, ingressaque basilicam[d], timens et tremens, nequaquam audebat adire sepulchrum, indignam se esse proclamans, nec ibidem posse obsistentibus[e] culpis accedere. Tamen deductam vigiliis et orationibus ac profluis lacrimis unam noctem, mane oblatis multis[f] muneribus, in honore beati confessoris missas expetiit revocari[6]. Quae dum celebrarentur, subito tres caeci, qui ad pedes beati antestitis longo tempore privati lumine resedebant, fulgore[g] nimio circumdati, lumen, quod olim perdiderant, receperunt. Quo facto, clamor in caelum attollitur magnificantium Deum. Ad istud miraculum currit[h] regina, concurrit et[i] populus, mirantur omnes fidem mulieris, mirantur gloriam confessoris; sed super omnia conlaudatur Deus noster, qui tantam virtutem praestat sanctis suis, ut per eos talia operari[k] dignetur, tale[l] inter reliqua[m] luminaria huic mundo in beatum Martinum inmensum[n] sidus adtribuens, per cf. Ps. 51, 10. quem eius tenebrae refulgeant; qui vere sicut oliva fructifera per singulos dies fructus exhibet Domino de conversionibus miserorum.

Capp. 11. 12. 1*a*. 2. 3.

Cap. 11. a) temperatib 3, *corr.* b) veloci 3. c) Galliae 3. d) quidam nomine *pro* b. *p.* e) filius *add.*, *sed del.* 3. f) omnia 3. g) *om.* 3. h) xp̄ian' 3.

Cap. 12. a) *sic* 1*a*. 2; Ultrogotha (3). *p.* b) veniret *m. s. XII. add.* 2. c) largissimis 2. *p.* d) basilica 3. e) obsitentibus 3. f) *m. al. superscr.* 2; mun. multis *p.* g) fluguore 3. h) cucurrit 2, *corr.* i) *om.* 3. k) operare 3. l) Talia 2, *corr. m. al.* m) reliquia 3. n) immissum 3.

1) *Cf. Martini Epitaphium a se ipso compositum (Avitus ed. Peiper p.* 195*):* divinis nutibus actus. 2) *Obiit a.* 580. *In Pannonia ortus, 'Gallitiam venit, ubi cum beati Martini reliquiae portarentur, episcopus ordinatur. In quo sacerdotio impletis plus minus* 30 *annis, plenus virtutibus migravit ad Dominum'; cf. H. Fr. V,* 37. *'Ad Martinum episcopum Galliciae' epistolam libro V. carminum praefixam Fortunatus dedit. Eidem carmen quod sequitur dicatum est:*

Martino servato novo, Gallicia, plaude:
Sortis apostolicae vir tuus iste fuit. — —
Pannoniae, ut perhibent, veniens e parte Quiritis
Est magis effectus Gallisueba salus.

Erat abbas Dumiensis, postea episcopus Bracarensis. 3) *Cf. Caspari l. l. p.* VI. 4) *Ultrogotho, uxor Childeberthi, post maritum a.* 558. *mortuum a Chlothario in exsilium pulsa est; cf. H. Fr. IV,* 20. *Ultrogotho a Fortunato, Carm. VI,* 6, *et in Conc. Aurel. V, c.* 15. *vocata est.* 5) *Ut regina Saba; cf.* 3. *Reg.* 10, 1*; V. Patr. c.* 19. 6) Missas revocare *idem est ac* celebrare; *cf. Gl. Mart. c.* 50.

13.[a] Sed nec hoc praeteribo, quod venerabilem conservum meum Fortunatum presbiterum retulisse commemoro. Quidam in Italia, dum veneno[b] pusulae pervasus in discrimine sic ageretur[c], ut vivere disperaret, aliquibus interrogat, ad templum beati Martini quis fuerit. Tunc quidam ex[d] adstantibus adserit, se fuisse. Requiret aegrotus, quid inde pro benedictione detulerit. Qui negat, se aliquid praesumpsisse. Cui iterum interrogat, qua[e] tunc[f] veste indutus sit, cum ad templum sanctum occurrerit[g]. Respondit: ea quae super se ipso tempore utebatur. Tunc abscisam[h] fideliter indumenti particulam inposuit super pusulam. Mox ut aegri membra tetigit, vulnus pusulae veneni vim perdidit; quae tali medicamine et virtute[i] sancti protulit et infirmum refert incolomem. Hanc apud Italos adserens specialem vigere medellam, ut, si quis pusulae percutiatur vulnere[k], ad propinquum quod fuerit beati Martini oratorium habeatur perfugium, et aut ex velo ianuae aut palliolis, quae pendent de parietibus, quicquid primum raptum fuerit, si aegro superpositum[l] adhaeserit[m], sit[n] salubre. Haec medella genitorem[o] suum[p] carnalem ab interitu pusulae, ut ipse patris sui testis adserit, liberavit.

14. Idem his verbis[a] retulit: 'In cacumine castelli regionis Italiae quod dicitur Tertium oratorium beati Martini fundatum est. Ibique turri vicinae quotiens incursione barbarorum per[b] fraude hostis accederet nocturnis[c] insidiis, quisquis de vigilantibus habuisset in turre[d] lanceam aut spatam vel cultellum seu grafium protulisset ex theca[e], fere per[f] horae spatium tale lumen reddebatur ex universo gladio, tamquam si illud ferrum verteretur in cereum. Et mox ex ipso signo custodes admoniti, magis intenti vigiliis, hostes latebrantes[g] lapidibus exturbabant. Quod ope sancti Martini recto[h] iudicio reputat, qui vicinitate sua sibi devotis populis sedulam exhibuit praesentemque custodiam'. Et hanc virtutem a supra dicto cognovimus.

15.[a] Sibi quoque Ravenna atque in rethorica socii sui Felicis ex oleo, quod sub imagine picturae beati Martini in cicendile ardebat[b], dum tetigerunt oculos, lumen reddidisse[c] confessus est[1].

16. Similiter in praedicta urbe, dum Placidus procurator disperatus[a] a medicis ad alium[b] puellarum oratorium[2] sibi vicinum confugiret et in atrio decubaret[c], venit

Capp. 13—16. 1*a*. 2. 3.

Cap. 13. a) X:III, *ras.* X 2. b) venerat (?) 3, *corr.* c) ageret 3. d) de 3. e) quia, *ras.* i 1*a*. f) *postea add.* 3. g) occurrit 3; pervenerit *p.* h) abscisa f. indumenta 3; abscisa f. i. particula *p.* i) virtutem 2. *p.* k) *om.* 3. l) subtus positum 3; si — adhaeserit *om. p.* m) adhaese|serit 1*a*. n) fit (3). *p.* o) geni *in marg. suppl.* 2. p) *post* s. 9 *litt. ras.* 2.
Cap. 14. a) urbis 3. b) p 2. c) vigiliis *add., sed expunct.* 2. d) ture 1*a*, *corr. m. al.*; terra 3. e) ceca 3. f) super 1*a*. g) celebrantes 3. h) rep. recto i. 2.
Cap. 15. a) *c.* 15. *om. codd.* 15 *d. e.* b) credebat 3. c) reddisse 1*a*; redisse *p.*
Cap. 16. a) *pr. m. in marg. suppl.* 1*a*. b) arium 5. c) recubaret 2.

1) *V. Fortun. V. S. Mart. IV,* 665:

Qua mea Tarvisus residet, si molliter intras,
Inlustrem socium Felicem, quaeso, require,
Cui mecum lumen Martinus reddidit olim.

Id Ravennae contigisse, cum Fortunatus Felixque arti rhetoricae studebant (cf. V. Mart. I, 30*:* Rethorici exiguum praelibant gurgitis haustum), *etiam Paulus scripsit, H. L. II,* 13*:* Hic cum oculorum dolorem vehementissimum pateretur, et nihilominus Felix iste ipsius socius pari modo oculos doleret, utrique ad basilicam beatorum Pauli atque Iohannis, quae intra eadem urbem sita est, perrexerunt. In qua etiam altarium in honore beati Martini confessoris constructum propinquam habet fenestram, in qua lucerna ad exibendum lumen est constituta. De cuius oleo mox sibi isti, Fortunatus scilicet et Felix, dolentia lumina tetigerunt. Ilico dolore fugato, sanitatem, quam obtabant, adepti sunt. 2) *Vetus erat monasterium Ravennae*

noctu[a] abbatissae beatus Martinus per somnium, requirit[b], quid faceret: ait, se requiescere[c]. Dicit sanctus ad illam: 'In Gallias habui iam redire, sed propter istum qui foris iacet in atrium me remoratum profiteor'. Tunc[d] surgens abbatissa, referens visionem, fidem fecit homini de periculo liberari, quod certe meruit obteneri[e]. Sed ut praedictus presbiter adserit, multum desiderabilius[f] in locis Italis[g] Martini gloriam venerari, quam, si licet dici, quo pia membra recubant tumulati[h]; in tantum[i] ut frequentia miracula nec sparsa colligantur in verbis nec tam infinita recondantur in paginis.

17. In portam Ambianensi, in qua[a] quondam[b] vir beatus pauperem algentem clamide decisa contexit[1], oratorium a fidelibus est aedificatum, in quo nunc puellae religiosae deserviunt, sancti antestitis ob[c] honorem parumper facultatis habentis[d], nisi quod eas devotorum alit saepe devotio. Erant[e] tamen eis quodam tempore pauca apium alvearia[f], quae cum quidam invidus conspexisset, ait infra[g] se: 'Utinam aliqua[h] de his vasis possim auferre'. Secuta autem nocte instigatus a daemone, ablatis tribus vasis navem onerat, ut scilicet, transito amne, facilius quae abstulerat vindicaret. Sed credo[i], inpedimentum fuisse hoc furtum, sicut postea manifeste[k] probatum est. Igitur cum sole oriente ad portum fluminis[l] causa transmeandi homines properarent, navem ad litus conspiciunt, apesque ex alveariis catervatim emergere hominemque seorsum iacere prostratum. Sed putantes eum occupatum[m] somno, sicut iam didicerant[n] a puellis furtum factum, quantotius properant ad alligandum eum; sed accedentes, mortuum repperiunt[o]. Statimque puellis notum[p] factum[q], quod[r] furatum fuerat cellulae restituunt; admirantes, tam velocem in homine[s] divinae ultionis accessisse sententiam.

18. Sic et apud Siroialensim[a] oratorium[2], cuius altare sancti confessoris manus alma sacravit, dum plerique beneficia expetita mererentur, quidam paralyticus adveniens, et cereum in[b] status sui altitudine[c] nocte tota vigilans[d] retenuisset, mane facto, ut lux reddita est mundo, ipse, absolutis gressibus, populo teste, incolomes exilivit[e].

19. Nec hoc silebo, quid caecitati[a] contulerit, cum ad beatum sepulchrum devota mulier expetisset. Quaedam[b] de Turonico territurio femina Bella nomine, amisso oculorum lumine, graviter laborabat. Et cum die noctuque incessabilibus doloribus urgueretur, dicit suis: 'Si ad basilicam domni Martini ducta[c] fuissem, continuo recepissem

Capp. 16—19. 1*a*. 2. 3.

Cap. 16. a) nocte 3. b) requiret quod 1*a*. c) re *superscr.* 2; quiescere *p*. d) Tum 1*a*. e) optinere 2; obtinere *p*. f) li *pr. m. suppl.* 2. g) Italiis 3; Italicis *p*. h) tumulata (3); *om. p*. i) tantū::: :::ut 3.

Cap. 17. a) qua:, *ras.* e 2. b) codam *corr.* quondam 1*a*. c) ab honore 3; ob h. s. a. *p*. d) habentes 3; habentes f. *p*. e) Erat 2, *corr.; om. p*. f) fuerant data *add. p*. g) *sic* 1*a*. *p;* in:ra, *superscr.* t 2; intra 3. h) aliquā 2, *corr.;* aliquid (3). *p*. i) ei *add.* (1*a*). *p*. k) *in marg. suppl.* 2. l) *sic p;* luminis 1*a*. 2. 3. m) occutum 3. n) didicerat 1*a*. 2 *(corr.);* d. i. *p*. o) re *postea add.* 3. p) faciunt *add.* (3). *p*. q) et *add.* (3). r) furto furatum (3); furto raptum *p*. s) hominem 3.

Cap. 18. a) Siroialinsim 2; Sirolalensim 3; Siroiabense *p*. b) i status 3. c) altitudinem (3). *p*. d) vigilians reticuisset 3. e) exiluit 3; exiliit *p*.

Cap. 19. a) caecitate 3, *corr.* b) Quidam 3. c) ductam 3.

sub titulo sancti Martini, quod a Theodorico rege constructum fuisse dicebatur, postea sancti Apollinaris-Novi dictum. R. 1) *Cf. Severi V. S. Mart.* 3, 1*:* obvium habet in porta Ambianensium civitatis pauperem nudum *sqq. Oratorium postea S. Martini ad Gemellos ('S. Martin aux Jumeaux') appellatum tempore Ruinartii monachi Caelestini occupaverant, 'in quorum ecclesiae chori medio erecta est columna cum inscriptione, quae rem gestam exponit'. Iam tribunal ibi institutum est; cf. Longnon p.* 120. 2) *Sireuil? (Charente, arr. Angoulême, cant. Hiersac); cf. Longnon p.* 555.

Qui in exemplum Giezi[a, 1] possedit aurum et argentum, sed quod illi erat pretiosius adquisivit animae lepra[b], amisit et filium; nec umquam meruit deinceps alium adipisci.

31. Quam praesens et super alium ultio divina processerit, qui in sanctam[a] porticum periuraverit, ad conpremendam perfidorum audaciam non silebo. Cum ad matricolam illam, quam sanctus suo beneficio de[b] devotorum elymosinis pascit, cotidie a fidelibus necessaria tribuantur[c], consuetudinem benedicti pauperes habent, ut, cum multi ex his per loca discesserint, custodem inibi derelinquant, qui quod fuerit oblatum accipiat[d]. Quidam ergo devotus unum triantem mercedis intuitu detulit; quod custus loci collectum fratribus occultare non metuit. Convenientes autem pauperes ad sextam, sciscitati sunt antedictum custodem, quid sibi beatus pastor solita pietate respiciens transmisisset. Audierant enim, ibidem aliquid fuisse largitum. Qui ait cum sacramento: 'Per[e] hunc locum sanctum et virtutes[f] domni[g] Martini, quia hic amplius non venit quam unus argenteus'. Necdum enim verba conpleverat, sed adhuc sermo in ore pendebat[h], statim tremens corruit in terram, suoque lectulo aliorum manibus redditus, coepit graviter singultare[i]. Interrogatus autem a circumstantibus, quid sibi esset[k], respondit: 'Triantem illum quem pauperes requirebant periuravi, et ideo me praesens vindicta flagellat; sed rogo, ut eum accipientes reddatis[l] matricolae'. Quo reddito, statim amisit spiritum. O infelix, qui sic ab iniqua[m] cupiditate praeventus periit, ut et lucrum vitae perderet nec damna aptae[n] pecuniae possederet! Sed

Quid[b, 2] non mortalia pectora cogis

exsecranda cupiditas? Quae invida quondam viduae duobus[3] minutis caeleste regnum mercanti fueras[o], hunc per unum triantem ad ima praecipitas. Et qui Iudam[4] appendisti laqueo in magistri pretio, hunc per parvum nomisma dimergis in[p] tartarum. Satis[q] ergo haec ad conpremendam malorum temeritatem dicta sufficiant.

32. Ergo his exactis quae circa alios gesta sunt, adgrediar quae circa me indignum virtus praesentis est operata patroni. Anno centesimo sexagesimo tertio post assumtionem[a] sancti ac praedicabilis viri beati Martini antestitis, regente eclesiam Turo- 563. nicam sancto Eufronio episcopo anno septimo, secundo anno Sigiberthi[b] gloriosissimi regis[5], inrui in valitudinem cum pustulis malis et febre, negatoque usu poti atque cibi[c], ita agebar, ut, amissa omni[d] spe vitae praesentis[e], de solis sepulturae necessariis cogitarem. Obsedebat enim mors[f] assidua cum ardore, animam cupiens expugnare de corpore. Tunc iam valde exanimus[g], invocato nomine beati Martini[h] antistitis[i], parumper convalui et lento adhuc conamine iter incipio praeparare[k]; insederat enim animis, ut

Capp. 30—32. 1*a*. 2. 3.

Cap. 30. a) Gyezi 2; Gazi *p*. b) leprā 1*a*.

Cap. 31. a) scm̄ 1*a*, *corr. m. al.* b) *om.* 3. c) tribuuntur 2; tribuatur 3. d) accipia:t, *ras.* n 2. e) cum 3. f) virtutem 2, *corr.* g) scī 2. h) pedebat 3. i) singulare 1*a*, *corr. m. al.* k) et *add.* 3. l) reddans 3. m) iniqui::::qua c., *ras.* tate? 3. n) *corr. m. al.* apditae 1*a*; capte *p*; adeptae *Ruin.* o) modo *m. s. XII. add.* 1*a*. p) int̄ artarum 2, *corr.* q) Satis — sufficiant *om.* 3.

Cap. 32. a) onem *m. al. suppl.* 1*a*; assumcione 3. b) Sigibertis gloriosissimo (*corr.* gloriosissimi) 3. c) sibi 3. d) omnis 3. e) p̄senti 2, *corr. m. al.* f) *delet. et superscr. m. s. XII.* me vis 2. g) *sic* 2. 3; exanimis 1*a*. *p*. h) Martine 1*a*. i) antestes *corr.* antestis 3. k) praepare 3.

1) *Cf.* 4. *Reg.* 5, 27. 2) *Cf. Verg. Aen. III*, 56; *Greg. H. Fr. IV*, 46. *VI*, 36. *VIII*, 22; O ter quaterque exsecranda cupiditas *Gl. Mart. c.* 105. 3) *Cf. Marc.* 12, 42. 4) *Cf. Matth.* 27, 5. 5) *Secundus annus Sigiberthi regis a mense Dec.* 562. *ad a.* 563. *ducitur, quare septimus a. Eufronii a Christo nato est* 563. *Qui cum post Martinum defunctum a.* 163. *computatus sit, illum a.* 400. *vel potius, si Eufronius post diem* 11. *Nov. episcopus factus sit, a.* 401. *diem obiisse necesse est. Infra, Mir. S. Mart. II.* 1, *a.* 12. *Sigiberthi cum a.* 172. *post Martinum componitur, id quod vero calculo omnino respondet.*

locum venerabilis sepulchri visitare deberem. Unde tanto desiderio adfectus sum, ut nec vivere me oporterem[a], si tardius direxissem[b]. Et qui vix evaseram[c] ex ardore incommodi, coepi iterum desiderii febre[d] succendi. Nec mora, adhuc parum fortis iter cum meis arripio, actasque vel duas aut tres mansiones, ingressus silvas, corrui rursum febre et tam graviter agere coepi, ut omnes me autumarent vitam amittere. Tunc accedentes amici, videntes me valde lassum, dicebant: 'Revertamur[e] ad propria, et si te[f] Deus vocare voluerit, in domo tua morere; si autem evadis[g], votivum iter facilius explicas. Satius[h] est enim reverti ad domum quam mori in heremo'. Ego vero haec audiens, vehementer lacrimans et plangens infelicitatem meam, locutus sum eis, dicens: 'Adiuro vos per omnipotentem Deum et[i] reis omnibus metuendum[k] iudicii diem, ut ad ea quae rogo consentiatis. De coepto itinere non desistite; et si mereor[l] sancti Martini videre basilicam, gratias ago Deo meo; sin aliud, vel exanimum[m] corpus deferentes ibidem sepelite, quia deliberatio mea est, non reverti domui, si non eius sepulchro meruero praesentari'. Tunc una pariter flentes, iter quod coeperamus adgredimur[n]. Praecedente vero praesidio gloriosi domni[o], ad basilicam eius advenimus.

33. Eo tempore unus ex clericis meis Armentarius nomine, bene eruditus in spiritalibus scripturis, cui tam facile erat sonorum modolationes adprehendere, ut eum non putaris hoc meditare, sed scribere, in servitio[a] valde strenuus et in commisso fidelis, inficiente veneno, a pustulis malis sensum omnem perdiderat et ita redactus[b] fuerat, ut nihil penitus aut intellegere possit aut agere. Tertia vero nocte postquam advenimus ad sanctam basilicam, vigilare disposuimus; quod[c] inplevimus. Mane autem facto, signo matutinis horis conmonito[d], reversi fuimus ad metatum[e]. Qui lectulis quiescentes[f], usque ad horam prope secundam dormivimus. Expergefactus ego, amota omnem[g] languoris et cordis amaritudinem[h], sentio me[i] praestinam recepisse salutem, et gaudens puerum familiarem, qui mihi serviret[k], evoco. Exsurgens autem Armentarius velociter, coram me stetit et ait: 'Domine, ego parebo quod iusseris'. At ego aestimans eum[l] adhuc esse exsensim, aio: 'Si potes[m], voca puerum'. Et ait: 'Ego quaecumque praeceperis adimplebo'. Obstupefactus interrogo, quid hoc esset. Qui ait: 'Intellego me valde sanum; sed unus error est animi, quod[n] nescio, de qua hic parte[o] advenerim'. Et incipiens, ita mihi inpendit servitium, sicut erat solitus ante taedium. Tunc ego exultans et flens prae gaudio, gratias omnipotenti Deo tam pro me quam pro ipso refero, quod, intercedente patrono, incolomem me corpore, illum mente reddiderit, et unus occursus ex fide etiam alteri amenti, qui nec petere noverat[p], praestetisset. Sed nec hoc praeteribo, quod post dies quadraginta eodem die primo[q] vinum delectatus sum bibere, cum illud, faciente incommodo, usque tunc exosum habuerim[r].

34. Nos vero revertentes tres cereolos pro benedictione[a] beati sepulchri portavimus. De qua cera quam multae virtutes factae sunt super frigoriticis et aliis infirmis, longum est enarrare. Sed unum e multis miraculum proferam. Agrum quendam[b] possessionis nostrae grando annis singulis vastare consueverat et[c] tam graviter saeviebat, ut nihil ibidem cum[d] venisset relinqueret. Tunc ego in vineis[e] illis arborem unam,

Capp. 32—34. 1*a*. 2. 3.

Cap. 32. a) *corr. m. al.* oporteret, *m. tertia* optarem 1*a*; *corr. m. s. XII.* putarem 2; optarem *p*. b) dir. — incommodi *om.* 3. c) evaderam 2, *corr.* d) febres accendi 3. e) Revertamus 3. f) D. te 2. g) evades 2; evaseris *p*. h) melius 3. i) eternis o. 3. k) in *add.* 3. l) merear 3. m) exanime 2. *p*; exanime eum :::: cor (pus *superscr.*) 3. n) adgredi:mur, *ras.* a 1*a*. o) domui 3.

Cap. 33. a) ti *m. al. superscr.* 1*a*. b) retractus 3. c) et *m. al. add.* 2; *add. p*. d) *corr. m. al.* commoto 1*a*; *sic p*. e) metūtum 1*a*, *corr.* f) quicentes 3. g) omne 2. h) amaritudiue (3). i) ne pristinem recepissem 3. k) servire invoco 3. l) a. esse eum (3). *p*. m) potes:, *ras.* t 2. n) duod 3. o) partem 3. p) salutem *m. s. XII. add.* 1*a*. q) primum 3. r) habuerit 3.

Cap. 34. a) benediccionem 3. b) quedam 3. c) E 3. d) convenisset 2, *corr. m. al.* e) venies 3.

quae erat excelsior ceteris, eligens, de sancta cera super eam posui. Post illam[a] autem diem usque in praesens tempus numquam ibidem[b] tempestas caecidit, sed veniens, locum illum tamquam timens praeteriit.

35. Fide commonente, quidam ex nostris lignum venerabilem[a] de cancello lectuli[1], quod est ad monasterium sancti domni, me nesciente, detulerat, quod in hospitiolo suo pro salvatione[b] retenebat. Sed — credo, non sic honorabatur[c] aut diligebatur, ut sibi decuerat[d] — coepit familia eius graviter aegrotare. Et cum penitus nesciretur, quid hoc esset, nec emendaretur aliquid, sed cotidie ageretur deterius, vidit in visu noctis personam terribilem, dicentem sibi: 'Cur sic tecum agitur?' Qui ait: 'Ignoro prorsus, unde hoc evenerit'. Dicit ei persona: 'Lignum, quod de lectulo domni Martini tulisti, neglegenter tecum hoc retenis, ideo haec incurristi. Sed vade nunc, defer eum Gregorio[e] diacono, et ipse eum secum reteneat[f]'. At ille nihil moratus mihi exhibuit. Quod ego cum summa veneratione collectum loco digno reposui. Et sic omnis familia in domo eius sanata est, ita ut nemo ibidem deinceps aliquid mali perferret.

36.[a] Factum est autem[b] quodam tempore, ut visitationis studio ad venerabilem matrem meam in Burgundia[c] ambularem. Cum autem silvas illas quae trans Berberem[d. 2] fluvium sitae sunt praeterirem[e], latrones incurrimus. Qui[f] circumdantes nos, volebant[g] spoliare et interficere. Tunc ego ad auxilia consueta confugiens, sancti Martini praesidium flagitabam. Quod mihi protinus dignanter adsistens, ita eos conteruit[h], ut nihil contra nos agere possint[i]. Sed versa vice[k], qui venerant[l] timerentur, timere coeperunt et cursu velocissime[m] fugire. Sed ego non inmemor apostoli, inimicos nostros potu Cf. Rom. 12, 20. ciboque debere satiari, potum eis offerre praecipio. Qui nequaquam expectantes, quantum poterant fugiebant. Crederes, eos fustibus agi aut invitos[n] contra possibilitatem caballorum suorum[k] currere cogi; et sic, tribuente Domino, iuvante[o] patrono, ubi[p] dirigebamur[q] advenimus. De quantis me tribulationibus et aerumnis[r] eripuit, in quantis mihi necessitatibus sua pietas adstetit, vel quantas in me amaritudines sua[s] virtute conpescuit, non dicam ad scribendum[t], sed etiam ad referendum perlongum est.

37. Quid de disintericis[a] dicam, ubi tam velociter invenitur medella[b], quam fideliter fuerit inquisita? Nam vidi mulierem[c] a desinteria per quinque menses graviter laborantem, ita ut, cum necessitas commoverit[d], inter manus[e] loca necessaria transferretur[f], qui simul et confortationem cibi[g] et virtutem corpusculi superflue digerendo[h] perdiderat, me indice[i] ad basilicam vigilasse; reddito[k] autem post nocturnis[l] tenebris diem[m], abrasum beati tumuli pulverem, et remedium hausisse simul et poculum, eamque domi propriis gressibus fuisse redditam, qui veniens[n] ab aliis fuerat[o] sustentata.

Capp. 34—37. 1*a*. 2. 3.

Cap. 34. a) illũm 3. b) i. — timens *om.* 3.

Cap. 35. a) venerabile 1*a*. 2. b) sua *add*, *sed eras.* 2. c) honorabat 3. d) detulerat 3. e) Grogorio 3. f) retenebat *corr. m. al.* retineat 1*a*.

Cap. 36. a) 33 1*a*, *corr.* b) in *add.* 3. c) Burgundiam 3. *p*. d) Verberem 2. e) praeterire 3. f) Que 3. g) vole 3. h) conseruit? 1*a*, *corr. m. al.* i) possent 2. *p*. k) *om.* 3. l) ut *add.* 2. *p*; *m. al. superscr.* 1*a*. m) velocissimo (1*a*). *p*. n) in (vitis, *m. al.* vitos, *suppl.*) 2. o) iubente 3. p) advenimus *add.*, *sed del.* 3. q) diligebamur 5. r) rumnis *corr. m. al.* erumnis 2. s) suas 3. t) scribendam 3.

Cap. 37. a) de [de]sintericis, *m. al. superscr.* de 1*a*. b) medelam 2, *corr.* c) rem *m. al. suppl.* 1*a*. d) comoveret 3. e) ad *m. al. add.* 1*a*; in *add. p*. f) transferratur 2. g) ubi *add.* 3. h) dirigendo 3. i) *m. s. XII. add.* novi hanc 1*a*. k) Reddita 2. l) turnis *corr. m. al.* nocturnas 2. m) diẽs 3. n) venientes 3. o) fuera:t, *ras.* n 2.

1) *Cf. M. S. Mart. III*, 22: si cancellus ipsius lectuli contigisset. Lectulum autem non aliter dicitur, nisi quod in pavimentum illud, substrato cinere, adpositum capiti lapidem, Israel nostri temporis flexa cervice recubuit. 2) *Bèbre, qui Ligeri fl. sub sinistra influit; cf. Longnon p.* 160.

38. Vel quid[a] de inerguminis et frigoriticis[b] referam, quibus, si vere fuerint parcitas fidesque coniunctae, mox, adminiculante patrono, cunctae submoventur insidiae? Sic multi ex frigoriticis, dum vi febris pessimae quatiuntur, tota die inter altare et sanctum tumulum decubantes, ad vesperum[c] autem haustum[d] ex beato sepulchro pulvere, continuo promerentur[e] accipere sanitatem. Nam Paulus inerguminus, qui[f] legionem daemonum dicebatur habere, insistente inimico, machinam, quae sanctae camerae erat propinqua, conscendens, dixisse fertur[g]: 'Vasculum quod exustus inhabito'. Et praecipitans se deorsum, ita beati virtute leviter in pavimentum[h] depositus est, ut nullum membrorum[i] corpusculi[k] damnati conlideret[l].

39. Leomeria quaedam caeca atque contracta, longo tempore male vivens, dum iter illud per manus aliorum crebris occursibus utitur, quo[a] ad beati basilicam itur, tandem ab eius pietate respecta, iacens ad sanctum ostium, lumen pariter gressumque recepit. O si totum proderetur in publico, quod singuli quique, dum fideliter poscunt, latenter accipiunt, et retenit occultum multorum conscientia[b], quod fideliter poscendo clam quaesita sanitas est adepta! Quod si haec, ut diximus, cuncta publicarentur[c], non solum libros, sed nec[d] ipsum mundum, ut ait euangelista[1] de Domino, arbitror potuisse recipere.

40. Et quoniam sermo clausulam[a] petit[b], unum vobis adhuc praeclarum miraculum, priusquam liber finem accipiat, enarrabo. Adolescens quidam nomine Securus[c] ex utero[d] matris egrediens manum aridam pedemque[e] protulerat et ita omnium membrorum siccata conpage diriguerat, ut[f] monstrum aliquod simularet; erat autem et iugo servitutis innexus. Quem cum viderent domini sui iam per septem annis[g] nihil omnino posse proficere[h], manibus deportantes, posuerunt eum ante beatum sepulchrum, ut vel a praetereuntibus pasceretur, qui labore proprio[i] aleri[k] non poterat. Iacente autem eo in loco illo per multos dies, directus est[l] pes eius qui fuerat debilis, manusque eius sicca, infectis sanguine venis, sanata est, et ita omni corpore, accepta beati confessoris ope, formatus est, ut putaris, eum denuo fuisse renatum. Qui puerulus a Iustino comite redemptus et ingenuus dimissus est; et postea baptismum consecutus, usque hodie sub patrocinio sanctae eclesiae persistit incolomis. Quis umquam ista sic ex ordine inquirere aut referre poterit, ut[m] laudare sufficiat? Tamen nos, quantum investigare potuimus, scribere fideliter studuimus, hanc[n] sperantes mercedis retributionem accipere, ut, dum haec leguntur in laude sanctissimi[o] sacerdotis, nobis fortassis tribuatur[p] refrigerium pro delictis, dicente poeta[q. 2]:

Forsan[r] et haec olim meminisse[s] iuvabit.

EXPLICIT[t] LIBER PRIMUS.

Capp. 38—40. 1*a*. 2. 3.

Cap. 38. a) qui 3. b) frigoritis 3. c) vespere 2, *corr. m. al.* d) austrum 3. e) promentur 3; promeruerunt *p.* f) *post* qui 2 *litt. ras.* 1a. g) *m. s. XII. add.* pereat 1*a*; Parcatur *add. p.* h) pavimento 3, *corr.* i) *del.* 3. k) corpusculi: damnati, *sed* i *in litura m. al.* 2; d. c. *p.* l) conlidere 3.

Cap. 39. a) quod a 3. b) conscientiam 3. c) publicantur 3. d) hec 3.

Cap. 40. a) clausalam 2, *corr. m. al.* b) petiit 3. c) Secarus 3. d) sutero 3. e) pedumque 2, *corr. m. al.* f) :ut m:onstrum 2. g) *sic* 3; annos 1*a. p*; ann:s 2. h) perficere 3. i) proprie 3. k) alteri *corr. m. al.* ali 1*a.* l) *om.* 3. m) *m. s. XII. add.* ex equo 1*a*; vel *p.* n) A nos 3. o) scī: *del. et superscr. m. s. XII.* sanctissimi 2. p) tribuantur 3. q) propheta 1*a*, *corr.*; poetia 3. r) forsitan 1*a*; forsitant 3. s) nominisse 1*a*. t) E. L. P. *om.* 3.

1) *Ioan.* 21, 25. 2) *Verg. Aen. I,* 203.

CAPITULA[a] LIBRI II[b].

1. Qualiter a febre et[c] disenteria erutus[d] sum.
2. De infirmitate Iustini.
3. De Maurusa ciracrica.
4. De servo Symonis[e] presbiteri[f].
5. De paralytico Audisiodorinse[g].
6. De alio paralytico[h] Aurilianinse[i].
7. Item[k] de alio paralytico ex Biturigo.
8. De caeco inluminato.
9. De alia caeca.
10. De muliere a[l] profluxu sanguinis liberata[m].
11. De muliere cloda.
12. De disinterico sanato.
13. De[n] caeco inluminato.
14. De puella paralytica[o].
15. De caeco[p] inluminato.
16. De his quae[q] nauta retulit.
17. De Gunthramno[r] duce.
18. De Landulfo lunatico.
19. De Theodomere[s] diacono caeco[h].
20. De Desiderio inergumino.
21. De homine[t] manu contracta habente[h].
22. De Remigia matrona.
23. De Vinaste[u] caeco.
24. De homine[v] omnibus membris contracto.
25. De paralytico sanato.
26. De Piolo muto.
27. De muliere[w] paralytica.
28. De muliere[w] caeca.
29. De duobus caecis.
30. De muliere muta.
31. De alia[x] muliere[h] debile.
32. De oleo ad sepulchrum eius[y] crescente.
33. De Leomere[1] contracto.
34. De clerico caeco.
35. De carcerariis dimissis.
36. De pignoribus, quae[z] Leodovaldus[a] episcopus[f] detulit[f].
37. De inergumino sanato.
38. De puella muta.

Index. 1*a*. 2. 3.

a) Hec sunt capitula 3, *ubi index libri secundi primum excipit* 3; *de* 3* *v. p.* 584, *l.* 37. b) s. l. *p*; de virtutibus sancti Martini Turonensis episcopi *add.* 3. c) et d. *postea add.* 3. d) eru::tus, *ras.* di 1*a*. e) *om.* 2. f) *om.* 3. g) Audissioderinse 2; Autisiodorensis *corr.* Autisiodorense 3. h) *om.* 3. 3*. i) Aurelianense 3. k) De alio Biturigense 3; De p. ex B. 3*. *p*; Biturico 2. l) a flux sagš 3; m. fluxu sanḡ 3*; a profluvio sanguis *p*. m) lbr̄t 2; *om.* 3. n) Item de 2. o) paralica 3. p) De alio caeco, *om.* inl. 3. 3*. q) qui nauti 3*. r) Guntramno 3. 3*; Guntranno *p*. s) Theodero *corr.* Theodere 2; Thehodomere 3*. t) cum *add.* 3. 3*. u) Invaste 3. 3*; Vinasto *p*. v) alio 3. 3*. w) alia 3. 3*. x) alio 3*; *om. p*. y) e. c. *om.* 3. 3*. z) qua *corr. inter scr.* quibus 2; quas 3. a) Leodevaldus 2; Loduoaldus *p*.

1) Allomeris *in textu appellatur*.

INCIPIT LIBER II.

DE[a] VIRTUTIBUS, QUAE FACTAE SUNT, POSTQUAM NOS[b] VENIMUS.

Quoniam, perscriptis virtutibus sancti Martini, quod vidimus vel a fidelibus viris de anteacto tempore repperire[c] potuimus[d], ardentes valde in hac siti, ut non traderetur oblivioni quod Dominus exercere dignatus est in laudem antestitis sui, narrare etiam ea[e] cupimus, quae nostro tempore agi miramur, relinquentes parvam materiam eloquentioribus, sumentes autem magnalia virtutum in nostris operibus, ut[f], quod peritia non dilatat[g] in paginis[h], numerositas[i] virtutum extendat in cumulis.

1. Anno centesimo septuagesimo secundo post transitum beati Martini antestitis,
573. Sigiberto[a] gloriosissimo rege duodecimo anno[1] regnante, post excessum sancti Eufroni[b]

Index. Praef. Cap. 1. 1*a*. 2. 3.

Index. a) Ardius, *om.* p. p. b. 3. b) Sisulpho 3. c) De ominis munimenta c. 3. d) alio 3. e) *om.* 3. f) ex in se 3; *om. p.* g) Lixoviense, *om.* c. 3; Luxonica *p.* h) manu 3. i) contractum 1*a*, *corr. m. al.*; contracto, *om.* h. 3. k) digitis contractis *pro* q. — v. 3. l) alio qui in f. 3. m) s. I. *om.* 3; Ihōnis 2. n) d. est *om.* 3; est *m. al. add.* 2. o) dælio *pro* De a. 3; a. *om. p.* p) post libertatem venditam 3. q) Explicit capitula libri II. *add.* 3, *ubi liber primus sequitur.*

Praef. a) De — venimus *om.* 3. *p.* b) *m. s. XII. add.* Turonus 1*a*. c) re risse 3. d) *m. al. add.* libellum primum explicuimus 1*a*. e) *om.* 2. f) *postea add.* 3. g) diluat 3. h) paganis 2, *corr.* i) nemorositas 3.

Cap. 1. a) Sigeberto 2; Sigisberto *p.* b) *sic* 3; Eufronii (1*a*. 2). *p.*

1) *Omnes temporum notae cum a.* 573. *p. Chr. conveniunt, qui post Martinum a.* 401. *defunctum* 172, *Sigiberti regis a.* 561. *m. Dec. creati duodecimus erat. Cum post Eufronium, qui die* 4. *Augusti colitur, episcopatum dies* 19. *cessavisse, Gregorius H. Fr. X,* 31. *scripserit, die* 23. *Augusti ipsum consecratum esse putant. Quod minime admittendum est, cum ille dies*

episcopi non meo merito, cum sim conscientia teterrimus et peccatis obvolutus[a], sed tribuente fideli Deo, qui vocat ea quae non sunt tamquam[b] quae sunt, onus episcopati indignus accepi[c]. Mense autem secundo ordinationis meae, cum essem in villa, incurri disinteria[d] cum febre valida et taliter agi coepi, ut inminente morte vivere[e] omnimodis disperarem[f]. Emittebant autem assiduae digestionum officia quae[g] accipere poterant inexpensa[h], et erat horror cibi; cumque[i] ab inaedia[k] deficeret[l] virtus stomachi, febris tantum erat victus corpori; nam nullatenus accedebat[m] confortatio sumptuosa. Erat autem et dolor gravis totam alvum penetrans et discendens ad ilia[n], non me minus[o] consumens tortura sua, quam febris exegerat. Cumque sic ageretur mecum[p], ut non remansisset spes vitae, sed[q] cuncta deputarentur in funere, nec[r] valeret penitus medici antidotum, quem mors mancipaverat ad perdendum, ego ipse de me disperans, vocavi Armentarium archiatrum et dico ei: 'Omnem ingenium artificii[s] tui inpendisti[t], pigmentorum omnium vim iam probasti, sed nihil proficit[u] perituro[v] res saeculi. Unum restat quod faciam; magnam tibi tyriacam[w] ostendam. Pulverem de sacratissimo domni[x] sepulchro exhibeant[y], et exinde mihi facito potionem. Quod si hoc non valuerit, amissa sunt omnia evadendi perfigia[z]'. Tunc misso diacono ad antedictum beati[p] praesolis tumulum, de sacrosancto[a] pulvere exhibuit, dilutumque mihi porregunt ad bibendum. Quo[b] hausto, mox omni dolore sedato, sanitatem recipi[c] de tumulo. In quo tam praesens fuit beneficium, ut, cum id actum fuerit hora tertia, incolomis procederem[d] ad convivium ipsa die ad sextam.

Visum est et[e] hoc inserere lectioni, qualiter me Deus arguerit, ne ante me permitterem stultos et faciles de beatis solemnibus obtrectare. In crastino autem, postquam convalui[f], die dominico ad missam veniens, nolens[g] me fatigare, uni presbiterorum gloriosa solemnia caelebrare praecepi. Sed cum presbiter ille nescio quid rustice festiva verba depromeret, multi[h] eum de nostris inridere coeperunt, dicentes: 'Melius fuisset[i] tacere quam sic inculte[k] loqui'. Nocte autem insecuta vidi virum dicentem mihi: 'De mysteriis Dei nequaquam disputandum'. Testor Deum, quia hoc a me non est conpositum; sed ipsa verba quae audivi vobis exposui. Unde, dilectissimi, nullus[l] de hoc mysterio[m], etiamsi rustice videatur dici, disputare praesumat, quia apud Dei maiestatem magis simplicitas pura quam philosophorum valet argutia.

2. Gratum arbitratus sum et illud non omittere, quod mihi in libro anteriore excessit. Nam cum retulerim[a] de cereolis illis, quos de sepulchro beati antestitis sustuli[1], a quibus et tempestates sedatas et alias infirmitates prohibitas dixi[b], mecum detenerem, Iustinus[2], vir sororis meae, in valitudine inruit et, in valescente febre cum

Capp. 1. 2. 1*a*. 2. 3.

Cap. 1. a) involutus 2. b) ea *m. al. add.* 1*a*; *add. p.* c) accepit 3. d) discenteriam 3. e) *m. al. superscr.* 2. f) disperare 3. g) quae non a. 1*a*; quem a. 3; que a. non p. *p.* h) inexpensas 3. i) que *om.* 1*a. p.* k) in (eadia *in litura*) 3. l) defecerit 1*a*; deficerent *p.* m) accebat 3. n) iliam 3. o) meminimus 1*a*, *corr. m. al.* p) *om.* 3. q) secunda 3. r) ne 3. s) artis *eras. et in marg. suppl.* artificii 2. t) t. in me inp. 2; t. non pendisti 3. u) profecit 2. v) perituro⁹ 3, *corr.* w) tyriam quam 3. x) domno *m. al. corr.* domni *et in marg. suppl.* sepulchro 1*a*; Martini *add. p.* y) exhibeto, *sed* to *m. al. in litura scr.* 1*a*; exhibunt 2, *corr.*; exhibe *p*; et exinde *om.* 3. z) perfigiā *corr. m. al.* profugia 1*a*; prestigia *p.* a) sachrosancte 3. b) Quod asto (*del.* a.) h. 3. c) recepi 2; recepit 3. d) procederit 3. e) in *add.*, *sed expunct.* 3. f) non valui 3. g) nolensque (3). h) enim *add.*, *sed del.* 3. i) fuisse 3. k) inculto 3. l) e *add.*, *sed del.* 3. m) ministerio 5.

Cap. 2. a) *sic p*; cum et tulerim 1*a* (*corr. m. al.*). 2; cum intulerim 3. b) dixit 3.

Mercurio sacer fuerit, ordinationes autem nisi Solis die factae non sint. Neque Eufronius die 4. *Augusti obiit, sed depositus est, ita ut die dominico* 20. *Aug. Gregorius episcopatum adeptus sit, postquam ex die* 1. *Augusti novemdecim dies cessavit.* 1) *Supra I, c.* 34. 2) *De quo cf. Gl. Mart. c.* 70.

doloribus membrorum omnium, valde[a] ad extremis[b] agere[c] coepit[d]. Nuntius haec ad me dilatus retulit, efflagitans[e], ut, si quid medicamenti[f] repperire possim, morituro transmitterem, ne obiret. At ego in virtute antestitis[g] beati confisus, unum ex cereolis transmitto[h] per puerum, dicens: ‘Accendite[i] illum coram eo, et in contemplatione luminis orationem fundat ad Dominum et deprecetur omnipotentiam antestitis, ut ei succurrat’. Missus autem puer quod dederam deportavit. Quo accenso ante lectum aegroti, favillam[k] scirpi, quem iam ignis consumpserat, cultro[l] eradunt, delutumque aqua aegroto porregunt ad bibendum. At ille, ut hausit[m], protinus sanitatem recepit, incolomisque redditus, nobis postea, qualiter sibi virtus beati antestitis subvenit, exposuit. Nam referre erat solitus, at[n] ubi primum oculis eius iubar[o] luminis progressum a cereo tenebras pepulit[p] noctis, protinus in contemplatione flammae febris recessit[q] a corpore, ac stomachus, qui diu languebat inaedia, cibum consolationis efflagitat, et, qui[r] tantum aquam puram ad restinguendum febris ardorem haurire consueverat, nunc vina desiderat. Fecit hoc virtus antistitis, quae saepe miseris opem proflua miseratione tribuit et infirmis medicamenta largitur.

3. Vereor, ne, nimium progredi praesumens, obsoletet[a] paginam sermo rustitior. Maurusam[b] quendam[c] graviter ciracrici umoris[d] dolor adfecerat[e], ita ut, retortis ad crura pedibus, nullatenus se eregere possit. Erat autem et oculorum luce[f] multata, quae longo tempore graviter agens, tamquam mortua putabatur superstis, nec erat ei spes alimonii, nisi qui[g] manum misericordiae porrexisset. Cotidie autem respectum[h] intuens devotorum, victus[i] necessaria deposcebat. Factum est autem, ut quodam tempore extra solitum gravius[k] ageret, nec poterat quemquam[l] iudicare[1] membrorum, nisi tantum in pectore flatus spiraminis[m] discurrebat. Quae iam valde exanimis rogavit, ut eam[n] ad pedes sancti Martini deferrent. Quo loco cum manibus[o] fidelibus fuisset inlata, dolore cogente[p] vociferans beati viri auxilium, ut sibi misereretur, orabat. Tandem pietas illa respiciens, quae pauperes dimittere numquam consuevit inanes, in festivitate sua laxata sunt fila nervorum arentium, et sic de[q] dextra, quam per sex annos non iudicaverat[r], signum beatae crucis ad os faciens, in pedibus restituta est, ita ut ad hospitiolum suum nullius usu[s] adiutorio remearet, oculorum lumine[t] non recepto. Post annos autem duos iterum veniens ad beati patronis[q] tumulum, coepit adtentius, sicut erat oportunum, orare; mox apertis oculis, in rediviva[u] luce surrexit. Hanc[v] virtutem ideo hic scripsimus, quia, postquam nos advenimus, inluminata est; nam antea debilitate sanata.

4. Symonis[a] fidelissimi conpresbiteri nostri servus Veranus nomine, qui erat[b] ei in commissis[c] prumptuariis praelibatus, dum ad custodiam sibi dispositam resederet[d], superveniente umore podagrico, pedum gressu[e] multatur. Qui cum per totum annum

Capp. 2—4. 1*a*. 2. 3.

Cap. 2. a) *corr. m. s. XII.* valitudo 1*a*. b) extremum (3). *p*. c) *corr. m. s. XII.* urgere 1*a*. d) coepi 1*a*, *corr. m. al.* e) afflagitans 3. f) medicamento 2, *corr.* g) antistis 1*a*, *corr. m. al.* h) transmitte 3. i) Accedite 3. k) favilla 3. l) evadunt *add.*, *sed del.* 3. m) absit 3. n) *corr. m. al.* qđ 1*a*; *sic p.* o) iub& 3. p) pepunit 3; peperit *p.* q) necessit 3. r) *superscr.* 3.

Cap. 3. a) obsolet:, *ras.* a 1*a*; obsolet:et *del. et superscr. m. s. XII.* obfuscit 2; obsoleat p. *p.* b) Maurusab 3. c) quandam 2. *p.* d) humori 3. e) adfeceret 2, *corr.* f) lucem multurū (*corr.* multata) 3. g) quia 3; n. aliquis ei m. *p.* h) respectu *corr. m. al.* respectus 2. i) vinctus nes n. 3. k) graviter? 2, *corr.* l) quequam iudicar 3. m) spiramini 3. n) *superscr.* 2; e. ad *om.* 3. o) auxi *add.* 3. p) cogenti 3. q) *postea add.* 3. r) *m. s. XII. corr.* moverat 2; levaverat *p.* s) *corr. m. al.* usa 1*a*. 2. t) limiñ 1*a*, *corr. m. al.* u) redivina 3. v) Hunc 1*a*, *corr. m. al.*; virtute 3.

Cap. 4. a) Simonis 1*a*. 2. *p.* b) ei erat 1*a*. c) commis 3. d) rediret 3. e) gressu:, *ras.* s 2.

1) *i. e.* dirigere.

talibus doloribus vexaretur, ut[a] etiam vicinia in proximo posita[b] commoveret, contractis subito nervis, ad plene[c] debilitatur. Quod videns dominus eius, dolens exitum fidelis vernaculi, iussit eum ad[d] pedes beati antestitis deportari, promittens votum et dicens: 'Si eum reddideris sanitati[e], piissime domne Martine, in illa die absolutus a meis servitiis[f] vinculo, humiliatis[g] capillis tuo servitio delegetur'. Positus[h] ergo ad pedes pretiosissimi domni, cum per quinque dies ibidem iaceret inmobilis, die sexta sopore conpremitur; et obdormiens, visum est ei, tamquam si in[i] lectulo solitus sit homo pede extendere. Expergefactus autem, sanus ab omni debilitate surrexit. Qui, tunsorato capite, accepta libertate, beati domni usibus[k] nunc deservit. O admirabilem beati viri redemptionem! Quis umquam de mille talentis sic redimet sicut praesens nostrorum criminum suffragator? Qui uno ictu unoque momento sine numismate[l] auri et corpus a debilitate et conditionem absolvit ab onere[m].

5. Quidam ex Autisiodorensi[a] Mallulfus[1] nomine deferentibus manibus ad beati[b] Martini sepulchrum iactatus est. Qui iugi[c] oratione et ieiunio incumbens, pedes, quos intortos exhibuit, at[d] subito, data sanitate, retulit in usu consueto directos; et ita sancti[e] virtute quodammodo reformatus est, ut, qui aliorum manibus deportabatur[f], propriis firmatus vestigiis, praesentibus nobis, consurgeret sospes.

6. Alius autem paralyticus ex Aurilianensi[a] territurio carruca devectus, venit ad sanctam basilicam. Qui diebus multis iacens ad ostium illum qui[b] secus baptisterio ad mediam diem pandit egressum, beati antestitis inplorabat auxilium. Factum est autem, ut una die iacens gravius extra solito torqueretur, ita ut vicinia[c] de proximo ad eius voces[d] concurreret. Dissolvebantur autem ligaturae nervorum eius et dirigebantur[e], propterea erat dolor intolerabilis; et sic, tribuente patrono, erectus super plantas, flens prae gaudio, populo teste surrexit. Qui continuo clericus factus et in sospitate firmatus, ad domum regressus est.

7. Sed et alius gressu debilis nomine Leuboveus[a] iam clericus adveniens, se per terram trahens, quia paupertate faciente non habebat qui eum ferret, de[b] die in diem beati Martini limina requirebat. Qui dum quadam die a[c] foris ad sancti[d] pedes fleret, directis[e] genibus atque pedibus, spectante populo, sanitatem recepit. Tres virtutes istas ipsa die factas fuisse constat, quo Sigiberthus[f] gloriosissimus rex Sequanam transiens, sine conlisione exercitus pacem cum fratribus fecit[2]. Quod nullus ambigat, hanc etiam 574.
beati antestitis fuisse victoriam.

8. Eo namque tempore caecus quidam stipem ab elymosinariis postulans, cui non erat[a] aliud in victu, nisi qui manum porrexisset pietatis intuitu[b], nec erat domi

Capp. 4—8. 1*a*. 2. 3.

Cap. 4. a) et *add.* 3. b) c. p. 2. c) pene 3. d) ad p. *om.* 3. e) sanitate 3. f) servitus? 3; mei servicii *p.* g) humilitatis 1*a*, *corr.* h) Positis 3. i) n 3. k) uisibus 3. l) numi:smate 1*a*. m) honore 3.

Cap. 5. a) Autisioderen:: *corr. m. al.* Autiss. 2. b) s. b. M. 2. c) vigiliis orationem 3. d) *m. al. corr.* exhibuerat 1*a*; e. redita s. s. *p.* e) v. s. 2. f) deportatur 3; deportatus est *p.*

Cap. 6. a) Aurialensi *corr. m. al.* Aurelianensi 1*a*; Aurelianensi ::t̄rritorio 3. b) quod 3. c) vicinio 3; vicini *p.* d) depromeret *add., sed delet.* 2. e) dirigebatur 1*a*.

Cap. 7. a) Leubove:us 1*a*; Leubovius *p.* b) deinde in 3. c) *om.* 3. d) ad pedes:: (*ras.* ad) s. fl. 2. e) directus 1*a*, *corr.* f) Sigeberthus 2; Sigibertus (3).

Cap. 8. a) erant 3. b) intuita 3.

1) *Tres paralytici Mallulfus, anonymus Aurelianensis, Leuboveus uno eodemque die bonam valetudinem receperunt, quo Sigibertus cum Chilperico pacem iniit (a.* 574*); cf. H. Fr. IV,* 49*:* Sed nec hoc sine beati Martini fuisse virtute ambigitur, ut hi sine bello pacificarentur; nam ipsa die, qua hi pacem fecerunt, tres paralitici ad beati basilicam sunt directi. Quod in sequentibus libris, Domino iubente, desseruemus. *V. infra c.* 7. 2) *V. H. Fr. IV,* 49.

praesidium nisi miseratio devotorum; die una, dum ante sanctum[a] sepulchrum fixis staret vestigiis, subito corripit eum dolor in oculis, et, cum graviter ab hoc dolore consumeretur, coeperunt oculi eius spumam emittere. Et sic erumpente a palpebris eius sanguine, in rediviva luce renascens, lumen, quod olim perdiderat, videre promeruit.

9. Gunthedrudis[a] quaedam de Virmandense[b] terreturio oculorum lumen perdiderat; quae[c] relinquens domum et patriam, fide[d] commonente, venit ad sanctam basilicam, ibique diebus multis deserviens, unius oculi meruit recipere visum. Qui mox oblita virum[e] et filios, vesteque[f] mutata, ad relegionem eclesiasticam, Domino inspirante, transivit.

10. Sed nec hoc silebo, qualiter velut ex[a] veste Redemptoris nostri ad beatum sepulchrum fluxus[b] sanguinis sit siccatus[c. 1]. Mulier quaedam ex Arverno veniens cum viro suo de pago Trasaliensi[d. 2], a profluvio sanguinis[e] aegrotabat; secus atrio[f] autem basilicae mansionem habebat. Quae diebus singulis ad sancti confessoris limina iacens prostrata, opem sanitatis poscebat. Factum est autem, ut quadam die accedens ad sanctum sepulchrum, orans et osculans, de palla quae super est posita aures sibi et oculos tangeret. Protinus, siccato rivo sanguinis, ita sanata est, ut putaret se Redemptoris fimbriam contigisse. Cuius vir in valitudine[g] inruens, ad ostium basilicae manibus depositus aliorum, fideliter exorans, restincta[h] febre, convaluit. Et sic pariter hic ab incomodo, haec a profluvio sanati, magnificantes Deum ad propriam domum regressi sunt.

11. Coniux Animi[a] tribuni nomine Mummola[b] nocte conterrita a pavore, usum unius pedis perdiderat[c] et ita in debilitate corruerat, ut aliorum manibus sustentaretur evecta, sic ubi disponeret processura. Quae ad beati Martini pedes deposita, nocte tota cereum manu pro voto detenuit, nobis in basilicam vigilantibus. Mane autem facto, moto[d] matutinis signo, super pedem debilem constetit, ita ut, omni debilitate sedata[e], ad metatum suum propriis gressibus, nullo sustentante, libera[f] remearet.

12. Quodam vero tempore cum beatus Germanus Parisiacae urbis pontifex ad festivitatem antistitis gloriosi accederet, Ragnimodus[a. 3] tunc diaconus, nunc[b] episcopus, in servitium eius accessit, graviter a disinteria laborans. Sed beatus Germanus prius ad villam eclesiae suae[4], quae in hoc terreturio sita est, venit. Igitur cum ante noctem[c]

Capp. 8—12. 1*a*. 2. 3.

Cap. 8. a) *superscr.* 2.

Cap. 9. a) Gunthetrudis 1*a*; Gundetrudis *p*. b) Viromandense 1*a*; Virmadense 3; in vico Mandense 5. c) qua 3. d) fiden 2, *corr.* e) virit? 1*a*, *corr. m. al.* f) mutataque veste 2.

Cap. 10. a) et 3. b) fluxu 2, *corr.* c) siccatum 3, *corr.* d) Transaliensi 2; Trāsilensi, *ras. lineola* 3; Transiliensi *p*. e) sanguini 3. f) autrio *corr.* atrio 1*a*. g) valitudinē (1*a*). *p*. h) restri(n)cta 3. *p*.

Cap. 11. a) Animii 1*a*, *corr.*; Aniani *p*. b) Mommola 3; Unimola *p*. c) perdiderant 2, *corr.* d) muto matunis 1*a*; motu m. 2. e) sadata 2, *corr.* f) *om.* 3.

Cap. 12. a) Ragnemodus 2, *corr.*; Regnimodus 3; Regiamundus *p*. b) nec 3. c) nocte 3.

1) *Cf. Matth.* 9, 20; *Gl. Mart. c.* 20. 2) *Trezelle, olim Tresail (Allier, arr. Gannat, cant. Jalligny); cf. Longnon p.* 513. *V. Patr. XIII,* 3. Transaliensim *vel* Transaliacensim *scriptum est.* 3) *Cf. Gl. Conf. c.* 87. *et H. Fr. V,* 14: Erat autem tunc nobiscum Ragnemodus Parisiacae sedis episcopus, qui sancto Germano successerat. *S. Germanus cum iam die* 28. *Mai.* 576. *obierit, a.* 575. *in urbem Turonensem profectus videtur esse.* 4) *Haec est, ut quidem mihi videtur, Severiacum, vulgo Civray-sur-Cher (Indre-et Loire. arr. Tours, cant. Bléré), de qua Fortunatus in Vita sancti Germani c.* 65 *(Fortunati Opp. Pars II, p.* 24*):* Cum de basilica sancti Martini ad villam sanctae ecclesiae Severiaco recurreret. *R. Cf. Longnon p.* 292.

vigiliarum solemnitatis eius Turonus[a] advenire coepisset, diaconem in villa residere[b] iubet, dicens: 'Ne forte fatigeris eundo, et aliquid deterius tibi contingat'. At ille: 'Potestas', inquit, 'Dei est, quae nos iubeat iuxta meritum pati; nam ego non exeo aliter, nisi ad basilicam beati[c] antestitis eam; confido enim, quod, si tumulum eius attigero, salvus ero'. Et statim ascenso equite, ad basilicam venit. Mane autem accepta potione de pulvere sepulchri, sedata protinus infirmitate, convaluit.

13. Ursulfus[a] autem quidam ex Turonica civitate de pago trans Ligerem[b] caecus beati Martini suffragia devotus expetiit. Qui duobus assiduae mensibus ad eius templum deserviens, ieiuniis et orationibus perdurabat. Factum est autem in una die resurrectionis dominicae, dum esset ad pedes domni et cum reliquo populo missarum solemnia spectaret[1], subito apertis oculis cuncta clare[c] cernere coepit, ita ut ad sanctum altare communicandi gratia, nemine ducente, veniret[d]. Quae autem fuerit causa caecitatis, edicam. Primo die paschae iussus est a domino suo, ut agrum circuiret, inventumque aditum, unde pecora introiebant, dum eum claudere conatur, excaecatus est. Tunc, ut diximus, ad beatum sepulchrum veniens, flens et heiulans, visum, quem perdiderat, flagitabat. Die autem illa, dum populo gratia dominici[e] corporis traderetur, et ei beatus antestis reddere lumen dignatur[f], ac elucente sole luminum suorum[g] refulserunt stellae[h]. Quis[i] umquam, rogo, talis medicus poterit inveniri[k], qui in unam infirmitatem duas contulerit medicinas? Ecce in unum caecum duae virtutes ostensae, cui corporales oculos ad contemplanda terrena prius aperuit, nunc cordis oculos, ne ea concupiscat[l], inluminavit; et ad suum dignatus est dicare servitium, quem, ut ita dicam, renasci denuo[m] fecit in mundo.

14. Sed nec hoc reticebo, quid in suam festivitatem operatus[a] sit hic patronus[b]. Palatina quaedam puella paralisi[c] umore percussa, usum gressuum male redacta perdiderat, ita ut, contractis in poplitibus[d] nervis, calcaneos ad crura coniungeret. Quam pater Turonus deferens, ante pedes beati Martini devotus exposuit, ibique tribus mensibus iacens, stipem a praetereuntibus postulabat. Factum est autem in die insignis solemnitatis beati viri, ut illa, nobis missas[e] dicentibus, in loco quem superius nominavimus fideliter exoraret. Cumque nos rite sacrosancta solemnia celebrantes, contestationem de sancti domini virtutibus narraremus[f], subito illa vociferare coepit et flere, indicans se torqueri. At ubi, expeditam[g] contestationem, omnis populus *Sanctus*[2] in laudem Domini proclamavit, statim dissoluti sunt nervi, qui ligati erant, et stetit super pedes suos, cuncto[h] populo spectante[i], et sic, propitiante Domino, usque ad altare sanctum ad communicandum propriis gressibus, nullo sustentante, pervenit. Qui usque hodie incolomis perseverat.

15. Merobaudis quidam ex pago[a] Pictavensi, dum esset laborans in opere, caecitate pessima, insidiatore inmittente, percussus est. Qui cum per sex annos male agens in hac infirmitate duraret, advenit ad sanctum templum beati Martini, ibique assidue

Capp. 12—15. 1*a*. 2. 3.

Cap. 12. a) Turonis, *ut infra* (2. 3). *p.* b) recedere 3. c) sc̄i *pro* b. a. 2; b. *om. p.*

Cap. 13. a) Irsulfus 3. b) Ligerim 2; Ligarim 3. c) clara 1*a*. d) (p̄ *m. al. in litura*) veniret 1*a*. e) *sic* 2. *p*; c. d. 1*a*; popul (*delet.* p.) populis divina *pro* d. c. 3. f) dignaretur 3. g) *om.* 3. h) *in marg. add.* R̄ 2. i) uis numquam 3. k) inveri 3. l) conspiciat 2, *corr.* m) denu 3.

Cap. 14. a) operatur 3. b) protinus 3. c) in *add.* 3. d) ti *suppl.* 1*a*. e) missa *corr.* missā 1*a*. f) narremus 3. g) expedita contestatione 3; *m. s. XII. in marg. add.*: .i. p̄fatione 1*a*. h) cuncta 2. i) expectante 3.

Cap. 15. a) pagi 2, *corr. m. al.*; paugo 3.

1) *i. e.* missis interesse. *R.* 2) *Id statuerat a.* 529. *conc. Vasense II. can.* 3. *R.*

orationi incumbens, in crastina die de sancta festivitate, dum ad pedes sancti Martini staret, subito visum est ei, circa se tamquam coruscatio[a] resplenderet; protinus apertis oculis, cuncta prospexit. Qui continuo clericus factus in eodem loco, sanus abscessit.

Ian. 6. 16. Fuit et illud insigne miraculum, cum Dominus in die ephiphaniorum[a] obtentu beati antestitis ex aquis Falerna produxit ac de alvei fundere vinum elicuit pauperi, qui quondam latices in vina mutavit. Igitur dum quodam tempore iter agerem in pago Balbiacinsi[b. 1], ad Ligerem[c] fluvium usque perveni. Cumque a nauta, qui nos[d] ripae alteri transponere debeat[e], sollicitae requireremus loca, in qua piscaturi procederimus, locum indicat[f], dicens: 'Sit vobis beatus Martinus in adiutorium'. At nostri ingratae haec susceperunt, dicentes, quod in eius nomine[g] numquam captura visa est evenisse. Et ille: 'Haud dubium, quia[h] praestat haec virtus eius. Nam referam vobis, quae mihi hoc anno contigerit[i], vel qualiter per invocationem nominis eius, opitulante Domino, quae obtavi promerui[k]. Denique dies erat epiphaniorum, et ingressus in prumptuario, nihil potui[l] quod haurirem inveni, egressusque oravi, dicens: "Beatissime Martine, transmitte mihi in hac sancta solemnitate aliquid vini[m], ne, epulantibus aliis, ego ieiunus remaneam". Dum autem tacitus orarem, vocem in ulteriore[n] ripa audio me vocantem, ut navem homini[o], qui iter agebat, adducerem. Verum ubi, acceptis contis, tunsorum etiam inpetum fluctus secare coepi et in medio utpute[p] amne perveni, subito excussus magnus[q] ex gurgite piscis in navim[r] cecidit; quem[s] confestim obpressum, transpositis hominibus, domi regressus sum, vinditumque piscem uno vini modio, cum ceteris sum refectus. Ergo[t] noveritis, quam[u] velociter in id quod invocatus fuerit, si petatur fideliter, apparebit'. Testor autem Deum, quia[v] haec ab ipsius nautae[w] ore cognovi.

17. Quodam die, dum Gunthramnus[a] Boso contra vicum Ambiacensim[b. 2] Ligerem[c] fluvium transmearet, et, inruentibus iam tenebris, mundum nox horribilis reteneret, subito adversante vento nautae turbantur[d] in pelago, separatisque navibus, quae pontem[e] illum sustenebant*, et aqua usque ad summum repletis, discendunt cuncti usque ad cingulum cum ipsis navibus in profundo, nequaquam tamen navibus subductis a pedibus. Exterritis autem omnibus, Boso non rauce vociferans beati Martini auxilium proclamabat[f] et, ut eis ad liberandum festinus occurreret, precabatur[g], dicens fidenter suis: 'Nolite timere; scio enim, quod dextera sancti[h] viri ad auxilia porregenda maxime in necessitatibus[i] sit parata'. Haec eo dicente, directis a Deo navibus mutatoque vento contrario in secundo, nullo pereunte, pervenerunt litore, ubi tam praesens occurrit

*) Tunc enim tabulatum faciebant nautae super naves, ut manus portare possent *add. m. s. XII.* 1a.

Capp. 15—17. 1*a*. 2. 3.

Cap. 15. a) i *superscr.* 1*a*.

Cap. 16. a) epiphanorum 3. b) Balbiacensi 2. 3; Beluaceñ *p*. c) Ligerī: 2. d) rite *add.* 3. e) debebat 2. *p*, *corr. m. al.* 1*a*. f) indicavit 3. g) *om.* 3. h) q̄ *corr. m. al.* quid 1*a*; *om.* 3. i) contingerit 3. k) promeruit 3. l) *eras.* 3. m) venire e. 3. n) ulteriorem 3; altera *p*. o) humani 2, *corr. m. al.* p) ut puto 3. *p*, *corr. m. al.* 1*a*. q) magno 3. r) navis, *ras.* s 2; navi 3. *p*. s) quo, *sed* o *m. s. XII. in litura scr.* 2. t) Ego 3. u) quia 1*a*. v) qui habet ab 3. w) nauta ego (rego *add.*, *sed expunct.*) recognovit 3.

Cap. 17. a) Gunthrannus 3. b) *sic* 2; Ambiacensem 1*a*; Ambasiacensem 3; Ambianenses *p*. c) Ligerim 2; Ligarem 3. d) turbabantur 3. e) ponte 3. f) proclamat 2, *corr. m. al.*; implorabat *p*. g) precabantur 3, *corr.* h) v. s. 2. i) necessitate 2.

1) *Forte Baugy (Saône-et-Loire, arr. Charolles, cant. Marcigny); cf. Longnon p.* 207. 2) *Amboise (Indre-et-Loire, arr. Tours). H. Fr. II,* 35. Ambaciensim, *Mir. S. Mart. IV,* 42. Ambiacensis *Greg. scripsit; cf. Longnon p.* 262.

beati confessoris suffragium, ut etiam argentum, quod fluvio rapiente perdiderant, ipso denique fluvio in litus restituente, reciperent.

18. Quidam[a] ex Viennensi[b] terreturio Landulfus nomine graviter a lunatici daemonii[c] infestatione vexabatur, ita ut plerumque ab hoste se vallari putans in terram corrueret, cruentasque ex ore spumas[d] emittens, tamquam mortuus habebatur. Quod genus morbi ephilenticum peritorum medicorum vocitavit auctoritas; rustici vero cadivum[1] dixere, pro eo quod caderet. Cumque se antedictus in hoc exitu videret adfligi[e], audita beati praesolis fama, sanctam eius adivit basilicam, ut sibi praesentia cunctis suffragia[f] subvenirent[g]. Sed cum in eodem loco plenus[h] fide venisset, ardentius eum saevi daemonis pulsat[i] audacia; nec ei licebat atrium egredi propter publicam daemonum infestationem; in atrio tamen nihil nocebatur. Nam visibiliter cum magno armorum strepitu[k] venientes, conabantur eum cassis telorum acuminibus perfodere[l]. Quodsi se subderet terrae[m], ranarum super eum multitudo horribilis desilire videbatur, sed et voces publice ab eo audiebantur exprobrantium et dicentium: 'Martinus, quem expetisti[n], nihil tibi poterit subvenire, quia nostris es ditionibus mancipatus'. Sed ille ad haec fidenter immobilis signum crucis opponens, terribiliter eos per aera tenerum[o] effugabat[p]. Post has autem vacuas et inanes inmissiones[q], cum videret inimicus, ut eum sibi vindicare non posse, dolis eum temptavit inludere. Conponens autem se in speciem veterani[2] venit ad eum, dicens: 'Ego sum Martinus, quem invocas; surge et adora coram me, si vis recipere sanitatem'. Cui ille ait: 'Si tu es domnus Martinus, fac super me signum crucis, et credam'. At ille, audito nomine signi sibi semper contrarii, tamquam fumus evanuit. Post haec autem[r] stans ad pedes gloriosi domni factus est in stupore mentis, et vidit beatam basilicam novo lumine effulgere; ex[r] qua egrediens, sanctus dixit ad eum: 'Exaudita est oratio tua, et ecce eris sanus ab infirmitate qua pateris!' Et sic beatae crucis signaculum super caput eius faciens, abscessit. Ille vero in se reversus, amota omni insidia, sensit se salutem integram recepisse. Tamen post receptam[s] sanitatem, cum coepisset vinum uti superflue, corpusque a[t] diu abstento[u] imbre maduisset, latus ei cum uno pede manuque contrahitur[v]. Sed parsimoniae se iterum deputans caputque tunsorans[w], rursum beati virtute redditur sanitati.

19. Dum[a] singula quaque miracula beati[b] viri succincte scribimus nec[c] ea in ampliore[d] sermone expandimus, verendo valde atque timendo iter carpimus[e] inchoatum, ne forte dicatur a prudentioribus: multum haec poterat peritus extendere. Sed nobis in eclesiasticum dogma versantibus videtur, ut[f] historia, quae ad aedificationem eclesiae pertenet, postposita verbositate, brevi atque simplici sermone texatur, ut et[g] virtutem beati antestitis prodat[h] et sapientibus fastidium non inponat. Quo facto et lector provocetur in lectione, et sanctus prodatur in opere. Theudomeris[i] diac. cum[k] prae umore capitis, decedentibus[l] cataractis, oculorum aditus haberet per quattuor annos graviter

Capp. 17—19. 1*a*. 2. 3.

Cap. 18. a) Quodam 1*a*, *corr. m. al.* b) Veniensi 1*a*, *corr. m. al.*; Vianeñ *p.* c) daemonum vex. 3. d) spumans 3. e) affligit 3. f) suffragio 3. g) subveniret 2, *corr.* h) f. pl. 2. i) pulsat:, *ras.* a 2. k) strepitū 2, *corr.* l) fode *in litura scr.* 1*a*. m) terraenarum s. 3. n) s *superscr.* 2. o) te(nuem *m. al. in litura*) 2; *om. p.* p) effugebat 2, *corr. m. al.* q) missiones 3; emissiones *p.* r) *om* 3. s) recepta sanitate 1*a*, *corr. m. al.* t) *om.* 2. u) abstinente 3; absente 5. v) contrabitur 3. w) tunc orans 3.

Cap. 19. a) Dum — pr. in opere *om.* 15 *d. e.* b) b. v. *om.* 3. c) nec — expandimus *in marg. suppl.* 2. d) ampliora 3. e) capimus 1*a*. f) *postea insert.* 2. g) ex virtut: (*corr.* virtutem) 3. h) prodant 2, *corr.* i) Theodomeris 1*a*, *corr. p;* Theudomeris *e corr.* 2. k) *om.* 3. l) dicentibus *m. s. XII. corr.* claudentibus 2.

1) *Marcell. Empir.* 20*:* dicitur cadivus, qui caduco morbo laborat. 2) *Militis scilicet, quod iam forte tunc temporis beatus vir, ut nunc fit, in militis chlamydem suam cum paupere dividentis speciem depingeretur ob praeclari facinoris celebritatem. R.*

obseratos, venit ad cellulam Condatinsim[a], in qua vir beatus transiit. Prostratusque[b] ad eius lectulum, noctem totam[c] [lacrimis[d] et orationibus] deductam, immobilis madefecit erram fletibus, tepuitque suspiriis[e] eius venerabile lignum[f] cancelli; luciscente autem die, reseratis cataractis luminum, lumen videre promeruit. Quid umquam tale fecere[g] cum ferramentis medici[h], cum plus negotium doloris exserant[i], quam medellae, cum, distentum transfixumque spiculis oculum, prius mortis tormenta figurant, quam lumen aperiant? In quo si cautela fefellerit, aeternam misero praeparat[k] caecitatem. Huic autem beato[l] confessori[m] voluntas ferramentum est, et sola virtus unguentum.

20. In qua cellula cum Desiderius inerguminus, ex Arverno veniens, nocte integra debacchassit, mane facto, coepit declamare, quod eum beatus Martinus incenderet[a]. In his vocibus evomens purulentum nescio quid cum sanguine, daemone eiecto[b], purgatus est; infectumque sanie pulverem derelinquens, cellulam egressus est sanus.

21. Quidam in eodem loco manum debilem contractis digitis detulit, ita ut ungues[a] in palma eius adfixi, decurrente interdum sanguine, dolorem ei nimium generarent. Hic proiciens se ad antedictum gloriosi domni lectulum, flens et deprecans, tam dolore[b] instigante quam fide, postera die, directis[c] digitis, manum recepit incolomem.

22. Similem infirmitatem Remigia matrona incurrens, ad beatam cellulam valde devota pervenit. Quae[a] vigiliis[b] et orationibus insistens, cum matriculam, quae ibidem congregata est, pasceret, aridum brachium cum contractis digitis sanum extulit ad miscendum[1]. Et sic tota die benedictis pauperibus deserviens, sospes remeavit ad propria. Haec in posterum annis singulis antedictis fratribus alimentum sufficiens exhibebat.

Factum est autem, ut quadam vice una puellarum suarum male a quartani typi febre quateretur. Dum autem secundum consuetudinem veniens, pauperibus illis exhibet victum, sancti viri inplorat[c] auxilium, et per quattuor dies ad beatam cellulam continuatione[d] orationis[e] atque ieiuniis decubans, ab omni febre sanata, cum famula magnificans Deum domi[f] regressa est.

23. Talia exercens quidam Vinastis[a] nomine, lumen recepit, dum pauperibus illis victus necessaria ministravit. Hic caecitate maxima per annos plurimos adgravatus, habebat in consuetudine[b], adveniens de regione[c] sua ad antedictam sancti[d] cellulam, pauperibus illis alimentum amplissimum exhiberet, vigiliisque devotissime celebratis, eos in satietate refecerit[e], quorum ipse iuxta possibilitatem tamquam famulus serviebat. Dum igitur haec per[f] multos, ut diximus, annos inpenderet, quadam vice impleto voto servitioque[g] simul, prosternitur ad cancellum sancti[h] lectuli, et orans ac vale dicens,

Capp. 19—23. 1*a*. 2. 3.

Cap. 19. a) Condatensim 2; Condadensim 3. b) aditus *add.*, *sed* itus *expunct.* 3. c) tatam 2, *corr.*; notam 3. d) l. et o. d. *ex p adieci*; *om.* 1*a*. 2. 3. e) *post* s. 2 *litt. ras.* 3. f) *om.* 3. g) facere 3. h) mediani 3. i) exeant 2, *corr.*; execrat 3; exercuerit *p*. k) *corr. m. al.* praeparant 1*a*. l) beata 3. m) confessoris, *del.* s 3.

Cap. 20. a) inconderet 3. b) eiectu 3.

Cap. 21. a) unguens 3. b) dep̄cans *add.*, *sed del.* 2. c) *superscr.* 2.

Cap. 22. a) *om.* 3. b) ieuniis 3. c) implorabat 3. d) continua 2; continue *p*. e) se *add.* 3. f) domum (3).

Cap. 23. a) Vinasti 1*a*, *corr. m. al.*; nastis *in litura scr.* 2; Viuastus *p*. b) ut *m. s. XII. add.* 1*a*. c) regine 3. d) sanctam 3. e) reficere 2, *in marg. corr.*; reficeret *p*. f) ut d. p. m. 2. g) ti *m. al. suppl.* 1*a*. h) l. s. 2.

1) *Hoc est ad praebendos vini haustus, id quippe significat vox* miscere, *ut fusius probatur in praef. ad partem I. Saec. IV. Act. SS. Benedictinorum. R.*

regredi cupiebat. Post conpletam autem orationem[a] exsurgens, apertis parumper oculis, intuetur cortinam siricam de cancello pendere et ait: 'Video tamquam pallium siricum hic adpensum'. Cui aiunt sui: 'Veritatem te videre cognoscimus'. Ipse autem coepit iterum[b] flere atque orare, ut beatus confessor opus coeptum dignanter expleret. Qui[c] dum orat[d] attentius, obdormivit; apparuitque ei vir per visum, dicens: 'Vade ad basilicam domni Martini, et ibi plenam obtenes[e] sanitatem'. Qui nihil moratus, famulorum manibus deductus, ut limina beati confessoris adtigit, lumen integrum, opitulante fide, recepit.

24. In Biturigo[a] quoque fuit quaedam mulier, quae concipiens peperit filium, cuius poplites ad stomachum, calcanei ad[b] crura contraxerant; manus enim adhaerentes pectori, sed et oculi clausi erant. Qui magis monstrum aliquod quam hominis[c] speciem similabat[d]. Qui cum non[e] sine dirisione multorum[f] aspiceretur, et mater argueretur, cur talis ex illa processerit, confitebatur cum lacrimis nocte illum dominica generatum. Quem interemere[g] non audens, ut mos matrum est, tamquam sanum puerum nutriebat. Adultumque tradidit mendicis[h], qui accipientes posuerunt eum in carrucam et trahentes ostendebant populis, multum per eum stipendii accipientes. Dum haec per longa tempora gererentur[i], anno aetatis suae undecimo[k] advenit[l] ad festivitatem beati Martini, proiectusque a foris ante sepulchrum miserabiliter[m] decubabat. Transacta autem festivitate[n], visum auditumque recepit. Inde reductus ad solitam consuetudinem, postulabat stipem[o]. Post annum fere aut eo amplius venit iterum ad solemnitatem, positusque est in loco in[p] quo prius iacuerat, decursisque solemnitatibus[q] festis, directis omnibus membris, plenissimam obtenuit sanitatem. Quae nec[r] credibilia fortasse videantur, ego eum sospitem vidi; nec audita ab aliquo, sed ab eius ore narrata cognovi[s]. Sed quia dixi, parentibus eius[t] ob peccatum evenisse per violentiam[u] noctis dominicae, cavete, o viri, quibus sunt coniuncta coniugia! Sat[v] est aliis diebus voluptati operam dare; hunc autem diem in laudibus Dei inpolluti[w] deducite. Quia, cum[x] evenerit, exinde aut contracti aut ephilentici aut leprosi nascuntur. Sitque documentum, ne malum, quod una[y] nocte conmittitur, per multorum annorum spatia perferatur[z].

25. Illud prae ceteris admirandum miraculum, vobis orantibus[a], explicabo, quod post inmensum maeroris cumolum magnum nobis gaudium patefecit, dum et virtutem beati protulit et quod titubabat[b] avertit cordaque nutantia populorum larga stabilitatis firmitate munivit. Nam cum, venerabilem dominicae nativitatis noctem sacrosancti[c] deductam excubiis, procedentes de eclesia, ad basilicam sancti ire disponerimus, quidam ex inerguminis atrocior ceteris coepit nimium[d] debachare, et decerpens se atque conlidens, clamabat[e]: 'Frustra Martini[f] limina petitis, casso eius aedem aditis, qui vos[g] propter multis criminibus dereliquit[h], et ecce vos abhorrens, Romae mirabilia facit[i].

Capp. 23—25. 1*a*. 2. 3.

Cap. 23. a) oracione 3. b) cursum 2; *om.* 3. c) *om.* 2. d) erat 2, *corr.;* oræt 3. e) obtenuis *corr. m. al.* obtenebis 1*a*; obtenen 3, *corr.;* obtinebis *p*.

Cap. 24. a) Biturico 2. 3. b) ac crura *m. al. superscr.* 2. c) s. h. 2. d) simulabat 3. e) *m. al. superscr.* 2. f) non *add., sed del.* 2. g) interimente 3. h) medicis 3. i) geruntur 2, *corr.* k) *sic* 3. *p; om.* 1*a*. 2; $\overset{mo}{\text{XL}}$ *m. s. XII. superscr.* 1*a;* quadragesimo 15*a. d.* l) venit 2. *p.* m) mirabiliter 3. n) festivitatem 3. o) stipitem 3. p) ubi *pro* in quo 2. q) festivitatibus (*corr. inter scr.* festis) sollemnitatibus 2; sollemnitatis f. 3; solemnibus f. *p.* r) *corr. m. al.* ne incredibilia 1*a*; *sic p.* s) Explicit liber II. Miraculorum sancti Martini *add.* 15*e, qui hic desinit.* t) haec *m. s. XII. add.* 1*a; habet p.* u) violentia 3; violationem *p.* v) sed 3. w) impollute 3. x) c. e. *m. s. XII. corr.* plerumque evenit ut 1*a*; quia qui in ea coniuges simul convenerint exinde *p.* y) utā 3. z) Explicit Vita sancti Martini *add.* 15*a;* Explicit de Miraculis sancti Martini episcopi et confessoris *add.* 15*b. d, qui hic desinunt.*

Cap. 25. a) orati:::|bus 1*a*, *corr. m. al.* b) titubat 3. c) sacrosc̄is 2. *p;* deducta 2. d) nimirum 3. e) clabat 3. f) l. M. 2. *p.* g) nos 3. h) derelinquid 3. i) fecit *corr. m. al.* facit. Ibi 1*a*.

Caecorum oculis lumen infundit, ibi[a] paralyticorum gressus diregit; sed et aliis[b] quoque morbis sua[c] virtute finem[d] inponit. Ad hanc diaboli[e] vocem omnis populus exturbatur, et non solum bruta minorum[f] corda, sed etiam nos ipsi pavore[g] concutimur[h]. Ingredientibus autem nobis cum fletu magno basilicam, omnes pavimento[i] prosternimur, orantes, ut sancti viri praesentiam[k] mereamur. Et ecce unus Bonulfus nomine, cui ante tres annos per nimiam valitudinis[l] febrem manus ambae cum uno pede contraxerant, et ad festivitatem beati viri manibus directis, pede adhuc debile claudicabat, ante altare sanctum sternitur, orans, ut, qui sibi manus aridas restituerat, pedem[m] quoque contractum simili virtute diregeret. In hac autem oratione a febre nimia circumdatur et tamquam extensus in aeculeum[n] nervorum dolore torquetur. Interea[o] de supplice dolor excitat contumacem, et, qui venerat inquerere medicinam, coepit inferre calumniam. Aiebat enim: ‘O domne Martine, sanitatem ad te, non tormenta quaesivi. Quam si non mereor[p], vel doloribus non adfligar’. Cumque nos cum fletibus circumstantes beati praestolaremur[q] adventum, et inter haec sancta solemnia agerentur, oblatis super altare sacris muneribus, misteriumque corporis ac[r] sanguinis Christi palla ex more coopertum, molliuntur contracturae[s] nervorum, et disrupto[t] post infirmi poplitae corio, diffluente[u] sanguinis rivo, pedem extendit incolomem. Quod videns ego, Deo omnipotenti gratias agens, lumina fletibus madefacta, in hac ad populum voce prorupi: ‘Timor a cordibus vestris omnis abscedat, quia beatus confessor nobiscum inhàbitat[v], nec omnino credite diabolo, qui
Ioan. 8, 44. nihil umquam[w] protulit verum. *Ille ab initio mendax est et in veritate non stetit*’. Me autem ista dicente[x], omnium luctus laxatur[y] in gaudium. Ipse etiam infirmus[z] coram nobis adsurgens, in pedes constetit absolutus. Videns autem haec omnis populus, in caelo clamore praelato, plaudebat, dicens: ‘Gloria in excelsis Deo, qui, sicut quondam pastores angelico lumine, ita nos hodie praesentia confessoris beati clarificavit et, eum nobis adesse, praesenti virtute monstravit[a]’. Et sic a timore inimici omnes erepti, Christi praesidio roborati sunt.

Ian. 6. 26. Nec dissimili in virtute per sanctum epiphaniorum diem vir beatus apparuit, cum os muti[a] cuiusdam obstrusum coram populo reseravit. Piolus quidam Condatensis clericus[b] a nativitate procedens manus clausas laborioso mundo protulit, in usu[c] laboris
cf Ioan. 9,2. inertes. Et hoc cur accesserit, utrum hic aut parentes eius peccaverint, ut sic mancus nasceretur, non est[d] nostrae discretionis exsolvere. Unum tamen[e] scimus, quod in eum[f], sicut et in reliquis infirmis, est ostensa gratia sacerdotis. Nam cum factus esset decim annorum et adcrescentibus unguibus graves dolores manuum pateretur eosdemque ferre non toleraret, limina beati confessoris adivit. Ibique diebus multis cum summa parsimonia demoratus, digitos directos manusque retulit sanas[g]. Post annos autem fere quinque pessimum incurrit incommodum et, dum vi nimiae febris atteritur, vocis eloquutione[h] multatur, ereptusque a febre, sine loquellae officio permanebat; sed taliter fuerat aditus[i] oris eius obstructus[k], ut nec qualemcumque mugitum possit[l] emittere, sed adnectens cum corrigia tres tabulas manu ferebat, hisdem[m] inter se conlisis[n], sonum, quem ab[o] ore non dabat, tabulis proferebat[p]. Hoc opus vinitoribus utile est, cum vinita[q]

Capp. 25. 26. 1*a*. 2. 3.

Cap. 25. a) i 3. b) alius 3. c) *post* sua *ras.* mirabatur et 2. d) *om.* 3. e) diboli 3. f) mirorum 1*a*, *corr. m. al.* g) pavorum 2, *corr.* h) concutitur 3. i) pavimentum 3. k) p̄sentia 1*a*, *corr. m. al.* l) valitudines 3, *corr.*; multitudine febris *p.* m) pede q. contractu 3. n) aeculum 2, *corr.* o) Intereā du (*corr.* de) 3. p) merear 3. q) praestolemur 3; prestolamur *p.* r) hec 3; et *p.* s) contractarae 3. t) disrupteo 3. u) defluente 3. *p.* v) inhabebat 3. w) numquam 3. x) dicentem 3. y) īgua *add.*, *sed del.* 3. z) infirmis 1*a*, *corr. m. al.* a) monstravi 3.

Cap. 26. a) muta 3, *corr.* b) mancus *m. s. XII. add.* 1*a*. c) usū 1*a*. d) enim *add.* 3. e) tantum (3). f) scimus *add.* 3. g) sanus 3. h) *in litura postea add.* 3. i) auditus 3. k) *corr. m. al.* obstrusus 1*a*. l) posset (3). *p.* m) Isdem 2. *p.* n) consilus 3; collisas *p.* o) ab o. *postea add.* 3. p) *in litura scr.* 3. q) vineā 2; vineas *p.*

ab infestantium[a] avium catervis[b] defensare nituntur. Cum autem venisset antedictus ad sancti basilicam in ea nocte, in qua dominus Iesus Christus fluenta laticum hauriens Falerna porrexit, ad beati pedes vigilare disposuit. Transacto[c] autem tempore mediae noctis, obdormivit. Qui cum nescio quid per visum periculi cerneret, pavore conterritus, in hac voce primum os[d] obseratum aperuit: 'Domne Martine, libera me!' Et sic erumpens ab ore et[e] faucibus eius sanguis[f], auditum pariter eloquiumque[g] recepit.

27. Cum vero, interempto Sigibertho[a. 1] rege, Chilpericus[b] regnum, exemptus[c] ab inminente morte[2], coepisset, Ruccolenus[d] cum Cinomanicis graviter civitatem Turonus obpremebat, ita ut cuncta[e] devastans nullam[f] spem alimonii in domos eclesiae vel pauperum hospitiola relinqueret[g]. Postera autem die legatos[h] ad civitatem mittit, ut homines[3], qui propter culpam minime vobis[4] incognitam in sancti basilicam resedebant, extraherentur a[i] clericis; quod si differebatur[k] fieri, universa[l] promittit incendio concremari. Haec nos audientes, maesti[m] valde basilicam sanctam adimus et beati auxilia flagitamus. Statimque paralytica, quae per duodecim annos fuerat contracta, dirigitur[n. 5]. Ipse vero Ruccolenus ulteriorem ripam adgressus[6], morbo confestim regio sauciatur atque ab infirmitatibus Herodianis, quas enarrare longum videtur, allisus, et sicut cera a facie ignis guttatim defluens, quinquagesima die ab hydrope conflatus interiit[o]. 576. Febr. 29. Sed nec hoc silebo, quod illo[p] tempore alveus fluvii nutu Dei vel virtute beati viri absque pluviarum inundationibus repletus[q], hostem, ne civitatem laederet, transire prohibuit[r].

28. In die autem illa recurrentis solemnitatis, qua[a] Dominus pro mundi salute perpessus[b], confuso proditore discipulo, aepulum apostolis ministravit, cum omnes ad eclesiam properarent desiderabilia Domino[c] vota dissolvere[d], quaedam mulier diuturna caecitate gravata, cum esset in villa, flere coepit et dicere: 'Vae[e] mihi, quae caecata[f] peccatis non mereor hanc festivitatem cum reliquo populo spectare!' Tunc cum fletu magno solo prostrata, nomen beati invocat confessoris; completa autem oratione, luci praestinae restituitur. Porro, recepto lumine, ob reddendas[g] Deo gratias ad beatam basilicam cum admirabili oculorum claritate pervenit. Sed et unus ex inerguminis die illa sancti virtute curatus est.

29. Duo[7] caeci ex Biturigo venientes, arefactis palpebris et[a] glutino coniunctis,

Capp. 26—29. 1*a*. 2. 3.

Cap. 26. a) infantium avinum 3. b) catervis — antedictus *ras.* 3. c) acto *in marg. suppl.* 2. d) *m. al. superscr.* 1*a*; ob. a. os *p.* e) a *add.* 2. f) sanguinauditum *corr.* sanguin[9] aud. 3. g) que *om.* (3); et el. *p.*

Cap. 27. a) Sigiberto (2. 3). *p.* b) *potius* Childebertus; *cf. n.* 2. c) exceptus 3. d) Ruculenus 3, *ut infra.* e) tunc 3. f) nulla 3. g) relinquerit 3. h) legatis 3. i) ad ereticis 3. k) disferretur 3; differretur *p.* l) universo 3, *corr.* m) maiestati 3. n) dirigetur 1*a*. o) interimit 3. p) ille 3. q) *superscr.* 2. r) probibunt 3.

Cap. 28. a) quia, *ras.* i 1*a*. b) *corr. m. s. XII.* mox passurus 1*a*. c) v. D. 3. d) dissilvere 2, *corr.*; dissolveret 3; persolvere *p.* e) Vere 3. f) peccata 3. g) den *m. al. suppl.* 1*a*.

Cap. 29. a) ex 1*a*.

1) *Cf. H. Fr. V,* 6*:* Anno vero quo supra, id est quo, mortuo Sigiberto, Childebertus, filius eius, regnare coepit, multae virtutes ad sepulchrum beati Martini apparuerunt, quas in illis libellis scripsi, quos de ipsis miraculis conponere temptavi. 2) *De Childeberto agitur; cf. H. Fr. V,* 1*:* Gundovaldus dux adpraehensum Childebertbum, filium eius parvolum, furtim abstulit ereptumque ab immenente morte — — regem instituit. 3) *Cf. H. Fr. V,* 4*:* ut scilicit Guntchramnum, qui tunc de morte Theodoberthi inpetebatur, a basilica sancta deberemus extrahere. 4) *i. e. 'fratribus et filiis ecclesiae Turonicae', quibus liber I. dicatus est.* 5) *Cf. H. Fr. l. l.:* metueretque magis sanctitatem antestetis, cuius virtus hesterna die paralitica membra dirixisset. 6) *Cf. H. Fr. l. l.:* cum in domo aeclesiae ultra Legerem resideret. — — Sed dum haec Roccolenus agit, a Deo percutitur, morboque regio croceus effectus, mandata aspera remittit. 7) *Alter forte Leonastis 'Biturigus archidiaconus' erat, de quo H. Fr. V,* 6*. agitur.*

ad pedes beati domni orantes decubabant[a]. Factum est autem in die festivitatis suae, adstante populo, dum virtutes de vita illius legerentur[1], factus est super illos splendor corrusco similis, et confractis ligaturis, quae palpebras obseraverant[b], defluente ex oculis sanguine, late visu patente, cuncta cernere meruerunt[c].

30. Mulier quaedam, cuius os patulum humor[a] nimius cum febre ligaverat, ut nec linguam regere possit[b], sed tantum mugitum ut animal, non vocem ut homo poterat emittebat[c], fide instigante, cum magna animi confidentia atria beati confessoris adgreditur; ibique multis diebus resedens et stipem[d] simul atque oris apertionem postulans, tandem a sancti virtute respicitur. Nam quodam[e] die dominico, dum missarum solemnia celebrarentur, haec in sancta basilica cum reliquo populo stabat[f]. Factum est autem, cum dominica[g] oratio diceretur, et[h] haec aperto ore sanctam[i] orationem coepit cum reliquis decantare. Ipsa autem cum iugo servitutis haberetur vincta, de rebus beati confessoris redempta est et nunc cum vocis officio ingenua[k] perseverat.

31. Nec minori[a] miraculo se beatus[b] vir adesse invocatum[c] ostendit. Apra[d] quaedam religiosa vi febrium obpressa, omne[e] usum membrorum, sola tantum lingua famulante[f], perdiderat. Nam cum manibus simul ac pedibus contractis iaceret et die noctuque beati flagitaret[g] auxilium, visum est ei quadam nocte venisse ad se senem, qui molli tactu[h] membra eius cuncta tractaret. Expergefacta mane, sentit pedes cum una manu redditos sanitati, et stupens, ignorabat, qui casus haec fecerit. Alia vero die ammonita per soporem, ad beatam basilicam nihil retardans proficiscitur. Nox autem

Nov. 10. illa erat vigilia de transitu[i] confessoris. Mediae[k] autem noctis tempore iam[l] transacto, vigilans nescio quo terrore concutitur, et subito manus eius contracta diregitur. Stupente autem populo, cuncta quae prius pertulerat[m] enarrabat; cognoscens, ipsius fuisse virtutem prius in illa erectione pedum, qui[n] nunc in manus suae directione clarebat.

32. Cum talia miracula, quae scripsimus, cotidie[a] cernamus[b], quid illi miseri sunt[c] dicturi, qui Severum in vita sancti antestitis mentitum esse pronuntiant[2]? Nam audivi quendam, nequam, ut credo, repletum spiritu, proloquentem[d], non potuisse fieri, ut oleum sub[e] Martini[f] benedictione crevisset[3], sed nec hoc, quod elapsa[g] ampulla super stratum marmoris corruens perstetisset inlaesa. Quid[h] ergo nuper actum[i] est, multos in testimonium exhibens, declarabo. Quidam de[k] diaconibus nostris male a quartani tipi febre cruciabatur; quem cum plerumque arguerem, quur segnis ad basilicam sancti proficisceretur[l] nec ex corde oraret, ut ei virtus pontificis subveniret, tandem a nobis conpunctus, ad beatum tumulum provolvitur tremens. Dehinc cum paulisper ignis febrium quievisset, rogat, sibi exhiberi ampullam cum rosatio oleo semiplenam, — iam

Capp. 29—32. 1*a*. 2. 3.

Cap. 29. a) decubant 2, *corr.* b) obsecraverant 2, *corr.* c) *om.* 3.

Cap. 30. a) timor 3; n. dolor *p.* b) posset (2. 3). *p.* c) *corr. m. s. XII.* emittere 1*a*; *sic p;* amitere 3. d) statim 3. e) quadam d. dominica 3. *p.* f) adstabat 3. g) ni *m. al. suppl.* 1*a*. h) *om.* 3. *p.* i) o. s. (2). 3. k) *om.* 3.

Cap. 31. a) miro 2, *corr.* b) presens 3. c) invocatus 3. d) Afra 3; Abra *p.* e) omnē 2. *p.* f) faulante 3. g) flagaret 3. h) tactum 3. i) sc̄i *add.* 2. k) Media 3. l) *om.* 3. *p.* m) pont. 2, *corr.* n) quae (3).

Cap. 32. a) c. c. *m. al. in inf. marg. suppl.* 1*a*. b) cernam 3. c) d. s. 3. d) proloquente 3. e) *postea add.* 3. f) b. M. 3. g) dilapsa 3. h) Quod 2. *p.* i) factum 1*a*. k) ex 3. l) proficiscerentur 3; proficiscitur *p.*

1) *Die festivitatis S. Martini lector Vitam sancti legit; v. infra c.* 49. 2) *Id iam Severi aequales contenderunt; cf. Dial. I,* 26: Horreo dicere quae nuper audivi, infelicem dixisse nescio quem, te in illo libro tuo plura mentitum. 3) *Cf. Severi Dial. II. (III)*, 3, *ubi etiam miraculum insequens narratum est.*

enim ad ipsam febrem, exinde licet parum proficisset, multum tamen expenderat, — et erat valde media. Perunctum[a] ab hoc liquore frontem et timpora[b], postulat, ut[c] vasculum secus beati tumulum poneretur. Quarta vero die cum eum febris urgueret, ad[d] basilicam petiit provolutusque diutissime oravit. Adprehensam enim[e] ampullam, quam reliquerat mediam, invenit plenam, admiransque virtutem beati antistitis, eam domi cum[f] timore et veneratione[g] reportat. Ex qua rursum[h] perunctus, protinus omnis ardor quievit incommodi[i], nec ab eodem ultra confractus[k] est. Quid etiam de eadem ampulla post haec actum sit, non sine gravi suspirio atque miraculo memoramus. Nam cum in[l] antedicti diaconis hospitiolo de pariete penderet[m], incursante insidia[n] inimici, percussa atque[o] in[p] frustris[q] decidit comminuta[r], effusumque oleum velociter terra absorbuit[s]. Tamen puer qui aderat, cum vidisset fractum[t], accepto vasculo, ipsam terram expremens, parumper olei elicuit, rosamque, quae effusa fuerat, cum effracta vitra collegens, nobis exibuit. Quod[u] ego accipiens, diligenter in vasculum alterum transmutavi. Erat enim mensura olei quasi dimedii calicis parvuli, et tamen in vasculo duorum digitorum tantum altitudinem fecit. In crastino autem prospiciens, erat altitudo olei quasi quattuor digitorum. Obstupefactus ego ob virtutem sancti liquoris, hoc signaculo meo munitum[v] atque coopertum reliqui. Post dies autem septem iterum prospiciens, plus ibi quam unum sistarium repperi. Advocans enim diaconem et hoc ei ostendens, adfirmabat[w] iuramento[x], tantum tunc in effractam perisse ampullam, quantum nunc in ista decernerit. Quae usque hodie in Dei nomine[y] beneficium petentibus praestat. Ipse quoque postea ab hoc unguento similem infirmum perunguens, oleo crescente, sanavit et multos deinceps per illum sanitati[z] restituit[a].

33. Proferat et Andecava regio miraculum suum, de qua Allomeris[1] quidam procedens cum contractis pedibus[a] ac manibus, lingua etiam debilis, beati[b] confessoris templum expetiit. Ubi cum tota quadragisima resedisset, assidue orans ac depraecans, ut eum virtus sancti[c] antistitis visitaret, advenit dies illa dominica ante sanctum pascha, in qua dominus noster, stratas ab arborum spoliis vias incedens, Hierusolymis[d] venit, turba prosequente atque clamante: 'Osanna, benedictus qui venit in nomine Domini'. cf. Matth. 21, 9. Illa ergo die cum iam sero factum esset, et[e] ipse solus a foris ante tumulum decubaret, subito factus est in extasi[f] et pavore perterritus iacebat ut mortuus. Qui cum, ut ipse refert, per duarum horarum aut amplius fuisset obpressus, tamquam de somno evigilans, subito ad sensum suum revertitur, elevatusque[g] sursum, sanum se esse miratur; ibique tota nocte vigilans, mane nobis quae acta sunt ore proprio reseravit: clericus factus, incolomis ad[h] hospitiolo suo redivit.

34. Denique eodem anno, cum festivitas, quae in aestivo celebratur, desiderabilis Iul. 4. populis[a] advenisset, et[b] clericus quidam, cuius oculum nubs tetra contexerat[c] ac lumen ne videre possit arcebat, aedem beati confessoris adivit. Vigilata cum reliquis nocte,

Cap. 32. 1*a*. 2. 3. *Capp.* 33. 34. 1*a*. 2.

Cap. 32. a) *corr. m. s. XII.* perungensque 1*a*; *sic p; corr.* Perhunctis 2; Perhunctus 3. b) telpora 1*a*, *corr. m. al.* c) et *add.* (3). *p.* d) *deletum* 1*a*; *om.* (3). *p.* e) *sic* 1*a*. *p*; autem (2. 3). f) r. c. t. et v. 3. g) et ::veratione 2, *corr.* h) cum esset *add.* (3). i) incommodo 2, *corr.* k) contractus *corr.* contactus 1*a*. l) *m. al. superscr.* 1*a*. m) pand. 1*a*, *corr. m. al.* n) *om.* 3. o) a. — velociter terra *om.* 3. p) *om.* 2. q) *sic* 2; frustis 1*a*; frustra *p.* r) cōminatu 2, *corr.* s) obsorbuit 3. t) *corr.* factum 1*a*; *sic p.* u) *ante* Q. 8 *litt. ras.* 1*a*. v) muni 3; minutum *p.* w) cum *add.* 3. *p.* x) iura 3. y) ne *m. al. suppl.* 2. z) sanatati 1*a*, *corr.* a) *miracula S. Martini desinunt, quae liber Vitae Patrum excipit* 3.

Cap. 33. a) m. ac p. 2. b) *m. al. in marg. add.* 1*a*. c) a. s. 2. d) Hierosolymis 2. *p.* e) *postea ins.* 2. f) extasim 2. g) simul *add.* 1*a*; *om.* 2. *p.* h) *om.* 2.

Cap. 34. a) popul *corr. m. al.* populo 1*a*. b) *delet.* 1*a; om. p.* c) contraxerat 1*a*, *corr. m. al.*

1) *In indice Leomeris vocatus est.*

inlucescente caelo, dum de basilica procedit, visum, quem olim perdiderat, recipere meruit. In eadem vero festivitate tres inergumini multum se conlidentes ac beatum antestitem declamantes, fatentes crimina et ut sibi[a] sanctus parceret[b], deprecantes, tandem purulentum nescio quid ex ore proiciunt, et sic virtute sancti mundati sunt.

Iul. 7. 35. In proximo autem, id est post tertiam de festivitate diem, erant quattuor vincti in carcere. Cumque eos saevitia iudicis ita constringeret, ut nec victus necessaria nulli[a] praebere liceret, antestitis beati praesidia corde[b] puro precantur. Dum haec igitur devote agerent, media die subito scinditur trabis, qua pedes eorum conclusi coartabantur, confractisque catenis, liberatos se[c] sentiunt. Nec morati ostium petunt; quo aperto, eclesiam sanctam, nemine prohibente, ingressi sunt. Custodes autem in tantum obstupefacti fuerunt[d], ut nec verbis quidem eos increpare praesumerent; qui etiam sequentes eos, cum eisdem se in eclesia abdiderunt. Illi autem Deo maximas gratias referunt, quod eos obtentu pontificis dignatus fuerit liberare.

36. Multi fide pleni reliquias beati viri portantes virtutes multas experiuntur. Nam Leodovaldus[1] Abrincatinae civitatis episcopus sancti domni reliquias per presbiterum suum devotus expetiit. Quas acceptas, cum terminum antedictae civitatis ingressus fuisset, occurrit ei adhuc inter deserta posito paralyticus, deferentium inlatus manibus; osculatus vero fideliter velum, quo capsa sanctorum pignorum cooperta erat, mox in pedes constitit ac propriis gressibus domi regressus est. Haec enim agis, beatissime confessor, nec tibi sat est propriam aedem exornare prodigiis, nisi et diversos saltus, quos pede non adisti[a], virtutibus tremendis inlustres. Sed et deinceps caecus quidam, adminiculo deducente, in occursum earum velociter properat. Adveniens autem, quando beati pignora in altare locabantur, expedita[b] solemnitate, visum recipere meruit oculorum. Sed et alia nihilhominus mulier, quae diu muta fuerat, sermonis usum recepit.

37. His etenim diebus ad beati viri basilicam quidam ex inerguminis, cum multis se cruciatibus[a] daemonium perferre declamaret et, vi se eici de adquisitum[b] vasculum per beatum antestitem, fateretur, devolutus terrae, sanguinem fetidum per os coepit eicere. Qui duarum fere horarum spatio iacens, expulso daemone, purgatus erectus est.

38. Puella quaedam parvula, indigena Turonicae civitatis, ab utero matris suae muta processit. Cuius os in tantum obseratum fuit, ut nec illas quae a[a] cunabulorum tempus exegit possit[b] voces emittere. Mater vero de tam triste fetu anxia, cum lugeret assiduae, commonitur per visum, ut beati praesolis sepulchrum adiret. Quae, exhibitam secum puellam, pergit intrepida; expositamque ante sepulchrum sancti, cum diutissime orasset, iterum eam secum adsumit. Accensa vero timiamata, cum eam desuper reteneret, interrogat, si bonum ei[c] odorem facerent. Illa respondit: 'Bonum'. Hanc[d] primam vocem filiae mater maesta cognovit. Inpositam vero ori eius aquam, quam quondam de fontibus[2] benedictis acceperat, interrogat iterum, qualem ei saporem praeberet. Illa respondit: 'Bonum'. Tunc mater cum gaudio sospitem domi[e] refert, quam tristis ad beati tumulum fide fida detulerat.

Capp. 34—38. 1*a*. 2.

Cap. 34. a) sanctus sibi 2. b) parce::: *corr. m. al.* pacem redderet 2.

Cap. 35. a) *corr.* ulli 1*a*; *sic p.* b) cordis 1*a*. c) *m. al. add.* 1*a*. d) ẽ 2.

Cap. 36. a) ad::isti, *ras.* eg? 2. b) expeditam, *ras.* m 2.

Cap. 37. a) crutiabus 2, *corr.* b) adquisito vasculo 2.

Cap. 38. a) a *eras.* 1*a*; *om. p;* quas cun., *sed* s *m. al. in litura scr.* 2. b) posset 2. c) *m. al. superscr.* 2. d) Haec 1*a*, *corr. m. al.* e) filiam *m. al. add.* 1*a*.

1) *Childoaldum praecessit, qui concilio Remensi a.* 625. *celebrato interfuit; v. Flod. Hist. Rem. II,* 5 *(SS. XIII, p.* 452*). Abrincatis ecclesia S. Leodovaldo dicata iam exstat; cf. Gall. Chr. X, p.* 472. 2) *V. supra Gl. Mart. c.* 25.

39. Aridius[1] vir relegiosus ex Lemovicino causa tantum devotionis Turonus[a] advenit, et beatum sepulchrum orando deosculans, ad monasterium sanctum[2], amne transito, pervenit. Qui dum singula loca visitat, qua[b] vir beatus aut orando depresserat aut psallendo sanctificaverat, ubi vel fesso corpori somnum[c] vel inaedia deficienti cibum praebuerat; dumque cuncta circuit, cuncta peragrat[d], venit ad puteum, quem sanctus Dei proprio labore patefecit, fusaque oratione, aquam haurit, inpositaque[e] ampullula, domi regrediens deportavit. Cumque exinde infirmis multis tribueret sanitates, quadam vice Renosindus, frater eius, vi febrium inpulsus, decubuit lectulo. Octava quoque die cum iam oculis clausis[f] in hoc iaceret, ut spiritum exalaret, atque omnis familia perstreperet, mortem condolens patroni, vel funeris necessaria praepararet, venit in mentem presbitero, ut de aqua beati putei in ore functuro[g] guttam inferret. Qua inlata, ubi primum os eius adtigit, mox oculos aegrotus aperuit, absoluta etiam lingua, rogat sibi adhuc exinde ministrari; acceptoque calice, ut bibit, statim omnis febris aufugit; et sic, admirante familia, sanus a lectulo in quo iacebat erectus est.

40. Quid autem de istis miraculis mea parvitas poterit enarrare, cum adsumptus sanctus Dei de mundo adhuc praedicator habeatur in mundum? Et cum se palam populis[a] ostentare nequeat, iugiter se patefactis virtutibus manifestat, dum caecos inluminat, dum paralyticos sanat, dum reliquos aegrotos praestinae sospitati[b] reformat. Sed ego, ut saepe testatus sum, indignum me censeo tanti viri signa depromere. Tamen, quia audax audeo, veniam peto[c] legenti[d]. Vi enim me inpellit[e] amor patroni, et quia adhuc esse[a] eum denuntiavi[f] praedicatorem, dicam, quid contigerit nuper. Sisulfus[g] ex Cinomanicis pauperculus, dum in hortellum suum meridie obdormisset[h], nescio quid nequitiae perpessus, e somno exiliens, contractis in volam[i] digitis, cum magno dolore manus debiles elevavit, ipso quoque dolore premente, rursum solvitur in soporem[k] et videt per visum; et ecce vir stabat ante eum nigris vestibus, cano autem capite! Qui conversus: 'Quid sic[l]', inquid, 'tu fletibus commoveris?' Et ille: 'Ecce, venerabilis domine, dum parumper obdormivi, cum dolore expergefactus, opus manuum mearum perdidi, et nescio, quid sceleris commisissem'. Tunc vir ille, tamquam discipulis[m] Dominus de caeco nato, quia neque ille peccaverat neque parentes eius, sed ut manifestaretur[n] opus Dei in illum, ait: 'Debilitas tua tormentum indicat populi delinquentis. Vade ergo nunc per vicos et castella et ad civitatem usque pertende et praedica, ut se omnis homo a periuriis[o] et usuris absteneat et in die dominico nullum opus absque solemnitatibus misticis agat[p]. Ecce enim coram Domino in lacrimis decumbemus[q], veniam pro populo deprecantes, et adhuc spes est obtenendi, si emendatio subsequatur in plebe. Nam hostilitates et infirmitates et alia mala, quae perfert populus, indignatio Domini commovet. Et ideo adnuntia velociter, ut emendent, ne crudeliter in scelere[r] cf. Ioan. 9, 2

Capp. 39. 40. 1*a*. 2.

Cap. 39. a) Turonis *fere* 2. *p*. b) quae 2. c) somnium 1*a*, *corr.*; somno 2, *corr.* d) peregerat 1*a*, *corr. m. al.* e) Inpositamque 2; impositamque ampullam *p*. f) *om.* 2. g) *corr. m. al.* defuncturo 1*a*; defuncturi *p*.

Cap. 40. a) *superscr.* 2. b) sanitati 2. c) postulo 2. d) *corr. m. al.* a legente 1*a*. e) inpellet 1*a*. f) p. d. 2. g) Sifulfus 1*a*, *corr.* h) obdormisret, *expunct.* s 1*a*. i) uoluā 1*a*, *corr.* k) sopore 2. l) tu sic i. 2. m) *om.* 2; discipuli *p*. n) manifestetur 1*a*. o) rapinis *p*. p) agant 2. q) decumbimus 2. r) opere 2.

1) *Cf. Pass. S. Iul. c.* 41*:* Cum autem ad me Aridius presbiter ex Lemovicino venisset, vir valde religiosus, cui etiam in secundo virtutum beati Martini libro memini *etc. Sed quod hic commemoratur iter Aridii Turonicum, antequam Theodoberti tempore (a.* 534—548*) ad Treveros profectus sit, factum esse necesse est, quia, ipso regresso, pater et Renosindus frater iam mortui erant; cf. H. Fr. X,* 29. *In testamento a.* 578 *(v. supra p.* 459*) condito fratris mentio facta est 'Eustadii bonae memoriae' (cf. Pardessus nr.* 180*); unde Renosindus duplici nomine praeditus mihi videtur esse.* 2) *Marmoutier.*

suo depereant. Tu vero, his peractis quae imperavi, Turonus ad basilicam propera; ibique te visitans, obteneo apud Dominum, ut saneris'. Cui ille: 'Dic mihi[a], quaeso, domine, quis es, vel[b] quod est nomen tuum?' Cui vir: 'Ego sum', inquid, 'Martinus Turonorum sacerdos'. In his sancti verbis pauper surrexit a somno, adprehensoque bacello, iter imperatum adgreditur et quae sibi fuerant imperata populis nuntiavit[c]. Mense autem septimo postquam haec acta sunt, beatam basilicam adivit[d], ibique prostratus per triduum, quarta die a[e] sancti virtute visitatus est. Iam enim conputruerat caro palmarum eius, quae clausa detenebatur. Et cum digiti eius directi fuissent, sanguis ab eisdem erupit[f]. Sed his omnibus medicatis, ore proprio quae retulimus enarravit.

41.[a] Facis ergo, beatissime confessor, tuo[b] more, propitiaris iniquitatibus populi et sanas languores omnium cunctosque te fideliter invocantes tuis medicamentis inlustras nec fraudas extraneis quod propriis libenter indulgis. Homo ergo incola[c] territurii Turonici annorum quasi viginti[d] quinque, cum a febre lippitudinis gravaretur, decidentibus cataractis obstrictisque palpebris, valde caecatus est. Super quod malum adicitur et illud, quod a fuste percussus, disrupto visu, unus ei crepuit oculus. Iam enim[e] viginti quinque annos in hac caecitate degebat. Admonitus ergo per visum, ad beatum tumulum venit, ubi orationi incumbens, die tertia unius oculi lumen recepit. Dehinc animatus hoc medicamine, attentius coepit orare. Quarta autem die oculus qui crepuerat reformato[f] aperitur visu. Qui licet non tam clarus cernitur ut alter, tamen luminis beneficium praebet.

42.[a] Debilis quidam, cuius manus contracta diriguerat, dum in atrium, qui ante beati sepulchrum habetur, oraret attente, in sancta eius vigilia visitatus[b], directis[c] digitis, manus eius ad usum praestinum restituta convaluit.

43. O quotiens hic prophetarum et sublimium virorum virtutes, quas olim gestas legimus, renovari miramur! Sed quid inquam? Quod[a] hi multi fecerunt viventes in saeculo, hic solus cotidie renovat etiam post sepulchrum. Quid ergo agimus? Quid silemus? Quid occultamus pauci, quod populi declamant[b] multi? Non diutius in hac statione moremur. Proferamus novum Heliseum saeculo nostro, qui cadaver defuncti vivum remisit a monumento; idque[c] beatus confessor nobis praesentibus operatus est. Quae enim causa fuerit, adiutorium indivisae Trinitatis efflagitans, explicabo. Puer genitus, lacte materno deficiente, nutrici ad alendum datur. Quae hoc liquore sterilis, dum non copiose, ut illius aetatulae oportunum est, lactis alimenta ministrat, coepit, qui proficere debuerat, die praetereunte decrescere et ita minui, ut nihil[d] in eo amplius quam pellis tenuis, qui eius ossola contegeret, remaneret. Qui, matre mortua, unum prope in hoc exitu duxerat annum. Erat enim unicum patri de uxoria[e] dilectione quodam memoriale. Cui, ut diximus, victu minuente, deficienti ex inaedia febris accessit. Ut autem eum hic fervor attigit, concurrit[f] pater ad eclesiam, ne[g] prolis absque baptismo fungeretur[h]. Qui baptizatus nec confortatus corpore praeter illud spiritale remedium, iam suffossis oculis, iam palpebris laxatis atque demissis, iam nullum flatum[i] spiraminis habens, super beatum sepulchrum, patre heiulante, deponitur. Nec defuit virtus[k] illa

cf. 4. Reg. 13, 21.

Capp. 40—43. 1*a*. 2.

Cap. 40. a) inquid *m. s. XII. add.* 1*a*. b) aut 2. c) nuntiat 2, *corr. m. al.* d) adiit 2. *p.* e) *om.* 2. f) eripuit 1*a*, *corr. m. al.*

Cap. 41. a) 42 1*a*. b) m. t. 2. c) t. i. 2. d) *om.* 1*a* *(ubi m. al.* XX *inseruit).* 2; *habet p.* e) per *add. p; m. al. suppl.* 1*a*. f) reformatur 2, *corr. inter scr.*

Cap. 42. a) 43 1*a*. b) *m. al. add.* est 1*a*. c) que *m. al. add.* 1*a*.

Cap. 43. a) enim *add. m. s. XII.* 1*a*. b) de *suppl.* 2. c) *corr. m. al.* id namque 1*a*; id quoque *p.* d) *sic p;* nihili nec *corr. m. al.* nihili in eo 1*a*; nec a. nichil *corr. m. al.* nichil nec a. 2. e) uxori:a, *ras.* i 1*a*; uxoris *p.* f) cucurrit 2. g) ::ne, *ras.* ut 2. h) baptismi regeneratione moreretur *p.* i) s. h. f. 2. k) i. v. 2.

caelestis, quae quondam parvulum inter manus confessoris vivificavit[1]. At ubi primum huius vestimenta coopertorium tumuli attigit, ilico parvulus respiravit. Mirum miraculum! Videres pallentes genas gradatim, virtute divina insistente, rubescere et sopitos oculos in lumine redivivo laxari. Tunc a sancto vivificatus et a patre receptus, sospis usque[a] hodie in testimonium virtutis habetur.

44. Sed et de Pictavo quidam caecus per sex annos lumine viduatus, triduana prostratione ad beatum tumulum orans, lumen quod caruerat, operante solita virtute, recepit. Actum est autem per festivitatem sancti patroni, in qua Maroveus Pictavis antistis aderat, non inmerito Helari beatissimi discipulus praeconandus. Qui, solemnitate explicita, cum inluminato concive gaudens remeavit ad propriam urbem.

45. Apud Vultaconum[a. 2] quoque vicum Pictavinsem[b], dum duo pueruli nocte dominica in uno stratu quiescerent, visum est eis, quasi signum, quod matutinis commovi[c] solet, sonantem audissent; et surgentes de cubili suo, direxerunt ad eclesiam. Cumque in atrium eclesiae[d] pervenissent, inveniunt ibidem choros mulierum canentium. Exterritique valde, cognoscentes catervam esse daemoniorum, dum ad terram corruunt nec se, ut esset[e] aetatis infirmitas, signo salutare[f] praemuniunt, unus lumine, alius et lumine et gressu multatur. Cumque[g] per multorum annorum curricula in his infirmitatibus gravarentur, unus, qui tantum lumen caruerat, ad beati Martini basilicam devote veniens, ut orationem explevit, statim visum recepit. Alius, in eodem sancto loco lumine recepto, ad propria rediens, adhuc debilis claudicabat. Veniensque ad cellulam Condatensim[h], in qua lectum viri beati habetur, dum ibidem nocte dominica vigiliae[i] celebrarentur, subito, orante[k] populo[l], sensit virtutem divinam adesse. Et spectante plebe[m] super[n] terram trahens, contra parietem[o] erexit, in quo fenestra retenetur, quae fuit quondam beati corporis porta. Et orans atque prae gaudio lacrimans, integrae sanitati restituitur, nec ulterius ullam[p] pertulit de malis infirmitatibus gravitatem.

46. Puerulus quidam Leodulfus[a] pede sinistro debilis, dum cum reliquis petentibus stipendia quaerendo circuiret, Turonus advenit. Et parumper moratus, iter quod agere coeperat conatur implere. Progressusque claudicando cum satellitibus, decimo ab urbe miliario vi[b] doloris oppremitur. Relictusque a sociis, solus super ripam alvei heiulabat, multis ad festivitatem concurrentibus, proclamans et dicens: 'Vae mihi, quia solemnitatem viri gloriosi spectare nolui, ideo me virtus eius allidit. Qua de re rogo vos, fidelissimi christiani, qui Deum timetis, subvenite ignorantiae meae, subvenite oppresso et debili et, si timor Dei manet, me usque ad sanctum[c] locum deportate'. Igitur cum haec multis praetereuntibus implorarct, quidam plaustro suo superpositum usque ad sanctam basilicam duxit. Ubi triduana oratione continuans, redintegratis pedibus, incolomis abscessit.

47. Erat quidam contractus, qui in similitudinem heremitae, cuius bos quondam solatium fuit, bovem unum habebat. Quem[a] plaustro[b] coniunctum, per domos trahe-

Capp. 43—47. 1*a*. 2.

Cap. 43. a) u. *bis scr., sed corr.* 2.

Cap. 45. a) *sic* 2. *p*; Vultaconnum 1*a*. b) Pictavensem 2. c) cōmo:vi, *ras.* n? 1*a*. d) p. e. 2. e) *eras.* 1*a*; nec saeuem (*corr. m. s. XII.* sae ut hῑ) aetatis 2; nec etas infirma *p*. f) salutari:, *ras.* s 2. g) que *om.* 2. h) Condatensem 2. i) vigilias 1*a*, *corr. m. al.* k) ante 2, *corr. m. al.* l) populū 2, *corr.* m) plebem, *del.* m 2. n) *corr. m. al.* se per 2. o) *m. s. XII. add.* se 1*a*. p) ulla 1*a*.

Cap. 46. a) Leudulfus 2; nomen *add. m. s. XII.* 1*a*. b) ::: *m. s. XII. superscr.* vi 1*a*; III? 1*a**, *corr. m. al.* c) l. s. 2.

Cap. 47. a) *m. s. XII. add.* bove 1*a*; Qui p. cōmētus *p*. b) plaustum 2, *corr.*

1) *Martinum in itinere Carnoteno mulieris cuiusdam filii corpus exanime resuscitavisse, Severus, Dial. I (II), 4, narravit.* 2) *Voultegon (Deux-Sèvres, arr. Bressuire, cant. Argenton-Château); cf. Longnon p.* 587.

batur[a], stipem postulans devotorum. Igitur cum inminente festivitate pontificis Turonus advenisset, prostratus coram sepulchro, orationi incumbens, devotissime beati antistitis auxilium flagitavit, deportatusque iterum a suis ante sanctam absidam tumuli ponitur. Cumque, expletis missis, populus coepisset sacrosanctum Redemptoris[b] corpus accipere[1], ilico dissolutis nodis qui genua nexa tenebant[c], in pedes eregitur. Admirantibus cunctis, gratias agens, gressu proprio usque ad beatum altare, nemine sustentante, processit, sanus deinceps degens.

48. Ex pago autem Carnonensi[a. 2], qui Andecavo terreturio habetur insitus, quidam nomine Floridus, manibus pedibusque contractis, ad sanctam cellulam Condatensim, de qua beatus confessor ad Christum migravit, adlatus est. Ubi dum in vigiliis et oratione paucis diebus vacavit, omnis aegritudo a corpore eius fugata discessit, sicque, directis membris, incolomis ad propria remeavit.

49.[a] Venerat dies festus solemnitatis beatae, in qua catervae populorum multae convenerant, et ecce debilis quidam contracto brachio adfuit. Dumque beatum sepulchrum labiis osculatur, lacrimis rigat, voce auxilium[b] beati confessoris inplorat, fide non diffisus solitum praestolat[c] auxilium. Denique sacerdotibus qui advenerant ad agenda solemnia procedentibus, cum lector, cui legendi erat officium, advenisset, et arrepto libro, vitam sancti coepisset legere confessoris[3], protinus hic directo brachio sanus erigitur, spectantibus cunctis, praesidia, qua[d] fideliter petiit, impetravit.

50. Sic et caecus in eadem festivitate supplex inplorans receptionem visionis, ut pallulam adtigit, qui[a] a foris ad pedes sancti de pariete dependit, mox erumpente a palpebris sanguine, teste populo, visum recepit.

51. Cum autem morbus ille dissentericus cum occultis pusulis multas attereret civitates, et inter reliqua[a] loca urbs Turonica gravius laboraret, multi, abrasum a beato tumulo pulverem haustum, sanabantur. Plerique de oleo, qui[b] inibi habetur[c], delibuti liberabantur; fuitque nonnullis remedium[d] aqua illa, unde sepulchrum[4] ablutum est ante pascha. Igitur, cum multis multa tribuerentur beneficia, vidi unum in desperatione a disenteria iacentem, quem ad basilicam ductum, aliis vigilias[e] celebrantibus, noctem inquietam duxisse; diluculo vero accedens ad tumulum, potato cum vino pulverem, sanus rediit e[f] sepulchro.

52. Alter quoque arreptus a febre valida, deiciens ore venenum et per inferiorem partem extra modum solutus, lectulo decubabat. Igitur, grassante[a] veneno, laboranti oritur vulnus in inguine[b], et incredibili modo movet se visibilis usque ad plantam. Erat enim in magnitudine ovi anserini. Deinde sursum[c] repetens, cum nimio dolore discurrit per latera, per brachia et usque ad cervicem progreditur; dehinc per aliud

Copp. 47—52. 1*a*. 2.

Cap. 47. a) trahebat 2. b) c. R. 2. c) tenebat 2, *corr. et p.*

Cap. 48. a) *corr. m. al.* Carnotensi 1*a*.

Cap. 49. a) *om.* 2. b) b. a. 1*a*, *corr.*; r. mox b. c. a. implorans *p.* c) *sic* 1*a*; prestolabatur 2; ꝑstolat̄ *p.* d) quae 2. *p.*

Cap. 50. a) *corr. m. al.* que 1*a*; quae 2; que f. *p.*

Cap. 51. a) [re]:liqua, *ras.* e 2. b) quod 2. c) *corr.* habebatur 1*a*. d) remedia 1*a*, *corr.* e) vigiliis 1*a*. f) *corr.* a 1*a*.

Cap. 52. a) gressante *corr. m. al.* crassante 1*a*. b) iguine 1*a*, *corr. m. al.* c) rursum 1*a*.

1) *Missa censebatur finita, priusquam communio adstantibus porrigeretur. Vide H. Fr. IX,* 3. *R.* 2) *Est* villa quae vocatur Carnona sita super flumen Ligeris; *eadem forte quae iam Chênehutte-les-Tuffeaux (Maine-et-Loire, arr. Saumur, cant. Gennes) appellatur; v. Longnon p.* 301 *sqq., qui pagum h. l. pro villa accipit.* 3) *V. supra c.* 29. 4) *Cf. infra III,* 34: Tunc transmissum est ei de aqua, qua beatum tumulum in pascha Domini est ablutum.

latus ad plantam usque deducitur; exinde retrorsum revertens, ad eum[a] unde primo ortum[b] fuerat venit. Cumque taliter per membra vagaretur aegroti, quo miser tenderet, quid ageret, nesciebat, nisi tantum voces cum fletibus dabat. Exegebat enim dolor gemitum, cum in uno corpusculo tanti dolores inruerant. Tandem cum haec[c] nobis nuntiata fuissent, indico, solitam tyriacam ad verum requiri[d] medicum et[e], quo vitam moriturus haberet[f], adsumi de tumulo. At satellites cum magna festinatione currentes[g], elevato pulvere monumenti, deferunt ad aegrotum dilibutumque cum vino bibendum porregunt. Quo hausto, ita omnis dolor fugatus est, ut ipsa hora redderetur incolomis.

53. Sine numero populi talia audientes, de longinquis regionibus beati expetunt praesidia confessoris. In qua illud est prae ceteris admirandum, qualiter sensus hominum diaboli arte fraudatus[a] restituat. Quidam ergo Baiocasinsis[1] civis, dum vino nimium hausto turbatus per viam incederet, subito diversis flantibus ventis pulvis campi commovetur, et mixtum, ut solet, cum stipulis in sublime levatur, fitque totum aer una nubs pulveris, de qua hic opertus, amisso[b] sensu, equo deicitur. Igitur post paululum a suis inventus domi turbolentus adducitur. Hinc effrenis factus conabatur fugire, nemini persequente. Quid plura? Artatur vinculis, constipatur catenis et in custodia detenetur. Qui dentibus fremens ob negatam fugae libertatem, propriis se morsibus lacerabat. Dum autem haec agerentur, admoniti parentes ad beati eum basilicam perduxerunt; ibique oratione per longum tempus facta, sanus abscessit, vovens, ut singulis annis veniens, vota sancto redderet confessori. Deinde ad monasterium sibi proximum humiliatis[c] capillis ac presbiter ordinatus, coepit Deo strenue deservire, non tamen reddens, qua[d] promiserat beato pontifici. Quarto igitur anno data, ut credo, iterum inimico potestas, rursum ruit in rediviva amentia, et constrictus, ut fuerat prius, catenis, ad sanctam reducitur aedem; ubi per sex menses aut eo amplius degens in vigiliis et orationibus, reddens quae prius ignave fraudaverat, sanus domi regreditur. Sed, peccatis facientibus[e], iterum vinum[f] saepius[g] madefactus, in eadem[h] tribulatione obiit.

54. Si singula quaque[a], vel quae aguntur vel quae acta sunt, persequamur, magnum comulum congerimus de mirabilibus confessoris. Paula[b] vero ex Lexoensi[2] iam adulta, lumen amisit oculorum; sancti quoque limina devote adiens, per omne tempus festivitatis humo prostrata orabat. Tertia autem die post sanctam festivitatem, cum sui[c] redire urguerent, rogat, se ad beati sepulchrum deduci. Ibique iterum atque iterum prostrata, de palla, quae sanctum tegit tumulum, oculos[d] abstergens et vale dicens, discessit. Cumque iam in navi ascenderet, ait: 'Gratias tibi ago, beate confessor, quod, etsi videre non merui, tua sancta limina vel tactu praesensi'. Cum igitur haec cum lacrimis edidisset, dum detergit oculos, lumen recepit, et conversa ait: 'Forsitan haec est beati basilica?' Cui qui propinqui erant ita esse aiunt. Tunc illa: 'Non revertar', inquit, 'nisi gratias pro accepta referam sanitate patrono'. Redeuntem autem et in laudem antistitis declamantem multi viderunt. Quae, completa oratione, gaudens discessit.

55. In eadem vero festivitate alius de Senonico puer manum aridam detulit. Post

Capp. 52—55. 1*a*. 2.

Cap. 52. a) ad eundem ubi pr. 2; ad locum unde *p.* b) *m. al. add.* locum 1*a.* c) n. h. 2. d) recurri 2; requiro *p.* e) ex *p.* f) *post* h. 36 *litt. ras.* 2; suadeo fidenter *add. p;* suadeo fidenter pulverem *posteriores edd. add.* g) *m. al. add.* 1*a.*

Cap. 53. a) *corr. m. al.* fraudati 1*a*; *corr.* fraudatos 2. b) mutato *del. et superscr.* amisso 2. c) humilitatis c. *corr. m. al.* humilitatis causa capillos abscisit 1*a.* d) quae 2. *p.* e) inpedientibus 2, *corr.* f) vino 2. *p.* g) madefacto s. 2, *corr.* h) eodem 1*a.*

Cap. 54. a) quaeque 2. *p.* b) *corr. m. al.* Puella 1*a; sic p.* c) eam *m. al. add.* 1*a; habet p.* d) *superscr.* 2.

1) *Bayeux. Ex hoc capite intelligitur, Baiocassinos iam sexto saeculo vitem coluisse; cf. Delisle, 'Étude sur la condition de la classe agricole en Normandie', p.* 418—470. 2) *Lisieux.*

quartam autem diem solemnitatis beatae, dum stans ad pedes oraret, spectante populo directi sunt digiti eius; viditque omnis conventus plebis[a] magnalia Dei, qualiter inficiebatur manus a sanguine, ascendebatque gradatim per arentes venas, et ita erat manus bibula, ut putaris spungiam diu aridam limphis iniectam sitienter[b] haurire liquorem. Repletis ergo venis roboratisque nervis, rubescente cute, pallidam manum extulit sanam.

56. Pari quodam modo ordine Pictavensis mulier meruit obtenere medellam. Nam haec, contractis in volam digitis, unguibus[a] defixis in ipsis, ut[b] dicam, ossibus, tota iam manu putrefacta, venit ad sancti festivitatem devota, optabilem expetens medicinam. Igitur expectatis[c] ex more solemnibus, dicit suis: 'Integro quidem corde ad deposcendum beati praesidium venimus, sed, obsistentibus peccatis, non meruimus quod petebamus accipere. Consummata nunc oratione, revertamur ad patriam, fidentes de bonitate praesolis, quod corpore inbicillo prosit animae fidelis oratio'. Haec et his similia aiens[d], quasi sancto vale dicens, discessit. Vergente quoque in vespera die[e], prope amnis Caris[1] ripam accepit mansionem. Medium fere noctis expergefacta, gratias Deo refert, quod esset, quod viveret, quod vigeret, vel quod beati pontificis[f] tumulum attigisset; quae cum maximo cum[g] fletu proferret, iterum obdormivit. Et ecce vir crine cigneo, indumento purporeo, crucem gestans manu, stans ante eam ait: 'Nunc sana eris in nomine Christi redemptoris nostri'. Et adprehensa[h] manu eius, misit digitum suum inter digitos illius qui clauserant palmam[i], et parumper movens, direxit eos. Dum haec in visu videret, evigilans, defluente adhuc sanguine, sanam elevavit in Dei laudibus manum. Regressaque ad basilicam[d], impleta gratiarum actione, laeta redivit[k].

57. In festivitate vero beati Iohannis cum populus ad missarum solemnia conveniret, mulier quaedam, accepto sarculo, agrum adit[a], ut scilicet, evulsam mali seminis zizaniam, messem sola purgaret; nec enim poterat esse vallata[b] solatio ob reverentiam dominici praecursoris. Cumque operare coepisset, protinus manus eius divino igne sunt adprehensae, facies quoque eius, quasi emittens flammas, tota visicis ac pusulis ebullivit. Urebatur misera non minus pudoris dolore quam corporis, quando ea quae clam gesserat invita prodebat. Dehinc vociferando atque heiulando beati Martini basilicam velociter expetivit; ante cuius sepulchrum in hoc tormento per quattuor mensuum spatio prostrata, restincto omni vapore, in integritate corporis solidata est. Erat enim ancilla cuiusdam Turonici, qui, medietate pretii concessa, aliam requisivit.

58. Puer Parisiacus, cui artis erat vestimenta conponere, increscente per[a] melancoliam[b] id[c] est decocti sanguinis fecem[d], quartanarius efficitur, atque effervescente humore, ita omne corpus eius minutis pusulis coartatur, ut a quibusdam leprosus putaretur. Sed et per omnia membra dolores pessimos sustenebat, amborum oculorum luce multatus. Igitur audita beati antestitis fama et virtutes ubique vulgatas, Turonicam expetit civitatem; accedensque ad basilicam sancti, per dies multos ieiunans et orans, recepto lumine, praestinae restituitur sospitati. Erat enim ingenuus genere. Audiens autem Leodastis[2], qui tunc Turonicum regebat comitatum, quod talis artifex esset, calumniari coepit, dicens: 'Refuga es tu dominorum, nec tibi licebit ultra per diversa

Capp. 55—58. 1*a*. 2.

Cap. 55. a) *in marg. suppl.* 2. b) sitienter 2.

Cap. 56. a) que *m. al. add.* 1*a*; *habet p.* b) ita *m. s. XII. superscr.* 2; *add. p.* c) spectatis 2. *p.* d) *m. al. add.* et 1*a*; agens *p.* e) diem, *ras.* m 2. f) t. p. 2. g) *ras.* 1*a*; *om. p.* h) adphensā manū 2, *corr.* i) manum 2, *corr.* k) rediit 2.

Cap. 57. a) *corr.* adiit 1*a*; *sic p.* b) divino *add. m.* 2, humano *corr. m.* 3. 1*a*.

Cap. 58. a) *eras.* 1*a*; *om. p.* b) malancoliam 1*a*; melancolia *p.* c) i. e. *superscr., sed eras.* 2; *om. p.* d) fece 2. *p.*

1) *Le Cher.* 2) *De Leudaste v. H. Fr. V,* 14. 47. 49. *VI,* 32. *A.* 580, *a comitatu remotus est; cui Eunomius successit; cf. H. Fr. V,* 47.

vagare'. Et vinctum domui suae custodiendum diregit. Sed nec ibidem defuit virtus angelici confessoris. Nam cum adprehensus fuisset, statim ab infirmitate, quam caruerat, coartatur; et cum pessime ageret, videns comes, nihil se in eum praevalere[a] posse, relaxatum a vinculis liberum abscedere iubet. Ille quoque ad basilicam regressus, sanatus est denuo.

59. Simile est huic et illud, quod mulier post emeritam libertatem rursum a patroni filiis barbaris venundatur. Sed virtute sancti, quo facilius defensaretur, contractis adplene debilitatur[a] membris. Nam et poplitum nervi ita intorti sunt, ut surae crura contingerent. Tunc relicta a dominis[b], quibus fuerat inique distracta, patrocinia beati expetit confessoris. Ad cuius aedem non multo tempore commorata[c], libertati simul ac sospitati donatur.

60. Et quia prior libellus ab eo tempore initiatus est, quo Paulinus reliquit[1], et sub quadraginta capitulis constabat impletus, destinavi huic inceptum in sexaginta[2] conplere; scilicet ut beatus Martinus, qui viduatus ab hoc mundo virginitatis custodivit integrum decus, martyrium etiam vel in occultis insidiis vel in publicis iniuriis triumphabiliter adimplevit, cui etiam erat corona trigesimi[3], sexagesimi vel centesimi fructus, in his centum virtutibus augeretur. Spes enim mihi erat, me non frustrari a voto, quod in octo annis[4], Domino iubente, complevi, ipsumque a virtute super me facta[a] coeptum, 581.
ad me iterum sum regressus[b]. Quod non sine providentia arbitror[c] Divinitatis esse factum, ut ad eum finiretur, a quo legitur coeptus. In quo cum quinquaginta novem virtutes discripsissem et sexagesimam adhuc adtentius praestolarem[d], subito mihi sinistrum capitis timpus artatur doloribus, et pulsantibus venis, defluentibus[e] lacrimis, tantus inminebat cruciatus, ut oculum vi conpremerem, ne creparet. Quod dum per unam diem ac noctem graviter ferrem, mane adveniens ad basilicam sancti, orationi prosternor. Qua expleta, doloris locum velo, qui ante beatum dependebat[f] sepulchrum, attegi. Quo tacto, protinus et pulsus venarum et lacrimarum fluxus stetit. Post triduum vero dextram capitis partem similis attigit dolor. Pulsabant venae, atque ubertim lacrimae defluebant. Iterum mane consurgens, pari ut prius modo contacto velo capite, sanus abscessi. Transactis vero decim diebus, visum est mihi minuere sanguinem; tertia vero die post san-

Capp. 58—60. 1*a*. 2.

Cap. 58. a) posse pr. 2.

Cap. 59. a) debilaretur 1*a*, *corr. m. al.* b) daemonis 1*a*, *corr. m. al.* c) commorata: 2.

Cap. 60. a) factum 2, *corr.* b) regressum 2, *corr.* c) d. a. e. 2; d. e. a. *p.* d) prestolarer 2. *p.* e) *post* d. *del.* flam 2. f) s. d. 2.

1) *Cf. M. S. Mart. I, 3:* tamen aliqua de virtutibus sancti ac beatissimi Martini, quae post obitum eius actae sunt, quantum invenire possumus, memoriae replicare, quia hoc erit scribendi studium, quod in illo Severi aut Paulini opere non invenitur insertum. 2) *Etiam liber tertius e* 60 *capitibus constat, sed quartum, qui* 47 *tantum capita continet, quominus ad finem perduceret, morte Gregorius impeditus videtur esse.* 3) *Per tres fructuum gradus ex semine parabolae euangelicae Matthaei* 13, 23 (Qui vero in terram bonam seminatus est, hic est, qui audit verbum et intelligit et fructum affert et facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud vero trigesimum.) *procreatos sanctus Augustinus viduarum, virginum et martyrum coronas designari voluit, quas omnes in Martino inveniri persuasus Gregorius, illos capitum operis sui numero significare conatus est. Etenim in priore libello quadraginta sunt capita, quae exaequant viduarum coronam; secundi vero libri sexaginta capita fructum virginum exprimunt, quae simul coniuncta centum, id est martyrii coronam, complent.* Viduatus ab hoc mundo Martinus, *ut loquitur Gregorius, viduarum merita adeptus est,* Virginitatis decus *continentia meruit, ac* martyrii *palmam* iniuriis publicis *affectus et* insidiis occultis *appetitus, obtinuit. R. 'De fructu centeno, sexageno et triceno' Theodulfus carmina* 2 *condidit; cf. M. G. Poet. lat. t. I, p.* 471. 4) *A.* 573—581.

guinis diminutionem subiit mihi cogitatio, et, ut credo[a], per insidiatorem iniecta, quod haec quae pertuleram a sanguine evenissent, et, si vena protinus fuisset incisa, confestim ista cessassent. Dum haec cogito ac revolvo, amborum timporum venae prosiliunt, renovatur dolor, qui prius fuerat, et iam non unam partem capitis, sed totum arripit caput. Commotus ergo doloribus, ad basilicam propero, ac pro cogitatione prava[b] deprecans veniam, palla[c], quae beatum tegit sepulchrum, caput attigi; mox, dolore sedato, sanus recessi de tumulo. Multa quidem sunt et alia, quae vir beatus cotidie operatur, quae insequi longum est. Tamen, si adhuc meremur videre miracula, placet ea alteri coniungi[d] libello[1]. Nam, ut diximus, hii duo libelli in hoc numero teneantur. Ego quoque pietati dominicae maximas refero gratias, quod mihi per suffragium antistitis gloriosi concessum est, ut quod in initio tractavi potui ad finem usque perducere; deprecans, ut quod saepe confessor tribuit populis mihi peccatori largus indulgeat, purgetque me a morbis[e], quos saepe conspicit et intendit, restituat mihi lumen veritatis, eruat me ab infidelitatis lapsu, mundet cor et mentem a lurida lepra[f] luxoriae, purget cogitationes a concupiscentiis pravis[g] atque omnem a me facinorum molem diluat ac prosternat, ut, cum in iudicio sinistrae[h] fuero parte[i] locatus, ille me de medio hedorum sacrosancta dextera dignetur abstrahere, reservatumque post tergum, sententiam iudicis praestoletur. Cumque eo iudicante fuero flammis infernalibus deputatus, sacrosancto pallio, quo ille tegitur[k] a gloria, me contectum excuset a poena, dicentibus regi angelis, quod quondam de monacho resuscitato dixerunt[2]: ‘Iste est, pro quo Martinus rogat’. Fiatque, ut, quia non mereor illa claritate vestiri, vel ab inruentibus tartarorum ministris merear liberari; nec tantum mihi noxa praevaleat, ut separer ab eius regno, quem fideliter sum confessus in saeculo.

EXPLICIT LIBER II.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI TERTII.

1. De dolore faucium mearum.
2. De puella debili sanata.
3. De homine, in[a] cuius manu fustis adhaesit.
4. De contracto sanato.
5. De caeco inluminato.
6. De debile sanato.
7. De eo qui clavem die[b] dominico faciebat.
8. De mortuo suscitato.
9. De eo qui pedem debilem habuit.
10. De tibia matris meae.
11. De mulieris manu sanata.
12. De puero a valitudine sanato.

Cap. 60. *Index.* 1*a*. 2.

Cap. 60. a) *sic p;* haec 1*a*. 2. b) parva 1*a*, *corr.* c) Palā q̄ beatum *corr.* Palla q̄ b. 2. d) coniugi 1*a*, *corr. m. al.* e) membris 1*a*, *corr. m. al.;* a me morbos *p;* me ab erroribus *edd. posteriores.* f) leprę 2. g) parvis 1*a*, *corr.* h) *ras.* e 1*a;* sinistra p. f. *p.* i) porte 1*a*, *corr. m. al.* k) tegetur 1*a*.

Index. a) *superscr.* 2. b) dom. die 2.

1) *Eadem fere tertio libro subiecit.* 2) *Cf. Severi V. S. Mart. c.* 7: tum per duos angelos iudici fuisse suggestum, hunc esse, pro quo Martinus oraret. *Erat catechumenus, nondum monachus, qui Martino vitam restitutam debuit.*

Index 1*a*. 2.

Index. a) *om. p.* b) *sic* 2. *p;* abstulerant 1*a*. c) Item *ante* De *m. al. add.* 1*a*. d) 30 *et sic deinceps* 2. e) heserunt *p.* f) Augusto 2, *corr.* g) Cautalanensis *corr.* Cautalaunensi 2; c. *om. p.* h) *sic* 2. *p;* debilitate 1*a*. i) frigoras 1*a*; febre *p.* k) Cardegisili puero *pro* i. *p.* l) *titulos* 52—54. *om.* 2. m) item de aliod *add. p.* n) 51. *et sic deinceps* 2.

INCIPIT[a] LIBER III. FELICITER.

Tertio[b], ordinante Christo, libello de virtutibus beati Martini scribere incipientes, gratias agimus omnipotenti Deo, qui nobis talem medicum tribuere dignatus est, qui infirmitates nostras purgaret, vulnera dilueret ac salubria medicamenta conferret. Nam[c] ad eius beatum tumulum humilietur animus, et oratio sublimetur. Si defluant lacrimae, et conpunctio vera succedat, si ab imo corde[d] mittantur suspiria, et pectora facinorosa tundantur, invenit ploratus laetitiam, culpa veniam, dolor pectoris pervenit ad medellam. Nam saepius tactus beati sepulchri profluviis[e] imperavit sistere, caecis videre, paralyticis surgere et ipsam quoque pectoris amaritudinem[f] longe discedere. Quod ego plerumque expertus, indignum me iudico, ut inter tantorum miraculorum moles etiam illa hic inseram, quod super me operari dignatus est. Sed iterum timeo, ne noxialis appaream, si ea tamquam fraudulentus abscondam. Testor etenim Deum et spem illam, quam in eius virtute posui, credens, me ab illius misericordia non frustrari; quia, quotienscumque aut dolor capitis inruit, aut timpora pulsus inpulit, aut aures auditus gravavit, aut oculorum aciem caligo suffudit, aut aliis membris dolor insedit, statim ut locum dolentem[g] vel tumulo vel pendente velo adtigi, protinus sanitatem recepi; mirans tacitus, in ipso tactu dolorem recessisse cum cursu.

1. Quid autem nuper pertulerim, primum inseram huic libello miraculum. Dum ad convivium resedentes post ieiunium aederemus, piscis infertur in ferculo, quem dominica cruce signatum dum aedimus, una mihi ex aristis ipsius piscis iniuriosissime adhaesit in gutture. Quae dolores commovens graves, incidebat fauces acumine et ipsam gulam longitudine obserabat; impediebat vocis[a] sonum et neque ipsum salibae liquorem, qui saepe a palato defluit, transire sinebat. Tertia autem die cum neque tussiens neque excreans eam valerem proicere[b], recurri ad nota praesidia. Accedo ad tumulum, provolvor in pavimento, profusisque cum gemitu[c] lacrimis, auxilium deprecor confessoris. Dehinc erectus, velo, qui[d] dependebat, gulam faucesque et reliquum capitis adtigi. Nec mora, sanitatem recepi et, priusquam limina sancta egrederer, nullam fatigationem sensi. Quid tamen aculeus malus devenerit, ignoro. Non eum reieci per vomitum, non discessisse sensi in alvum. Unum tantum[e] scio, quod ita me in velocitate sensi sanatum, ut putarem, quod iniecta aliquis manu[f] illa quae iniuria[g] faucibus intulerant abstulisset.

2. Puella vero annorum duodecim omnibus membris debilis per sex annos tamquam mortua in domo parentum lectulo decubabat, non gressum faciens, non opus manuum implens, non lucem cernens, non sermonem eloquens, non audiens elocutum. Ad beati tumulum fundunt parentes[a] preces pro filia, offerunt munera et adhuc vota promittunt. Convenit autem[b] populus ad solemnia, caelebratur cum gaudio sacra festivitas. Tertia vero de[c] festivitate die, vocat patrem puella, dicens: ‘Sitio’. Qui gaudens,

Index. Praef. Capp. 1. 2. 1*a*. 2.

Index. a) sanatis et duobus energumenis emundatis *add. edd. posteriores; om.* 1*a*. 2. *p*. b) meo *add. edd. posteriores (non p)*. c) EXPLICIUNT CAPTŁ *add.* 2.

Praef. a) L. III. I. F. 2; F. *om. p*. b) Tertium o. libellum xp̄o 2; Tertium o. C. libellum *p*. c) si *m. al. add.* 1*a*; *habet p*. d) cord̄ *p*. e) profluvius 1*a*, *corr.* f) amaritudine 1*a*. g) dolor 2, *corr. inter scr.*

Cap. 1. a) vicis 1*a*, *corr. m. al.* b) proicerē 1*a*, *corr.* c) l. g. 2, *corr.* d) quod 2. *p*. e) tam̄? 1*a*, *corr. m. al.* f) manū 2, *corr.* g) *sic* 1*a*. *p*; iniuriam 2.

Cap. 2. a) orationes et *add., sed del.* 2. b) *om.* 2. c) die de f. *corr. m. al.* festivitatis die 2.

quod filiae vocem, quam[a] numquam audierat[b], meruisset audire, cucurrit velocius et adsumptum paululum aquae puellae detulit ad bibendum. Qua hausta, ait: 'Porrege mihi manum'. Adprehensa quoque pater eius dextera levavit eam. Quae stans super pedes suos, elevatis ad caelum manibus[c] oculisque: 'Gratias', inquit[d], 'tibi ago, omnipotens Deus, qui respiciens humilitatem meam, me per sanctum antistitem tuum salvare dignatus es'. Et sic, redintegratis membris, visum auditumque recepit ac domi laeta regressa est.

3. Ante duos autem annos, quam haec agerentur, quidam non metuens neque honorans diem sanctum dominicae[a] resurrectionis, acceptam annonam, ad molam vadit, inpositumque triticum, molam[b] manu[c] vertere coepit. Explicitumque opus, non poterat volam aperire, sed cum gravi dolore, fustem quem adprehenderat tenebat invitus. Post haec videns se non laxari, incisumque[d] ab utraque parte fustem, ad sancti basilicam venit, factaque oratione et vigilias[e] celebratas, laxatis[f] digitis, manus eius ad opus praestinum restituta est. Alio vero anno in hac die sancta[g] operam, propter[h] quam prius increpitus a Deo fuerat, adprehendit, rursum[f] ei lignum in manu adhaesit. Ille vero cum dolore plorans, ad basilicam sancti repetiit, sed non protinus meruit exaudiri. Post duos vero annos ad eandem festivitatem, quam puellam sanatam retulimus, et iste liberatus est ab onere ligni.

4. Ex Lemovicino autem adveniens contractus, qui nec gressum facere poterat nec lumen oculorum habebat, deportatus manibus devotorum ante sanctum sepulchrum deponitur[a], deprecatusque[b] misericordiam beati[c] antistitis, directis membris debilibus, sanitati[d] donatur.

5. Quidam caecus, qui longo tempore lumen[a] caruerat oculorum, ad eandem festivitatem venit. Et facta oratione, dum ante sanctum sepulchrum staret, subito apertis oculis, recepto lumine iocundatur.

6. Puer autem et incola civitatis Turonicae[a], dum valitudine nimia ac diuturna consumitur, omnibus membris debilitatur et sine spe gressuum a febre relinquitur, cuius tibiae ceu funes intortae separari non poterant. Post discessum vero febris, expetiit a parentibus, ut eum ad sanctam basilicam deportarent. Quo exhibito, deponentes eum ad pedes sancti, orationem faciunt, ut ei virtus solita subveniret. Tertia vero die cum ille vel parentes eius in oratione ac ieiunio perdurarent, exorto misericordiae lumine, distortis tibiis, a parentibus incolomis est receptus.

7. Sic et alius Senator nomine de Cracatonno[a.1] Andecavinsi vico, dum die dominico clavem facit, digiti ei ambarum[b] manuum contraxerunt, unguibusque in palmam defixis, qui ostium pandere voluit manus reserare non poterat[c]. Dehinc per quattuor mensibus iam unguibus in carne defixis, conputriscente palma, auxilia expetiit confessoris, et per quattuor dies oratione ac ieiunio vacans, manus[d] sanas[e] elevans, incolomis

Capp. 2—7. 1*a*. 2.

Cap. 2. a) *m. al. add.* 1*a*. b) *in marg. suppl.* 2. c) oculis manibusque 2. d) t. a. i. 2; i. *om. p.*

Cap. 3. a) r. d. 1*a*. b) *superscr.* 2. c) manū 2, *corr.* d) que *om.* 2. *p.* e) vigiliis caelebratis 2. *p.* f) que *m. al. add.* 1*a*. g) sc̄o 2, *corr.* h) pro *corr.* prius 2.

Cap. 4. a) deponi:tur 2. b) Deprecatur m. 2. c) a. be(ati *postea add.*; et *m. al. suppl.*) 2; b. *om. p.* d) sanati 2, *corr.*

Cap. 5. a) lumine 2. *p.*

Cap. 6. a) civitatis *repet., sed del.* 2.

Cap. 7. a) Cratonno Andecavensi 2; Cratotonno Andegavensi *p.* b) m. a. 2. c) poterant, *del.* n 1*a*. d) que *m. al. add.* 1*a*. e) e. s. 2.

1) *Craon (Mayenne, arr. Château-Gontier); cf. Longnon p.* 303.

est regressus[a], conlaudans virtutem antistitis[b]; et, ut[c] nullus adgrederetur quod ipse praesumpserat, praedicabat.

582. 8. Eo tempore, quo talia apud urbem Turonicam gerebantur, legati de Hispaniis, id est Florentius et Exsuperius, ad Chilpericum regem veniebant[1]. Quos cum ad convivium eclesiae recepissem, aepulantibus nobis, eo quod se adsererent esse catholicos, Florentius, qui erat aetate senior, sollicite flagitat aliqua de beati viri virtute cognoscere. At ego gratias Deo agens, interrogo, si vel nomen eius in illis regionibus audiretur, vel vita illius legeretur ab aliquo. Haec me interrogante, ait, magnifice in illis locis honorari nomen eius; sed et se peculiarem alumnum antistitis narrat, dicens, super se magnam eius virtutem ostensam fuisse. 'Avus', inquit[a], 'eius ante multorum annorum curricula basilicam in honore construxit beati Martini antistitis; perfectamque ac eleganti[b] opere exornatam, Turonus[c] clericos relegiosos distinat, expetens pontificis reliquias, ut scilicet locum, quem in eius nomine aedificaverat, eius reliquiis[d] consecraret. Quod cum fecisset, per singulos dies veniebat, et prostratus solo cum coniuge, sancti pontificis auxilium inplorabat. Post multum vero tempus hic nascitur. Cum autem trium mensuum esset, a febre pulsatus[e] et in tantum exinanitus[f], ut papillam sugere[g] neque ullum alimentum valeret accipere. Interea, perdurante morbo, cibo negato[h], palpitante tantum spiritu, solus transitus praestolatur. Nec mora, ipse quoque exalatur spiritus. Tunc mater maesta vel avia de unicae ac primogenitae[i] subolis morte adprehensum inter brachia ante altare beati Martini iam exanime corpusculum spe non incerti[k] deposuerunt, et, tamquam si sanctum visibilibus cernerent oculis, avus alloquitur, dicens: "Spes nobis erat maxima[l], beatissime confessor, tua hic pignora deportare, qua morbi depellerentur, febres extinguerentur, fugarentur tenebrae, et aliae quoque infirmitates emundarentur[m], pro eo quod de te legantur plurima, quae vel vivens feceris vel post transitum opereris[n]. Nam audivimus[o], oratione mortuos suscitasse, lepram osculo depulisse, inerguminos curasse verbo, veneno[p] digito conpressisse et alia multa fecisse; hic apparebit virtus tua, si et nunc iuxta fidem nostram hunc resuscitaveris parvulum. Quod si non feceris, non hic ultra colla curvamus, lumen accendimur[q] aut honoris alicuius gratiam exhibemus". Et haec dicens, relicto ante altare infantulo[r], abierunt. Mane autem facto[s] venientes, invenerunt eum ad altare conversum. Haec mirantes, suscepit eum mater in ulnis, et cognoscens eum resumpsisse flatum, adplicat ad papillam, qui protinus, hausto lacte, confortatus est. Tunc mater cum patre vel omni domo, elevata[t] in caelo voce,
cf. Ps. 71,18. benedixerunt Deum, dicentes: "Nunc cognovimus, quia magnus Deus es et facis mirabilia solus, qui nobis parvulum confessoris tui oratione restituis[u]". Nam et loco illi maiorem, quam prius[v] fecerant, reverentiam exhibebant[w]'. Haec ab ipsius Florenti[x] ore ita gesta[y] cognovi.

9. Clericus erat ab urbe Pectava[a] agro regionis illius, qui ad sanctam basilicam

Capp. 7—9. 1*a*. 2.

Cap. 7. a) egr. 2, *corr.* b) antistis 2, *corr.* c) cum 2.

Cap. 8. a) i[n]quit e. *m. al. in litura scr.* 1*a*; meus *p.* b) [e]leganti 1*a*. c) *desinit* 5, *ceteris quae sequuntur scabie et putredine exesis. R.* d) reliquias 2, *corr.* e) *corr.* pulsatur 1*a*. f) *corr.* exinanitur 1*a*; *sic p.* g) suggerunt? 2, *corr.* h) negante 2, *corr.* i) primo *superscr.* 2. k) *corr. m. al.* incerta 1*a*; *sic p.* l) mix. 1*a*, *corr.* m) emd. 2, *corr.* n) operis 1*a*, *corr. m. al.*; operaris *p.* o) *m. al. add.* te 1*a*; *habet p.* p) venenum 2. *p.* q) *corr. m. al.* accendimus 1*a*. 2; luminaria accendemus *p.* r) infantulum 2, *corr. m. al.*; ipse qui cum eo erant *add. p.* s) *om.* 1*a*. t) elevato 2, *corr.* u) restitues 1*a*; restituisti *p.* v) f. p. 2. w) exhibeant 1*a*, *corr. m. al.* x) Florentii 2. *p.* y) c. g. 2.

Cap. 9. a) Pictava 2; Pictavo *p.*

1) *Cf. H. Fr. VI,* 18: Accedente autem Ansovaldo ad Chilpericum regem, legatio Hispaniorum est subsecuta.

pertenebat, unius pedis usu debilis, quem, ut ipse adserebat, per incursum daemonii meridiani[1] perdiderat. Qui, inciso fuste ad mensuram geniculi, pelle superposita, ad ipsum geniculum extensum retrorsum vestigio, gressum, quem pede nitebatur agere, fuste adminiculante perficiebat. Ad antedictam basilicam novem post annos advenit, fusaque oratione per triduum, ante tertium festivitatis diem, poplite directo, surrexit. Advenienti autem ad sancti solemnia populo, qualiter per virtutem eius sanatus esset, edocuit.

10. Matri vero meae hoc ordine virtus sancti subvenit. Tempore, quo postquam[a] transactis parturitionis doloribus[b] edidit, dolorem in uno tibiae musculo incurrit. Erat enim subitaneus, tamquam si clavus adfigens ita fictam[2] gravissimam dabat, ut plerumque eclypsim generaret, nec erat quod eum mitigare posset[c], nisi cum diutissime contra ignem tentus a vapore foci obstupisceret; sed et, si unguentum aliquod parumper fuisset infusum, quiescebat. Quid plura? Post ordinationem meam advenit Turonus vel ad 573. Aug. 20. occursum antistitis sancti vel causa desiderii mei. Cumque ibidem per duos aut tres menses commorata fuisset, assidue beati pontificis auxilium precabatur; tandem respiciente miseratione consueta, discessit dolor a tibia, quae per triginta quattuor annos[3] feminam fatigaverat.

11. Sed et alia mulier de Andecavo territurio, digitis in palma difixis, ut ad locum sanctum preces effudit, digitis directis, sanata manu discessit.

12. Puer familiaris noster correptus a febre, graviter utebatur. Ardebant enim extrinsecus membra, intrinsecus vero sitis[a] valida erat; et si potum aliquod[b] accipiebat, mox reiciebat ab stomacho, nihil tamen capiens cibi. Cumque in hoc labore quarto aut quinto die fatigaretur, petiit, ut ei pulvere[c] parumper exhiberent de sepulchro ad bibendum. Quo exhibito vinoque deluto, ut hausit fideliter, recepta sanitate, convaluit.

13. Theoda vero, Wiliachari[4] quondam presbiteri filia, dum ab umore pedum frequentius laboraret, unius pedis usum, qui in debilitate redactus fuerat, perdidit. Post haec ad beatam advenit basilicam, in qua dum crebras effundit preces, amota debilitate, incolomitati donatur.

14. Erat tunc temporis in villa, quae sub tuitione sancti[a] matricolae[b] habebatur, homo quidam, qui, tamquam effractis renibus, inclinatus ambulabat. Hic iuxta illam euangelicae seriem[c] mulierem deorsum proclinus nequaquam sursum poterat erigi[5], sed duobus in ascellis fustibus additis, incurvus agebat gressum. Ad festivitatem autem adveniens, tertia die post acta solemnia erectus, ab omni incursione diabolica mundatus, sanus abscessit.

Capp. 9—14. 1*a*. 2.

Cap. 10. a) *sic* 1*a**. 2. *p*; iam *m. al. in litura scr.* 1*a*. b) me *m. al. suppl.* 1*a*; *habet p.* c) possit 2, *corr.*

Cap. 12. a) satis 1*a*. 2; *m. al. corr.* sitis 1*a*. b) aliquid 1*a*, *corr. m. al.*; aliquem *p.* c) *corr.* pulverē 1*a*; par. e. pulveris *p.*

Cap. 14. a) scāe 2; *om. p.* b) *m. al. in marg. add.* matris ecclesiae 1*a**; *sic p.* c) *corr. m. al.* seriei 1*a*. 2; *sic p.*

1) *Cf. H. Fr. VIII,* 33. *et infra IV,* 36. *Daemonium meridianum, quod a rusticis Diana appellabatur (cf. V. S. Symphoriani, Ruinart, Acta Mart. ed. Rat. p.* 127, *et V. S. Caesarii Arel. II,* 14*), morbus quidam passioni sacrae similis erat; cf. Grimm, 'Mythologie' II*², *p.* 1114.
2) *Participio* ficta *a* figere *ducto etiam H. Fr. V,* 5. *et Gl. Conf. c.* 9. *Gregorius usus est.*
3) *Unde a.* 540. *Gregorium natum esse verisimile est, sed animadvertas, pronomen* me *in codicibus deesse.*
4) *Cf. supra p.* 600, *n.* 4.
5) *Cf. Luc.* 13, 11*:* Et ecce mulier, quae habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo, et erat inclinata nec omnino poterat sursum respicere.

15. Gundulfus autem quidam ipsius urbis civis ab infantia sua cum Gunthario[1], Chlothari regis filio, habitavit. In cuius dum haberetur servitio et ordinante rege ascendens[a] in arbore[b] matura[c] decerperet poma, effracto ramo, corruit, conlisumque ad lapidem pedem, debilitatus est. Post multos vero annos, dum in hac debilitate persisteret, et ascenso equite, velociter inpelleret ad eundum, lapsante gressu, praecipitatur, conpressumque pedem alium, qui sanus erat, graviter laesit[d]. Dehinc portari se ad beatam[e] basilicam postolat, proiectusque ad pavimentum, orationem fideliter fundit. Nec morata est pietas, quae semper tribulantibus subvenire consuevit, sed protinus, ablato omni dolore, incolomis a pavimento surrexit. Igitur per triginta circiter annos de alio pede, sicut superius diximus, iugiter claudicabat. Tandem, inspectas propriae conscientiae noxas, converti decrevit, scilicet, ut humiliatis capillis ipsi sancto deserviret antestiti. Sed prius a regem[f] praeceptum elicuit, ut res omnes basilicae traderet vivens. Quo facto, capite tunsorato, impleto bonae diliberationis[g] voto, pes eius, qui effractis ossibus fuerat breviatus, elongatur. Et qui antea[h] duobus pueris sustentatus ibat, nunc sine ullius hominis adminiculo, quo voluerit absque aliquo debilitatis inpedimento discurrit.

16. Post haec puerulus quidam ex Lemovicino caecus adveniens, lumen recepit oculorum hoc modo[a]. Anno tertio nativitatis suae cum iam gressum incipiens fingere[b], erumpente lingua, in verbis ora laxaret, dum matri alludit blande, dum oscula libat, dum collo eius appenditur, dum in ulnis defertur, commotam per emissionem[c] diabolicam vim[d] venti, pulvis a terra cum paleis elevatur[e], super puerum ac[f] matrem eius cum magno turbine fertur; sed rustica mulier et incauta non tractat se filiumque salutari[2] vixillo munire, ideoque, praevalente insidia, oculi adolescentis repleti pulvere obserantur. Qui diu vociferans, tandem mitigatus a matre, permansit caecus. Adultus autem datus est mendicis, ut vel cum eisdem ambulans stipendii quiddam acciperet. Erant autem parentes eius valde pauperes. Igitur duodecimo caecitatis suae anno
Dec. 24. advenit Turonus ante diem solemnitatis, qua Pater Verbum carni glutinans mundo salutem invexit. Decursa[g] autem festivitatis vigilia, dum, recedentibus aliis, hic ad pedes[h] sancti decubaret inmobilis, tunc sensit, quasi pupugisset aliquis oculos eius ab spiculo, et statim sanguis ab his erumpens, coepit defluere per genas eius, aversaque sursum facie, vidit super se cereum elucere, et exclamans voce magna, ait: 'Gratias tibi ago, sanctae confessor Dei, quia virtute tua lumen recipere merui. O admirabilis gratia! O virtus inmensa! Multimodis enim affectibus dona tua spargis[i] in populos. Nam qui stipem petierat, lumen recepit, et diu extera luce, virtutis tuae lumine vultus ornatur. O si te multorum criminum tenebrae a nostris visibus non arcerent, nempe
Act. 3, 6. venires visibiliter et infirmis voce Petri[k] clamaris: *Aurum et argentum non habeo, sed quod habeo do vobis. In nomine Christi Iesu abite incolomes.*

17. Fuerat causa quaedam, ut Reminsim[a] oppidum peteremus, cumque ab Egidio[b] episcopo, qui tunc eclesiam regebat, benigne fuissemus excepti[c], inluciscente in

Capp. 15—17. 1*a*. 2.

Cap. 15. a) *corr. m. al.* ascenderet 1*a*. b) *m. al. suppl.* ut 1*a*. 2*; habet p.* c) *om.* 2. *p.* d) la:::sit 2, *corr. m. al.* e) beati 2; sanctam *p.* f) rege 1*a e corr.* 2. *p.* g) lib. *corr. m. al.* delib. 1*a.* h) *sic* 1*a;* ante a 2. *p.*

Cap. 16. a) *m. al. add.:* quod equidem ita perdiderat 1*a.* b) *corr.* figere 1*a; sic p.* c) miss. 1*a*, *corr.;* omiss. *p.* d) *ras.* m 1*a*. 2. e) *corr. m. al.* elevatus 1*a.* f) *om.* 1*a*, *ubi m. al. corr.* matremque. g) Decurso 2, *corr. m. al.* h) ped 1*a.* i) spargit 2, *corr.* k) patri 1*a*, *corr. m. al.*

Cap. 17. a) Remensim 2; Remense *p.* b) Egido 2, *corr.* c) experti 1*a*, *corr. m. al.*

1) *Guntharius, senior Chlotharii filius ex Ingunde procreatus, patre vivo mortuus est; cf. H. Fr. III,* 21. *IV,* 3. 2) *id est signo crucis. R.*

crastina dominica die, ad eclesiam accessimus, resedentesque in sacrario, adventum praestolabamur antistitis. Eo tempore sancti Martini reliquias, licet temerario ordine, super me tamen habebam. Igitur Siggo [1], referendarius quondam Sigiberthi, ad occursum nostrum accedit, osculatumque iuxta me sedere deposco. [Sed [a] ille unam habens oppilatam [b] aurem, vix de alia poterat quae loquebamur advertere]. Verum ubi sufficienter colloquium usi [c] sumus [d], ille in domo vocatur eclesiae. Protinus igitur ut a me discessit, disrupta auris surdae claustra, et quasi magnum exinde ventum exire sentiens, auditum recepit; reversusque continuo mihi gratias agere coepit, dicens: 'Tertia enim dies erat, quod de hac aure auditum amiseram, sed, cum tecum loquerer, sensi velociter reseratam'. Tunc ego confusus [e], ne mihi haec adscriberentur, aio: 'Noli, dulcissime fili, mihi aliquid gratiarum referre, sed ei, cuius tibi virtus auditum restituit. Nam scias [f], beati Martini mecum habere pignora, cuius tibi potentia auditus gravitas est depulsa'.

18. Quodam vero tempore, dum saeva lues taliter desaeviret in pecora, ut nec ad recuperandum genus putaretur aliquis remanere, quidam de nostris ad [a] basilicam sanctam adiit, oleumque lychnorum, qui camerae dependebant [b], suscepit cum ipsis aquis in vasculo, deportatumque domo [c], pecora quae adhuc hic morbus non attigerat [d], intinctum digitum in liquore, per frontes et dorsa cruce dominica signat, ipsisque animalibus terrae deiectis resupinatisque ex hoc unguine fide plenus infudit in ore. Mox dicto citius, clandestina [e] peste propulsa, pecora liberata sunt.

19. Abrincatinus [2] quoque incola, cui per sex annos videndi usus fuerat denegatus, beati confessoris expetiit salvari praesidio. Ad cuius basilicam accedens, multoque [a] tempore ieiuniis et orationibus vacans, auxilium beati implorat antistitis. Denique adveniente sacrosancta festivitate, populis missarum solemnia spectantibus, huic visus est redditus; rediitque in patriam videns, qui ad sanctam basilicam alio deducente [b] pervenerat. Pro tantae [c] pietatis gaudia vovit se ibidem tonsorari, quod postea rediens devotus implevit.

20. Nam et quidam de transmarinis partibus veniens, dum operam exerceret in agro, subito ortam [a] super se violentiam venti cum pulvere, lumen [b] caruit oculorum; et qui diu caecis via fuerat, ipse domi alio regente deducitur. In hac enim caecitate per trium annorum curriculum [c] detenetur. Post haec ad [d] basilicam beati confessoris expetiit; ad quam per quattuor annos orationi incumbens, visitatus [e] virtute divina, patefactis luminibus, lucem videre promeruit.

21. Sed haec fama, ut saepe diximus, non solum ad propriam urbem, verum etiam in aliis urbibus et pene in toto mundo vulgata perpatuit. Iulianus quidam ab Hispaniis veniens, manus [a] et pedes debiles ad hunc medicum devotus ingessit, dicens: 'Credo enim [b], sanctissime praesul, quod poteris mihi ea medellae adiuvamenta prae-

Capp. 17—21. 1*a*. 2.

Cap. 17. a) Sed — advertere *om.* 1*a*. 2; *supplevi ex p.* b) *sic scripsi, cf. infra III,* 49: aurium aditibus oppilatis; opitulatam *p*; obturatam *edd. posteriores.* c) u:si, *ras.* i 1*a*. d) fuimus 1*a*. e) *sic* 2; confessus 1*a*; confisus *p.* f) me *m. al. add.* 1*a*.

Cap. 18. a) *eras.* 1*a; om. p.* b) dependebat, *sed* t *in litura scr.* 2. c) domi 2. d) attingerat 2, *corr. m. al.* e) clandefestina, *ras.* fe 1*a*.

Cap. 19. a) que *om.* 2. *p.* b) die (*ras.* d.) ducente 1*a*. c) *m. al. add.* autem 1*a*.

Cap. 20. a) orta — violentia 2. *p.* b) lumine 2. *p.* c) curriculo 2, *corr. m. al.*; curricula *p.* d) *del.* 1*a; om.* 2. *p.* e) visitatis 2, *corr. m. al.*

Cap. 21. a) *corr. m. al.* manum ac pedem debilem 1*a*. b) *om.* 2; indubitanter *pro* e. *p.*

1) *Hunc locum laudavit Flodoardus, H. R. II,* 2. *IV,* 50. *Siggo referendarius, qui post mortem Sigiberthi ad Chilpericum transierat, postea Childeberthi partis erat; cf. H. Fr. V,* 3. 2) *Avranches.*

bere, qua[a] ceteris in te sperantibus non es solitus denegare'. In hac credulitate orationi assidue adsistens et de Domini miseratione non dubitans, directis pedibus ac manibus, incolomis est redditus.

22. Verum quia in superioribus libellis saepius diximus, et in loco illo, de quo migravit ad caelos, plerumque miracula celebrari, quid nuper gestum sit, pandam. Indigena urbis Turonicae, visus claritate mutata, cellulam Condatensim, in qua lectulum beati antistitis habetur, expetiit, putans sibi praesidii[a] fore, si cancellus ipsius lectuli contigisset. Lectulum autem non aliter[b] dicitur, nisi quod in pavimentum illud, substrato cinere[c], adpositum capiti lapidem, Israel nostri temporis, flexa cervice, recubuit. Ergo ad hoc[d] oraculum mulier, viro adminiculante, deducitur, in quo per multos dies orationem conpuncta fundebat. Tandem pietas saepe ad miserandum profusa respiciens, visum mulieri amissum restituit. Tantaque deinceps feminam fides accendit, ut usque ad diem sui obitus numquam a loco illo discederet.

23. Incola vero Andecavensis urbis, turbatis membris morbo, caput convertit ad lectulum; dehinc per dies singulos invaliscente febre, cunctis artibus[a] distitutus, auditu et elocutione privatur. Post paucos vero dies cum de febre convaluisset et sine voce maneret, ablata sibi a fratribus facultatis parte, de domo paterna proicitur, dicentibus fratribus: 'Hic amens effectus est. Non patiatur Deus, quod aut facultati nostrae inhaereat aut partem hereditatis adquerat'. Erant enim ingenui et possessionem propriam incolentes; sed nihil cogitantes de his quae Dei erant, eiecerunt mutum et surdum, quem potius fovere debuerant. Ille vero quamquam sine his usibus esset, sensum tamen in corde[b] retenebat. Porro autem, adprehensis manu tabulis, inter se conlisis, vocem quaerentis imitabatur. Cum hoc enim artificio ad supradictum vicum advenit ibique aliis stipem flagitantibus adiungitur. Sextus igitur iam defluxerat annus, quod pauper iste a divitiis[c] sanctae cellulae vescebatur. Factum est autem[d], ut in una dominicarum nocte, dum ad domum hospitis sui decumberet, subito locus ille inmenso repleret[e] lumine, et ecce hic pavore perterritus solo prosternitur. Et statim visus est ei[f] vir quidam sacerdotali habitu comptus[g], tangens eum et crucem Christi fronti eius inponens, ait: 'Dominus te sanum fecit. Surge et propera ad eclesiam et age gratias Deo tuo'. Ipse autem, elevatam cum gratiarum actione vocem, clamoribus vicinia complet. Ilico concurrunt omnes ad spectaculum et mirantur loquentem, quem pridie viderant mutum. Interea signum movetur horis matutinis, adgregatur et populus, vigiliasque celebratas, virtus sancti[h] clarificata perpatuit. His diebus duo[f] inergumini in hoc loco, eiecto daemone, sunt mundati.

24. Sed revertamur ad Aridium nostrum, immo etiam peculiarem, ut ita dicam, beati confessoris alumnum, cui saepius de suis pignoribus cernere miracula praestat. Hic ad festivitatem sancti cum illa qua solitus est benignitate, humilitate et[a] caritate pervenit. Regrediens vero ampullam parvulam de oleo sancti sepulchri completam secum detulit, dicens: 'Forsitan infirmus aliquis in via[b] adest, qui a beati Martini aede benedictionem corde conpunctus accipere desideret'. Denique in quodam loco mulier devota accessit ad eum, exhibens ampullam aliam cum oleo, dicens: 'Rogo te, serve Christi, ut tua hoc oleum benedictione sanctifices'. At ille, ne vanitati subiectus videretur, ait: 'Parva est virtus mea; sed, si[c] placet, oleum de sepulchro beati Martini habeo, ex quo hoc oleum perfundatur. Tu vero, si credis eius virtutem magnam, ex

Capp. 21—24. 1*a*. 2.

Cap. 21. a) *corr. m. al.* quā 1*a*; q̄ *p*.

Cap. 22. a) praesidium 2. *p*. b) aliud dicunt *p*. c) et *add. p*. d) haec 1*a*, *corr.*

Cap. 23. a) artubus 2. *p*. b) corpore 1*a*, *corr. m. al.* c) *corr. m. al.* i. divitias 1*a*. d) *superscr.* 2. e) repleretur 2 *p*, *corr. m. al.* 1*a*. f) *om.* 2. g) *m. al. add.* qui 1*a*. h) sc̄ā 2, *corr.*

Cap. 24. a) *m. al. add.* 1*a*. b) invi::a, *ras.* di 1*a*. c) *superscr.* 2.

hoc salutem[a] hauries'. At illa gaudens, petiit explere quae presbiter loquebatur. Vas etenim illud medium erat. Cumque de hoc liquore, quod ad[b] basilica sancti adsumptum fuerat, perfunderetur, protinus ebulliens oleum ampullam usque ad summitatem implevit. Quod matrona cernens, admirans virtutem confessoris beati, domi[c] regressa[d] est gaudens.

25. Alia vero mulier, cuius digiti in ipsam palmam contracti defixi erant, basilicam beati Martini antistitis expetiit. Paucis quoque interpositis diebus orationem fundens et sancti auxilium inplorans, directis digitis, manum recepit incolomem.

26. Ante hos annos puella in infirmitate[a] pessima ruens, membris omnibus debilitate contrahitur. Haec, audita miracula, quae antistis gloriosus in singulis operatur, nomen eius invocabat[b] devote. Post dies autem paucos rogat se ad eius basilicam deportari; in cuius atrium diebus multis iacens, fusa saepius oratione cum lacrimis, a virtute pontificis visitatur; sicque subveniente divina misericordia, sanata discessit.

27. Puer vero ex Andecavo terreturio, dum in domo parentum resederet, per inmissionem, ut ipse adserebat, artis diabolicae, manum pedumque perdidit[a] usum, ita ut, contractis intrinsecus digitis, ungulae in palmam difigerentur, necusque[b] poplitum arefacti calcaneos ad crura diverterent; sicque sex annos a parentibus male baiulatus, ad templum sancti antistitis deportatur. Sed in oratione perdurans, restitutis membris, iuxta nominis sui proprietatem quasi[c] novus effloruit Floridus.

28. Clericus ex nativitate servus ipsius sanctae basilicae per incursum insidiatoris lumine multatus, in hospitiolum proprium, nihil[a] ibi laborare potens, resedebat aegrotus. Tribus fere annis hanc sustenens caecitatem, aedem beati sacerdotis expetiit; ibique deprecans consuetam misericordiam, inluminatus redivit ad propria.

29. Ex Turonico vero territurio servus[a] cuidam[b] dum die dominico sepem conponeret, manus eius ad lignum ipsum haerere coeperunt. At ille, velociter extractam dexteram, dum factum admiratur attonitus, manus[c] ipsa cum dolore magno contrahitur, defixae sunt quoque ungulae in palma; contractisque totis digitis dexterae, ad diversorium regreditur cum merore. Post quattuor vero annos ad basilicam[d] sancti advenit; oratione quoque facta, sanatus est, praedicans populis, ne factum quis meditaretur[e], ne tanti die[f] solemnia avarus agricola macularet, ne redemptionis sacrae resumptionis[g] nostrae caeleste mysterium humanitas infirma, terrena exercens opera, dissolveret.

30. Puerulus quidam ex Albigense, tabescente diversis morbis stomacho, cibum[a] potumque exhorruit. Cumque[b] per multos dies in hoc labore cruciaretur, ipsum quoque, quod accipere videbatur, cum gravi reiciebat amaritudine[c], fide plenus desiderium habuit veniendi ad basilicam beati[d] confessoris. In qua per triduum ieiunans et orans, die quarta accipiendi cibi desiderium capit, vinumque ore libans[e], confortatus est. Dehinc gratias agens, sanus abscessit.

Capp. 24—30. 1*a*. 2.

Cap. 24. a) salute 2, *corr. m. al.* b) a 2. *p.* c) dommi? 1*a*, *corr.*; domni 2; domum *p.* d) g. r. est 2; reversa *p.*

Cap. 26. a) *corr. m. al.* infirmitatē pessimā 1*a*. b) invocaba:t, *ras.* n? 1*a*.

Cap. 27. a) perdit 1*a*, *corr. m. al.* b) *corr. m. al.* nervique 1*a*; *sic p.* c) q. — Floridus *postea add.* 2.

Cap. 28. a) nil 2, *corr. m. al.*

Cap. 29. a) d. s. c. 1*a*. b) *corr. m. al.* cuiusdam 1*a*. 2; *sic p.* c) manū 1*a*, *corr. m. al.* d) ba::silicam, *ras.* li 2. e) *m. al. add.* agere 1*a*. f) *corr. m. al.* diei 1*a*; *sic p.* g) *corr. m. s. XII.* ac resurrectionis 2; resurrectionis s. redemptionis n. *p.*

Cap. 30. a) quoque *add.* 1*a*. b) *sic* 1*a*. 2. *p*; ipsum — amaritudine *ante verba* Cumque — cruciaretur *ponunt edd. posteriores.* c) hic *m. al. add.* 1*a*. d) *sic* 2. *p*; c. b. 1*a*. e) libens 2, *corr. m. al.*; vinumque bibens *p.*

31. Mulier quaedam, et ipsa, ut aiunt, ex Andecavo veniens, quae omnibus quidem membris arida erat, sed praecipue dexteram cum digitis aridiorem ceteris artubus[a] deferebat, ad sepulchrum sancti prosternitur. Exinde egressa, per paucum tempus in atrio commorata est. Succurrente vero interventu antestitis gloriosi, vena sanguinem, cutis roborem, corpus reliquum fortitudinem recipiens, solidatum est. Cuius haec fuit causa, ut ista perferret, quia die sabbati post solis occasum, qui nocti dominicae adiacebat, panem voluit conformare.

32. Simile[a] huic alia[b] mulier[c], cuius manus introrsum[b] contractae et ad se coniunctae[d] invicem adhaeserunt. Cumque doloribus maximis[e] vexaretur, viam ingreditur, dicens: 'Si ad basilicam sancti Martini abiero[f], protenus haec abscedit infirmitas. Confido enim, quod et mihi subveniet, qui saepe talia perferentibus[g] est misertus'. Haec cum ita aieret et incoeptum, ut potuerat, carperet iter, manus eius separatae sunt, non tamen directis digitis. At vero ubi ad locum sanctum accessit et orationem fudit, protenus, ablato[h] omni dolore, solidatis digitis, manus liberas cum gratiarum extulit actione[i].

33. In Burdegalensi autem regione hoc anno gravis caballorum extitit morbus. Apud villam autem Marciacinsim[a. 1], quae in hoc termino contenetur, subdita ditionibus[b] beati Martini, oratorium ibi est ipsius et nomine et virtutibus consecratum. Denique adveniente supradicta clade, accedebant ad oratorium, vota facientes pro equitibus, ut scilicet, si evaderent, ipsi decimas loco conferrent. Cumque his haec causa commodum exhiberet, addiderunt, ut de clave ferrea, quae ostium oratorii recludebat, caracteres caballis inponerent. Quo facto, ita virtus sancti praevaluit, ut et qui aegrotaverant sanarentur et qui non incurrerant nihil ultra perferrent[c].

34. Superiore quoque anno cum[a] gravissime populus Turonorum a lue valitudinaria[b] vastabatur. Erat enim talis languor, ut adprehensus homo a febre valida, totus visicis ac minutis pusulis scateret. Erant autem visicae albae cum duritia, nullam habentes mollitiem, nisi tantum dolorem nimium inferentes. Iam si data maturitate crepitantes coepissent defluere[c], tunc adhaerentibus corpori vestimentis, dolor validius augebatur; in qua aegritudine nihil medicorum poterat ars valere, nisi cum dominicum adfuisset auxilium. Multi enim de basilica sancta benedictionem petentes, opem merebantur. Sed quid de plurimis memorare necesse est, cum id meruerint ceteri, quod unam vidimus meruisse? Uxor igitur Eborini comitis, cum ab hac lue[d] deteneretur, ita his operta visicis est, ut neque manus neque plantae neque ulla pars corporis eius vacua remaneret, sed et ipsi quoque oculi ab his[e] contenebantur obtecti. Cum iam in discrimine mortis haberetur, sancti sepulchri benedictionem expetiit. Tunc transmissum est ei de aqua, qua beatum tumulum in[f] pascha Domini est ablutum. Denique delibutis ex ea vulneribus, ipsa exinde potui[g] sumpsit. Mox igitur restincta febre, decurrentibus sine dolore visicis, sanata est.

35. Sed quoniam multae virtutes sunt, quae[a] orbis totus experitur, de quibus ad nos nec minima pars, ut opinor, adtingit[b], vel illa quae vicinitas experitur indicamus.

Capp. 31—35. 1*a*. 2.

Cap. 31. a) a *add., sed del.* 2.

Cap. 32. a) *post* Simili (*corr.* Simile) 4 *litt. ras.* 2. b) *superscr.* 2. c) *m. al. add.* erat 1*a*; *m. al. add.* egit 1*a**; fecit *add. p.* d) ta *in litura m. al. scr.* 1*a*; i. e. *p.* e) maxim⁹ 1*a*, *corr. m. al.* f) *corr. m. al.* adiero 1*a*. g) pf. 2, *corr.* h) ablata 2, *corr. m. al.* i) actione: 1*a*.

Cap. 33. a) Marciacensim 2. b) di *m. al. suppl.* 1*a*. c) pf. 1*a*, *corr. m. al.*

Cap. 34. a) *eras.* 1*a*; *om. p.* b) valutudinariam 2, *corr. m. al.* c) diffluere 2, *corr.* d) lu:e 2; luce *p.* e) *post* his 3 *litt. ras.* 2. f) qua beatum *repet., sed del.* 1*a*. g) potum 2. *p.*

Cap. 35. a) *corr. m. al.* quas 1*a*; *om. p.* b) *corr.* adtigit 1*a*; ut o. p. pervenit *p.*

1) *Marsas (Gironde, arr. Blaye, cant. St.-Savin); cf. Longnon p.* 547.

Invitatus autem Badegyselus[a.1] Cenomannorum episcopus quodam loco diocesis suae[b] ad basilicam beati viri et nomine et reliquiis consecrandam[c]. Celebrata solemnia[d], invocantes nomen sancti Martini, duo paralytici gressum, caecusque unus visum recepit. 581—586.

36. Agustus enim[a] quidam civis urbis[b] Turonicae, dum nimium renium dolore laborat, contractis pedibus et prope ad ipsos reductus[c] renes, pessime debilitatur; in qua infirmitate per duorum annorum curricula laboravit. Deinde a suis commonitus, basilicam sancti expetiit, ibique per septem dies ieiunans et orans, dempto dolore directisque pedibus, sanus abscessit.

37. Hoc tempore et mulier quaedam, dum, discedentibus paribus, sola tantum remansit ad telam, apparuit ei sedenti umbra teterrima, quae arripiens puellulam trahere coepit. Ad illa vociferans et plangens, cum nullum aspiceret auxilium, viriliter tamen resistere conabatur. Post decursa vero duarum aut trium horarum spatia regressae mulieres reliquae, invenerunt eam semivivam humo iacentem, nihil penitus loqui posse. Innuebat[a] quidem illa manu; sed nihil intellegentibus, haec muta permansit. Umbra vero, quae ei apparuerat, in tantum hominibus domus illius insidiata est, ut relinquentes locum alibi conmigrarent. Post duorum vero aut trium mensuum diebus decursis, ad basilicam puella[b] veniens, eloquium recipere meruit. Sicque cuncta qua[c] pertulerat ore proprio enarravit.

38. Igitur[a] Catalaunensis[b] diaconus, ut mos[c] genti[d] est, alias matutinas[e] gratias celebrantibus[f], potum hauriret, oculorum amissione multatur, recognoscensque[g] reatum suum, et se non dignam proposito rem gessisse, suspenditur a cibo potuque, pernoctans in vigiliis[h], orationi adsistens. Interea dum haec ageret, fama, quae totum late conplexuit[i] orbem, ad eius aures usque pervenit, esse[k] apud Turonus Martinum antestitem, ad cuius sepulchrum saepe talium infirmitatum clades depulsa quiesceret. Nec moratur diaconus, sed ilico iter[l] institui iubens, ad basilicam sanctam non dubius de virtute beati viri pervenit, ibique prostratus solo, orationi[m] subnixus, die tertia apertis oculis lumen recepit. Ego vero dum cautior[n] nitor extorquere veritatem, cur ei haec evenissent, haec ab eo didici. 'Ante hos', inquit, 'septem menses, dum, commoto matutinis signo, eclesiam peterem, obviam habui unum amicorum meorum; in cuius amplexus et oscula ruens, sciscitare coepi, si cuncta domui prospera[o] reliquisset. Tunc revocatus a via, potum cum eodem haurire coepi. Postquam autem caritatem per pocula explevisse visum est, vale dicta, discessit. Quo abeunte, tanto oculi mei glutino coniunctis palpebribus[p] adhaeserunt, ut eos nullatenus aperire possim[q]. Denique cum in hac infirmitate tristis abirem, desiderium habui sepulchrum beati antestitis visitare; die autem tertio postquam veni, cum eius sepulchro adsisterem, subito febris magna oculos meos arripuit. At ego ingemere vehementer coepi et sancti auxilium fortiter deprecari; ilico

Capp. 35—38. 1*a*. 2.

Cap. 35. a) Badegisilus 2; Badogisilus *p.* b) venit *add. p.* c) consecrandum 1*a*, *corr. m. al.* d) sollemnitate *corr.* sollemnia 2.

Cap. 36. a) *sic* 1*a. p; om.* 2. b) u:rbis, *ras.* i 1*a.* c) *sic* 2 *et m. al.* 1*a*; *om. p.*

Cap. 37. a) e *superscr.* 2; Iminebat *p.* b) puelle 2, *corr.* c) *corr. m. al.* quae 1*a*; que 2. *p.*

Cap. 38. a) cum *add.* 2. b) Cautal. 2, *corr.* c) illi *m. s. XII. add.* 1*a.* d) gentiu ali:s *corr.* genti ē aliis 2. e) *corr. m. s. XII.* matutinales 1*a.* f) cum *add. m. s. XII.* 1*a*; *habet p.* g) recognoscentesque 1*a*, *corr.* h) et *add. m. s. XII.* 1*a*; orationibusque insistens *p.* i) *corr. m. s. XII.* conpleverat 1*a*; conplevit *p.* k) *m. s. XII. add.* scilicet 1*a.* l) inter 1*a*, *corr.* m) oratione 2. n) *corr. m. s. XII.* cautius 1*a.* o) prosperam 2, *corr.*; prospere *p.* p) palbebri:: *corr.* palbebris 2; palpebris *p.* q) possem 2. *p.*

1) *Badegisilus domus regiae maior post Innocentium Cenomannorum episcopus factus, conc. Matisc. II. a.* 585. *subscripsit; cf. H. Fr. VI*, 9. *Obiit a.* 586 *(cf. H. Fr. VIII*, 39*), postquam* 5 *annos ecclesiam rexit, sexto ineunte. Itaque a.* 581. *episcopus creatus est.*

autem erumpens ex oculis meis sanguis noctem pepulit diemque reduxit'. Haec nobis diaconus effatus[a], incolomes remeavit ad propria.

39. Erat enim mulier quaedam caeca, quae, contractis retrorsum manibus ac pedibus[a], cum parentum solatio celebrare beatam festivitatem gloriosi antestitis expetivit. Quae cum die tertia post decursa festivitate ad domum redire cupiret, prostrata[b] in sanctam basilicam orare coepit, ut ei Dominus solitam misericordiae suae opem dignaretur ostendere. Quod dum cum lacrimis peteret, ilico directis manibus ac pedibus stabilitis, ad sanctum adducta sepulchrum, gratias pro accepta sospitate peregit. Post haec rogat, se deduci ad ostium, ubi prostrata iterum dicit suis: 'Non hinc[c] consurgam, nisi prius mihi lumen oculorum reddat, qui pedum manumque[d] restituit usum'. Haec ea dicente, subito inergumini torqueri se proclamant et Martini adesse praesen- cf. Ioan. 8, 44. tiam confitentur. Sed dum[e] diabolus, qui ab initio mendax est, ad credendum minime admittitur[f], rebus[g] ipsis viri praesentia declaratur. Nam femina haec, quae paulo ante directa fuerat, nunc inluminata, adesse beatum antestitem, adprobavit.

40. Modico autem succedente spatio, iacebat paralyticus unus in grabato, qui ex Biturigo plaustro devectus advenerat. Ipse etiam pari modo virtute beati antistitis visitatus, surrexit incolomis, suisque redditus gressibus, parentum spectante caterva, sanus excipitur.

41. His diebus puella quaedam iam[a] ex libertis parentibus procreata, a filiis patroni, confracta libertate, ad iugum servitutis addicitur; unde factum est, ut, illa non adquiescente iniustis dominis quicquam operis exercere, catenis et conpedibus vinceretur. In qua custodia dum, aliis beatam festivitatem expetentibus, resederet, flens et heiulans, cur non interesset beatae festivitati, subito trabis, in qua pedes eius artati erant, scinditur, et haec quasi iam libera, nexa quidem catenis, elapsa beatam basilicam expetivit. Verum ubi primum pedes eius sacra limina contigerunt, statim confractae catenae caeciderunt a collo eius, et sic incolomitate pariter libertatique[b] donata est.

42. Quid si ad ipsa[a] beatae vitae scripta recurram? Numquid non erit admirabile, quod sacer ille huius historiae liber circumdatus flammis, nec consumptus est nec adustus? Monachus igitur Maioris monasterii ex iussu abbatis ad cellulam aliam quasi quiddam operaturus accessit ac pro salute animae et vitae correctione librum vitae beati antestitis secum detulit. Adveniente vero nocte, in lectulum se diuturno oppletum stramine collocat, librum ad caput locans. Cui dormienti apparuit vir per somnum[b], dicens: 'Noli dormire in his paleis, sanguine enim aspersae sunt'. Credo[c] ego, ut mortalitas habet, aliquod in his facinus perpetratum, et ob hoc non pateretur vir[d] beatus, verba laudis suae inibi volutari. Facilis[1] autem prima visio viro fuit, nec secunda commonitio valuit; tertia enim terribiliter monachum quatit. At ille surgens et ad operam diluculo progrediens, puerum iubet, ut paleas a lectulo detractas igni consumeret, nihil de libro commemorans. Puer vero ignarus inter paleas adprehensum foris[e] eiecit et ignem accendit. Quibus in favillam redactis, cum nihil aliud nisi cineres remansissent, apparuit liber inlaesus, de quo non latera[f], non unum, ut veritas habet, folium est consumptum. Ita virtus divina custodire dignata est alumni quodadmodo[g]

Capp. 38—42. 1*a*. 2.

Cap. 38. a) effectus 1*a*, *corr. m. al.*; affatus *p.*

Cap. 39. a) hec *m. al. add.* 1*a*. b) prostratam 2, *corr.* c) hic 2, *corr.* d) manuumque 2. *p.* e) *corr. m. al.* cum 1*a*; *sic p.* f) *corr. m. al.* admittatur 1*a*. g) *m. s. XII. add.* tamen 1*a*.

Cap. 41. a) *eras.* 1*a*. b) liberatique *corr. m. al.* libertateque 1*a*; libertateque 2, *corr.*

Cap. 42. a) ipsa 2, *corr.* b) somnium 2. c) Credo — volutari *om. p.* d) *m. al. add.* 1*a*. e) foras 2. f) *corr. m. al.* littera 2; *sic p.* g) *sic* 2; quodammodo 1*a*. *p.*

1) *i. e. levis.*

proprii laudes, ut librum eius flamma non ureret, quem aculeus concupiscentiae in hoc saeculo non adussit[a]. Sed ne cui incredibile videatur, codix ipse nobiscum[b] hodie retenetur.

43. Denique dum quadam vice iter ageremus, duo pueri de custodibus equorum aegrotare coeperunt, et unus quidem eorum valitudine, alter disenteria laborabat. Utrumque tamen febris valida retenebat, lassatique taliter, ut nec super caballorum dorsa possint inpositi susteneri. Extractum pulverem, quod[a] de sepulchro sancti abstuleram[b] capsella, delutum[c] aqua, ipsis haurire praecipio. Mox, conpressa febre, restincto dolore, uterque convaluit.

44. Inclita sunt enim miracula, quae cotidie Dominus ad laudem antistitis sui operare dignatur, et, ut saepe testatus sum, haec a me imperito narrare[a] non possunt; tamen, ut ipsa imperitia praestat, elucubrabuntur[b], ne[c] oculi videantur. Malulfus quidam Toronici[d] territurii civis aegritudine saeva conpressus, lectulo anhelus occubuit, ex quo tabescens incommodo, manibus pedibusque contrahitur. Quinque vero annorum curricula in hac debilitate sustenuit. Sexto denique anno ad sancti basilicam se efferri deposcit; in qua orationi decumbens, perdita debilitate, sospitatem meruit adipisci.

45. Et ne ob hoc cuiquam quae referuntur videantur incredibilia, quia nomina singulorum non sunt in paginis praenotata, facit hoc haec causa, quia, cum a sancto Dei incolomitati fuerint redditi, statim recedunt et aliquotiens ita clam redeunt, ut, si dici fas est, a nemine videantur. Cumque rumor surrexerit, beati antestitis apparuisse virtutem, vocatis ad nos custodibus aedis, quae sunt acta cognoscimus; nomina tamen non semper ab his discimus. Illos vero plerumque nominatim scribimus, quos videre potuerimus, aut[a] ipsi discutimus. Venit ad festivitatem vir quidam ex Biturigo manibus debilis, cuius digiti in palma erant defixi in tantum, ut putaretur vermibus scatere. Sed, celebrata solemnitate, directis ambarum manuum digitis, incolomitati donatus est; viditque eum omnis populus sospitem redeuntem. Cui causa debilitatis ex hoc contigit, quod saepem segitis die dominico conponere voluisset.

46. Mulier ex Pectavo[a] terreturio, cuius brachium contractis nervis emarcuerat, ad sepulchrum beati viri veniens, in oratione vigiliisque pernoctans, brachium sanum retulit; sed ilico a dominis in servitio mancipata, eadem incurrit. Revertitur igitur et sanatur. Tunc venientes domini eius et eam abducere nitentes, accepto de rebus sancti pretio, quieverunt, et ita haec libertati donatur.

47. Hisce diebus cum quidam pro dissolvendo debito, quod in necessitatibus suis contracxerat, interpellaretur, nec esset virtus atque facultas ad reddendum quae mutuaverat, in carcere coartatur. Denique, cum videret creditor, quod ei nihil extorqueri possit, quia nihil habebat, nec esset qui ei manum misericordiae porregeret, artius eum in vincula constringit, negatoque cibo potuque, dicebat: 'Ego te faciam ad omnium documentum fame tabescere, donec omnia reddas'. Haec autem cum agerentur, sancti antistitis reliquiae, quae Sessionico[a] in pago ferebantur, per plateam praeteribant. Auditasque vinctus psallentium voces, oravit, ut eum virtus sancti antistitis visitaret; statimque dissolutis ligaminibus, nullo retenente, basilicam sanctam ingreditur. Dehinc a devotis redemptus, a nexu debiti absolutus est.

Capp. 42—47. 1*a*. 2.

Cap. 42. a) ad:ussit, *ras.* s 2. b) *corr. m. s. XII.* apud nos 1*a*; nobiscum usque hoc r. *p.*

Cap. 43. a) *sic* 1*a. p;* quem 2. b) *m. al. add.* a 1*a;* abstulerant super capsellam *p.* c) *m. al. add.* que 1*a*.

Cap. 44. a) narrari 2. *p.* b) eluctabrabuntur 1*a*, *corr.* c) nec, *ras.* c 2; ne contemni vel oblivioni tradi videantur. Madulphus quidem *p.* d) Tur. 2. *p.*

Cap. 45. a) *m. al. add.* quos 1*a*.

Cap. 46. a) Pictavo 2. *p.*

Cap. 47. a) Sessioni:co 2; Suessionico *p.*

48. Factum est autem in una festivitatum, ut mulier, quae perdito lumine in caecitate durabat, audita sancti viri miracula, alacri devotione basilicam eius expeteret. Prostrata[a] autem super aridam humum ante sepulchrum, mox ut orationem fudit lumen recipere meruit.

49. In hac solemnitate advenit puerolus, oculorum obtutibus clausis, aurium aditibus oppilatis, oris officiis obstructis, manuum usibus perditis, pedum gressibus condemnatis. Quid plura? Ita erat[a] omnium membrorum usu praemortuus, ut solo spiritu palpitaret. Ut autem locum sanctum attigit, omni prorsus debilitate submota, cum gratiarum actione sanus abscessit.

50. Lupus Burdegalensis[a] urbis presbiter quodam tempore graviter a quartano typo vexabatur, ita ut, accedente febre, neque cibum neque potum sumere possit[b]. Interea advenit festivitas sancti Martini antestitis. At ille, celebratas cum reliquo clero[c] vigilias, mane praecedit omnes et ad basilicam sancti[1] festinat. Dum autem properat, obvium habuit Iudaeum; quo inquerente, quo[d] pergeret, respondit: 'Typum quartanum incurri, et nunc ad basilicam sancti propero, ut me virtus eius ab hac infirmitate discutiat'. Qui ait: 'Martinus enim nihil tibi proderit, quem terra obpremens terreum fecit; casso eius aedem expetis; non enim poterit mortuus viventibus tribuere medicinam'. At ille dispiciens verba serpentis antiqui, abiit quo coeperat, et prostratus coram sanctis pignoribus, orationem fudit, repperitque ibi duas candelulas ex cera ac[e] papiro formatas. Quibus adsumptis, ad domum exhibet, inluminatisque eis, favillam papiri cum aqua munda hausit[f], mox sanitatem recepit. Iudaeus[g] vero ab hac infirmitate correptus, per anni spatium ventilatus est; sed mens iniqua nec tormentis mutari potuit umquam.

51. Chardegysilus[a] vero Sanctonicae urbis civis cognomento Gyso, susceptis nobis ad domum suam, invitat ad oratorium, quod mater eius aedificatum beati Martini reliquiis consecravit. Denique cum, expleta oratione, solliciti essemus, si ibidem virtus antistitis ostensa fuisset, respondit: 'Ante annum tertium puerulus iste filius meus, quem coram cernitis, cum adhuc ad matris penderet papillam, incomode agere coepit ac[b] per triginta dies[c] aut eo amplius inter manus non sine labore deportabatur, donec ita addictus[d] est, ut nec mammellam valeret sugere nec alium cibum. Deficiente autem eo, iam die sexto, postquam gravius agere coepit, deposuimus eum ante altare, flentes atque eius obitum praestolantes. Ego autem dolorem non ferens, discessi a domo, mandans mulieri, ut, cum obiisset, statim eum[e] sepulturae locaret. Flente autem genetrice, iacuit infans usque ad vesperum. Cadente autem sole, elevat[f] vocem suam, dicens: "Dulcissima soror, ubi es?" Sic enim genetricem, ut blandicia infantum habet, vocitare solitus erat. At illa accurrit, dicens: "Adsum, fili dulcissime", susceptoque[g] eum[h] in ulnis, moxque porrecta papilla, hausto lac[i], convaluit'.

52. His diebus quando nobis haec relata sunt unus clericorum nostrorum ventris fluxum incurrit cum febre ac nimia defectione stomachi[a]; et quae proiciebat per infe-

Capp. 48—52. 1*a*. 2.

Cap. 48. a) Prostratum 2, *corr.*

Cap. 49. a) era:t, *ras.* n 1*a*.

Cap. 50. a) Burgalensis 1*a*, *corr. m. al.*; Burdegalenen̄ *p*. b) posset 2. *p*. c) *in litura scr.* 2; populo *p*. d) qua 1*a*; et quo *p*. e) *sic* 2. *p*; et 1*a*. f) hauriit 2, *corr.*; et *m. al. add.* 1*a*; h. moxque *p*. g) Iudęi̇s 2.

Cap. 51. a) Chardegisilus 2. *p*. b) ac p. t. *in litura scr.* 2. c) a. eo a. dies 2; d. et eo *p*. d) adductus 1*a*, *corr. m. al.* e) *om.* 2; s. eum *p*. f) elevavit 2. g) Susceptumque 2. h) *om.* 2; eo *p*; *post* e. *eras.* ab:::::? 1*a*. i) lacte 2. *p et m. al.* 1*a*; protinus *add. p*.

Cap. 52. a) stomacho 2, *corr.*

1) *Basilica S. Martini Burdegalensis iam oblivioni data est; cf. Longnon p.* 546.

riorem partem, pars maxima cruor erat. Et ea causa eum magis afficerat, quia cibum quod accipiebat, invalescente nausia, statim reiciebat; sed protinus ut de sepulchri pulvere bibit, omni infirmitate dempta, firmatus est.

53. Sed nec hoc silendum putavi, quod saepius in morte[a] praecipites, extenta pietatis dextera, sublevavit. Denique Genitoris civis nostri servus a iudice pro furti scelere conprehensus, patibulo diiudicatur. Qui cum duceretur, nomen beati antistitis invocabat, dicens: 'Libera me, sancte confessor Martine, ab inminente periculo'. Adpensus[b] igitur ac solus relictus, commoto subito vento[c], audivit vocem dicentem: 'Liberemus eum'. Et ecce a[d] quattuor partibus caeli concussus stipis, qui hominem sustentabat, cum inmenso[e] cespite in modum arboris eradicatae a terra divellitur, et sic homo morti deditus redivivus eregitur.

Alius quoque, qui[f] multa[g] fecerat scelera, et conpunctus a Deo, paenitentiam pro malis quae gesserat agebat, adprehensus sine causa, simili nece damnatur, invocans semper beati confessoris auxilium. Qui cum adpensus[h] fuisset, disruptis vinculis, inlaesus ad terram ruit. Sed mala mens hominum iterum adpendit, quem Deus eripuit. Quod audiens abba monasterii a loco proximi, currit ad comitem, rogaturus pro eo, — erat enim exinde quasi tribus milibus —, obtentaque cum eo rei huius vita, rediit vivumque repperit. Quo a suspendio[i] deposito, adduxit ad monasterium profitentem atque dicentem, quia: 'Sensi virtutem sancti Martini, qui me eripuit'.

54. Erat enim homo infra terminum ipsius Turonicae urbis ex vico Montis Laudiacensis[1], et homo ille erat natura simplex, nexus vinculo coniugali. Cui cum coniuge quiescente nocte media pavor exoritur; exterritus[a] ac de lectulo exiliens, dum per hospitiolum suum vagatur trepidus, vocis perdidit famulatum. Nec moratus, indicat nutu coniugi[b], ut eum ad sancti basilicam exhiberet. Qui adveniens, dum ante beatum sepulchrum per sex decubat[c] assidue menses in oratione, absoluta lingua, eloquium, sicut antea habuerat, recipere meruit virtute beati.

55. Mulier Transligeritana die dominico[a] cum operam[b] exerceret, quam in die illo fieri patrum inhibebat[c] auctoritas, manus eius contracta diriguit, digitique in palmam difixi sunt. Quae dum doloribus cruciaretur, ad sanctam aedem confessoris accessit vovitque, ut, si ab hac sanaretur infirmitate, nullum opus deinceps in hac dominicae resurrectionis ageret die, quod huic diei esset incongruum; statimque amotis digitis a palma, manu directa discessit.

56. Magna est enim pietas confessoris, quae sic arguit insipientes, ut ponens vitium ante oculos reddat in posterum emendatos. Pro hac causa mulier alia debilitatur. Nam cum die sabbati post solis occasum, quod adiacit resurrectionis[a] dominicae nocti, panem forno locaret, brachium eius dolore quatitur. Iniectumque alium et tertium panem, manus invita lignum quod tenebat coepit adstringere; intellegensque[b] mulier divinae[c] se virtutis[d] [iudicio[e]] condemnari, velociter palam quam tenebat abiecit; nihilhominus

Capp. 52—56. 1*a*. 2.

Cap. 53. a) *sic* 2. *p;* mortem 1*a*. b) Adp̄hensus 1*a*, *corr.;* Apprehensus *p*. c) ventū? 1*a*, *corr.* d) *m. al. superscr.* 1*a*. e) inmense 2, *corr.* f) *superscr.* 2. g) multa: 2; multam *p*. h) adp̄hensus 1*a*, *corr.;* apprehensus *p*. i) suspen:dio, *ras.* s 1*a*; suspendo *p*.

Cap. 54. a) que *m. al. add.* 1*a*; *add. p*. b) :coniugi 1*a*; coniugit *p*. c) decu::bat, *ras.* cē? 1*a*.

Cap. 55. a) dominica 2, *corr.* b) op: 2, *corr.* c) inhibuebat *corr. m. al.* inhibet 1*a*; inhibet *p*.

Cap. 56. a) :::d. r. 2. b) que *om.* 2. c) divina 2, *corr. m. al.* 1*a*. d) *sic* 1*a*. 2. *p; corr. m. al.* virtute 1*a*. e) *sic p; om.* 1*a*. 2.

1) *Montlouis (Indre-et-Loire, cant. Tours); cf. Longnon p.* 275. *Ibi Perpetuus basilicam S. Laurentii aedificavit; cf. H. Fr. X,* 31.

non effugire potuit poenam. Nam ita manus eius cum gravi[a] dolore contractae sunt, ut ungulae in ipsa difigerentur palma. Ex hoc nullus[b] medici se credens posse fomento sanari, beati basilicam expetivit, ibique fideliter orans, directis manibus sanata discessit, vovitque, ut per singulos menses una ebdomada ad sanctum templum[c] debeat[d] deservire. Quod per unum annum eam observasse, manifestissime cognitum est. Post annum vero, intermissa unius mensis ebdomada, non accessit[e] ad basilicam sanctam. Sedenti vero in hospitiolo suo, oculus ei a dolore transfigitur. Illum quoque conpremens et alius dolere[f] coepit extemplo. In unius horae momento caeca ab oculis ambobus efficitur. Nec mora, confessa[g] ad praesidia nota confugit; ibique orationem suppliciter fundens ac paenitentiam pro neglegentia conpunctae agens, die octava, sanguine[h] ab oculis profluente, inluminata est.

57. Hominis cuiusdam oculi crassa caliginis nube contecti, quodam gluttino coniunctis palpebribus fuerant obserati, et quod super deerat[a] viro, magnis doloribus tenebatur. Quid plura? Festivitatem sancti cum reliquis devotus expetiit, adtente[b] exorans, ut a virtute beati antistitis visitari mereretur in die solemnitatis. Sed sacra solemnia praevenit potentia confessoris, ostendens se adesse populis, cum tenebras pepulit lumenque refudit. Igitur ante diem tertium festivitatis hoc in atrio[c], quod absidam corporis ambit[d], orante, subito aperti sunt oculi eius, et aspiciens lucem videre meruit. Quod cum his qui aderant cum gratiarum actione narraret, dictum est ei, ut silens potius orationem funderet, ut[e] coeptam virtutem beatus[f] antistis celerius adimpleret. Tunc prostratus terrae, cum in lacrimis prorupisset, firmatis oculis, incolomis a solo surrexit.

58. Post diem vero tertium huius solemnitatis erat quidam paralyticus hoc in loco exorans, cui debilitas hac de causa, ut ipse enarravit, evenerat. Dum esset, inquit, puer parvulus et cum reliquis[a] pecorum in campo custodiam gereret, super fontem[b] quondam[c] obdormivit; aliis quoque ad meridiem recedentibus, hic solus remansit. Tandemque relictus a somno, dum consurgere nititur, doloribus coartatur[d]. Mox membris omnibus contractis[e] ac retortis extrorsum brachiis, contractis in poplite nervis, calcaneis ad crura deductis, cum nulla esset virtus eundi, inmensae ab eo lacrimae cum magnis vocibus effluebant. Reversis autem sociis ad visenda pecora, hic heiulans invenitur. Dehinc parentum ulnis ablatus, domui restituitur. Post dies vero paucos cum parumper a doloribus laxaretur, mendicis quibusdam deputatus est, cum quibus per decim aut eo amplius annos regiones[f] urbesque circumiens, ad hanc[g] festivitatem adveniens, membris omnibus solidatus est. Duo eadem[h] die caeci inluminati; duo inergumini ad sepulchrum antistitis emundati sunt.

59. Adolescens quidam ex nostris nocturnis febribus vexabatur in tantum, ut ab hora diei octava usque in crastinum secunda diei hora nullam aestuandi quietem possit accipere. Erat enim ei et[a] horribile omne cibum, nec quicquam unde confortaretur accipiebat. Dolor etiam saevus membra omnia quatiebat, sed et pallor genas obsederat. Dumque sic inter manus ferreretur[b] parentum ut aeger, aegre obtenere potui[c], ut ad

Capp. 56—59. 1*a.* 2.

Cap. 56. a) d. c. s. g. 2. b) *corr. m. al.* nullius 1*a.* 2*; sic p.* c) veniens *add. p.* d) Deo et beato antistiti *add. p.* e) sit *m. al. suppl.* 1*a.* f) dolore 1*a*, *corr. m. al.* g) culpam *add. p.* h) *post* s. 8 *litt. ras.* 2.

Cap. 57. a) *m. al. corr.* supererat 1*a; sic p.* b) ::adtente 2. c) o *superscr.* 2. d) ambet 1*a.* e) *corr. m. al.* quo 1*a.* f) beati antistitis 2.

Cap. 58. a) pastoribus *add. p.* b) frontem 1*a*, *corr.* c) *corr. m. al.* quendam 1*a; sic p.* d) cohort. *corr. m. al.* cohart. 2. e) contractus 1*a.* f) urbes regionesque 2. g) *m. al. add.* quoque 1*a.* h) ea 1*a*, *corr. m. al.*

Cap. 59. a) *om.* 1*a; habent* 2. *p.* b) *corr.* ferretur 1*a; sic p.* c) *corr. m. al.* potuit 1*a; sic p.*

sepulchrum beati antestitis deferretur. Tandem adlatus, de sacrosancto tumuli pulvere deluto potui sumpsit; mox ab hac benedictione, fugato universo dolore, febris extincta est. Nec mora, secreta digestionum loca puer expetit, deducitur in angulo ventris pur gandi gratia. Verum ubi voluntatem alvi flatu inpellente profudit, statim duo vermes ab eo in modum serpentium processerunt, qui ita moveri oculis hominum videbantur, ut vivere putarentur. His igitur[a] ab eo digestis, ilico adplene sanatus, et cibum, ut solitus erat, hausit et potum, ruborque genis, fugato pallore[b], redditur, membrisque omnibus solidatur.

60. Oportunitatis causa nuper exteterat, ut ad visitandam genetricem meam in[a] terretorium Cavellonensis[b, 1] urbis adirem. Sed metuens superventuras infirmitates, de hoc pulvere, id est sepulchri beati antestitis, auferre[c] et mecum deferre praesumpsi[d], scilicet ut, cum quempiam nostrorum morbus[e] aliquis invasisset, virtus sancti ope consuetudinaria subveniret. Igitur, ubi ad matrem accessi[f], protinus unum puerum febris cum disenteria arripuit, adterit[g] et consumit, ita ut, negato usu vescendi, de solis febribus aleretur. Die tertia cum haec audissem, delutum[h] pulverem ad bibendum porrego moribundo, statimque fugata febre, sedato dolore, convaluit.

His diebus a Verano antitiste[2] audivi, quod quodam tempore, dum typi quartani aestu ureretur, expetita[i] beati Martini basilica, quae in loco illo erat, celebrata vigilia, fuisse sanatum. Nos vero ex hoc[k] itinere[l] Arverno venientes, repperimus Avitum episcopum a tertiano typo ita graviter concuti, ut, etiam si aliquid cibi sumeret, statim reiceret; sed de[m] hoc pignore potui sumptu, calcata febre, roboratus est.

Duos ex pueris nostris valitudinaria febris invaserat, omniumque membrorum iuncturas, ut ex hoc contagio plerumque adsolet, dolor saevus obsederat; sed ab hac benedictione potati, sanati sunt.

Ego ipse in hoc itinere, cum dolorem dentium graviter sentirem[n], et iam non solum ipsi dentes, sed omne caput venarum pulsibus ac dolorum spiculis figeretur, ac timpora valide prosilirent, hoc praesidium expetii, sed mox, dolore depresso[o], convalui. O tyriacam inenarrabilem! O pigmentum ineffabile! O antidothum laudabile! O purgatorium, ut ita dicam, caeleste! Quod medicorum vincit argutias, aromatum suavitates superat ungentorumque omnium robor supercrescit; quod mundat ventrem ut agridium[3], pulmonem ut hisopum, ipsumque caput purgat ut pyretrum[p]. Etiam non solum membra debilia solidat, sed, quod his omnibus[q] magis est, ipsas illas conscientiarum[r] maculas abstergit[m] ac levigat. Sufficiant ergo haec huic libello, quae indita sunt. Tamen, si adhuc miracula cernere meremur, placet ea alteri libello[4] inseri, ut ea quae ostenduntur non oculi, sed magis debeant populari[s]. De cetero vero virtutem eius deposcimus, ut qui talia praestat ex tumulo nos iam a peccatis Deo mortuos suscitare dignetur mortis istius de sepulchro, ut in illo resurrectionis carnis omni[t] tempore nobis obteneat indulgentiam, cum ille provehitur ad coronam.

EXPLICIT LIBER III.

Cap. 59. 60. 1*a*. 2.

Cap. 59. a) ergo *p*. b) pallare 2, *corr.*

Cap. 60. a) *ras.* 1*a*. b) Cavillonensis 2; Cabilonensis *p*. c) *corr. m. al.* adferri 1*a*. d) iussi 2. e) morbїs 2. f) adveni 2, *corr. inter scr.* g) adteret 1*a*. h) delibutum *p*. i) expedita 1*a*. 2. k) hac 2, *corr.* l) itinenere 2. m) *superscr.* 2. n) sustinerem *p*. o) cōpresso *p*. p) peretrum 2. q) m. o. 2. r) ci *suppl.* 2. s) propalari *p*. t) nostre *p*.

1) *Cavaillon urbs, quae ad regnum Burgundionum pertinebat.* 2) *Veranus Cavillonensis episcopus conc. Matisc. a.* 585. *subscripsit.* 3) *De agridio v. Mir. S. Fidis c.* 21*:* cum ex diversis morbis valida contulerim agridia. 4) *Cf. quae supra II,* 60. *scripsit:* Tamen si adhuc meremur videre miracula, placet ea alteri coniungi libello.

CAPITULA LIBRI IV.

1. De dolore ventris mei.
2. De lingua[a] et labiis meis.
3. De puero a febre sanato.
4. De contracto et caeca[b].
5. De servo Theodulfi[c].
6. De multis infirmitatibus sanatis.
7. De uva apud Galliciam[d].
8. De basilica sancti apud urbem Sanctonicam.
9. De duobus disentericis.
10. De patenis, quas sanctus exhibuit.
11. De Blederico, cui filii non[e] erant dati.
12. De caeca apud Tornacensim[f] villam.
13. De manu arida restituta.
14. De Baudegisilo debile.
15. De homine qui cera transmisit.
16. De absolutione vincti.
17. De puero caeco.
18. De puella caeca.
19. De contracto et caeco.
20. De alio caeco.
21. De euglogiis, quas Motharius civis Turonicus sustulit.
22. Do contracto directo.
23. De caeca ac[g] debile sanatis.
24. De plurimis caecis inerguminisque sanatis.
25. De puella a febre sanata.
26. De carcerariis absolutis[h].
27. De servo Nonnichii episcopi a debilitate sanato.
28. De Claudii regalis[i] cancellarii febre inhibita.
29. De id[k] quod Agnes Pectavensis[l] abbatissa de nauta quodam retulit.
30. De virtutibus Locodiacinsis[m. 1] monasterii.
31. De fonte, quam vivens sanctus[n] ut oriretur obtenuit.
32. De incendio urbis Pectavae[o].
33. De puero a febre sanato.
34. De Leudulfo amente et debile.

35.[p] De homine vincto[q].

36. De muliere obmutiscente[r].
37. De frigoriticis sanatis.
38. De caecis, paralyticis et inerguminis.
39. Item[s] de carcerariis[t] absolutis.

40.[u] De Maurano[v] muto.

Index. 1*a*. 2.

Index. a) lingau 2. b) et tribus energumenis *add. edd. post.* c) Teodulfi 2. d) Gallitiam 2. *p.* e) d. n. e. 2. f) Turnacensim *corr.* Tornacensem 2. g) a 1*a*, *corr.* h) absolitis 2. i) *om.* 3*a*. k) eo 2, *corr. p.* l) Pictavs abbsa 1*a*; Pectavis abbats 2. m) Locodiacensis 2; Locociagen *p.* n) oratione *add. edd. post.* o) Pictavae 2. *p.* p) *titulum* 35. *om. p.* q) innocente per calumniam accusato et liberato *pro* v. *edd. post.* r) sanata *add. edd. post.* s) *superscr.* 2. t) De carceratis laxatis *edd. post.* u) *titulum* 40. *post* 45. *ponit p.* v) Mamano *p.*

1) *Infra* Locotigiacensim *scribitur.*

INCIPIT LIBER IV.

Saluberrimo nos hortatu propheta admonet, dicens: *Honorandi sunt amici tui, Deus.* Ps. 138, 17. Nihilhominus et in alio psalmo: *Qui timentes Dominum magnificat*[a], *beatitudine copulatur*[b] *domus aeternae.* Ps. 14, 4. 5. Ergo perspicue patet intellectui humano, quod admoneantur quique non solum[c] inmunes a crimine, verum etiam noxialis criminis malo dediti, cultum reverentes[d] reddere amicis Dei. Quae res non solum in praesenti saeculo tribuit beneficium, verum etiam praestat[e] et refrigerium in futuro. Nam cum saepe videamus virtutum insignia prodere de tumulis beatorum, non inmerito commovemur[f] debitam eis honoris reverentiam inpendere, a quibus non desistimus infirmitatum remedia flagitare. Quorum precibus et ipsam[g] peccaminum remissionem non dubitamus adipisci et non modo hanc mereri, verum ab infernalibus suppliciis eorum interventu salvari. Confidimus enim, quod, sicut hic morborum genera[h] resecant[i], illic saevas tormentorum poenas avertant, et, sicut hic mitigant febres corporeas, illinc restingant aeternas, et, quomodo hic luridae leprae ulcera sordentia mundant, illic delictorum maculas[k] mederi suo interventu obteneant, ac, sicut hic mortuorum cadavera ad vitam resuscitant, illic peccato sepultos, ex Acharonticis stagnis[2] manu iniecta erutos, vitae aeternae restituant. Quocirca, dum unusquisque laetificatur in gaudio proprio[l] sub patrono[m], tunc inpensius honorem reddit debitum, cum se senserit ab infirmitate qua detenebatur eius virtute mundatum[n]; sicut nunc de beato ac toto orbi peculiare patrono Martino antistite et nos et innumeri populi sunt experti; et utinam ignavia mentis nostrae permitteret eum[o] sic venerari[p], ut decet amicum Dei, qui, tantis in nos morborum obpressis generibus, plerumque restituit sanitati!

1. Nuperrimo autem tempore ventris dolorem[a] incurri. Et licet non usquequaque dabat solutionem, tamen doloris malum in illis interaneorum flexuosis recessibus vagabatur[b]. Adhibui, fateor, saepius balneas[c] atque res calidas super ipsas alvi torturas ligari faciebam, sed nihil mederi poterat infirmitati. Sexta etenim dies inluxerat, quod magis ac magis dolor invalescebat, cum mihi venit in memoria, ante paucos annos,

*) *Manu al. add.:* XLVI. De ceco, surdo ac muto manibusque contracto. XLVII. De ignis extinctione per sancti Martini nominis invocationem 1a*; *m. s. XV. add.:* XLVI. De ceco, muto, surdo et contracto. XLVII. De incendio domorum sedato 2; *edd. post. add.:* XLVI. De duobus aliis contractis. XLVII. De incendio ope eius exstincto.

Index. Praef. Cap. 1. 1a. 2.

Index. a) vinculatis liberatis *pro* c. l. *edd. post.* b) pueris *add. edd. post.* c) sanatis *add. edd. post.* d) De Leodulfo caeco sanato *edd. post.*

Praef. a) magnificant 1a. 2 *(e corr.).* b) *corr.* copulantur 2. c) *m. al. add.* qui sunt 1a. d) *corr. m. al.* reverentiae 1a; reverenter *p.* e) etiam et pr. r. 2. f) *sic* 1a. *p;* commonemur 2. g) ipsa 1a. h) genera:: 2. i) *m. al. add.* sic 2; reserant ita illic *p.* k) langoribus *p.* l) p. s. *superscr.* 2*;* p. *om. p.* m) *post* p. 8 *litt. ras.* 2. n) mând. 2. o) *desinit* 9, *ceteris a codice avulsis.* o) venari 1a, *corr. m. al*

Cap. 1. a) dolori 2, *corr.* b) vagabantur 2, *corr.;* bachabatur *p.* c) balneaus? 1a, *corr.*

1) *Hunc librum Gregorius morte impeditus non complevit, qui quamquam capita* 46. *et* 47. *in omnibus codicibus conservata iam conscripserat, titulos tamen indici non subiecit, qui aeque ab omnibus libris scriptis absint.* 2) *Cf. Prudent. cath. V,* 128.

sicut in libro secundo huius operis contenetur scriptum[1], me ab hoc dolore sancti virtute fuisse sanatum. Accessi temerarius ad locum sepulchri, proiectusque solo, orationem fudi atque, secretius a pendentibus velis unum sub vestimento iniectum[a], crucis ab hoc signaculum in alvo depinxi; protinus dolore sedato, sanus abscessi.

2. Quodam vero tempore lingua mihi graviter inriguerat, ita ut plerumque, dum loqui velim[a], balbutire me faceret, quod non mihi sine inproperio erat. Accessi autem ad tumulum sancti ac per lignum cancelli linguam impeditam traxi; protinus tumore conpresso, convalui. Intumuerat enim valide et totum palati[b] repleverat antrum. Deinde post die[c] tertio labium mihi exilire graviter coepit. Accessi iterum quaerere sospitatem ad tumulum; tactamque a dependentibus velis, protinus stetit venae pulsus. Et credo, mihi haec ex abundantia sanguinis evenisse; non tamen sanguinem minuere studui propter sancti virtutem. Nullam tamen mihi ultra molestiam fecit haec causa.

3. Denique puerulus parvulus gravabatur a febre et, exaesis membris, cum nullum acciperet cibum, in hoc erat, ut spiritum exalaret. Concurrit ad me pater cum lacrimis; cui ego indicavi, ut, delatum[a] ad basilicam, nocte tota vigilaret. Quod cum fecisset, statim puerum sanum per virtutem antestitis sancti recepit.

588. Iul. 4. 4. Ad festivitatem vero, quae mense quinto[2] celebratur, adveniens quidam, cuius digiti in palma contraxerant[a]; oratione facta, digitis directis, abscessit.

Mulier vero caeca post octo[b] annos, prostrata solo coram sancti sepulchro, inluminatis oculis, repedavit in locum suum.

Tres tunc inergumini sancti virtute mundati sunt.

588. Nov. 11. 5. Eo[a] anno[b], id est Childeberthi regis tertio decimo, ad festivitatem, quae de beato eius transitu celebratur, servus Theudulfi[c] civis Turonici custus suillae[3], dum nocte circa gregem creditum excubaret, ne quiddam ex eo aut bestia raperet, aut fraus furis auferret, oculis subita caligine interfusis, lumen amisit. Qui per sex annos in caecitate durans, ad hanc festivitatem advenit; post tertium vero diem sancti virtute inluminatus, a domino[d] est[e] dimissus ingenuus.

589. Iul. 4. 6. Anno quoque quarto decimo regis supradicti[a], adveniente solemnitate[b] sancti, duodecim paralytici directi, tres caeci inluminati, quinque inergumini emundati sunt.

Adfuit huic festivitati et Aridius Lemovicinae urbis abba, cui in superioribus libellis meminimus[4], per quem Dominus paralyticam unam, quae per octo annos carrucae superposita in atrio beati confessoris decubuerat, directis vestigiis, restauravit. Nam adserebat ipse vir Dei, sensisse se quasi beati Martini manum, cum infirmae membra, inposito signo crucis, tactu salutari palparet.

Advenerat etiam in hac festivitate et Florentianus maior cum Romulfo[5] palatii

Capp. 1—6. 1*a*. 2.

Cap. 1. a) invectum 2, *corr.*

Cap. 2. a) vellem 2. *p.* b) palatum 2. c) diem tertium 2. *p.*

Cap. 3. a) *corr. m. al.* delatus 2.

Cap. 4. a) confixerant 2. b) a. o. 2.

Cap. 5. a) E:o, *ras.* 1 2. b) *superscr.* 2. c) Teodulfi 2; Theodulphi *p.* d) domn:o, *ras.* i 1*a*. e) *m. al. add.* etiam 1*a*.

Cap. 6. a) supra supra (*del.* s.) scripti 2. b) sollemnitatate 2.

1) *Cf. supra II,* 1. 2) *Die scilicet* 4. *Iulii mensis a.* 13. *Childeberthi, de quo in c.* 5. *agitur.* 3) *i. e. suilli gregis.* 4) *Supra II,* 39*; III,* 24. *Cf. supra p.* 459. 5) *Cf. H. Fr. IX,* 30*:* Childeberthus vero rex discriptores in Pectavo, invitante Maroveo episcopo, iussit abire, id est Florentianum maiorem domus regiae et Romulfum palatii sui comitem — — et sic Toronus sunt delati. *Utrumque die resurrectionis dominicae in urbe Turonensi fuisse, ex Fortun. Carm. X,* 11. *patet (cf. Carm. X,* 12*), quare h. l. de festivitate aestiva agi manifestum est.*

comite. Quibus non parva[a] admiratio fuit de gloria confessoris, per quem Dominus talia tunc miracula dignatus est operare.

7.[a] Et quia Florentiani maioris memoriam fecimus, quid ab eo didicerim, nefas puto taceri. Tempore quodam causa legationis Galliciam adiit, atque ad Mironis regis praesentiam accedens, negotia patefecit iniuncta. Erat enim eo tempore Miro rex in civitate illa, qua decessor eius basilicam sancti Martini aedificaverat, sicut in libro primo huius operis exposuimus[1]. Ante huius aedis porticum vitium camera extensa per traduces dependentibus uvis quasi picta vernabat. Sub hac enim erat semita, quae ad sacrae aedes valvas[b] peditem deducebat. Cumque rex sub hac praeteriens orationis gratia hoc templum adiret, dixit suis: 'Cavete, ne contingatis unum ex his botrionibus[c], ne forte[d] offensam sancti antistitis incurratis. Omnia enim quae in hoc habentur atrio ipsi sacrata sunt'. Haec audiens unus puerorum, ait infra se: 'Utrum sint haec huic sancto sacrata an non, ignoro. Unum scio, quia diliberatio animi est ab his vesci'. Et statim iniecta manu caudam botrionis coepit incidere, protinusque dextera adhaerens camerae, arente[e] lacerto, diriguit. Erat enim mimus[f] regis, qui ei per verba iocularia[g] laetitiam erat solitus excitare. Sed non ei adiuvit cacinnus aliquis neque praestigium artis suae, sed, cogente dolore, voces dare coepit ac dicere: 'Succurrite, viri[h], misero, subvenite obpresso, relevamini[i] adpenso et sancti antistitis Martini virtutem pro me deprecamini, qui tali exitu crucior, tali plaga adfligor, tali incisione disiungor'. Egressus quoque rex, cum rem quae acta fuerat didicisset, tanto furore contra puerum est accensus, ut ei manus velit abscidere, si a suis prohibitus non fuisset. Dicentibus tum praeterea[k] famulis: 'Noli, o rex, iudicio Dei tuam adiungere ultionem, ne forte iniuriam, quam minaris puero, in te retorqueas'. Tunc ille conpunctus corde, ingressus basilicam, prostratus coram altare sancto, cum lacrimis precem fudit ad Dominum, nec ante a pavimento surrexit, quam flumen oculorum huius paginam delecti deleret. Quo a vinculo quo nexus fuerat[l] absoluto et in basilicam ingresso, rex elevatur a solo, et sic recipiens incolomem famulum, palatium repetivit. Testabatur autem maior praefatus, haec se ab ipsius regis relatione[m], sicut actum narravimus, cognovisse. Sic enim gloriosus pontifex[n] suam inlustrat urbem miraculis, ut deesse non sentiatur alienis.

8. Praesenti vero anno Palladius[2] Sanctonicae[a] urbis episcopus sancti huius confessoris reliquias petiit. Construxerat enim in eius honore basilicam, quam his pignoribus consecravit, meruitque ibi suscipere miracula, qua[b] saepius urbs propria habet experta. Nam post duum aut trium mensuum curricula litteras eius[c] accepi, in quibus indicavit, tres paralyticos contractis pedibus advenisse, qui statim ut in basilicam ingressi orationem fuderunt, directis vestigiis, sanitati[d] sunt redditi. Duo caeci in eo loco lumen recipere, facta oratione, meruerunt, et amplius quam duodecim a febre frigoritica[e], depulso tremore, convaluerunt.

9. Duo de pueris nostris, clericus scilicet Dagobaldus et laicus Theodorus[a], disenteriam cum febre patiebantur; in tantum lassati morbo erant, ut non aliter nisi manibus

Capp. 6—9. 1*a*. 2.

Cap. 6. a) *extr.* a *m. s. XII. in litura scr.* 2.

Cap. 7. a) 6. 2. b) :valvas 2. c) batrionibus 1*a*, *corr. m. al.* d) forsitan *p.* e) ex arentē *corr.?* 1*a*. f) minus 1*a*, *corr. m. al.* g) pocularia 1*a*, *corr.* h) viro 1*a*. i) relevate appensum *p.* k) *post* f. *in marg. suppl., sed eras.* 2. l) erat 2. m) relatio 1*a*, *corr. m. al.* n) :::pont. 2.

Cap. 8. a) Santonicae 2. b) quae 2. *p*, *et m. al.* 1*a*. c) *m. pr. inseruit* 1*a*. d) sanati 1*a*, *corr. m. al.* e) detenti *add. p.*

Cap. 9. a) Teodorus 2, *corr.*

1) *Lib. I, c.* 11, *ubi Chararicus Galiciae rex laudatur. Miro, qui Theudemiro successit, a.* 570—583. *regnavit; v. Dahn VI, p.* 570; *Caspari l. l. p.* XVI. 2) *De quo v. Gl. Mart. c.* 55.

aliorum, cum digestionis necessitas advenisset, ab stratu sublevarentur. Sed de sepulchri pulvere hausto, statim convaluerunt.

10. Est apud nos patena colore sapphirino, quam dicitur sanctus de Maximi imperatoris[a,1] thesauro detulisse, de qua super frigoriticos virtus saepe procedit. Nam in accentu febrium quis positus, qui[b] cum tremore[c] fieri solet, advenerit[d], de ea aqua[e] hauserit, mox sanatur. Est et apud Condatensim vicum alia aeque patena a sancto exhibita metallocristallina, similem infirmis beneficium praebens, si fideliter expetatur. Bodilo unus de notariis nostris cum stomachi[f] lassitudine animo turbatus erat, ita ut nec scribere iuxta consuetudinem[g] nec excipere, et quae ei dictabantur vix poterat recensere. Tunc cum saepius verbis increparetur, super hanc beati viri patenam, quam nobiscum esse diximus, aquam fudit, ipsamque ore transponit. Mox sensui suo redditus, opus officii sagatius, quam consueverat, expedibat.

11. Sed quid mirum, si sensa adversitate turbata reddat hominibus, qui saepius sterilitatem in fecunditate convertit? Bliderieus quidam Carnoteni terretorii civis, accepta uxore, ut dono Dei procreationis suae prole ditaretur, orabat; sed nihil ex ea germinis merebatur accipere. Tricisimus etenim[a] annus curriculum expedierat, uxore sterili permanente, cum vir, saluberrime pro animae commodum tractans, ait uxori: 'Ecce saeculum, quod[b] utimur, praeteriens est, et nulla inter nos subolis gignitur, qui, nobis deficientibus, congestum laboris nostri debeat possedere. Accedam[c]', inquit, 'ad basilicam sancti Martini et eam faciam heredem mihi, ut, liberis abnegatis, vel cum eadem quae habere potero possedeam in futuro'. Consensit mulier sapiens viri prudentis consilio. Nec mora, proceditur ad basilicam sancti, fusaque oratione, invitat abbatem secum domi accedere. Quo accedente, tradidit ei omnem possessionem suam, dicens: 'Sint haec omnia penes sancti Martini ditione quae habere videor, et hoc tantum exinde utar, ut de his, dum vixero, alar'. Consignatisque rebus, coegit abbatem manere ibi. Mirum dictu! Post 30, ut diximus, annorum curricula[d], in ipsa qua res suas basilicae tradidit nocte cognovit uxorem suam, quae concipiens peperit filium. Sed et deinceps alios habuit, quod non ambigitur, haec[e] virtute sancti[f] praestitum huic viro fuisse. Verumtamen non refragavit, acceptis filiis, promissionem homo ille, sed eis alia loca tribuens, quae primum sancto largitus fuerat confirmavit.

12. Apud Turnacensim[2] vero Cenomanici[a] terreturii villam, quae nunc in ipsius sanctae basilicae ditionibus retenetur, mulier quaedam diuturna caecitate detenta et senio praegravata, ad oratorium villae ipsius resedens, dum stipem quaereret ac assidue sancti Martini nomen invocaret, quadam nocte dominica coeperunt oculi eius a dolore[b] conpungi. Tunc illa prostrata coram sancto altare, erumpente sanguine, lumen recepit. Verumtamen reliquiae in ipso loco beatissimorum apostolorum, id est Petri et Pauli, habentur; sed haec asserebat virtute[c] sancti antistitis fuisse sanatam. Verumtamen

Capp. 9—12. 1*a*. 2.

Cap. 10. a) de *repet., sed del.* 2. b) *corr. m. al.* si 1*a*. c) *m. al. add.* ut 1*a*. d) *m. al. add.* et 1*a*; *add. p.* e) *corr. m. al.* aquā 1*a*. f) stomacho 1*a*. g) *m. al. add.* valere 1*a*.

Cap. 11. a) enim 2. b) quo 2. *p*. c) *m. al. add.* ergo 1*a*. d) *m. al. add.* 1*a*. e) *m. al. del.* 1*a*; hoc *p*. f) Martini *add.* 2.

Cap. 12. a) Cinomanici 2; Cynnomannici *p*. b) dolere 1*a*, *corr. m. al.* c) se *add.* 2; *post* ant. *add.* se *p*.

1) *Cf. Severi V. S. Martini c.* 20: ad medium fere convivium, ut moris est, pateram regi minister obtulit. Ille sancto admodum episcopo potius dari iubet, expectans adque ambiens, ut ab illius dextera poculum sumeret. *Sed Maximum Martino illam pateram dono dedisse, Severus memoriae minime tradidit.* 2) *Ternay (Loire-et-Cher, arr. Vendôme, cant. Montoire); cf. Longnon p.* 299.

fides nostra retenet, in multorum sanctorum virtutibus unum Dominum operari, et nec illos disiunctos virtutibus, quos caelo pares, miraculis Dominus aequales reddit in terris.

13. Ad festivitatem vero illam, cui Aunacharius[a. 1] Autisioderensis[b] urbis pontifex 589 Nov. 11. adfuit, quidam manum aridam contractamque detulit[c], sed post diem tertiam festivitatis redintegratam domum reportavit.

14. Baudegisilus quidam ex Andecavensis urbis terreturio[a], Baudulfi filius, vici Geinensis[b. 2] incola, dum humoris saevi iaculo sauciatur, debilitatus occubuit. Isque cum a patre paupere sine operis beneficio[c] pasceretur, ut basilicae sancti Martini limina oscularet[d], patrem lacrimis obortis efflagitat. Qui nec mora in navi positum, quia vehi altera evectione non poterat, ante pedes sancti, id est foris sepulchrum, filium devotus exposuit. Qui per dies aliquos orationi vacans et sancti auxilium poscens, amota debilitate, sanitati restituitur; sicque cum genitore domi incolomis restitutus est.

15. In Ausciensi[a. 3] quoque terreturio erat homo Caelestis nomine, cui multa erant apium alvearia. Ex quibus cum examen egressum alta conscendens longa conpeteret, et[b] ille sequens[c] nullum prorsus capiendi obteneret effectum, prostratus solo, sancti Martini invocat nomen, dicens: 'Si virtus tua, beatissime confessor, hoc examen retenere voluerit eumque ditioni meae reddiderit, quae in posterum ex eo procreata[d] fuerint, mel usibus meis sumam, ceram vero ad luminaria basilicae tuae cum omni soliditate diregam[e]'. Haec effatus[f], cum adhuc terrae decumberet, statim examen apium super unam arbusculam, quae viro erat proxima, decidit et insedit, collectumque et in alveare reconditum domi detulit. De quo infra duos aut tres annos multa congregavit. Ex quibus cum iam amplius quam ducentas cerae libras adgregatas haberet, rumor hostilitatis obortus est. At ille, ne votum suum perire cerneret, ceram fossa[g] humo operuit. Pace quoque reddita, diaconum nostrum, ut eam peteret, arcessivit. Erat tunc cum eo puer, qui renum gravissimum perferebat dolorem. Qui accedens ad virum et cognoscens ab ore eius quae gesta fuerant, cera quae terra latebat detegi iubet. Puer vero, qui dolorem, quem diximus, patiebatur, accepto sarculo ut terram foderet, ait: 'Si tu propitius es, sancte Martine, ad hoc munus hominis huius aspiciendum, contingat virtus tua renes meos, et sis mihi salus, cum hanc detexero ceram'. Et percutiens sar-

Capp. 12 15. 1*a*. 2.

Cap. 13. a) *ras.* cha 1*a*; Aunarius 2. b) Audisioderensis 1*a*, *corr. m. al.*; Autisiodorensis *p.* c) adtulit 2.

Cap. 14. a) terra *corr. inter scr.* territurio 2. b) Geimensis 1*a*; Geniensis 3*a*; Gennen̄ *p.* c) o *m. al. add.* 1*a*. d) *corr.* osculareť 2; *sic p.*

Cap. 15. a) c *superscr.* 2. b) ad *corr. m. al.* at 1*a*. c) *m. al. add.* cum 1*a*. d) sunt *add., sed del.* 2. e) dirigant 2, *corr.* f) effatas 2, *corr.* g) fossam 2, *corr.*

1) *Aunacharius vel Aunarius natione Aurelianensis, ex patre Pastore, matre Ragnoara, annos* 43, *menses* 10, *dies* 20 *sedisse fertur. Adolescens genere nobilis palatio Gunthramni regis adscriptus erat, sed parentiis nesciis Turonos adiit, ubi ad sepulchrum S. Martini ductus comam capitis deposuit. A Siagrio Augustodunensi disciplina ecclesiastica imbutus, die* 31. *Iulii, in ipsa S. Germani festivitate episcopatum Autissiodorensem suscepit. A.* 573. *iam* 4. *Parisiensi concilio interfuit, a.* 585. *Matisconensi subscripsit, ipse Autissiodorense inter a.* 578. *et* 590. *habuit. Pelagius papa die* 5. *Octob. a.* 580. *et die* 31. *Octob. a.* 586. *litteras eidem dedit; a Gregorio H. Fr. IX,* 41. *inter eos commemoratur, qui turbas Pictaviensium sanctimonialium damnaverunt. Stephanum Africanum ad S. Amati Vitam, quae iam exstat, describendam exhortatus est. Annus quo obierit non constat; colitur die* 7. *Kal. Oct. Cuius Vita in Gestis episc. Autissiod. (ed. Duru, 'Bibliothèque hist. de l'Yonne' I, p.* 326 *sqq.) scripta est.* 2) *Gennes (Maine-et-Loire, arr. Saumur); cf. Longnon p.* 306. *Sine dubio idem est vicus atque Gegina, cuius Fortunatus, V. S. Albini Andeg. c.* 11. *mentionem fecit.* 3) *Auch, neque Assay (vel Azay), quod post Valesium recentiores coniecerunt; cf. Longnon p.* 604 *sqq.*

culo terram, sonuit ossiculum renum eius, et statim omnis dolor ablatus est; et sic incolomis cum hac cera beatae basilicae praesentatus est.

16. Homo quidam urbis Turonicae iudici culpabilis extetit, quem in vincula con-
590. Apr. 2. pactum custodire praecepit. Advenientibus autem diebus sanctis dominicae resurrectionis, iussit eum iudex ipse in ulteriorem Ligeris fluvii litus in alia retrudi custodia. Ducebatur igitur[a] non solum catenis colla revinctus[b], verum etiam post tergum manibus conligatis; cumque ad ripam nominati amnis advenissent et navigium, quo transire deberent, praestolarentur, atque ille sancti Martini auxilium incessabiliter flagitaret, visum est repente custodibus, quasi ab aliquo capite verberati fuissent. Protinusque in terram ruunt, ac catenae, quae vinctum tenebant hominem, confractae sunt, laxatae vero corrigiae de manu solvuntur. Ipse autem liberum se sentiens, decumbentibus adhuc solo hominibus, secessit ab eis et sanctae eclesiae limen ingressus est, sicque a iudice relaxatur.

Ferebant enim nonnulli, his diebus et apud Pectavensim[c] urbem vinctos ab ergastulo carcerali fuisse resolutos. Quod ambigeri[d] non potest, quia utriusque confessoris virtus utramque urbem sacris potuit inlustrare[e] miraculis.

17. Puerolus parvulus nomine Leodoaldus[a], servus cuiusdam Baudeleifi de vico Andecavensi, cui Crovio[1] antiquitas nomen indidit, postquam renatus ex aqua et Spiritu sancto cum reliquis infantibus ludum in platea exercens, ut aetas illa patitur[b], huc illucque discurreret, subito commotus cum impetu ventus et[c] pulverem elevans, oculos infantis implevit. Qui cum[d] caecitate percussus doloribus cruciaretur, apparuit aviae eius vir quidam per somnium[e]: 'Vade', inquit, 'ad[f] basilicam sancti Martini, et recipiet
Iul. 4. visum puer iste!' Nec morata mulier, fide plena venit ad festivitatem[g], recepitque inluminatum virtute pontificis nepotem suum.

18. Huius etenim urbis terreturii puella Viliogundis vocabulo simili conditione caecatur. Dum enim cum reliquis puellulis per stratas villae ludum exercendo discurreret, venti[a] violentia pulvere elevato, opplevit oculos eius. Quae statim doloribus vexata petiit parentes suos, ut eam ad basilicam sancti Martini deducerent. Quo facto, protinus ut orationem pro ea fuderunt, inluminata est. Nobis quoque egredientibus de sanctis missarum solemnibus occurrerunt simul praefatus puer atque puella, dicentes, se hora ipsa lumen virtute beati antistitis recepisse. Quod nobis magnum praestetit gaudium credentibus, quod nos virtus beati confessoris sit visitare dignata.

19. Litoveus autem quidam ex infantia sua membris debilis, accedente febre, caecatus est; sed ad superiorem festivitatem veniens, directis membris, lumen tamen
Iul. 4. adhuc dempto, discessit. Sed cum ad hanc iterum regressus fuisset solemnitatem, exemptis tenebris, lumini datus[a] exoritur.

20. In hac etiam festivitate et Leudardus[a], servus Eumerii Namnetici urbis diaconi, cum per sex annos caecitatis fuisset catena[b] constrictus, ad basilicam accedens, virtute

Capp. 15—20. 1*a*. 2.

Cap. 16. a) autem 2; ergo *p*. b) revictus 2, *corr. m. al.* c) Pictavensem 2. *p*. d) ambigi 2. *p*. e) virtutibus *add., sed del.* 2.

Cap. 17. a) *corr. m. al.* Leudovaldus 1*a*; Leodowaldus 2; Lendonaldus *p*. b) *m. al. add.* dum 1*a*. c) *eras.* 1*a*. d) a *add.* 2. e) taliter eam instruens *add. p*. f) abbasilicam 1*a*. g) beati viri *add. p*.

Cap. 18. a) venti |:: 1*a*.

Cap. 19. a) lumen ei clarum e. *p*.

Cap. 20. a) Lendaidus s. Emneri *p*. b) t *superscr.* 1*a*.

1) *Qui vicus iam ignotus est. Quicherat, 'De la formation française des anciens noms de lieu' p.* 109 *sqq., vicum eundem ac Cru (Maine-et-Loire, arr. Saumur, cant. Doué) esse censuit, quam opinionem Longnon p.* 304 *sqq. reiecit.*

beati confessoris inluminatus est. Per visionem enim somnii admonitus fuerat, ut huius sancti auxilia flagitaret antistitis.

21. Quidam de civibus Turonicis, dum ad regis occursum properaret, vas cum vino unumque panem ad sepulchrum una mansurum nocte deposuit, ut scilicet in itinere positus hoc haberet salutis praesidium. Quae exinde adsumpta, iter carpere coepit. Factum est autem, ut metatum requirens, hominis cuiusdam ingrederetur hospitium, depositisque sarcinis, mulier, quae habebat spiritum inmundum, beati Martini adventum vocibus inmensis adnuntiare coepit ac dicere: 'Quid nos persequeris, sanctae? Quid nos crucias, serve Dei?' Tunc hospes ille qui venerat, accepto calice, paululum vini de vase illo auferens, frustram[a] benedicti panis effractam posuit in eo. Quod ubi mulier illa quae debacchabat[b] accepit, mox cum sanguine eiecto daemonio salvata est. Alia in eo loco mulier, quae diu a frigoris[c] aegrotabat, accepto[d] ab hac benedictione modico, ut sumpsit, sanata est.

22. Silluvius[a] incola Baiocassinus[b], cum in rure positus quiddam operaret[c], commoto vento, pavore perculsus, tremere coepit ac membris omnibus distitui, vociferare etiam et sibi mortem imminere testabatur. Interea concurrentibus vicinis ad spectaculum tale, ipse[d] inter voces et ululatus, contractis nervis, debilitatur ad integre; et non solum ei[e] usus aurium denegatur, verum etiam et ipsum lumen caruit oculorum. Post quindecim vero annos, dum in hac infelicitate degeret, ad festivitatem sancti Martini veniens[f], 590. Nov. 11.
solidatis membris oculisque receptis, abscessit.

23. Nec dissimili virtute mulier Ermegundis Andecavensis civis, vici incola Croviensis[1], contracta ac caeca, in hac festivitate directa inluminataque discessit. Sed et Charimundus ex Bricilonno[a. 2] debilis veniens, virtute beati antestitis redintegratus est.

24. In huius etiam solemnitatis[a] virtute nonnulli, cooperante Christi gratia, per- Nov. 11.
senserunt. Nam Leodomundus[b] caecus post septem annis, Domnitta[c] post tres et tres insuper[d] alii caeci in hac festivitate visum per opem beati antistitis receperunt; inergumini plerique mundati sunt.

25. Leonis presbiteri nostri vernacula, cum ad villulam urbi proximam parentibus[a] ulnis deportata secessisset, vi febris obpremitur et die ac nocte valde[b] in mortis discrimine cernitur. Quam videns presbiter exanimari[c] violentia morbi, nocte ascenso equite[d], ad basilicam sancti confessoris accessit, pulsansque ostium cellulae, in qua aedituus quiescebat, virum suscitare nequivit. Cumque basilicam sanctam ingredi non valeret, coram absida sepulchri fudit orationem, collegitque parumper de pulvere terreno, quod secum fide plenus evexit, eumque dilutum, ut puellulae ad bibendum protulit, protinus febris abscessit.

26. Fuerat nobis causa quaedam Childeberthi[a] regis adire praesentiam. Pergentibus quoque nobis[b], iter per pagum Remensem[c] adgressi sumus, repperimusque hominem quendam, qui nobis relatu suo, patefactum carcerem huius[d] urbis, in quo inter

Capp. 20—26. 1*a*. 2.

Cap. 21. a) *corr. m. al.* crustam 1*a*; frustam 2; frustra *p*. b) debecchabat *corr. m. al.* debacchabatur 1*a*; *corr. m. al.* debachabatur 2; *sic p*. c) frigoribus 2; a frigore febrium egr. *p*. d) accepta 2, *corr.*

Cap. 22. a) Simillimius *p*. b) Baiocasinus 2. *p*. c) operaretur 2. *p*, *et m. al.* 1*a*. d) ipso 1*a*. e) iussus *corr.* ei usus 2. f) adveniens *p*.

Cap. 23. a) Bricillonno 3*a*.

Cap. 24. a) *sic* 1*a*. *p*; s. die virtutem 2, *et m. al.* 1*a*. b) Leodemundus 2. c) ad basilicam prefati antistitis veniens visum recipit *pro* Dom. — tres et tres *p*. d) *m. al. add.* et 1*a*.

Cap. 25. a) parentalibus *p*. b) commota *add. p*. c) examinari 1*a*. 2. *p*; *corr. m. al.* exinaniri 1*a*; *corr.* exanimari 2. d) equo 2. *p*.

Cap. 26. a) Chil:deberthi 2; Childeberti *p*. b) *m. al. add.* ac 1*a*. c) Remesem 2. d) u. h. 2.

1) *V. supra c.* 17. 2) *Brulon (Sarthe, arr. Flèche) coniecit Longnon p.* 619.

reliquos vinctos huius famulus tenebatur, Martini[a] virtute fuisse, vinctosque ab ergastulo absolutos liberos abscessisse[b]. Erat enim[c] huiusmodi carcer[d], ut super struem tignorum axes validi superpositi pulpitarentur[1], ac desuper, qui eosdem[e] obpremerent, insignes fuerant lapides collocati. Nihil minus et ostium carceris, sera ferro munita, obducto[f] clave pessulo obserabatur; sed virtus antistitis, ut ipse relator[g] asseruit, lapides dimovet, disicit[h] pulpita, catenas confregit et trabem, quae vinctorum coartabat pedes, aperuit ac, nec reserato ostio, homines per aera sublevatos foris tecto patente produxit, dicens: 'Ego sum Martinus, miles Christi, absolutor vester. Abscedite cum pace et abite securi!' Sed cum nos ad regem accedentes huius virtutis diffamaremus miraculum, adfirmavit rex, quosdam ex his qui absoluti fuerant ad se venisse, atque conpositionem fisco debitam, quam illi[i] fretum[2] vocant, a se fuisse reis indultam. Hoc autem factum est
591. Iun. 30. ante quattuor festivitatis dies in anno memorati regis sexto et decimo.

Iul. 4. 27. Adveniente[a] autem festa[b] beati[c], Nonnichius[d, 3] Namneticorum pontifex ad basilicam sancti advenit, exhibens secum puerum membris debilem[e] nomine Baudegisillum. Celebrata igitur solemnia[f] sancti, hunc, artubus restitutis, secum reduxit incolomem.

28. Nobis quoque cum rege morantibus, Claudius quidam ex cancellariis[a] regalibus[4] a febre corripitur. Cumque cibum potumque nimia oppressus febre exhorruisset, nobis quae patiebatur quaestus est, delutumque pulverem, quod de sancto[b] beati sepulchro pro salvatione levavimus, ut hausit, mox conpressa febre, sanatus est.

29. Venerabilis vero Agnes[5] Pectavarum[a] sanctimonialium abbatissa relatum sibi ab ipso cui contigit Treverico[b] negotiatore, rem miraculi provenisse, sic retulit: 'Dum', inquit[c], 'Mettis accessissem, appellat me negotiator, unde essem. Dixi: "De Pictavis". Dicit mihi, si aliquando ad basilicam beati Martini Turonus occurrissem. Dixi[d], quod, quomodo[e] in[f] Austria ambularem, sic ibi me praesentassem. Dicit mihi, quale beneficium domni Martini senserat. Dum Mettis salem negotiasset et ad pontem Mettis adplicuisset, dicit: "Domne Martine, me et puricellos[g] quos habeo et navicellam meam tibi conmendo". Inter hoc[h] recubantes in nave, omnes condormivimus. Mane excitans me cum puricellis quos mecum habebam, invenimus nos ante portam Trevericam, nescientes, quomodo venissemus, qui nos adhuc Mettis credebamus consistere; qua ratione aut navigatum est aut volatum; sola conmendatione beati Martini nec fluvium sensimus et Mosellae tumescentes[i] undas naufragas evitamus[k], et, quod satis est[l], inter saxa nocturno tempore praeterimus incolomes, non nauta vigile, non vento flante, non remo ducente'.

Capp. 26—29. 1*a*. 2.

Cap. 26. a) fuis *add.*, *sed eras.* 1*a*. b) *m. al. add.* indicavit 1*a*; narravit *postea add.* 2. c) homini *pro* e. h. *p*. d) ita tectus *add. p*. e) eodem obp̄meret *corr. m. al.* eosdem obprimerent 1*a*. f) obduto 1*a*, *corr. m. al.*; obducta *p*. g) revelator 1*a*, *corr. m. al.* h) dissicit 1*a*. 2; p d. 1*a*; deiecit p. *p*. i) illa 2, *corr. inter scr.*

Cap. 27. a) Advenite 2, *corr. m. al.* b) festivitate 2; festo *p*. c) Martini *add. p*. d) Monnichius *p*. e) dissolutum *p*. f) sollemnitate 2.

Cap. 28. a) nostris *add.* 3*a*. b) *sic* 2. *p*; sc̄i (ac *m. al. add.*) beato (beati *m. al. add.*) 1*a*.

Cap. 29. a) Pict. 2. *p*. b) *m. al. add.* scilicet 1*a*. c) abbatissa *m. al. add.* 1*a*. d) D. — p̄sentassem *in inf. marg. suppl.* 2. e) cum 2; dum *p*. f) Neustria *pro* in A. 2; in Austra *p*. g) pu:ricellos, *ras.* e? 1*a*; puerulos meos quos *p*. h) *corr. m. al.* hec 1*a*; *sic p*. i) tunc sevientes *p*. k) evitavimus 2; evitassemus *p*. l) mirabile quō *add. p*.

1) *Cf. Sidon. ep. VIII,* 2 *(ed. Baret).* 2) *Cf. Waitz, 'VG.' II,* 2, *p.* 285. 3) *Nonnichius circa a.* 582. *Namneticensis episcopus factus est; cf. H. Fr. VI,* 15. 4) *De cancellariis regalibus v. Waitz, 'VG.' II,* 2, *p.* 82. 5) *Agnetem Pictariensis S. Crucis monasterii abbatissam a S. Germano consecratam (cf. H. Fr. IX,* 42*) Fortunatus saepius laudibus celebravit. Colitur die* 13. *Maii.*

30. Tempore post habito, cum usque Pectavam accessissemus urbem, libuit gratia tantum orationis monasterium Locotigiacensim[1] adire, quo congregata[a] monachorum caterva locaverat vir beatus. Ibi enim mortuum primum suscitasse legitur[2], et ex illo ad episcopatum[b] ductus scribitur[3]. Ergo desideratum ego expetens locum, prosternor ad cancellos anguli, in quo dicitur defuncti spiritum reduxisse. Post effusis[c] vero cum oratione lacrimis ac[d] celebratas solemniter missas, percunctor abbatem, si aliquod ibi[e] Dominus miraculum ostendisset. Asseruitque ille coram qui aderant fratribus, plerumque ibi inluminare caecos ac debiles integrari. 'Quid tamen nuper sit gestum, inquio, tibi, domne, quia sollicite inquiris[f], evolvam. Mulier quaedam vicina loci[g] huius, paralysi humore[h] perculsa, officio membrorum omnium usquequaque perdiderat. Quae carrucae inposita, bubus trahentibus, ferebatur, circumiens domos divitum, ut inopiae suae expleret necessitatem. Ergo dum delata ad hunc locum[i] pavimento prosternitur, lento conamine accedens, velum quod sanctum tegebat cancellum devote osculatur, dicens: "Hic te, beate confessor, adesse credo, hic te mortuum suscitasse testificor[k]. Confido enim, quod, si volueris, poteris[l] me salvare ac sanitati restituere, sicut quondam, disruptis inferni faucibus, defuncti animam reduxisti". Haec[4] effata, genas lacrimis rigabat ubertim, ac statim impleta oratione, quicquid aridum, quicquid contractum, quicquid dissolutum fuit, redintegratum est mulieris in corpore a beati antistitis virtute'. Simili sorte et alius paralyticus ad hoc accedens monasterium, ut velum ipsius cancelli attigit, amota omni debilitate, sanus abscessit. Distat autem ab urbe Pectava[m] quasi stadia quadraginta.

31. Exinde egressi, Sanctonicum terreturium ingressi sumus. Cumque in quodam convivio de beati Martini virtutibus fabularemur, haec mihi unus e civibus, adfirmantibus aliis vera esse, fideliter[a] retulit. Naiogialo villa est in hoc terreturio sita, ad quam cum sanctus Martinus adhuc superstes[b] in corpore adiret, obvium habuit virum exhibentem aquam cum vasculo. Erat enim puteus[c] ille, de quo haec exhibebat, situs in valle quasi mille passus a villa, ex eo incolae haustam deferebant aquam. Tunc ait vir Dei homini aquam ferenti: 'Quaeso, dilectissime, contene manum tuam et huic asello, quem sedeo, paululum aquae ad bibendum indulge'. Qui ait: 'Si necessarium ducis animal tuum adaquare, accede ad puteum et hauriens dabis ei. Nam ego quod cum labore detuli non praebebo'. Et haec dicens, praeteriit. Quo discedente, veniens[d] mulier et ipsa deferens aquam in ulnam[e]; dixit[f] ei similiter vir Dei. Quae[g] acsi Rebecca cf. Gen. 24.
condam audiens nuntium Dei: 'Et tibi praebeo', ait, 'et asino tuo potum, nec mihi labor est, ut iterum hauriam. Tantum voluntas tua fiat, qui iter pergens necessitatem pateris'. Et posito vasculo, dedit asino illi[h] bibere. Quae, iterum haustam aquam, impleto vasculo, revertebatur ad villam. Quam prosequens sanctus, ait: 'Reddam tibi pro mercede beneficium, quia adaquasti asinum meum'. Et, positis genibus in terra, oravit ad

Capp. 30. 31. 1*a*. 2.

Cap. 30. a) congregatam m. catervam 2. *p.* b) episcopatus 1*a.* c) effusas — lacrimas 2. *p.* d) ad *corr. m. s. XII.* ac 2. e) D. i. 2. f) inquires 1*a.* g) loci: 2. h) p. h. 2. i) *m. al. superscr.* 1*a.* k) *post* s. 11 *litt. ras.;* t. *in marg. suppl.* 2. l) potes 2. m) Pictava 2. *p.*

Cap. 31. a) *superscr.* 2; *om. p.* b) superstitis 1*a*, *corr. m. al.;* sup:stes 2. c) piteus 2. d) venit protinus m. *p.* e) ulna 2. f) que *m. al. add.* 1*a*; digitque *p.* g) ilico ei *add. p.* h) *corr. m. al.* illius 1*a*; *sic p.*

1) *In nummis et in cod. Sangall. Fortunati V. S. Hilarii c.* 12. Locoteiaco *appellatum iam Ligugé (Vienne, arr. et cant. Poitiers) nomen fert; cf. Longnon p.* 566. *In indice* Locodiacinsis *scriptum est.* 2) *Cf. Severi V. S. Mart. c.* 7 *(ubi monasterii nomen non indicatum est); Fortun. V. S. Hilarii c.* 12*; Greg. H. Fr. I,* 48. 3) *Severi V. S. Mart. c.* 9. 4) *Cf. Gl. Conf. c.* 18*:* Haec effata, genas lacrimis rigabat obortis.

Dominum, ut loco illi fontis ostenderet venam. Ac statim consummata oratione, disrupta terra, fontem inmensum populis[a] admirantibus patefecit. Qui usque hodie beneficium praebet hominibus conmanentibus in agro illo. In huius enim fontis ore est lapis in testimonium, qui vestigium retenet aselli illius, super quem sanctus sedit antistis.

591. 32. Nec illud silere puto, quod hoc tempore, cum Plato[1] episcopatum Pectavae urbis adeptus est, virtus sancti fuit ostensa. Domus adiuncta eclesiasticae domui incendio maximo cremabatur, ac scintillae cum carbonibus super domus eclesiae, vento inpellente, cadebant. Sed ille de pulvere beati sepulchri secum habens, elevatum chrysmarium[2] contra ignem, exortus subito[a] ventus vento illi contrarius, flammas[b] tecto eclesiastico defendens[c], alia pepulit in parte, et sic domus[d] eclesiae liberata est.

33. Cum autem puer eius in valitudine acerbissima febre exustus iaceret in lectulo et iam quasi exanimis haberetur, ut[a] de hoc pulvere[b] deluto porrexit infirmo, protinus fugata febre, puer convaluit de labore. Sed ad basilicam sancti redeamus.

34. Cum autem ante hos annos terrae motus magnus terram concuteret, cunctaque valde moverentur quasi in uno momento casura, Leodulfus quidam vehementer ab eo excussus, non solum sensu multatur, sed etiam omnibus membris debilis est effectus. Qui veniens ad basilicam sancti Turonus[a] et orationi paucos dies incumbens, et voci redditur et sensu[b] et membris omnibus quasi redivivus sospes est redditus.

35. Nec illuc praetermittendum puto, quod innocenter homo accusatus per calumnias malorum adducebatur ad urbem vinctus loro, ut truderetur ergastulo. Cumque ante basilicam sancti Petri apostoli in publicum adductus agerem devenisset, dissolutae sunt manus eius, dixitque custodibus: 'In hoc apparet me[a] a culpa quam dicitis esse inmunem, cum meae manus divinitus sunt solutae'. Tunc illi indignantes artius[b] eum revinxerunt, et insuper adhuc alio loro[c] ligamini adiecto, ut ita dicam, vincula ipsa vinxerunt. Contigit autem eo tempore, ut nos de basilica sancti Martini per plateam veniremus. Hii autem cum[d] nobis in obviam venientes adpropinquarent, ut primum sancti basilicam homo vinctus aspexit, statim solutae sunt manus eius, exiliensque de caballo in quo sedebat, pedes nostros arripuit, exponens, se iniuste damnari. Sicque, nobis cum iudice conloquentibus, absque fatigatione discessit.

36. Coniux Serenati hominis nostri, cum de cultura, viro praemisso, rediret, subito inter manus dilapsa comitantium terrae corruit, ligataque lingua, nullum verbum ex ore potens proferre, obmutuit. Interea accedentibus hariolis ac dicentibus, eam meridiani daemonii[3] incursum pati, ligamina[4] herbarum atque incantationum verba pro-

Capp. 31—36. 1*a*. 2.

Cap. 31. a) populus 1*a*, *corr.*

Cap. 32. a) v. s. 2. b) a *m. al. add.* 1*a*; *habet p*; tecta aecclesiastica 2. c) defendentes 1*a* *(corr. m. al.)*. 2; avertens *p*. d) sic ::: ::::: ecclesiae, *ras.* eccł (?) domus, *superscr.* domus 1*a*; d. ecclesiae 2.

Cap. 33. a) ut *om.*, de *in litura scr.* 2. b) dulvere 1*a*, *corr.*

Cap. 34. a) Turonos 1*a*, *corr.* b) sensui 2. *p*.

Cap. 35. a) mea 1*a*. 2. b) artus 1*a*, *corr. m. al.* c) loco 2, *corr.* d) *in marg. suppl.* 2.

1) *Plato post Maroveum episcopus Pictaviensis a.* 591. *Gregorio praesente consecratus, ipsius discipulus erat; cf. Fortunat. X*, 14:

Ut colat Hilarium, quem dat Martinus alumnum — — —
Gaudia laeta paret praesentia sancta Gregori — —
Qui modo discipulo Platone antistite summo
Sollemnem ecclesiae hic dedit esse diem.

Is procul dubio ipse erat, qui H. Fr. V, 49. *archidiaconus Turonensis dicitur.* 2) *Vas ad sanctorum reliquias includendas. R.* 3) *De daemonio meridiano v. Mir. S. Mart. III*, 9. 4) *V. quae de ligaturis supra p.* 582. *scripsi.*

ferebant; sed nihil medicaminis iuxta morem conferre poterant periturae. Cumque familia mixto ululatu perstreperet, filius eius ad neptam[a] nostram Eusteniam[1] anhelus occurrit, nuntians, matrem suam extremae vitae terminum attigisse. Quae adveniens ad aegrotam eamque visitans, amotis ligaminibus quae stulti indiderant, oleum beati sepulchri ori eius infudit ceraque[b] sofivit[2]. Mox sermone reddito, nequitiae dolo dirempto[c], aegra convaluit

37. Tempore autem, quo post obitum[3] gloriosissimi regis Gunthramni[a] Childe- 592. Mart. 28
bertus[b] rex[c] Aurilianensim urbem adivit, puerorum unus aulicorum graviter a typo tertiano, accedentibus discedentibusque febrebus, tremore superveniente, quatiebatur. Id cum nobis fuisset quaestus, de pulvere sancti sepulchri[d] porreximus; quod hauriens, conpresso tremore, convaluit. In sequenti vero nocte, cum dies ille, quo frangi[4] consueverat, advenisset, vidit per visum advenientem personam teterrimam dicentemque sibi: 'Ecce iam tempus tui tremoris advenit, quid dissimulas? Age quod consuevisti!' Haec eo dicente, advenit vir quidam vultu[e] splendidus, caesariae niveus, vultu decorus, dicens ei: 'Ne tremueris, sed facito super frontem tuam signum venerandae crucis, statimque sanaberis'. In hac visione expergefactus, munitus hoc signaculo, quo fuerat iussus, numquam ulterius quae pertulerat[f] passus est. Ab hoc tipo reginae puella[g] fatigata, potu huius sancti medicaminis sumptum, sanata est.

38. Non post multos dies, cum solemnitas[a] sancti dies annuus retulisset[b], nos a 592. 4. Iul.
rege regressi, festivitati adfuimus, in qua quattuor caeci, lumine recepto, regressi sunt[c], duo inergumini mundati, duo paralytici contracti, restitutis gressibus, incolomes redierunt.

39. Post paucos vero dies cum culpabiles quosdam urbis Turonicae iudicis sententia carcerali ergastulo conclusisset[a], lamentantibus vinctis, virtus beati confessoris apparuit, quae, disruptis vinculis compeditorum, liberos in basilicam abire permisit. Sicque et hii a iudice relaxati, ad propria abscesserunt.

40.[a] Quidam in regione Cantabriae Mauranus nomine mane a lectulo consurgens, dum[b] de domo egreditur, visum est ei quasi ab aliquo percussus fuerit in cervicem. Qui protinus ruens in terram[c], factus est tamquam mortuus[d], ac per triduum solo spiritu vivens, tamquam mortuus putabatur. Quarta autem die apertis oculis, nihil poterat loqui. Ablata enim ei fuerat fandi[e] facultas. Auditis enim beati Martini miraculis, unum triantem nautis porregit, innuens cum supplicatione[f], ut eum ad[g] beati antistitis templum deferrent. Quibus[h] abeuntibus, ille ad domum suam[i] reversus, vidit ante pedes suos aureum in similitudine triantis. Quo adsumpto pensatoque, unius solidi appensus est pondere. Quod ille cernens, dixit intra se: 'Reddidit mihi virtus beati Martini meritum pro fenore, quod eius templo direxi'. Et accensus desiderio, voluit in

Capp. 36—40. 1*a*. 2.

Cap. 36. a) neptem 2. *p.* b) *corr. m. al.* cęteraque 1*a*; c. s. *om. p.* c) direpto 1*a et m. al.* 2; perempto *p.*

Cap. 37. a) Guntranni 2. b) Gildebertus 2, *corr.* c) *m. al. superscr.* 2. d) potum ei *m. al. add.* 1*a**; ei *add. p.* e) tu *in litura m. al. scr.* 2. f) *sic* 2. *p*; postularet 1*a*. *a**; *corr. m. al.* pertulerat 1*a*; *corr. m. al.* pati soleret 1*a**. g) puella: flagitata: (*corr.* fagata) 1*a*.

Cap. 38. a) *corr.* solemnia 1*a*; *corr. m. al.* sollemnitatis sc̄ę 2; solemnia *p.* b) *corr.* recurrisset 2. c) *eras.* 1*a*.

Cap. 39. a) contulisset 2, *corr.*

Cap. 40. a) *c.* 39. *et* 40. *cohaerent p.* b) cum 1*a*; de *om.* 2. c) terra 2. d) *post* m. 9 *litt. ras.* (putabatur?) 1*a*. e) fundi 1*a*, *corr. m. al.* f) supplicationem 2, *corr.* g) a 1*a*, *corr. m. al.* h) Qui 1*a*, *corr. m. al.* i) suum 2, *corr.*

1) *Filiam Iustini et sororis Gregorii, de quibus v. Gl. Mart. c.* 70, *Mir. S. Mart. II*, 2. *Quam Necetius in matrimonium duxisse videtur; cf. H. Fr. V*, 14. 2) *i. e. suffivit.* 3) *Obiit d.* 28. *Martii a.* 592 *(non* 593*), ut 'Forsch. z. Deutsch. Gesch.' XXII, p.* 451 *sqq. probavi.* 4) *Cf. V. Patr. VI*, 7; *Gl. Conf.* 21, *ubi remissio febris* fractio *vel* confractio *dicitur.*

unam atque aliam navem conscendere, sed a parentibus est retentus. Reperta[a] autem tertia nave, retenere[b] penitus non potuit. Qua[c] ascensa, cum inpellente vento altum mare ingressi fuissent, os eius virtus sancti antistitis reseravit. Qui, extensis ad caelum manibus, locutus est, dicens: ‘Gratias tibi ago, omnipotens Deus, qui me[d] hoc iter sulcare iussisti. Iam enim, priusquam templum sancti tui videam, eius beneficiis sum refertus’. Quibus navigantibus, Burdigala urbe adpulsi sunt; egressusque hinc de navi, ad basilicam sancti accedens ac votum suum exsolvens, quae scripsimus ab ipsius ore relata cognovimus.

592. Nov. 11. 41. Alia vero festivitate adveniente, quae in hieme caelebratur, Maurellus quidam ex domo Ponticonensi[1], servus Agini ducis[2], qui mense Martio per incursionem nescio quam unius poplitis perdiderat usum[a], et gressum figere non valens, adhibito sibi ad geniculum fuste, ut mos claudorum est, adfuit. Is cum per triduum orationem fudisset ad Dominum, quarta die, quod est in crastinum de festivitate, genu directo, sanus abscessit. Post paucos autem dies homines qui carceris vinculis tenebantur divinitus absoluti, sancti basilicam sunt ingressi et per iudicem immunes a damno laxati sunt.

42. Puer quidam, manibus pedibusque contractis, de villa Themello[3] in pago Turonicae urbis vici Ambiacensis, adveniens ad basilicam sancti, dum inter reliquos petentes postolaret victus stipem, visitatus a sancti virtute, directus abscessit.

43. Alius quoque puerolus Euthimi presbiteri nostri, cum in valitudine febris nimiae incedisset ac exanimari ab eadem putaretur, de pulvere sancti sepulchri presbiter levans ac fimbrias pallae superpositae disrumpens, secum detulit pulveremque puero hauriendum[a] dedit, fimbrias vero collo illius alligavit. Mox febre restincta, sanatus est. Non dispari modo et Ulfaricus presbiter altero puero febricitanti studium adhibens[b], et ille protinus[c] febre carens, convaluit.

44. Principius quidam vir bonus, Petrocoricae[a] urbis civis, amentiam nescio quam incurrisse putabatur, et tam graviter agebat interdum, ut de[b] sensu videretur excedere. Quod cum multis mensibus perferret, beati antestitis basilicam expetivit; ibique, ut arbitror, quattuor resedens menses, abstenens se a cibo carnium ac[c] vino, adiutus confessoris beati praesidio, incolomis domui suae restitutus est.

45. Et quia[a] rusticitas hominum, dum parum praedicationem sacerdotalem sequitur, ipsa se Dei[b] praeparat ad offensam[c], quae nuper gestum fuit edicam. Leodulfus quidam Biturigae urbis homo[d], cum fenum secuisset, metuens, ne adventu pluviae venientis infunderetur et laborem suum perderet, die dominico, mane iunctis bubus, ad pratum direxit ac super plaustrum fenum adglomerare coepit; statimque pes eius unus quasi ardens ei[e] visus est, regressusque ad hospitium suum, quievit ab opere. Post missarum vero solemnia celebrata, iterum iunctis bubus, opus coeptum pergit[f] explere, conpletumque plaustrum fenu, statim oculi eius quasi a quibusdam aculeis puncti, dolorem maximum intulerunt. Quibus conclusis, numquam deinceps aperire potuit. Sicque
593. Iul. 4. per[g] annum integrum[h] in caecitate permanens, ad festivitatem sancti antistitis[4] devotus

Capp. 40—45. 1*a*. 2.

Cap. 40. a) Repertā a. tertiam navem 2, *corr.* b) retineri 2. *p.* c) q̇ 1*a*, *corr. m. al.* d) hoc me 2.

Cap. 41. a) usus 2, *corr.*

Cap. 43. a) hauriens:: (*ras.* :t) d. 1*a*, *corr. m. al.* b) subvenit *add. p.* c) per virtutem sancti *add. p.*

Cap. 44. a) Petrogoricae 2; Petragorice *p.* b) ut densu *corr. m. al.* ut sensui 1*a*. c) et 2.

Cap. 45. a) Et q. r. *in litura prima m. scr.* 1*a*; longum *add., sed del.* 2. b) *corr. m. al.* p. ad D. o. 1*a*. c) ostensam 1*a*, *corr. m. al.* d) *om.* 2. e) v. ei est 2. f) coepit 2, *corr.*; cepit *p.* g) *superscr.* 2. h) totum 2, *in marg. corr.*; *om. p.*

1) *Ponthion (Marne); cf. Longnon p.* 405. 2) *Idem Agynus H. Fr. X,* 8. *commemoratur.* 3) *Thomeau prope Amboise; cf. Longnon p.* 294. 4) *De festivitate aestiva h. l. agi, re ipsa patet, cum rusticus, postquam in foeno secando oculorum sensum amisit, anno integro praeterlapso, bonam valetudinem receperit.*

advenit, cuius post diem tertium[a] beneficio lucis, quam perdiderat, resta[illegible] sanctorum[1] Dominum, Eo[b] tempore et alius contractus adveniens, virtute sancti directus, pr[illegible] gre[illegible] aepius ad urbem suam regressus est. [illegible]ri[c].

46. Advenerat quidam ex Brittania nomine Paternianus, qui caecus, mutus ac surdus, manibus contractus per quoddam contagium fuerat, et conlictis[a, 1] omnibus membris a morbo, soli tantum pedes praebebant[b] homini sustentaculum. Patroni praepotentis hic expetiit basilicam, orationem fudit[c], apertis oculis lucem perditam cernit[d], manus ad usum pristinum recepit, et se salvatum beati antistitis virtute demirans, sospitatis suae gratiam populis declaravit. Ob huius miraculi gratiam a multis munera capit, de quibus[e] nonnullos[f] a iugo captivitatis exemit.

47. Praesenti quoque tempore apud Burdegalensim[a] urbem domus una ignibus conprehensa vehementer coepit exuri. Cumque, flammis hinc et inde spatiantibus, aliae domus huic discrimini[b] subiacerent, nec esset dubium, easdem huius fomitis calore depasci, congregatus in circuitu populus nomen beati Martini coepit attentius invocare et, ne vicinas domos virtus eius exuri permitteret, cum lacrimis deprecare; sicque ad elevatam vocem deflentium coepit crepitus flammae decedere. Atque illis clamantibus ad caelum, advenit subito, antistite inpertiente, praesidium; conlisumque orationi[c] supplici incendium, restinxit plebs per lacrimas, quod nequiverat superare per undas. Eo tempore puer noster Launovaldus[d], cum graviter a disenteria fatigaretur, ut de pulvere sepulchri accepit, protinus morbo caruit.

[EXPLICIT[2] LIBER IV. DE VIRTUTIBUS ET MIRACULIS BEATI MARTINI CONFESSORIS].

INCIPIT[a] LIBER VITAE PATRUM OPERE GEORGI FLORENTI GREGORI TORONICI[b].

CAPITULA.

Capp. 45—47. 1*a*. 2. *Index*. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 45. a) ter *superscr.* 2. b) *hoc loco caput* 45. *incipit p.*

Cap. 46. a) *corr. m. al.* confractis 1*a*; conflictis *p.* b) p̄ibant 1*a*, *corr. m. al.* c) fundit 1*a* *(corr.)*. *p.* d) aspexit *m. al. in litura scr.* 1*a**. e) iam *m. al. add.* 1*a*. f) nonnullis 1*a*, *corr. m. al.*

Cap. 47. a) Burdegalemsim 2. b) discrimini: 1*a*. c) orationibus *corr.* orationis 2; s. o. *p.* d) Laudonaldus *p.*

Index. a) INCIPIUNT CAPITULA 4, *ubi index post prologum positus est;* INCIPIUNT CAPITULA HUIUS LIBRI 3. b) *sic* 1*b*; Tur. 1*a*. 2. c) et 3. d) *om.* 2; Ilidio s. 3. e) *om.* 4. f) *om.* 3.

1) *i. e. confixis, ut saepe.* 2) *Animadvertas, hanc clausulam a sermone Gregorii plane alienam esse. Prmum verba* et miraculis *superflua sunt, quippe quae idem ac vox* virtutibus *exprimant. Huc accedit, quod Gregorius hoc opusculum alias semper* De virtutibus S. Martini *inscripsit. Deinde titulus* confessoris *S. Martino h. l. tributus usui Gregoriano minime respondet, qui S. Martinum antistitem vel episcopum fere appellavit. Quibus de causis clausula post mortem Gregorii adiecta mihi videtur esse, id quod re ipsa patet, cum librum completum minime reliquerit.*

8. De sancto Nicetio episcopo Lugdunensi[a].
9. De sancto Patroclo abbate.
10. De sancto Friardo reclauso*.
11. De sancto Caluppane[b] reclauso.
12. De sancto Emiliano et Birichone[c] abbatibus[a].
13. De sancto[d] Lupicino reclauso[a].
14. De sancto Martio abbate.
15. De sancto Senoch[e] abbate.
16. De sancto Venantio abbate[a].
17. De sancto Nicetio Treverorum episcopo[a].
18. De[f] Urso et Leobatio[g] abbatibus[a].
19. De Monegundis[h] religiosa.
20. De Leobardo[i] reclauso[k].**.

Statueram[a] quidem illa tantum scribere, quae ad sepulchra beatissimorum martyrum confessorumque divinitus gesta sunt, sed, quoniam quaedam[b] de his nuper repperi, quos beatae conversationis meritum evexit ad caelum, quorumque vitae tramitem certis relationibus cognitum eclesiam aedificare putavi, dicere aliqua ex illis oportunitate cogente non differo, quia sanctorum vita non modo eorum pandit propositum, verum etiam auditorum animos incitat ad profectum. Et quaeritur a quibusdam, utrum vita[c] sanctorum an vitas[d] dicere debeamus. A. Gellius[e. 1] quoque et conplures philosophorum vitas dicere voluerunt. Nam Plinius[f. 2] auctor in tertio artis grammaticae libro ait: *Vitas antiqui cuiuscumque nostrum dixerunt; sed grammatici pluralem numerum*[g] *non putaverunt*[h] *habere vitam.* Unde manifestum est, melius dici vitam patrum quam vitas, quia, cum[i] sit diversitas meritorum virtutumque, una tamen omnes vita[k] corporis[l] alit in mundo. Et scripsi, fateor, in inferiore[3] confessorum libro aliqua de quorundam vitam[m] quae in corpore operati sunt breviora, idcirco quia, cum de[n] Dei virtute ingentia censeantur,

*) et Secundello a temptatore[o] diabolo decepto *add.* 1a* *(om.* 1a*)*.
**) in Maiori monasterio prope Turonum *add. edd.*

Index. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *Praef.* 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Index. a) *om.* 3. b) Caluppano 4; r. *om.* 3. c) *sic* 4; Brachione 1*a*. *b*. 2. 3. d) *om.* 4. e) Senoc 3; Sinoch 4. f) sancto *add.* 3. g) Leup. *corr.* Leop. 1*b*; Leubatioque 4. h) Monagunde 3. i) Leopardo 1*b*; Leubardo 4. k) Explicit capitula. Incipit liber patrum vite Georgii opere Gregorii Florentii Turonici episcopi *add.* 3, *ubi prologus deest.*

Praef. a) *titulum add.* PRAEFATIO INCP̄ 1*a*; PRAEFATIO 1*b*. 2. b) *om.* 4. c) vita[s] 1*a*; vita *corr. m. al.* vitā 1*b*. 2. d) vita 1*a*. e) *sic* 4; Agellius *rell.* f) Plenius 1*a*. *b*. g) *om.* 1*a*. *b*. 2. h) putant 1*a*. *b*. 2. i) utrumque *add., sed del.* 2. k) vita:, *ras.* e 2. l) corporalis alit 1*b*. m) *sic* 1*b*. 2. n) *om.* 4. o) atēptare 1*a**.

1) *Laudantur Noctes Atticae I,* 3, 1. *et XIII,* 2, 1. *Agellium medii aevi scriptores haud raro Aulum Gellium nuncupaverunt.* 2) *Quos Plinius senior de grammatica edidit libelli (cf. H. Nat. praef.* 28*) iam non exstant; v. Schottmüller, De C. Plini Secundi libris grammaticis particula prima. Bonnae* 1858, *p.* 3. 3) *Re vera liber In Gl. Conf. in codicibus mss. Vitam Patrum sequitur, quem ordinem primus restitui; cf. Gl. Conf. Praef.:* Septimum de quorundam feliciosorum vita. Octavum hunc scribimus de miraculis confessorum. *In extremo Historiae Fr. capite 'Vitam Patrum' ultimo quidem loco laudavit:* septem Miraculorum, unum de Vita Patrum scripsi, *sed causa luce clarius patet. Eo enim loco librum confessorum sex prioribus adnumeravit, quia eadem continebat, miracula scilicet.*

parva tamen redduntur in scriptis; prolixiora quoque in hoc, quod vita[a] sanctorum[1] vocitare voluimus, libro imperiti idiotaeque praesumimus propalare, orantes Dominum, ut dignetur[b] dare verbum in ore nostro, qui ora mutorum ad usus[c] praestinos saepius reseravit*, et quod in sanctis praecipit scribi, reputet[d] ea suis in laudibus declamari[e].

I. INCIPIT[a. 2] DE SANCTIS ROMANO ATQUE LUPICINO ABBATIBUS.

Series euangelicae admonet disciplinae, ut dominicae largitionis pecunia nummulariis fenerata cum digno multiplicationis fructu dispensante[b] Domino restauretur[c] [cf. Matth. 25, 27.] nec[d] altis defossa foveis recondatur ad detrimentum; sed, rationabili dispensatione por- [cf. ib. 25, 18.] recta, aeternae vitae crescat ad lucrum[e], ut incipiens retributionis Dominus quae commodavit[f] inquerere cum usuris, receptis fenerationis suae duplici[g] satisfactione talentis, dicat: *Euge serve bone, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam;* [ib. 25, 21.] *intra in gaudium domini tui.* Praedestinatorum[h] est enim ista cum Dei ope[i] perficere, qui ab ipsis cunabulorum vagitibus, ut saepe de multis legitur, Dominum scire meruerunt, cognitumque[k], numquam ab eius praeceptionibus recesserunt neque post baptismi sacramentum niveam[l] illam pollentemque regenerationis[m] stolam inpudicis actibus polluerunt. Qui merito sequuntur Agnum, quocumque ierit, quos ipsius Agni candor egregius liliis[n] decoris[o] nullo temptationis aestu[p] marcentibus[q] coronavit. His denique sirtis, dextera inclitae dominationis extenta[r], inchoantes provocat, vincentes adiuvat, victores adornat[s], quos nominis sui titulo praesignatos de terrenis gemitibus elevans, in caelorum evehit gaudia gloriosos. De quorum niveo electionis numero et illos esse[t] non ambigo, qui[u] Iorensis heremi opaca[v] lustrantes, non modo[w] se[x] Dei templum efficere[y] meruerunt, verum etiam in multis mentibus Spiritus sancti gratiae[z] tabernacula paraverunt, id est Lupicinus[a] Romanusque, germanus eius.

(1.)[b. 3] Igitur Lupicinus[c] ab exordio aetatis suae Deum toto requirens[d] corde,

*) ut auditoribus lectoribusque salutaria et sanctis patribus digna labia mea referant *add. edd.*

Praef. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *Cap.* I. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Praef. a) vitā 1*b*; quem vitam 4. b) dignatur 1*a*, *corr. m. al.* c) usu 1*b*, *corr. m. al.* d) reputer 1*b*. e) Explicit praefatio s̄c̄i Gregorii episcopi Turonensis *add.* 1*a;* Explicit praefatio *add.* 1*b;* Explicit prolocus *add.* 4.

Cap. I. a) *sic* 4; DE LUPICINO ATQUE ROMANO 1*a*. *b*. 2; *om.* 3. b) dispensanti 4. c) restauraretur 3; deferatur 4. d) *post* nec *ras.* defossa? 2. e) luctum 3. f) commodaverat 4. g) duplicata ratione t. 4. h) Praedestinator 3. i) ope 1*b*, *corr.;* opera 4. k) cognitoque illo n. 4. l) regiam 4. m) regenationis 3. n) lilius 3. o) et *add.* 4. p) aestu:, *ras.* i? 2. q) marcescentibus 2. 3. r) extentę 2, *corr.* s) adornati 3. t) *m. al. superscr.* 1*b*. u) quillorensis er. 3. v) opa claustrantes 3. w) mundo 3. x) se:, *ras.* d 1*b*; *om.* 4. y) effici 4. z) gratia 2. a) Lupicinum Romanumque germanum 4; e. g. 2. b) De Romano et Lupicino *titulum add.* 3. c) Lubicinus 3. d) c. r. 2.

1) *In titulis scribendis Greg. sibi minime constat.* 2) *Vitas SS. Romani, Lupicini, Augendi, quem Gregorius penitus ignorasse videtur, auctor vetustissimus scripsit, qui 'beatissimo dominoque suo Augendo' familiariter usus erat; cf. V. Romani, AA. SS.* 28. *Febr. III, p.* 740; *V. Lupicini* 21. *Mart. III, p.* 263. *Utriusque vitam Gregorius in manibus non habuit, quamquam easdem fere res narravit. Quod ad fidem pertinet, anonymus praeferendus est Gregorio, cuius fontem ex vitis ipsis pendere mihi persuasum est. Quod ad tempus pertinet, quo sancti degerint, constat, Romanum* 35 *annos natum in eremum se recepisse et a.* 444. *p. Chr. presbyterum ordinatum esse. Quae post mortem Romani gesta sunt, V. Lupicini continet. De utroque egit Lutolf, 'Die Glaubensboten der Schweiz' p.* 250 *sqq.* 3) *Capita singula in codicibus quidem in partes divisa, sed numeri nulli illis praefixi sunt. Qui ab edd. prioribus adiecti, a nobis uncinis inclusi, cum incisionibus codicum minime conveniunt.*

litteris[a] institutus, cum ad legitimam transisset aetatem, genitore cogente, cum animi[b] non praeberet consensum, sponsali vinculo nectitur[1]. Romanus vero adhuc adolescentior, et ipse ad[c] Dei opus animum extendere cupiens, nuptias refutavit[d]. Parentibus vero relinquentibus saeculum, hii communi consensu[e] heremum concupescunt; et accedentes simul[2] inter illa Iorensis deserti secreta, quae[f] inter Burgundiam Alamanniamque sita[g] Aventicae adiacent civitati, tabernacula figunt, prostratique solo, Dominum diebus singulis cum psallentii modolamine[h] deprecantur, victum de radicibus quaerentes herbarum. Sed quoniam livor illius qui de caelo dilapsus est semper insidias humano generi consuevit intendere, contra hos Dei servos armatur hosque per ministros suos a[i] coepto itinere nititur revocare. Nam lapidibus[k] urguere eos daemones per dies[l] singulos non desinebant, et quotienscumque genua ad orandum[m] Dominum deflexissent, statim imber lapidum super eosdem[n], iacentibus daemoniis, deruebat[o], ita ut saepe vulnerati inmensis dolorum cruciatibus torquerentur. Interea aetas adhuc inmatura coepit iniurias cotidiani[p] hostis metuere, nec passa diutius sufferre dolores, relinquens[q] heremum, ad propriam redire deliberat[r]. Sed quid[3] invidia non cogat[s] inimici[t]? Verum ubi, relinquentes hoc habitaculum quod expetierant, ad villas manentium sunt regressi[u], domum cuiusdam pauperis ingrediuntur. Percunctatur mulier, de quo itinere milites Christi venirent. Respondent non sine confusione, se relinquisse[v] heremum, et quae[w] eos causa a coepto distulerit opere, per ordinem pandunt. At illa ait: ‘Oportuerat vos, o viri Dei, contra insidias diaboli viriliter dimicare nec formidare[x] eius inimicitias, qui[y] saepius ab amicis Dei superatus occubuit. Aemulus est enim sanctitati, dum metuit, ne, unde ille perfidia vilis[z] corruit, genus humanum fide[a] nobilitatum ascendat’. At illi conpuncti corde, et seorsum descreti a muliere, dixerunt: ‘Vae nobis, quia peccavimus in Deo[b] dimittendo[c] propositum[d] nostrum. Ecce nunc a muliere arguimur pro ignavia. Et qualis nobis in posterum erit vita, si[e] ea, unde astu[f] inimici expulsi fuimus[g], non repetamus?’

(2.) Tunc armati vixillo crucis, sumptis in manu bacellis, regressi sunt ad heremum. Quibus venientibus, iterum eos insidia daemonis[h] lapidibus coepit urguere; sed persistentes in oratione, obtenuerunt a Domini misericordia[i], ut, remota temptatione, liberi[k] ad illum divini cultus famulatum expeditique perseverarent. His denique in oratione vacantibus, coeperunt ad eos turbae fratrum hinc[l] et inde confluere et audire verbum praedicationis ab eis. Cumque iam beati heremitae populis, ut diximus, publicati fuissent, fecerunt sibi monasterium, quod Condatiscone[m. 4] vocitari[n] voluerunt, in quo,

Cap. I. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. I. a) Treveris 4. b) animę 4. c) a. ad o. D. 2. d) revocavit 3. e) consilio, *in marg.* At cons| 4. f) qui 3. g) sitā 1*b*, *corr.* h) modulatione 4. i) accepto 3. k) lampadibus 1*b*, *corr. m. al.* l) s. d. 3. m) ad ador. 1*b*, *et e corr.* 3; ad o. genu ad D. *corr. m. al.* genua ad ador. D. 2. n) eodem 1*a*, *corr. m. al.* o) ruebat 4. p) cottidianas 4. q) relinquentes 4. r) deliberant 4. s) cogitat 4. t) inimicum? 1*b*, *corr.* u) egressi 4. v) *sic* 2. 3. w) *m. al. superscr.* 2. x) formidari 2, *corr. m. al.* y) q̄ 2, *corr. m. al.*; quia 3. z) perfidiabilis 1*a*. *b*. 2. 3. a) fide nobilitatum *post* metuit *habet* 4. b) Deum (3). c) dimittentes 2. d) prepos. 3. e) sic eā 1*a*, *corr.* f) aestu 1*a*. *b*. 2. 3. g) sumus 3. h) daemones 3, *corr.* i) misericordia:, *ras.* m 1*b*. k) libera 1*b*, *corr. m. al.* l) hic 3. m) Condatisconē 1*b*. n) vocitare 2 *(corr.)*. 4.

1) *Cuius rei auctor V. Romani mentionem non fecit.* 2) *Constat, Lupicinum ‘multo tempore’, postquam Romanus Condadisconem monasterium construxit, eremum petivisse; cf. V. Romani l. l. p.* 741. 3) Quid non mortalia pectora cogis *Verg. Aen. III*, 56; *cf. H. Fr. IV*, 46. 4) *V. Vit. S. Romani l. l. p.* 741: Illic namque bifida in solidum concurrente natura, mox etiam ab unitate elementi iam conditi Condadiscone loco vulgus indidit nomen. *Condatiscone monasterium, postea S. Eugendi Iurense (vulgo Saint-Oyand de Joux) appellatum, demum a*

succisis[a] silvis et in plana redactis, de laboribus manuum propriarum victum quaerebant; tantusque fervor de Dei amore proximos locorum accenderat, ut congregata ad officium Dei multitudo simul habitare non possit; fecceruntque iterum aliud monasterium[1], in quo felicis[b] alvearis examen instituerunt[c]. Sed et[d] his deinceps cum Dei adiutorio[e] ampliatis, tertium intra Alamanniae[f] terminum monasterium locaverunt[2]. Ibantque vicissim hi duo patres, requerentes filios, quos divinis imbuerant disciplinis, praedicantes in singulis monasteriis ea[g] quae ad institutionem[h] animae pertenebant. Lupicinus tamen abbatis[i] super eos obtenuit monarchiam. Erat autem[k] valde subrius et a cibo potuque abstenens, ita ut plerumque tertia die reficerit[l]. Cum autem eum, sicut corporis humani deposcit necessitas, sitis arriperet, vas cum aqua exhiberi faciebat, in qua manus inmersas diutius retenebat. Mirum dictu! Ita absorbebat caro eius[m] aquam adpositam, ut putaris eam[n] per os eius[m] adsumi; et sic ardor sitis extinguebatur. Erat enim severus valde in districtione fratrum, nec quemquam[o] non modo perverse agere, verum etiam nec loqui sinebat; mulierum quoque vel colloquia vel occursus valde vitabat. Romanus ita erat simplex, ut nihil de his penitus ad animum duceret, sed omnibus tam viris quam mulieribus aequaliter flagitatam benedictionem, Divinitatis nomine invocato, tribueret.

(3.) Lupicinus igitur abba cum minus haberet, unde tantam susteneret congregationem, revelavit ei Deus locum in heremo, in quo antiquitus[p] thesauri reconditi fuerant[q]. Ad quem locum accedens solus[r], aurum argentumque, quantum levare potuerat[s], monasterio[t] inferebat et, exinde coemptos[u] cibos, reficiebat fratrum multitudines, quos ad Dei officium congregaverat. Sicque faciebat per singulos annos. Nulli tamen fratrum patefecit locum, quod[v] ei Dominus dignatus est revelare.

Factum[w] est autem, ut quodam tempore[x] visitaret fratres, quos in illis Alamanniae regionibus diximus congregatos; et accedens meridiae, cum adhuc fratres in agro essent, ingressus est domum, in quo cibi coquebantur ad reficiendum; viditque diversorum ferculorum apparatum[y] magnum pisciumque multitudinem[z] adgregatam, dixitque in corde suo: 'Non est dignum, ut monachi, quorum vita solitaria est, tam ineptis utantur sumptibus'. Et statim iussit praeparari[a] aeneum magnum. Cumque locatus super ignem fervere coepisset, posuit in eo cunctos simul, quos paraverant[b] cibos, tam pisces quam holera sive legumina, vel quicquid ad comedendum[c] monachis distinatum fuerat, dixitque: 'De his pultibus[3] nunc reficiantur fratres, nam non diliciis vacent, quae[d] eos[e] a divino inpediant opere'. Quod illi cognoscentes, valde moleste tulerunt[f]. Tamen duodecim viri, habito consilio, iracundia inflammati[g], reliquerunt locum et abierunt per

Cap. I 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. I. a) succisus 2, *corr.* b) felixcis, *expunct.* x 1*a*; felix 3. c) constituerunt 2. d) *om.* 3; et isdem cum 4. e) adiutorium 3. f) Alamaniae 1*a*. *b*; Alama 3; Alemanniae 4, *ut infra*. g) eam 3. h) institutione 3; instructionem 4. i) abba 1*b*. 2. k) enim 4. l) caficerit *corr. m. al.* reficeret 1*b*. m) ei 1*b*, *corr. m. al.* n) *om.* 4. o) quemquem 3. p) antiquitas 1*b*, *corr. m. al.* q) fuerat 1*b*, *corr. m. al.* r) soł 2, *corr. m. al.* s) poterat 2. 4. t) monastherium 3. u) emptos *corr. m. al.* emptis 2; coemptis cibis 4. v) quem 4. w) F:actum, *ras.* r 1*a*. x) temporum 1*b*, *corr. m. al.* y) *eras.* 3. z) magnitudinem 4. a) a. m. p. 4. b) paraverat 4. c) commededum 3. d) qui 3. e) *om.* 2. f) coeperunt 2. g) inflammanti 3.

Claudio Vesontinensi episcopo (saec. VI), qui illuc se contulerat, nomen traxit (vulgo Saint-Claude); cf. Longnon p. 199; *de situ SS. XIII, p.* 743, *n.* 1. 1) *Cf. V. Romani l. l. p.* 742: Pater tamen Lupicinus in Lauconno, sic namque loci fertur nomen, peculiarius ac liberius versabatur. *Est vicus Saint-Lupicin; cf. Longnon p.* 226. 2) *Romanum monasterium, vulgo Romainmotier (cant. Vaud, distr. Orbe); v. Longnon p.* 226. 3) *Historiola similis in V. S. Romani c.* 3 *(l. l. p.* 744*) narratur:* Ita vivamus, domine frater, ut nobis crastina hordeaceas incretasque solummodo parare iubeas in merendula pultes.

deserta vagantes[a] et ea quae erant saeculi delectabilia inquerentes. Revelatumque[b] est statim per visum Romano, nec ei voluit divina miseratio rem actam occultare[c]. Regresso quoque abbate ad monasterium, dicitque[d] ei: Si[e] sic futurum erat, ut ad dispersionem fratrum abires, utinam nec accessisses[f] ad eos'. Cui ille: 'Noli[g]', inquid, 'moleste ferre, frater dilectissime, quae acta[h] sunt. Nam scias, purgatam esse aream[i] Domini, et triticum tantum reconditum in horreo, paleas autem eiectas esse foris[k]'. Et ille: 'Utinam nullus abscessisset ex his! Sed nunc indica, quaeso, mihi, quanti exinde abierunt'. Qui respondit: 'Duodecim viri cotornosi atque elati, in quibus Deus non habitat'. Tunc Romanus cum lacrimis ait: 'Credo in illo divinae miserationis respectu, quia nec illos separabit a thesauro suo, sed congregabit eos[l] et lucri eos faciet, pro quibus pati dignatus est'. Et facta pro his oratione, obtenuit, ut reverterentur ad gratiam omnipotentis Dei. Dominus autem conpungi fecit corda eorum; et agentes paenitentiam pro excessu suo, congregaverunt singuli congregationes suas et fecerunt sibi monasteria, quae usque hodie in Dei[m] laudibus perseverant. Romanus autem persistebat[n] in simplicitate et operibus bonis, visitans infirmos et salvans eos oratione sua.

(4.) Factum est autem quodam tempore, dum iter ageret[o] ad visitandos fratres, ut occupante crepusculo[p] ad hospitiolum diverteret leprosorum. Erant autem novem[q] viri[1]. Susceptusque ab eis, statim plenus caritate Dei iussit, aquam calidam fieri, atque omnium pedes manu propria lavit, lectulumque spatiosum fieri[r] praecepit, ut omnes in uno stratu[s] requiescerent, non[t] abhorrens luridae[u] maculae[v] leprae. Quod cum factum fuisset, obdormientibus leprosis, hic inter decantationes psalmorum vigilans, extendit manum suam et tetigit latus infirmi unius, statimque mundatus est; tactuque[w] salubri iterum tangens alium, et ipse protinus est mundatus. Cumque se[x] sensissent redditos sanitati, tetigit[y] unusquisque proximum suum, ut scilicet expergefacti rogarent sanctum pro emundatione sua. Sed cum[z] tacti ab[a] invicem fuissent, et[b] ipsi mundati sunt. Mane[c] autem facto, aspiciens omnes nitente[d] cute effulgere, gratias agens Deo et vale dicens ac[e] singulorum oscula[f] libans, abscessit; mandans[g] eis, ut semper ea quae Dei erant[h] et retenerent pectore[i] et operibus exercerent.

(5.) Lupicinus autem iam senex factus, accessit ad Chilpericum[k. 2] regem, qui tunc Burgundiae praeerat. Audierat enim eum habitare apud urbem Ianubam[l. 3]. Cuius

Cap. I. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. I. a) vacantes 3. b) que *om.* 1*b*. c) occulta:re, *ras.* e 1*a*. d) *sic* 1*a*; dixitque, *om.* ei 1*b*; dicit ei 2. 4; ei *om.* 3. e) *in marg. add.* 4. f) accessisser: 1*a*. g) *post* N. 6 *litt. ras.* 2. h) gesta 4. i) arcam 1*a*. k) foras 2. 3. 4; *corr.* 2. 3. l) eius 1*b*. m) l. D. 4. n) persisteba:t, *ras.* n 1*b*; persitebat 3. o) et *add., sed expunct.* 1*b*. p) crepuscula 2, *corr. m. al.* q) *om.* 3. r) iussit *add., sed del.* 2. s) strato | quiesc. 4. t) nā 1*b*, *corr. m. al.* u) menbrae *add., sed del.* 2. v) maculas 1*b*. 4. w) tactu:: 3. x) *post* sens. *m. al. superscr.* 1*b*. y) *om.* 4. z) dum 1*b*. a) ad 1*b*. b) ipsius 3. c) M: *corr. m. al.* Mane 1*a*. d) nitenti 4. e) et 4. f) osculo 1*b*, *corr. m. al.* g) mundans 1*a*, *corr. m. rec.*; ei 1*b*, *corr. m. al.* h) sunt 2. i) peccatore, *ras.* ca 1*b*. k) Chilbericum 4. l) Genovam 4.

1) *Duo leprosi erant, teste V. Romani auctore c.* 4, *l. l. p.* 744*:* Cumque digressus Genavam, nulli omnino esset pauper incessus, et certe minime signari vel agnosci cupiens publicatus, accidit, ut imminente vespera speluncam, qua propter aggerem leprosi duo, id est pater cum filio, versabantur, intraret. 2) *In V. Lupicini l. l. p.* 265. *res aliter narrata est. 'Persona quaedam honore dignitatis aulicae tumens vi persuasionis pauperes quosdam servitutis iugo subdiderat', quos ut libertati restitueret, Lupicinus 'Galliae quondam patricium Hilpericum' adiit, 'sub quo ditionis regiae ius publicum tempore illo redactum est'. Chilpericus, Gundevechi Burgundionum regis filius, a Gundobado fratre gladio interfectus est; cf. Greg. H. Fr. II,* 28. *Cui filia erat Chrothichildis regina.* 3) *Genf.*

ingressus portam[a] tremuit regis[b] cathedra, qui ea hora ad convivium resedebat. Exterritusque ait suis[c]: 'Terrae motus factus[d] est', inquid. Responderunt qui[e] aderant, nihil se sensisse commotionis. Et ille: 'Occurrite[f] quantotius ad portam, ne forte aliquis adversari[g] cupiens regno nostro adsit, quasi nociturus nobis; non enim sine causa haec sella contremuit'. Qui protinus concurrentes, offenderunt senem in veste pellicia et dixerunt regi de eo. Qui ait: 'Ite, adducite eum in conspectu meo, ut intellegam, cuius ordinis homo sit'. Et statim adductus, stetit[h] coram rege, sicut quondam Iacob coram Pharaone. Cui ille ait: 'Quis[i] es vel unde venisti? Aut quod est[k] opus tuum, vel quid necessitatis aeges, ut venias ad nos? Edicito!' Cui ille: 'Pater[l] sum', inquid, 'dominicarum ovium, quas cum Dominus spiritalibus cibis iugi administratione[m] reficiat, corporalia eis interdum alimenta deficiunt. Ideo petimus potentiae[n] vestrae, ut ad victus vestitusque necessaria aliquid[o] tribuatis'. Rex vero haec audiens, ait: 'Accipite agros vineasque, de quibus possetis[p] vivere ac necessitates vestras explere'. Qui respondit[q]: 'Agros et vineas non accipiemus, sed, si placet potestati vestrae, aliquid de fructibus deligate. Quia non decet, monachos facultatibus mundanis extolli, sed in humilitate cordis Dei regnum iustitiamque eius exquerere'. At rex, cum audisset haec verba, dedit eis praeceptionem, ut annis singulis trecentos modios tritici eiusdemque mensurae numero vinum accipiant et centum aureos ad conparandum[r] fratrum indumenta[s. 1]. Quod usque nunc a fisci ditionibus[t] capere referuntur.

(6.) Post haec autem, cum iam senes profectaeque[u] essent[v] aetatis, Lupicinus[w] abba scilicet et Romanus, frater eius, ait Lupicinus germano[x] suo: 'Dic', inquid, 'mihi, in quale[y] monasterium vis tibi parari[z] sepulchrum, ut simul quiescamus?' Qui ait: 'Non potest fieri, ut ego in monasterio sepulchrum habeam, a quo mulierum accessus arcetur. Nosti enim, quid[a] mihi indigno et non merenti dominus Deus meus gratiam tribuit curationum, multique per inpositionem[b] manus meae[c] ac virtutem crucis dominicae a[d] diversis langoribus sint erepti. Erit autem[e] concursus[f] ad tumulum meum, si ab hac luce migravero. Ideoque rogo, ut eminus a monasterio requiescam'. Pro hac vero causa, cum obisset, in[g] decim milibus a monasterio[2] in monte parvulo[h] sepultus est. Super cuius deinceps sepulchrum magnum templum aedificatum est[3], in quo ingens frequentia populi diebus singulis accurrit. Multae enim virtutes ibi in Dei nomine nunc ostenduntur. Nam et caeci ibi lumen et surdi auditum et paralytici gressum plerumque

Cap. I. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. I. a) porta 3. b) c. r. 4. c) ait ad suos 3. d) est f. 4. e) q. a. *m. al. superscr.* 1*b*. f) Acc. 4. g) *superscr.* 2. h) c. r. s. 2; regē 1*b*, *corr.* i) qui 1*b*, *corr. m. al.*; Quis — Edicito!' Cui ille *om.* 3. k) o. e. 4. l) Pastor *m. al. corr.* 3; i. s. 4. m) administrationes eficiat 1*a*, *corr. m. al.* n) potentiam vestram 2. 3. 4. o) n. a tr. 3. p) possitis 2. 4. q) respondens 1*b*, *corr. m. al.* r) *sic* 2. 4; conparanda 1*a*. *b*; conparandam 3. s) indumentum 2, *corr.* t) deditionibus 4. u) pro::::::q̄ *corr. m. al.* provectęq̄ 1*b*; provectaeque 3. v) esset 1*a*; ēēt 2. w) Luppic. 3. x) fratri 2. y) quali monasterio 4. z) parare 3. 4. a) quod 2. 4. b) inpositionū 2, *corr.* c) *om.* 1*b*. d) adversis l. 3. e) *om.* 4. f) conversus 1*b*, *corr. m. al.* g) undecim 1*b*. h) positus est *add.*, *sed del.* 2.

1) *Cf. V. Lupicini l. l. p.* 266*:* Mox vero vigoris regii sententia promulgata, liberos restituit libertati et Christi famulum, oblatis ob necessitatem fratrum vel loci muneribus, honorifice fecit ad coenobium repedare. 2) *Condatiscone.* 3) *S. Romanus prope monasterium quod Balma vocatur sepultus est, ubi soror eiusdem* 500 *sanctimonialibus praeerat; cf. V. S. Romani l. l. p.* 743*:* Illic namque in ipsis quodammodo faucibus beatissimi patris basilicam fabricarunt, quae non solum virginum recepit exuvias, sed et ipsum heroa Christi Romanum ambire meruit sepulturae. *Quod cum destructum esset, prioratus Saint-Romain de Roche (arr. Saint-Claude, cant. Moirans, comm. Pratz) locum occupavit; cf. Longnon p.* 223.

recipiunt. Lupicinus autem[a] abba obiens, intra[b] monasterii basilicam[1] est sepultus,
cf. Matth. 25, 16. 17. reliquitque Domino[c] pecuniae creditae multiplicata talenta, id est beatas monachorum congregationes in eius laude devotas.

EXPLICIT DE[d] SANCTIS ABBATIBUS LUPICINO ET ROMANO.

II. INCIPIT[a] DE SANCTO ILLIDIO CONFESSORE.

Inter reliqua vitae[b] perpetuae semina, quae[c] caelestis Sator ex illo divinitatis fonte
Matth. 10, 38. mentes[d] incultae arvum vel inrigavit institutione vel dogmate fecundavit[e], ait: *Omnis qui non accipit[f] crucem suam et sequitur me, non est me dignus*[g]. Sed et ille nihilhominus
2. Cor. 4, 10. vas electionis beatus Paulus apostolus dicit: *Semper mortificationem Christi in corpore vestro*[h] *circumferentes, ut*[i] *et vita Iesu manifestetur in corpore vestro mortali*[k]. Ergo confessores Christi, quos tempus persecutionis ad martyrium non lacessivit, ipsi sibi persecutoris [Christi[l]] modo, ut digni Deo haberentur, diversas abstinentiae cruces adhibuerunt; et ut, mortificatis membris, soli illi viverent, de quo idem apostolus dixit:
Gal. 2, 20. *Iam non vivo ego; vivit autem*[m] *in me Christus.* Aspiciebant enim per illos mentis[n] internae oculos Dominum caelorum discendisse ad terras, non abiectum[o] ad[p] humilitatem, sed humiliatum[q] misericorditer ad mundi redemptionem; aspiciebant pendentem in patibulo non Deitatis gloriam, sed adsumpti corporis hostiam mundam, de qua[r] Iohannes
Ioan. 1, 29. paulo ante praedixerat: *Ecce Agnus Dei! Ecce qui tollit peccata huius mundi!* Habebant[s] in se et clavorum adfixionem, cum a timore eius confixi atque a iudiciis[t] divinis exterriti, nihil indignum eius omnipotentiae in cordis[u] sui habitatione gerebant. Fulgebat[v] in his[w] et illud resurrectionis lumen insigne, quo angelus refulsit, dum revolvit lapidem monumenti; quo Iesus splenduit sub illa ostiorum[x] obseratorum inclusione, cum inprovisus in medio [illo[y]] apostolici senatus adstetit comitatu[z]; quo idem Dominus eosdem verbis vitae imbuens, caelesti[a] est evectus in arce[b]. Inter quos et beatus confessor Illidius ita haec omnia[c] in cordis[d] sui tabernaculo collocavit, ut et[e] ipse quoque templum sancti Spiritus effici mereretur. De cuius[f] vita aliqua scripturus, veniam peto[g] legentibus. Non enim me artis grammaticae studium imbuit, neque auctorum saecularium polita lectio erudivit, sed tantum beati patris Aviti[h] Arverni pontificis[i] studium[k] ad eclesiastica sollicitavit scripta[l. 2]; si mihi non ad iudicium contingerent, quae ipso

Capp. I. II. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. I. a) aut 1*a*. b) infra 1*b*. 4. c) Dominum 3. d) DE — ROMANO *om.* 1*a*. *b*; EXPLICIT — ROMANO *om.* 2. 3.

Cap. II. a) INCIPIT *om.* 1*a*. *b*. 2; *totum titulum om.* 3. b) p. v. 4; s. p. 2. c) quibus 4. d) *sic* 1*a*. 2. 3. e) feci in david 1*a*; fecundavid 1*b*. f) accepit 1*b*. g) *editores, locis quibusdam sacrae scripturae insertis, quos textui subicere nolui, prologum interpolaverunt.* h) nostro *cum Vulg.* 4. i) et ut 1*b*. 2. k) in corpore nostro 4; in corporibus nostris *Vulg.* l) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. m) *prima m. superscr.* 1*a*; vero 2. n) i m. 2. o) deiectum 4. p) ab humilitate 1*b*. q) humili:atum 1*b*. r) quo 2. s) Habĕnt 4; et in se 2. t) d. i. 2. u) coris *corr. m. al.* corporis 1*a*; *sic* 1*b*. 2. 3. v) Fulgeba:t: in, *ras.* n *et* et 1*b*. w) illis 2. x) hostiarum obseraturum 3, *corr.* y) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. z) comitatū 2, *corr.* a) caelestem 4. b) arcem 4; De Ilidio ep̄o sancto *lemma add.* 3. c) precepta Domini *add.* 3. d) cordi sui 1*b*. e) *om.* 4. f) igitur *add.* 3. g) a *add.* (1*b*. 3. 4). h) Avici 1*b*, *corr. m. al.* i) pontifici 1*b*, *corr. m. al.* k) st. ad *om.* 4. l) scriptura. Sed 4.

1) *Cf. V. S. Lupicini l. l. p.* 267*:* Inspiratione igitur pietatis ingenitae in ipso, ut diximus, Lauconensi monasterio paternum filioli corpusculum condiderunt, ut quia iam germanus ipsius orationis locum illustrabat ad Balmam, — hic interim Lauconense monasterium virtutibus instrueret. 2) *Cf. Fortunati carmen de Iudaeis conversis per Avitum episcopum Arvernum (V,* 5, 145*), ubi ad Gregorium scripsit:*

Non fuit in vacuum, quod te provexit alumnum:
Sic cui mente fidem, reddis amore vicem.

praedicante audivi vel cogente relegi, qui[a] ea nequeo[b] observare; qui me post Davitici[c] carminis cannas[d] ad illa euangelicae praedicationis[e] dicta atque apostolicae virtutis[f] historias epistolasque perduxit. De quo ea tantum capere potui, ut cognoscerem, Iesum Christum, filium Dei, ad salutem mundi venisse atque amicos eius, qui, accepta cruce[g] austerae observantiae, sponsum[h] secuti sunt, dignis obsequiis honorare[i]. Qua de re crudae[k] rusticitatis temeritatem ostendens, quae de beato cognovi Illidio[l] illo quo possum[m] proferam stilo.

(1.) Sanctus[n] igitur Illidius[1] cum perfectae vitae sanctitate polleret ac diversarum in se gratiarum carismata, largiente Domino, congessisset, illud quod adhuc sanctitatis[o] culmini deerat, Deo inspirante ac populo elegente, promeruit, ut[p] sacerdos Arvernae[q] eclesiae et dominicarum ovium pastor elegeretur. Cuius sanctitatis fama dum per diversos[r] gratiarum evehitur ascensus, non solum ipsos[s] Arverni terreturii terminos, verum etiam vicinarum urbium fines adivit[t]. Unde factum est, ut haec gloria Treverici imperatoris[2] aures attingeret, cuius filia cum ab spiritu inmundo correpta[u] graviter vexaretur, et non inveniretur a quo possit erui, beatum Illidium fama detexit. Et dicto citius ab imperatore directi pueri, sanctum senem in antedicta[v] repertum urbe potestati regiae celeriter[w] repraesentant[x]. At ille, venerabiliter exceptum, de exitu[y] infelicis conquiritur filiae. Ille vero confisus in Domino, in oratione prosternitur, noctemque[z] cum sacris hymnis canticisque spiritalibus ductam[a], inmissis in os puellae digitis, nequam spiritum a corpore abegit obsessae[b, 3]. Quod miraculum imperator cernens, inmensos auri argentique cumulos sancto[c] offert sacerdoti. Quod ille exsecrans ac refutans, hoc obtenuit, ut Arverna civitas quae tributa in specie triticea ac vinaria dependebat in auro dissolveret[d], quia cum gravi labore poenu[e] inferebantur imperiali. Sanctus vero, ut aiunt, impleto vitae praesentis[f] tempore, in ipso iteneris curriculo migravit ad Christum, a suisque delatus, in urbe sua sepultus est[4].

(2.) Et forsitan, ut plerumque murmurare[g] homines soliti sunt, quispiam garrulatur[h], dicens: 'Non potest hic habere[i] inter sanctos pro unius tantum operatione miraculi'. Nam, si perpenditur illud quod Dominus ait in euangelio: *Multi*[k], [inquit], *dicunt*[l] Matth. 7, 22. 23.
mihi in illa die: 'Domine, Domine, nonne in nomine[m] *tuo daemonia eiecimus virtutesque*[n] *multas fecimus?' Et respondebo eis, dicens*[o], *quia non novi vos*[p], profecto intellegit[q], quia magis proficit ad laudem virtus egressa de tumulo, quam ea quae quis-

Cap. II. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. .

Cap. II. a) quia ea 1*a*. *b*; quia 2. 3. b) nequ:eo 1*a*; neque 1*b* *(corr.)*. 2. c) Daviticа 2, *corr.* d) cautiones 4. e) passionis 4. f) virtus 1*a*. g) *in marg. add.* 4. h) *om.* 3. i) honorate 1*b*, *corr. m. al.* k) rudem *pro* c. 4. l) Ilidio *semper* 3. m) possim 2. n) Sc̄ī 1*b*, *corr. m. al.* o) sc̄itati culmen 4. p) aut, *ras.* a 2. q) Arvenae 2. r) deversas 2, *corr.* s) ipsa 3. t) implevit 4. u) correpto 1*b*, *corr. m. al.* v) antedictam r. urbem 3. w) *suppl.* 4. x) representent 2, *corr.* y) exit 1*b*, *corr. m. al.* z) *sic* 1*a*. *b*. 2. a) *sic* 1*a*. *b*. b) obsesso 4. c) *om.* 4. d) dissolvebat 1*b*; desolv. 4. e) poenui (3). f) p̄senti 2. g) homines m. homines 3; murmurari 4. h) gratulatur 2. i) haberi (2); hic locum h. 3. k) M. m. d. 1*a*. *b*. 2. 3. l) dicent 2; dicant *corr.* dicent 3. m) t. n. 1*a*. *b*. n) et virtutes 4. o) *m. al. superscr.* 1*b*. p) eos 1*a*, *corr.* q) intelleget 2.

1) *De S. Illidio quarto Arvernorum episcopo Greg. H. Fr. I,* 45, *ex hac ipsa Vita pauca conscripsit:* quod in libro illo, quem de eius vita conscripsimus, memoravimus. *Colitur die* 5. *Iun. Altera quam Bollandiani ediderunt Vita auctoritate nulla pollet; cf. AA. SS.* 5. *Iun. I, p.* 427; *Tillemont, 'Mémoires' VIII, p.* 424. 2) *Est Maximus (a.* 383—388*), de quo Severus complura scripsit.* 3) *Quae puella in titulo, quem Ruinart protulit, die* 16. *Kal. Apr. apud Arvernos sepulta esse dicitur. Sed inscriptionis antiquitas in dubium vocanda est.* 4) *Obiit a. aut* 384. *aut* 385, *cum tempore synodi Treverensis a.* 385. *iam Nepotianus episcopus fuisse videatur; cf. H. Fr. I,* 46. *Colitur die* 5. *Iunii; sepultus in ecclesia, quae ex ipso Saint-Allyre vocata, a.* 1796. *destructa est; cf. Longnon p.* 487.

quam vivens gessit in mundo; quia illa labem habere potuerunt per assidua[a] mundanae occupationis impedimenta, haec vero omnem[b] labem ad[c] liquidum caruerunt. Ergo quia illa, ut credimus, quae sanctus Illidius ante hoc tempus operatus est, oblivioni data sunt[d] nec ad nostram notitiam pervenerunt, ea quae propriis inspeximus oculis expertique sumus[e], vel quae a fidelibus agnita cognovimus, declaramus. Tempore, quo Gallus episcopus[1] Arvernam regebat eclesiam, horum scriptor in adolescentia degens graviter aegrotabat, et ab eo plerumque dilectione unica visitabatur, eo quod patruus eius esset; erat enim[f] valitudo cum nimia stomachi pituita ac febre valida. Interea advenit parvulo desiderium, et, credo, inspirante Deo, ut ad beati[g] Illidii basilicam deportaretur; inlatusque manibus puerorum ad[h] eius tumulum, fusa oratione cum lacrimis, leviorem se sensit esse quam venerat. Reversusque ad domum, iterum a febre corripitur. Quadam vero die cum gravius agere coepisset, eumque[i] febris asperior solito adgravaret, et utrum evaderet, dubia sub sorte iaceret, accedens genetrix eius, ait ad eum: 'Maestum[k] hodie, dulcis nate, sum habitura diem, cum[l] te talis attenet[m] febris'. Et ille: 'Nihil', inquid[n], 'prorsus, obsecro, contristeris, sed ad sepulchrum [tu[o]] me remitte beati Illidii pontificis. Credo enim, et fides mea est, quod virtus eius et tibi laetitiam et mihi tribuat[p] sospitatem'. Tunc sancti deportatus ad tumulum, orationem ad Dominum fudit, spondens prostratus[q] sponte, quod[r] si eum obtentu[s] antestitis[t] sui[u] ab[v] hoc contagio liberaret, clericum se futurum; nec prorsus moraretur, si deprecatio obteneret effectum'. Haec effatus, sensit protinus discedere febrem, vocatoque[w] puero, domui[x] se reportari[y] deposcit. Cumque in recubitu[z], ubi tunc aepulabantur, fuisset inlatus, erumpente a naribus sanguinis[a] copia, febris simul cruorque defluxit. Quod meritis beati confessoris praestitum habetur probatum. Sed et[b] nuper Venerandi comitis servus, cum in diuturna caecitate resederet, celebratis vigiliis, sanus abscessit.

(3.) De reliquiis[c] vero eius[d] haec ipse praefatus scriptor, ut actum est, propria contemplatione prospexit. Dedicaverat igitur[e] oratorium[2] infra domum eclesiasticam 573/574. urbis Toronicae[f] in primo[g] sacerdotii sui anno, in quo cum reliquorum sanctorum pignora[h] huius antestitis reliquias collocavit. Post multos vero dedicationis dies admonitus[i] est ab[k] abbate, ut reliquias, quas in altari[l] ipso locaverat[m], visitaret, ne ab humore novi[n] aedificii umectatae[o], aliquid in his putredinis insederet[p]. Quas cum requirens repperisset infectas, ablatas ex[q] altari contra ignem siccare coepit. Verum ubi ligaturas illas singillatim conposuit, ventum est ad reliquias[r] beati Illidii episcopi. Denique tenens[s] easdem contra ignem, filum[t] quo[u] ligatae erant, quia[v] erat valde prolixum[w], super ardentes decidit[x] prunas et tamquam aeneum aut ferreum ab ardore ignis incanduit. Illo quoque parvi pendente, quid filum[y] fieret, tantum[z] sanctae reli-

Cap. II. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. II. a) residua 4. b) omni:::labe 3; omni labe 4. c) aliquando c. 4. d) *om.* 4. e) su 1*b*, *corr. m. al.* f) ei in *m. al. pro* e. *scr.* 3. g) beate 1*b*. h) e. ad 2. i) et eum 4. k) Maestā 2, *corr.* l) c. te t. *om.* 4. m) adveniet 4. n) p. o. i. 2. o) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. p) tribu:: 1*a*, *corr. m. al.*; tribuet 1*b*. 2. q) p. s. *om.* 4. r) *om.* 2. s) optentu:, *ras.* s 2. t) *sic* 1*b*; antistis 3. u) dn̄s *add.* 2. v) ob 1*a*. w) quoque *add.*, *sed del.* 2. x) domu 1*b*. y) deport. 1*b*; portari 4. z) recubitum 4. a) sanguis 1*b*, *corr. m. al.* b) ei? 2, *corr.* c) reliquis 1*b*, *corr. m. al.* d) illius? 1*a*, *corr. m. al.* e) vero 2. f) *sic* 1*b*; Tur. *rell.* g) primis 1*b*, *corr. m. al.* h) pignoribus 1*b*; pigneribus 4. i) admonitum 4. k) *m. al. superscr.* 1*b*; est abbati 4. l) altare 3; altario *semper* 4. m) collocaverat 3. n) *om.* 4. o) umectare 1*b*. p) resideret 2. q) ab 2. r) b. I. e. r. 4. s) retinens 4. t) fil:um 1*b*, *ut infra*. u) quod, *ras.* d 1*b*. v) quod 4. w) prolix:um 1*a*. x) deiecit, *in marg. m. al. corr.* decidit 4. y) q. de filo 4. z) ne *add.* 4.

1) *A.* 525—551; *cf. infra c. VI.* 2) *Cf. Gl. Conf. c.* 20: De oratorio autem nostro, in quo reliquiae sancti Saturnini martyris ac Martini antistitis cum Illidio confessore vel reliquorum sanctorum collocatae sunt; *v. Longnon p.* 258.

quiae siccarentur[a], aestimans autem, cum iam in favilla[b] fuisse resolutum[c], dehinc sequitur et filum inlaesum. Haec videns attonitus, valde beati antistitis virtutem admiratur. Qui non sine grandi metu unde haec abstulerat referens, gloriam eius omnibus revelavit. Filum autem illud erat ex lana.

(4.) Puer erat parvulus quasi mensium decem, qui, ut res[d] veritatis edocuit, ipsius beati[e] abnepos habebatur, gravissime incommodi accensu afficiebatur. Flebat autem illa genitrix non minus obitum parvuli, quam illud quod non fuerat adhuc denuo[f] delibutus baptismatis sacramentis. Denique, consilio habito, beati confessoris adiit tumulum, exponit in pavimento aegrotum, qui nihil aliter quam solo spiritu palpitabat, atque in vigiliis obsecrationibusque coram sepulchro antistitis excubat. Cumque plausum ales ille lucis nuntius[1], repercussis alis, altius protulisset, puer, qui valde exanimis proiectus fuerat, convaluit; et gaudia cordis risu praecedente patefaciens, aperto divinitus ore, evocat matrem, dicens: 'Accede huc'. At illa cum tremore et gaudio accedens, quae numquam adhuc filii vocem audierat, stupens: 'Quid vis', inquit, 'dulcissime nate?' Qui ait: 'Curre quantotius atque aquarum mihi pocula defer'. At illa persistens immobilis usque ad adventum lucis in oratione, gratias agens sancto[g] antistiti sobolemque devovens, abscesssit ad domum; porrectaque aqua, hausit infans, atque ab omni infirmitatis nexu absolutus, ad plenum convaluit. Deinde ad pristinos infantiae vagitus rediens, loqui ultra non potuit, nisi cum ad illam aetatis seriem, in qua infantium lingua ad loquendum laxari solet, educatus accessit. Sed nec illud silere arbitror, quod quodam tempore, quo clibanus ad coquendas basilicae ipsius calces succenderetur, actum est. Iugum[2] igitur[h], quod os fornacis validissime confirmabat, dormientibus cum ipso loci abbate qui aderant, est effractum. Quo facto, astitit presbitero repente per visum quasi sacerdos, dicens: 'Festina velociter et excita dormientes, ne eos futurae ruinae casus anticipet. Iam enim paratum est iugum, quod totam molem lapidum sustinet, cum ipso igne corruere'. Ille vero expergefactus, amotis ab ore fornacis omnibus, cecidit ab utraque parte acervus lapidum aggregatus, nullum de astantibus laedens. Quod non sine antistitis intercessione praestitum reor. Tunc presbiter memoratus, oratione facta ad sepulchrum sancti, reparatis iugis lapidibusque relatis, in clibano opus coeptum, antistite opitulante, peregit. Huius confessoris beatum corpus ab antiquis in cripta sepultum fuit, sed quia artum erat aedificium ac difficilem habebat ingressum, sanctus Avitus pontifex urbis, constructa in circuitu miro opere absida, beatos inquisivit artus repperitque in capsa tabulis formata ligneis. Quos[i] assumens, involvit dignis linteis et iuxta morem sarcofago clausit; oppletamque[k] criptam altius collocavit. In hoc loco et meritis et nomine Iustus[3] requiescit, qui fuisse[l] huius gloriosi pontificis[m] fertur archidiaconus.

(5.) Multa quidem et alia de hoc sancto miracula sunt[n] relata, quae scribere

Cap. II. l. 1. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *l.* 2—35. 4. *l.* 35—37. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. II. a) laederentur, *om.* aest. — resolutum 4; existimans 3. b) favillam (3). c) *quae sequuntur ad finem c.* 4. et nomine Iustus requiescit *in solo cod.* 4 *exstant, unde Bollandiani ea ediderunt. Ruinart neglegentia complura praetermisit. Lacunam saec. XII. corrector, verbis* qui — pontificis, *l.* 35, *deletis, ita supplevit:* reperit indiruptum et integrum remansisse 2; *m. al. verba:* illesum ab igne est repertum *inseruit* 3. d) *malim* rei veritas. e) *sic corr. Boll.;* basilieae 4. f) *sic* 4; divino *edd.* g) *in litura prima m. scr.* 4. h) :igitur, *ras.* c 4. i) Quos — linteis *om. Boll. Ruin.* k) o. — coll. *om. Ruin.* l) fuisset 1*a*. *b*. 2. 3. m) ligamentum *add.* 3; f. a. *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. n) *om.* 4.

1) *Est gallus.* 2) *Intelligo vectem nonnihil lunatum instar iugi. BOLL.* 3) *Cf. H. Fr. I,* 45: Habuit autem et archidiaconum nomine et merito Iustum; qui et cursum vitae bonis consumans operibus, magistri tumulo sociatur. *Cf. Savaro, ed. Paris.* 1662, *p.* 350.

longum putavi, hoc[a] aestimans fidei perfectae[b] sufficere, quae dicta sunt, quia cui pauca non sufficiunt plura non proderunt. Nam ad[c] hoc[d] tumulum caeci inluminantur, daemones[e] effugantur, surdi auditum[f] et clodi[g] recipiunt gressum, praestante domino nostro[h] Iesu Christo, qui credentibus repromisit a se petita sine ambiguitate largire.

III. INCIPIT[a] DE[b] ABRAHAM[c] ABBATE.

Nulli[d] catholicorum esse occultum reor, quod Dominus ait in euangelio: *Amen* Matth. 21, 21. *dico vobis, si habueritis fidem integram et non haesitaveritis, si dixeritis huic monti:* Marc. 11, 24. *'Transfere[e] te', et transfert[f] se;* et: '*Omnia, quaecumque petieritis in nomine meo, credite, quia accipietis, et venient vobis.* Ergo non erit dubium, quod sancti obtenere[g] possint a Domino quod petierint, quia in eo fides fundamine posito[h] nullis haesitationum fluctibus vacillantur[i]. Pro qua fide non solum infra patriae terminum propriae, dum caelestem vitam agere[k] cupiunt, exules facti sunt, sed etiam transmarina ac peregrina petierunt loca, ut ei cui se devoverant plus placerent, sicut nunc beatus Abraham abba, qui post multas temptationes saeculi fines est terreturii ingressus Arverni. Qui non inmerito Abrahae illi[1] conparatur seni pro magnitudine fidei, cui quondam dixerat Deus: Gen. 12, 1. *Exi de terra tua et de cognatione tua et vade in terram, quam monstravero tibi.* Reliquit autem hic non solum terram propriam, sed etiam illam veteris hominis actionem, et induit novum hominem, qui secundum Deum formatus[m] est in iustitia, sanctitate[n] et veritate. Ideoque cum se perfectum in Dei opere cerneret, non fuit dubius in fide petere, quod per vitam sanctam confisus est obtenere, per quem opifex caeli, maris ac terrae parva[o] quidem numero, sed admiranda miracula[p] operare[q] dignatus est.

(1.) Igitur Abraham[r] iste super Eufratis[1] fluvii litus exortus est, ubi in Dei opere proficiens ad visitandos heremitas adire Aegypti[s] solitudines concupivit. Quod iter[t] dum teneret[u], a paganis[2] conprehensus et multis pro Christi[v] nomine adfectus[w] verberibus, in vincula[x] conicitur, in quibus per quinque[1] annos exulans[y], angelo solvente, laxatur. Occidentalem quoque plagam visitare cupiens, Arvernus[z] advenit, ibique ad basilicam sancti Cirici monasterium[a. 3] collocavit. Erat enim mirae virtutis, fugator daemonum[4] inluminatorque[b] caecorum, aliorum quoque morborum potentissimus medi-

Cap. II. 1*a.* 1*b.* 2. 3. 4. *Cap. III. ad l.* 21. 1*a.* 1*b.* 2. 4. *l.* 22–28. 1*a.* 1*b.* 2. 3. 4.

Cap. II. a) *sic* 1*b.* 2. 4; haec 1*a.* 3. b) profecto 4. c) ab 1*a*, *corr. m. al.* d) huius 4; tumulo 2, *corr.* e) daemonas 1*a.* f) audiunt 4. g) *sic* 1*a.* h) *om.* 4.

Cap. III. a) *om.* 1*a. b.* 2. 3. b) sancto *add.* (1*a*). c) Abraam 2. 3 *(semper)*. d) *prologum om.* 3. e) transfer:, *ras.* e 1*b.* f) transferet 2. g) retinere 4. h) posita 4. i) vacillat 4. k) c. a. 1*b.* l) illo 1*b*, *corr. m. al.* m) creatus 2. 4. n) et s. et v. 2; et s. veritatis 4. o) parvā 1*b. corr.* p) *om.* 4. q) opere 1*a*, *corr. m. al.* r) Abb[r]aham 1*a.* s) Egyti 1*b.* t) iter:, *ras.* ū 1*a.* u) *sic* 1*b.* 3. 4; tereret 1*a.* 2 *et* 4 *in marg.* v) x͞p͞o 1*b*, *corr. m. al.* w) afflictus 3. x) vinclis 2. y) exultans 1*a. b.* 2. 3. z) Arvernis (3); Arvernos 4. a) c. m̄. 3. b) que *superscr.* 4.

1) *Cf. Epitaphium Abrahae a Sidonio compositum (ed. Baret VII,* 16*):*

Natus ad Euphratem, pro Christo ergastula passus,
Et quinquennali vincula laxa fame.

2) *Sidonius l. l.:* Elapsus regi truculento Susidis orae. *Itaque a rege Persarum Abraham captus erat. Reges Iezdedjerd I, Bahram V, Iezdedjerd II. christianos persecuti sunt; cf. Theodoret. H. E. V,* 38 *(Migne, Patr. Gr. LXXXIII, p.* 1271*).* 3) *Cf. Sidon. l. l.:* Aedificas hic ipse Deo venerabile templum; *et H. Fr. II,* 21*:* Huius tempore, cum adhuc apud urbem Arvernam Victorius, cui supra meminimus, moraretur, fuit in monasterio beati Cirici urbis ipsius abbas Abraham nomine, qui fide atque operibus Abrahae illius prioris gratia refulgebat, sicut in libro vitae eius scripsimus. *Ecclesia Saint-Cirgues iam non exstat; cf. Longnon p.* 486. 4) *V. Sidon. l. l.:*

Quaque venis, lemurum se clamat cedere turba;
Daemonas ire iubes exul in exilium.

cator. Igitur cum festivitas supradictae basilicae advenisset, praepositum vocat[a], ut vasa vino plena ad reficiendum populum, qui solemnitati[b] aderat, in atrio ex more conponeret. Causatur monachus, dicens: 'Ecce episcopum cum duce[1] et civibus invitatum habes, et vix nobis supersunt quattuor vini[c] amphorae, unde omnia ista conplebis?' Et ille: 'Aperite', inquid[d], 'mihi poenum'. Quo aperto, ingressus est; et dans orationem, quasi novus Helias[e], elevatis[f] ad[g] caelum[h] manibus, infusis fletu luminibus, ait: 'Ne (cf. 3. Reg. 17, 14.) deficiat, quaeso, Domine, de hoc vasculo vinum, donec cunctis ministretur in abundantiam', et, inruente in se Spiritu sancto, ait: 'Haec dicit Dominus: Non deficiet vinum de[i] vase, sed omnibus petentibus affatim tribuetur, et abundabit'. Veruntamen ad (cf. Matth. 25, 29.) verbum et hilaritatem dispensationis illius cuncto populo in abundantia[k] ministratum est, et superfuit. Sed quia strenuitas praepositi prius mensuraverat vasculum quinquagenarium et reppererat quattuor palmorum mensuram, cernens quae acta fuerant, in crastino iterum mensurans, tantum repperit in vase, quantum in[l] eo praecedente reliquerat die. Ex hoc sancti virtus in populis[m] declarata est; in quo monasterio plenus dierum obiit[2], ibique cum honore sepultus est. Erat enim eo tempore sanctus[n] Sidonius episcopus et Victorius dux[3], qui super septem civitates[4] principatum, Euricho Gothorum rege indulgente, susceperat. Huius vero sancti epitaphium beatus Sidonius[o] scripsit, in quo aliqua de his quae locutus sum est praefatus[5]. Ad huius enim beati Abrahae sepulchrum plerumque frigoritici decubantes, medicinae caelestis praesidio sublevantur.

IV. INCIPIT[a] DE SANCTO QUINTIANO.

Omnis[b.6], qui se terrenae materiae[c] corpus ferre cognoscit, cogitare debet, ne in[d] his devolvatur, quae terrena et carnis huius amica esse noscuntur, quia iuxta apostolum Paulum manifesta sunt opera carnis, plena inmunditiae[e] et iniquitate, pollutumque et (Gal. 5, 19.) fetidum hominem, qui[f] ea sectatus fuerit, reddunt atque ad extremum fletibus[g] deputant sempiternis. Fructus autem spiritus est omne quod in Deo pollet[h] ac nitet, quod in hoc saeculo, mortificata[i] carne, animam exultare[k] facit, in futuro autem gaudiis donat aeternis. Unde nos, qui nunc sumus in corpore positi[7], aspicere debemus, quae operatus est Deus in sanctis suis, in quibus tamquam in splendidum[l] candidumque ac levigatum meritis tabernaculum diversisque virtutum floribus adornatum[m] resedens,

Capp. III. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *Cap. IV.* 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. III. a) vocavit 3. b) sollempnitate aderant 3. c) a. v. 4. d) m. i. 1*a*. *b*. 2. e) Aelias 3. f) et levatis 1*b*. g) in 2. h) oculis *add.*, *sed del.* 2. i) *m. al. superscr.* 1*b*. k) abundantiam 4. l) in eo *superscr.* 2. m) populo 2, *corr.* n) scr̄ 1*a*. o) Sinonius 1*b*.

Cap. IV. a) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3; De s. Q. episcopo *m. al. suppl.* 2. b) *prologum om.* 3. c) matriae 1*b*. d) de 1*b*, *corr. m. al.* e) e *eras.* 2; immunditia 4. f) q̊:, *ras.* a 1*a*. g) fetibus 1*a*. h) placet 1*a*, *corr.* i) morticata 1*a*, *corr. m. al.*; mortificat carnem 4. k) exaltare 1*b*. l) splendido candidoque ac levigato m. tabernaculo 4. m) adornato 4.

1) *Victorio scil.* 2) *Antequam Victorius mortuus esset, qui ante Euricum (a.* 485*) decessisse videtur. Colitur die* 15. *Iunii. S. Abraham corpus a.* 1804. *inventum esse, Delarbre, 'Notice sur l'ancien royaume des Auvergnats' p.* 184, *retulit.* 3) *Cf. Sidon. l. l.:* Celeriter iniunctis obsecundabo, cum tua tractus auctoritate, tum principaliter amplissimi viri Victorii comitis devotione praeventus, quem iure saeculari patronum, iure ecclesiastico filium excolo ut cliens, ut pater diligo. 4) *Cf. H. Fr. II,* 20*:* Eoricus autem Gothorum rex Victorium ducem super septem civitatis praeposuit anno quarto decimo regni sui; *v. supra Gl. Mart. c.* 44. 5) *Itaque Gregorius ipse confitetur, Sidonii epitaphio se usum esse.* 6) *Cf. Sall. Cat.* 1*:* Omnes homines, qui sese student praestare ceteris animalibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transeant veluti pecora, quae natura prona atque ventri oboedientia finxit; *Kurth, 'Saint Grégoire de Tours' ('Revue des questions historiques'* 1878, *Oct., p.* 592*).* 7) *Cf.* 2. *Cor.* 5, 6*:* dum sumus in hoc corpore; *Hebr.* 13, 3*:* in corpore morantes.

extensa dexterae maiestate, dignatus est per[a] eos miseratione propria perficere quae petissent, sicut nunc per beatum Quintianum, de quo[b] sermo futurus est, mentis nobilis generositate fulgidum iustitiae opus plerumque conplevit. Ergo non nos more pecorum[1] carnis sectatio ad terrena submergat ac depremat, sed potius sanctorum exemplis inlecti, prudenter intellegentes quae Dei sunt, spiritalis nos opera ad caelestia ac sempiterna sustollat; neque in nobis mens ab inpudicis actionibus victa luxoriet[c], sed aeternitatis pro meritis vindicans solium victrix[d] sapientia regnet.

(1.) Igitur[e] beatissimus Quintianus Afer[f] natione et, ut quidam ferunt, nepus Fausti episcopi[2], qui genetricem suam suscitasse perhibetur, sanctitate praeditus, virtutum dote fulgidus, caritatis igniculo fervidus[g], castitatis flore praecipuus, ad episcopatum Rutenae[h] eclesiae elegitur, expetitur, ordinatur[3]. In quo episcopatu ampliatis adhuc virtutibus, cum in Dei semper operibus[i] cresceret, auctam beati Amanti[k] antestitis basilicam[l, 4], sanctum corpus in antea transtulit; sed non fuit sancto acceptabile hoc opus. Unde factum est, ut per visum apparens diceret ei: 'Quia ausu temerario artus in pace quiescentes visus es amovisse, ecce ego removeam[m] te ab hac urbe, et eris exul in regione altera; verumtamen non privaberis ab honore quo frueris'. Non[5] post multum vero tempus, orto inter cives[n] et episcopum scandalo, Gothos[o], qui tunc[p] in antedictam[q] urbem morabantur, suspicio attigit[6], quod se vellit[r] episcopus Francorum ditionibus subdere, consilioque accepto, cogitaverunt eum perfodere gladio. Quod cum viro[s] sancto nuntiatum[t] fuisset, de nocte consurgens, cum fidelissimis ministris suis ab urbe illa egrediens, Arvernus[u] advenit. Ibique a sancto Eufrasio episcopo, qui Abrunculo[v] quondam antestiti[w, 7] successerat, receptus[x] est, largitisque ei tam domibus quam agris et vineis, vel ille vel qui Lugdunensi urbi praeerat summa eum diligentia excolebant. Erat enim iam senex et verus Dei cultor. Decedente autem[y] ab hoc mundo sancto Eufrasio[8], Apollinaris[z], tribus mensibus[9] sacerdotio subministrato[a], migravit. Cum[10]

Cap. IV. ad l. 7. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *l.* 8—25. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. IV. a) est caeteros m. 4. b) nunc *add.* 2. c) luxoret 1*a*, *corr. m. al.* d) victurix 1*b*, *corr.* e) Beat. autem 3. f) Affer 3. g) fulgidus *in marg. corr.* fervidus 2. h) Rutaenae 3. i) opibus 2. k) Amandi 2. 4. l) *m. al. in marg. suppl.* 1*a*. m) amoveam 2; removebo 3. n) :::cives 1*a*. o) Gotos 3. p) t. in *om.* 3. q) antedicta urbe 2. 4. r) velit 3. 4. s) vero 1*a*. t) nunc natum 1*b*, *corr.* u) Arvennus 1*b*; Arvernos 4. v) Aprunculo 1*a*. *b*. 2. 3. w) antisti 2, *corr.*; antistis 3, *corr.* x) r. est *om.* 4. y) *om.* 3. z) Appollon. 2, *corr.*; Appollin. 3. a) ministrato 4.

1) *Cf. p.* 673, *n.* 6. 2) *Quis fuerit, non constat. Faustus Praesidiensis in V. S. Fulgentii, Buronitanus episcopus a Victore Vitensi l. l. I,* 38 *(ed. Petschenig) laudatur.* 3) *Quintianus episcopus Rutenae civitatis a.* 506. *conc. Agathensi, a.* 511. *Aurelianensi I. subscripsit.* 4) *Est ecclesia abbatialis Saint-Amans; cf. Longnon p.* 520. *De translatione v. V. S. Amantii c.* 11: Nondum quoque multorum emensa temporum, orbe completo, redierant curricula, cum sanctus Quintianus episcopus ante sacrosancta altaria capacem tumuli locum elegit, ubi ipsum miro opere et laudabili arte collocavit. 5) *Verba quae sequuntur ad* agris et vineis *in H. Fr. II,* 36. *repetita sunt:* Reliqua vero de sancto Quintiano, tam insidiae quas pertulit quam illa quae per eum Dominus operare dignatus est, scripta sunt in libro vitae eius. 6) Exprobrantibus civibus *add. H. Fr. l. l.* 7) Divionensi *pro* antistiti *Hr. Fr. l. l. Cf. H. Fr. II,* 23: Quo ad eum perlato nuntio, nocte a castro Divionensi per murum demissus, Arvernus advenit. *Eufrasius a.* 491. *Abrunculo successerat.* 8) *A.* 515. *ex. obiit; cf. H. Fr. III,* 2. 9) *Cf. H. Fr. III,* 2: Qui abiens, ablatis multis muneribus, in episcopatu successit; quod quattuor abutens minsebus, migravit a saeculo. *Mortuus est a.* 516. *in.* 10) Cum — eiectus est *Gregorius H. Fr. III,* 2 *repetivit et haec subiecit:* Reliqua vero quae gessit, tam vertutes quam tempus migrationes eius, scripta sunt in libro quem de eius vita conposuimus.

autem haec Theodorico[a] regi nuntiata fuissent, iussit inibi[b] sanctum Quintianum con- 516
stitui et omnem ei potestatem tradi eclesiae, dicens: 'Hic ob nostri amoris zelo[c] ab urbe sua eiectus est'. Denique cum sanctus Quintianus in antedicta urbe potiretur episcopatum[d], Proculus quidam ex aerario presbiter ordinatus, multas ei iniurias intulit, omnemque potestatem illi de rebus eclesiae auferens, vix ei cotidianum et satis tenuem victum ministrare[e] praecepit; sed per eius orationem a civibus correptus[f] prudentioribus, restituta omni potestate, se[g] ab eius removit insidiis. Antedictus tamen sacerdos non inmemor iniuriae, sicut quondam[h] Paulus apostolus de Alexandro[i], ita et hic de Proculo decantabat, dicens: 'Proculus aerarius multa mala mihi fecit, reddat[k] illi Dominus secun- [i] 2 Tim. 4, 14
dum opera sua'. Quod in posterum ei evenisse manifestum est.

(2.) Erat enim vir beatus in oratione assiduus et in tantum amator populi sui, ut, adveniente Theodorico[l. 1] ac vallante cum exercitu urbem, sanctus Dei muros eius per noctem psallendo circuiret; et, ut regioni vel populo Dominus velociter succurrere dignaretur, adflictus in ieiuniis atque vigiliis instanter[m] orabat. Porro Theodoricus rex cum cogitaret etiam[n] muros urbis evertere, mollivit eum misericordia[o] Domini et oratio sacerdotis sui, quem in exilium retrudere cogitabat. Nam nocte pavore perterritus, de stratu suo exilit[p] ac solus per viam publicam fugire nititur. Perdiderat enim sensum, nesciens, quid ageret. Quod animadvertentes[q] sui eumque retenere conantes, vix potuerunt, cohortantes[r], ut se signo salutare muniret. Tunc Hilpingus[s] dux eius accedens propius ad regem, ait: 'Audi, gloriosissime rex, consilium parvitatis meae. Ecce muri civitatis istius fortissimi sunt, eamque propugnacula ingentia vallant. Quod ut plenius magnificentia vestra cognoscat, de sanctis, quorum basilicae muros [illius[t]] urbis ambiunt, haec loquor; sed et[u] antestis loci illius[v] magnus apud Deum[w] habetur. Noli facere quod cogitas; noli episcopo iniuriam inferre aut urbem evertere'. Cuius consilium rex clementer accipiens, praeceptum posuit, ne ullus ab octavo urbis miliario laederetur. Quod obtentu sacerdotis praestitum nullus ambigat. Tunc et Proculus ille presbiter, inruptis Lovolautrensis[x. 2] castri muris, ab ingredientibus hostibus ante ipsum eclesiae altare gladiorum ictibus in frustra[y] discerptus est, reddiditque illi Dominus, sicut sacerdos cantare consueverat, secundum opera sua.

(3.) Post peractam igitur[z] stragem cladis Arvernae Hortensius[a] unus ex senatoribus comitatum urbis illius agens, quendam de parentibus sancti, id[b] est Honoratum nomine, in urbis platea nequiter reteneri[c] iussit. Quod celeriter[d] beato viro nuntiatum est. At ille per amicos suos coepit rogare, ut eum[e], data audientia, absolvi iuberet. Quod ille nullatenus praestetit. Tunc beatus senex deferri se in plateam qua ille tenebatur iubet; adlatus autem rogabat milites, ut eum dimitterent. Illi vero timentes, oboedire ausi non sunt pontifici. Et sacerdos: 'Ad domum', inquid, 'Hortensii me velociter deportate'. Erat enim senes valde et propriis pedibus abire non poterat. Deferentes

Cap. IV. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. IV. a) *sic* 1*a fere, rell. libri variant;* Teodorico 2, *corr.;* Teoderico 3; Theoderico 4. b) ibi 1*a*, *corr. m. al.* c) zelum 3. 4. d) episcopatu 1*b*. 3. 4. e) ministrari 1*a*. *b*. f) correptis 2, *corr.* g) sed, *ras.* d 1*b*. h) *om.* 4. i) Alexandero 2, *corr.* k) reddet (2). l) rege *add.* 2. 4. m) instante 1*a*. n) m. e. 4. o) misericordiā 1*b*, *corr.* p) exilivit 3. q) animadversantes 1*b*, *corr. m. al.* r) eum *add.* 3. s) Ilbengus 4. t) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. u) *om.* 1*a*; *m. al. add.* 1*b*. 3. v) istius 4. w) dnm̄ 1*b*. x) vola utrensis 1*b*; Lovolu:trensis 2. y) *sic* 2. 3. z) agitur 1*a*, *corr. m. al.* a) Ostentius 1*b*; Ortensius 3; *infra* Ostensii *et* Hostensius 1*b*; Ortensii 2. b) i. e. *eras.* 3. c) retinere 1*b*. d) n. est c. b. v. 4. e) *m. al. superscr., sed eras.* 2.

1) *Qua de re cf. H. Fr. III,* 12. *Quo anno haec Theodorici expeditio facta sit, supra dixi, De virtutibus S. Iul. c.* 13 *et* 23 *n.* 2) *Vollore prope Thiers; cf. Longnon p.* 503. *Eadem H. Fr. III,* 13. *narrata sunt.*

cf. Matth. 10, 14. autem[a] eum in domum Hortensii ministri eius, excutiens in[b] eam pulverem calciamenti sui, ait: 'Maledicta sit domus haec, et maledicti habitatores eius in sempiternum, fiatque deserta, et non sit qui inhabitet[c] in ea'. Et dicit omnis populus: 'Amen'. Et adiecit: 'Quaeso, Domine, numquam de hac generatione provehatur quisquam ad episcopale[d] sacerdotium[1], qui[e] episcopum non obaudit'. Egresso autem ex ea sacerdote, protinus omnes[f] familiae, quae in domum[g] illam erant[h], a febre corripiuntur, et parumper ingemescentes, spiritum exalabant. Quod cum iam tertia die ageretur, videns Hortensius, sibi nihil de suis servientibus reservari, timens, ne etiam et ipse pariter interiret, ad sanctum virum maestus ingreditur, proiectusque ad pedes eius, cum lacrimis[i] veniam rogat. Quam ille[k] benignissime indulgens, benedictam aquam domui transmisit[l], illaque per parietes respersa, omnis aegritudo protinus est depulsa, magnaque ibi[m] virtus apparuit. Nam et qui incurrerant sanati sunt, et qui sani[n] erant ultra non incurrerunt.

(4.) In eclesiasticis vero scripturis eruditus est habitus hic sacerdos; sed et in elymosinis magnificus fuit. Nam cum pauperem[o] quempiam clamare cerneret, aiebat: 'Succurrite, quaeso[p], succurrite et pauperi victus necessaria ministrate! Ignari enim cf. Matth. 25, 40. estis, o[q] desides, et forsitan ipse est, qui se per euangelicae lectionis seriem reficiendum in pauperibus minimis esse mandavit'.

Eiciebat autem et daemonia se confitentia. In monasterio autem Cambidobrensi[r, 2] veniens, cum inerguminum quendam repperisset atrocius debacchantem, misit presbiteros, ut ei[s] manus inponerent; sed cum eorum exorcizatione larva non fuisset expulsa, sanctus[t] Dei comminus adpropinquans[u], inmissis in os eius digitis, personam reddit[v] absolutam. Multa et alia miracula vir beatus operatus est, et oratione facta, saepius quae petisset ad[w] Dominum obtenebat. Porro in Arverno quodam[x] tempore cum magna siccitas cuncta[y] consumeret, et arentibus herbis, nulla penitus iumentis pabula remanerent, et sanctus Dei rogationes illas, quae ante ascensionem dominicam[z] aguntur, devotissime caelebraret, die tertia, cum iam portam[a] civitatis adpropinquarent, suggerunt ei, ut ipse antephonam dignaretur inponere[b], dicentes: 'Si tu, beate pontifex, devote antephonam inposueris, confidimus de sanctitate tua, quod protinus nobis Dominus pluviam dignabitur benigna[c] pietate[d] largire'. At ille prostratus super cilicium[e] suum, in ipsa platea diutissime cum fletu oravit. Exsurgens autem, antephonam quam petebant, ut virtus fuit, inposuit; verba autem eius[f] ex illa[g] Salamonicae[h] orationis edita haec erant[i]: *Si clauso caelo* 2 Paral. 6, 26. 27. *pluviae non fuerint propter peccata populi, et conversi deprecati[k] fuerint faciem tuam, exaudi, Domine, et dimitte peccata populi tui et da pluviam terrae, quam dedisti populo tuo ad possedendum.* Cumque psallere devotissime coepissent, penetravit excelsae potentiae aures humilis oratio confessoris; et ecce contenebratum est caelum ac nubibus obtectum; et priusquam portam urbis attingerent, discendit pluvia vehemens super uni-

Cap. IV. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. IV. a) *om.* 4. b) *superscr.* 2. c) habitet 3. d) episcopali 1*a*. *b*. e) quę 4. f) omnis familia 4. g) domo illa 3. 4. h) erat 4. i) lacris 1*a*, *corr. m. al.*; fletu 4. k) ipse 4. l) transmittit 4. m) v. i. 1*b*. n) sanati 1*a*. o) pauperum 2, *corr.* p) q. s. *om.* 3. q) e. hodie si forsitan 4. r) Candidobrinsi 1*a*; Canbidobrinsi 1*b*; Canbidobrensi 2; Canbridobrinsi 3; Candidobrinse 3*a*; *cf. p.* 679, *l.* 16. s) eius 3, *corr.* t) sc̄i 1*b*. u) et *add.* (3). v) reddidit 2. 4. w) a dn̄o 4. x) quondam, *ras.* n 1*b*. y) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. z) mini *m. al. superscr.* 1*a*. a) portae 4. b) inpon̄re 1*b*. c) benigne l. p. 2, *corr.* d) petite 1*b*, *corr. m. al.* e) cilium 2, *corr. m. al.* f) *om.* 4. g) illas 1*b*. h) Salom. 2. 3; Salomonica oratione, *in marg. add.* edita 4. i) erat 1*a*. k) dep̄cata 1*b*, *corr.*

1) *Vide quae de Eufrasio presbytero, qui post mortem Cautini episcopatum frustra ambivit, Greg. H. Fr. IV,* 35. *scripsit:* Sed nec illud potuit immutari, quod Dominus per os sancti Quintiani locutus est, quia: 'Non surgit de stirpe Hortinsi, qui regat ecclesiam Dei'. 2) *Quod ubi situm fuerit, non constat; cf. Longnon p.* 497.

versam terram illam, ita ut omnes mirarentur ac dicerent, ad preces haec[a] beati viri fuisse largitum[b].

(5.) Senuit autem sacerdos Dei et in[c] tantum in aetate provectus est, ut sputos[d] oris terram[e] proicere[f] non valeret, sed, adhibitum[g] labiis truclionem[h. 1], in eo salibas oris exponeret[i]. Non caligavit oculus eius, nec inmutatum est cor[k] |eius| a viis Dei; non (cf. Deut. 34, 7.) seposuit vultum pauperis nec metuit personam potentis, sed una eademque ei fuit in omnibus[l] sancta libertas, ut ita susciperet penulam pauperis, acsi veneraretur togam incliti senatoris[m]. Obiit autem perfectus in sanctitate[2] et[n] sepultus est in basilica[o] sancti Stephani[3] ad levam altaris, ad cuius nunc[p] tumulum plerumque quartanorum febris, melancolia[q] conpraessa, restinguitur[r].

V. INCIPIT[a] DE SANCTO PORTIANO[b] ABBATE.

Quanta[c] omnipotens Deus suo dicatis nomine indulgeat, quantaque[d] eisdem pro fideli servitio benignitatis ope conpenset, magna quidem se pollicetur redditurum in caelo, sed quae accepturi sunt plerumque hoc declarat in saeculo. Nam saepius[e] de servis liberos, de liberis efficit gloriosos iuxta illud psalmographi dictum: *Suscitans a terra* (Ps. 112, 7 s.) *inopem et de stercore erigens pauperem, ut collocet eum cum principibus populi sui.* De hoc et Anna, uxor[f] Helcanae[g], ait: *Saturati prius pro pane[h] se locaverunt, et familici* (1. Reg. 2, 5) *saturati sunt.* Ex hoc et ipsa Redemptoris[i] nostri genetrix virgo Maria dicebat: *Depo-* (Luc. 1, 52) *suit potentes de sede et exaltavit humiles.* Sic et ipse Dominus in euangelio ait: *Erunt* (Matth. 20, 16) *primi novissimi et novissimi primi.* Inlicet[k] ergo amore[l] suo divina misericordia corda[m] inopum, ut de parvis magnos statuat ac de infimis Unigeniti sui[n] faciat coheredes. Praefecit enim de hac mundana aegestate in caelo, quo scandere non potuit terrenum imperium; ut accedat illuc rusticus, quo accedere non meruit purpuratus. Sic nunc de beato Portiano abbate, quem non modo de onere mundani servitii eruit, verum etiam magnis virtutibus sublimavit atque post mundum[o] et praessuras saeculi in requie aeterna constituit; locavitque eum inter angelorum choros, de quibus exclusus[p] est dominus ille terrenus.

(1.) Beatissimus igitur Portianus[q. 4] ab ineunte aetate Deum quaerere caeli semper etiam inter[r] terrena servitia conabatur. Hic enim servus fertur fuisse cuiusdam barbari[5]. Idem cum[s] plerumque ad monasterium confugiret, ut[t] eum domino suo abba redderet excusatum, ad extremum fugiens[u], dominus eius de[v] vestigio sequitur et abbatem calum-

Capp. IV. 1a. 1b. 2. 3. 4. *Cap. V. ad l.* 27. 1a. 1b. 2. 4. *l.* 28—31. 1a. 1b. 2. 3. 4.

Cap. IV. a) h::c *corr.* hoc 3. b) largita 4. c) ::t 3; *om.* 4. d) sputo 3; sputum 4. e) terrae 4. f) proiceret 1a. g) hibetum 1b; adhibita *corr.* adhibiti 3. h) trudione 3. i) expueret 3. k) *m. al. add.* 1b; eius *om.* 1a. b. 2. 3. l) hominibus 1a. m) sacerdotis 4. n) perfectus *repet., sed eras.* 2. o) basal. 1b, *corr. m. al.;* basilicam 3. p) t. n. *corr.* nunc t. nunc 4. q) melanconia 3. r) Explicit. Amen. *add.* 3.

Cap. V. a) *om.* 1a. b. 2. 3. b) Porciano 3. c) *prologum om.* 3. d) quantamque — opem 4. e) de s. saepius 4. f) *om.* 1a. b. 2. g) Heclanę 1b, *corr.;* Elchanae 4. h) panibus 1b. i) Salvatoris 4. k) Licet 2; Illicit 4. l) :more 2. m) *om.* 1a. b. 2. n) ut *add.* 4. o) modum (1b). p) *sic* 4; excelsus 1a. b. 2. q) Porcianus 3. r) in 1b. s) *om.* 1b. t) et 2. 4. u) fugientem 4. v) e 4.

1) *i. e. trullionem.* 2) *Obiit a.* 525, *ut ex Vita Galli conici licet. Colitur die* 13. *Novembris.* 3) *Hanc ecclesiam construxisse dicitur S. Namatii uxor, supra H. Fr. II,* 17. *S. Quintiani in ea quiescentis meminit libellus de ecclesiis Clarom. c.* 13*; ibique etiamnunc visitur eius sepulcrum. Sed sacrum corpus inde translatum est in ecclesiam SS. Symphoriani et Genesii in urbem, ubi hodieque quiescit. R.* 4) *S. Portianus die* 24. *Nov. colitur. Vixit tempore Theodorici regis; cf. infra* §. 2. 5) *Eum Malfangum vocant nonnulli, quod effictum nomen videtur. R.*

niari coepit, reputans, quod ipse eum seduceret[a], ne[b] sibi suus famulus deserviret. Cumque de consuetudine, ut eum redderet, calumniando abbatem insisteret, dicit abba Portiano: 'Quid[c] vis, ut faciam?' Et[d] ille: 'Redde', inquid, 'me excusatum'. Cumque excusatus redditus fuisset, et dominus eius reducere eum domi[e] velit[f], ita caecatus est, ut nihil penitus possit[g] agnoscere. Cernens autem, se gravibus doloribus affici, abbatem vocat, dicens: 'Supplica, quaeso, pro me[h] Dominum et accipe hunc servum ad eius cultum; forsitan promerebor recipere[i] lumen amissum'. Tunc abba, vocatum[k] beatum, ait: 'Inpone, quaeso, manus tuas super oculos eius'. Cumque ille refutaret[l], tandem abbatis devictus[m] precibus, super oculos domini sui signum beatae[n] crucis inposuit, statimque, disrupta caligine, sedato dolore, praestinae redditus est sanitati.

At vero exin beatus Portianus[o] clericus factus, tanto[p] virtutis cumulo est praelatus, ut, decedente abbate, ipse succederet[q. 1]. Qui fertur aestivo tempore, cum ardor solis vi caloris sui cuncta consumeret et[r] etiam corpora quae robustiora potu[s] ciboque erant ab[t] aestu defatigaret, hic, ieiuniis[u] perditum omnem ab ore humorem[v], salem[w] aestuans ruminabat, ex quo, iterum adsumptum[x] liquorem, arentes[y] gengivas parumper inficeret. Quae res quamquam palatum aridum umectaret, tamen maiorem[z] tormentum, addita[a] corporis[b] site, praestabat. Sal enim, ut nulli occulitur, magis ardorem sitis concitat[c] quam extinguat, sed huic[d], tribuente Domino, arcebatur ab eo.

(2.) His diebus Theodoricus ingressus Arvernum terminum, omnia exterminabat[e], cuncta devastabat[f. 2]. Cumque in Arthonensis[g. 3] vici prata[h] castra metasset, antedictus senex ad occursum eius properat, quasi pro populo rogaturus. Ingressusque castra mane, rege[i] adhuc in tentoriis dormiente, Sigivaldi[k. 4] papilionem, qui tunc primus cum[l] eo habebatur, adgressus est; et dum de hac captivitate conqueritur, Sigivaldus, ut, ablutis aqua manibus, merum dignaretur accipere[m], deprecatur, dicens: 'Magnum mihi hodie[n] gaudium commodumque divina pietas praestat, si infra tentorii mei septa, facta oratione, potum dignaris accipere'. Audierat enim famam sanctitatis eius, idcirco et honorem ei pro Dei reverentia inpendebat. Quod ille diversis modis excusans, adserebat, hoc non posse fieri, quia, inquid, nec hora[o] debita esset, nec regi dignum praebuisset occursum et, quod his omnibus potius erat[p], necdum adhuc Domino psalmorum[q] decantationem debitam exsolvisset. Sed, his sepositis[r], vi eum conpulit, adlatumque vasculum quo potio tenebatur, rogat, ut[s] eum[t] sanctus, inposita prius manu, sanctificaret. Qui elevata dextera cum signum crucis inposuisset, vasculum scinditur medium, ac vinum quod infra tenebatur cum inmenso serpente terrae diffunditur[u]. Quod cernentes qui aderant, metu exterriti, ad pedes beati viri decidunt, lambunt vestigia, osculantur et

Cap. V. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. V. a) & *add.*, *sed del.* 1*b*. b) ne:, *ras.* c 1*b*. c) qi 1*a*, *corr. m. al.* d) At 4. e) domum 3. 4. f) vellet 2. 4. g) posset 2. 4. h) ad *add.* 1*b*. i) accipere 4. k) vocato beato Portiano ait 4. l) refugeret 4. m) devictis 2, *corr.*; p. d. 4. n) c. b. 2. o) Post. 1*b*. p) tantum 4. q) ::s (*corr.* eius) loco *add.* 3. r) *om.* 4. s) cybo potuque 2. t) ab — salem *om.* 3. u) ieiunus perdito omni 4. v) humore 4. w) sale 1*b*. x) assumpto liquore 4. y) arentis 1*b*. z) maioris 1*b*; maiora tormenta 4. a) abdita 1*a*, *corr.* b) corpori siti 2; sita *corr.* sitī 3. c) conci::at 1*a*, *corr.* d) hic 1*a*. 3. e) exterminans 3. f) devastat 1*b*, *corr. m. al.*; devastans 2. g) Arton. 1*b*. 3. h) *om.* 2; pratis (3). i) a. r. 4. k) Sigiuualdi, *ut infra* 2. 4; Sigibaldi 3, *corr.* l) ab 4. m) et *add.*, *sed del.* 1*b*. n) g. h. 2. o) ora *m. al. superscr.* 1*b*. p) esset 2. q) d. p. dec. 4; decantatione 3. r) epositis 1*b*, *corr. m. al.*; positis 3. s) *m. al.*, *ante* inpos. *suppl.* 2. t) illud 4. u) defund. 2.

1) *Monasterium a S. Portiano nomen accepit, unde postea oppidum Saint-Pourçain (arr. Gannat) originem traxit; cf. Longnon p.* 511. 2) *V. supra V. Patr. IV,* 2 *n.* 3) *Artonne (Puy-de-Dôme, arr. Riom, cant. d'Aigueperse); cf. Longnon p.* 490. 4) *De Sigivaldo v. De virtutibus S. Iul.* 13. 14.

plantas; mirantur omnes virtutem senis, mirantur et se ab iniqui[a] anguis[b] virus divinitus fuisse salvatos. Ad istud miraculum[c] concurrit omnis exercitus, vallat multitudo omnis beatum virum, cupiens eius fimbrias [vel[d]] manu tangere, etsi[e] osculo honorare[f] non potuit[g]. Exilit[h] et rex de stratu suo, accurrit[i] ad beati confessoris adventum, illoque tacente, cunctos quos repetebat captivos absolvit et[k] reliquos deinceps, ut voluit, sic[l] recepit. Duplex ibi beneficium, Domino cooperante, largitus, et illos a morte eruit et hos a iugo captivitatis exemit. Vere, ut ego credo, et fides mea[m] est, quia constat, ab hoc periculo salvatos quasi suscitatos a mortuis.

(3.) Nec hoc praeterire volui, quod eum diabolus diversis machinis[n] conatus inludere, cum videret se nihil ei posse[o] nocere, visibilibus illum proeliis est adgressus. Nam nocte quadam, dum[p] se sopori dedisset, subito expergefactus, vidit cellulam suam quasi incendio concremari; exsurgensque perterritus[q], ostium petiit. Quem[r] cum reserare nequiret, in oratione prosternitur, ac signum salutare coram se et circa[s] se faciens, protinus phantasia[t] flammarum quae apparuerat[u] evanuit, cognovitque[v], haec[w] diaboli fuisse fallatiam[x]. Idque statim revelatum est beato Protasio[y], qui tunc apud Cambidobrensim[z] monasterium[1] habebatur reclausus[a]. Qui cum summa festinatione monachum ex cellula[b] sua ad fratrem dirigens, hortatus est, dicens: 'Oportet te, dilectissime frater, insidiis diaboli resistere viriliter et nihil de illius dolositate pavescere, sed omnia quae intulerit oratione assidua ac signum[c] crucis econtra obpositum evincere, quia talibus semper temptationibus servos Dei nititur expugnare'. Senuit autem vir beatus, et impleto boni operis cursu[d], migravit ad Dominum, cuius nunc tumulum saepius divinis glorificatur virtutibus. Haec tantum de sancto viro cognovimus, non diiudicantes alios qui maiora de eo cognoverunt, si voluerint[e] aliqua in eius laude conscribere.

VI. INCIPIT[a] DE SANCTO GALLO EPISCOPO[b].

Nobilitatis[c] mundanae fastigium semper inhiat cupiditatibus, gaudet honoribus, inflatur occursibus, litibus forum pulsat, rapinis pascitur, calumniis delectatur, rubiginosi[2] auri talenta desiderat, et dum parva possedere videtur, ut adglomeret[d] plurima, magis accenditur, ingeritque ei congeries auri sitim ardua[e] possedendi, sicut Prudentius ait[3]:

Auri namque famis parto fit[f] maior ab auro.

Unde fit, ut, dum gaudet pompis saeculi et vanis honoribus oblectari, nihil ei de mansuris dignitatibus in memoriam revocetur; nec respicit ad ea quae non videntur, dummodo illa qua[g] satiari[h] animum putat inoportune[i] possedeat. Sed sunt qui se de his nexibus, tamquam avis de muscipulis evolantes et ad altiora tendentes, mentis[k] ala-

Cap. V. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *Cap. VI.* 1*a*. *b*. 2. 4.

Cap. V. a) iniqui:, *ras.* s? 3. b) id est (serpentis *m. al.*?) *add.* 3; viro 4. c) spectaculum 4. d) *om.* 1*a* *b*. 2. 3. e) qui eum 3. f) honorari 2. g) poterat 3. h) *sic* 2 (*ubi* et *superscr.*). 4; Et rex exilit 1*a*; Exillit rex et 1*b*; Continuo rex exiliens 3. i) occurrit 4. k) a. a vinculis ac plures r. 3. l) r. s. 2, *corr.* m) mea (*corr. m. al.* meā), *om.* est 1*a*. n) est *add.* 3. o) possit 1*a*; n. p. 3. p) cum 4. q) opert., *expunct.* o 1*b*. r) quod 1*b*. 3. 4. s) circum 1*a*. *b*. 2. t) phantasia:, *ras.* m 2. u) apparebant 4. v) cognovit denique 3. w) *om.* 4. x) fallatia 3. y) Protassio 1*b*. z) Camp. 1*b*, *corr.*; Cambidobrense 4; *cf. supra p.* 676, *l.* 18. a) reclausum 1*a*, *corr.* b) cella 2. c) signo — opposito 4. d) cursum 1*b*. e) voluerit 1*b*, *corr.*

Cap. VI. a) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. b) *om.* 1*a*. *b*. 2. c) *prologum om.* 3. d) adglo:::meret 2. e) arduam (1*b*). f) *sic* 4; parturit 1*a*. *b*. 2. g) quae 4. h) satiare 4. i) inportune 2. k) mentes 4.

1) *V. supra IV*, 4. 2) *Cf. Sidon. Ep.* 5, 11: Rubiginosi aura marsupii. 3) *Hamartigenia v.* 257. *Idem versus Gl. Conf. c.* 110. *laudatus est, ubi* conquiritur *pro* fit maior ab *legitur.*

crioris ingenio[a] absolverunt, ac relictis exosisque terrenis[b] facultatibus, totis[c] se viribus ad illa quae sunt caelestia aptaverunt, sicut sanctus Gallus incola Arvernae urbis, quem a Dei cultu abstrahere non potuit nec splendor generis nec celsitudo senatorii ordinis nec opolentia facultatis; quem separare[d] a Dei amore non potuit non[e] dilectio patris, non matris blanditiae, non amor nutricum, non obsecundatio baiolarum[f]; sed his omnibus pro nihilo deductis et tamquam stercus exosis, Dei se[g] dilectioni, Dei se officio vovens, monasteriali se districtione subegit. Sciebat enim, iuvenilis fervoris flammas non aliter posse devincere[h], nisi censurae canonicae et disciplinae severissimae subderetur. Sciebat enim, se ab humilitate saeculi ad altiora sublevaturum et per patientiam tolerationis ad illam excelsi[i] apicis gloriam evecturum. Quod postea probavit eventus.

(1.) Sanctus denique Gallus ab adolescentia sua devotus Deo[k] esse coepit, diligensque ex tota anima Dominum, et[l] ea quae Deo dilecta esse noverat dilegebat. Pater eius Georgius nomine[1], mater vero Leucadia[m, 2] ab stirpe Vetti[n] Epagati discendens, quem Lugduno[o] passum Eusebi testatur historia[3]. Qui ita de primoribus senatoribus fuerunt, ut[p] in Galliis nihil inveniatur esse[q] generosius atque nobilius. Cumque ei pater cuiusdam senatoris filiam quaerere velit[r], ille, adsumpto[s] secum uno puerulo, monasterium Crononensim[t, 4] expetiit[5], sexto situm ab Arverna[u] urbe miliario, suppliciter abbatem exorans, ut ei comam capitis tondere dignaretur. At ille videns prudentiam atque elegantiam[v] pueri, nomen inquaerit[w], interrogat genus et patriam. Ille vero Gallum se vocitare[x] pronuntiat, civem Arvernum, Georgi filium senatoris. Quem abba ut cognovit de prima progenie esse progenitum, ait: 'Bene[y] desideras, fili, sed primum oportet haec in patris tui deferri[z] notitiam; et si hoc ille voluerit, faciam quae deposcis'. Denique abba[a] pro hac causa nuntios mittit ad patrem, interrogantes[b], quid de puero observari iuberet. At ille parumper[c] contristatus, ait: 'Primogenitus', inquid[d], 'erat mihi, et ideo eum volui coniugio copulari[e]; sed si eum Dominus ad suum dignatur adscire servitium, illius magis quam nostra voluntas fiat'. Et adiecit: 'Quicquid vobis infans, Deo inspirante, suggesserit, adimplete'.

cf. Act. 21, 14.

Cap. VI. ad l. 11. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *l.* 12—28. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VI. a) ingenii 4; se *suppl.* 2. b) terrenis:, *ras.* q; 2. c) se t. 2. d) sperare 1*b*, *corr. m. al.* e) nec 2. f) baiolorum 1*a*. 2. g) sed, *ras.* d 1*b*. h) devinci 4. i) superni, *in marg. corr.* ł excelsi 4. k) e. D. 4. l) *eras.?* 1*b*. m) Leocadia 1*a*. *b*. 2. 3. n) Vecti E. 1*a*; Vettię pagati 2; Vetti Aep. 3; Vettii repagati 4. o) Lugdono 1*b*. p) ut — inveniatur *in marg. suppl.* 2. q) *om.* 4. r) vellet 2. 4. s) assumptos 3. t) Cronomense 2; Cronosensim 3*a*; Crononense 4: Chrononensim *H. Fr. IV*, 39. u) Averna 3. v) diligentiam 4. w) inquaeret 1*a*. x) vocitari 4. y) B. dilectissime f. d. s. 2. z) *om.* 3. a) *om.* 2. b) interrogans 4. c) parum 1*b*. d) e. i. 3. e) sociari 2.

1) *Cum Gallus Gregorii patruus esset (cf. De virtutibus S. Iul. c.* 23*), Georgius ipsius avus erat, qui duos filios genuit, Florentium scilicet et Gallum.* 2) *In ecclesia antiqua Machabaeorum Lugdunensi titulus sepulchralis inventus est, in quo laudatur* 'Leucadia Deo sacrata puella, qui vitam suam prout proposuerat gessit, qui vixit annos XVI tantum'. *Haec Leucadia a.* 431. *defuncta sine dubio stirpi Vetti Epagathi coniuncta erat; cf. Le Blant nr.* 44. 3) *Cf. Eusebii Hist. eccl. a Rufino translatam V,* 1*:* Vectius igitur Epagathus unus ex fratribus, qui et in Deum perfectam caritatem et in homines integram custodiret. — — Erat enim et nobilissimus inter suos et eruditissimus. *De cuius martyrio Lugduni acto v. Gl. Mart. c.* 48. 4) *Cournon (dép. Puy-de-Dôme); cf. Longnon p.* 499. 5) *Cf. Epitaphium a Fortunato (Carm. IV,* 4*) compositum:*

Qui Christi auxilio fultus nec adultus in annis,
Se maiora petens, odit amore lares.
Effugit amplexus patrios matremque relinquit:
Qui monachum regeret, quaeritur abba parens.

(2.) Tunc abba ista[a], nuntiis referentibus, discens[b], puerum clericum[1] fecit. Erat autem egregiae castitatis et tamquam senior nihil perversae[c] appetens, a iocis se etiam iuvenilibus cohibebat, habens mirae dulcedinis vocem[d] cum modulatione[e] suavi, lectioni incumbens[f] assiduae, delectans ieiuniis et abstenens se multum a cibis. Quem cum beatus Quintianus episcopus ad eundem[g] monasterium veniens cantantem audisset, non eum permisit ultra illuc[h] reteneri, sed secum ad civitatem adduxit et ut caelestis pater in[i] dulcedine spiritali nutrivit[2]. Cumque, defuncto patre, vox[k] eius magis ac magis, die adveniente, conponeret[l], atque idem in populis maximum haberet amorem, nuntiaverunt haec Theodorico regi; quem dicto citius arcessitum[m] tanta dilectione excoluit, ut cum proprio filio plus amaret[n. 3]; a regina[4] autem eius[o] simili amore diligebatur non solum pro honestate vocis, sed etiam pro castimonia corporis. Nam tunc Theodoricus rex ex civibus Arvernis clericos multos adduxit, quos Trevericae eclesiae ad reddendum famulatum[p] Domino iussit adsistere; beatum vero[q] Gallum a[r] se nequaquam[s] passus est separari. Unde factum est, ut, eunte rege in Agripinam[t] urbem, et ipse abiret simul. Erat autem ibi fanum quoddam diversis ornamentis refertum[u], in quo barbaries proxima libamina exhibens, usque ad vomitum cibo potuque replebatur; ibique[v] et simulacra ut[w] deum adorans, membra, secundum quod unumquemque dolor attigisset, sculpebat[x] in ligno[5]. Quod ubi sanctus Gallus audivit, statim illuc cum uno tantum clerico properat, accensoque[y] igne, cum nullus ex stultis[z] paganis[w] adesset, ad fanum adplicat ac succendit. At illi videntes fumum delubri[a] ad[b] caelum usque conscendere[c], auctorem incendii quaerunt inventumque evaginatis gladiis prosequuntur. Ille vero in fugam versus, aulae se regiae condidit. Verum postquam rex[d] quae acta fuerant, paganis minantibus, recognovit, blandis eos sermonibus linivit et sic eorum furorem inprobum mitigavit. Referre enim saepe erat[e] solitus vir beatus haec cum lacrimis et dicebat: 'Vae mihi, quia[f] non persteti[g], ut in hac causa finirer'. Fungebatur [enim[h]] eo tempore diaconatus officium[i].

(3.) Denique cum beatus Quintianus episcopus ab hoc saeculo, Domino 525.
iubente, transisset[k], sanctus Gallus apud urbem Arvernam eo tempore morabatur. Cives autem Arverni[l] ad domum Inpetrati presbiteri, eiusdem abunculi[m. 6], convenerunt, con-

Cap. VI. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VI. a) ita 3. b) dicens (1*b*). 3. c) perversi 4. d) voces 1*b*. e) meditatione 1*a*. *b*. 2. 3; *del. et m. s. XII. superscr.* modulatione 2. f) a. i. 4. g) idem 4 *et e corr.* 2. 3. h) illic 2. 4. i) ita 4. k) uxor 3. l) componeretur 4. m) accersitum 3. n) *eras.* 1*b*. o) *om.* 3. p) D. f. 4. q) viro Gallo 1*b*. r) a: 4. s) nunquam 3. t) Agrippinam 4. u) refectum 1*b*, *corr. m. al.* v) que *om.* 1*a*. w) *superscr.* 2. x) exculpebat 4. y) ascens. 3. z) tultis 1*b*, *corr.* a) delubru 3, *corr.* b) *om.* 2. c) c. — inventumque *om.* 1*b*. d) ex 1*b*, *corr. m. al.* e) s. e. 3. f) qui 1*a*. *b*. 2. 3. g) p̄steti 1*a*; presteti 1*b*. h) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. i) officio 3. 4. k) transiret 4. l) Arvernii 1*a*. *b*. 2; a d. 1*b*, *corr. m. al.* m) *sic* 1*a*. *b*.

1) *i. e. monachum, ut saepius dictum est.* 2) *Cf. Fortun. Carm. IV,* 4*:*

Quintiano demum sancto erudiente magistro
Pulchrius est auro corde probatus homo.

3) *Cf. Fortun. l. l.:* Inde palatina regis translatus in aula,
Theuderice, tuo vixit amore pio.

4) *Filia Sigimundi regis, quae Suavegotta appellata videtur esse; cf. H. Fr. III,* 5. 5) *Id concilio Autiss. circa a.* 578. *c.* 3 *(Conc. Gall. ed. Maur. I, p.* 1217*) vetitum erat:* nec sculptilia aut pede aut homine lineo fieri praesumat; *cf. Eligii sermonem ad omnem plebem (Augustini Opp. tom. VII, p.* 265*):* Arbores, quas sacrivas vocant, succidite, pedum similitudines, quas in biviis ponunt, fieri vetate, et ubi inveneritis, igne cremate. *In indiculo superstitionum et paganiarum (LL. I, p.* 20*) etiam* De ligneis pedibus vel manibus pagano ritu *agitur.* 6) *Leucadiae fratris.*

quaerentes[a] de obitu sacerdotis et, qui in eius locum deberet substitui, requerentes. Quod[b] diutissime pertractantes, regressus est unusquisque ad semetipsum. Post quorum discessum sanctus Gallus vocat[c] unum e[d] clericis, et inruente in se Spiritu sancto, ait: 'Quid hii musitant? quid[e] cursitant? quid retractant? Vacuum est', inquid, 'opus eorum! Ego ero episcopus; mihi Dominus hunc honorem largire dignabitur! Tu vero cum me[f] redire de praesentia regis audieris, accipe equum decessoris mei stratum, et[g] egrediens in obviam, exhibe mihi. Quod si audire dispexeris, cave, ne te in posterum paeneteat[h]'. Cumque haec loqueretur, super lectulum decumbebat. Tunc iratus contra eum clericus, cum multa exprobaret, elisum super spondam lecti latus eius laesit[i], turbidusque discessit. Quo[k] discedente, ait Inpetratus presbiter ad beatum Gallum: 'Audi, fili, consilium meum[f]. Noli penitus retardare, sed vade ad regem et nuntia ei quae hic contigerint[l]. Et si ei inspirat Dominus, ut tibi hoc sacerdotium largiatur, magnas Deo referimus[m] gratias[n]; sin aliud, vel ei qui ordinatus fuerit commendaris'. Ille vero abiens, quae[o] de beato Quintiano contigerant regi[p] nuntiavit. Tunc etiam et Aprunculus[1] Treverorum[q] episcopus transiit; congregatique clerici civitatis illius, ad Theodoricum regem sanctum Gallum petebant episcopum. Quibus ille ait: 'Abscedite et alium requerite; Gallum enim diaconem[r] alibi habeo distinatum'. Tunc elegentes sanctum Nicetium[s. 2] episcopum acceperunt; Arverni vero clerici[t] cum consensu[3] insipientium facto et multa[u] munera ad regem venerunt. Iam tunc germen illud iniquum coeperat fructificare, ut sacerdotium aut vinderetur a regibus aut conpararetur a clericis. Tunc hii audiunt a rege, quod[v] sanctum Gallum habituri essent episcopum. Quem presbiterum ordinatum, iussit rex, ut, datis de publico expensis, cives invitarentur[w] ad aepulum et laetarentur ob[x] honorem Galli futuri episcopi. Quod ita factum est. Nam referre erat solitus, non amplius donasse pro episcopatu[y] quam unum treantem coco, qui servivit ad prandium. Post haec rex, datis ad solatium eius duobus episcopis, Arvernis[z] eum[a] direxit. Clericus vero ille qui super[b] spondam latus eius inliserat Viventius nomine ad occursum pontificis secundum verbum illius properat non sine magno pudore et se simulque[c] equum quem iusserat repraesentat. Ingressis[d] utrisque in balneo, dolorem lateris, quem ab[e] inpulsu superbiae[f] eius clerici incurrerat[g], clementer inproperat, magnam ex hoc ei ingerens verecundiam, non cum ira[h], sed tantum ioco spiritali delectans. Igitur exinde cum multo psallentio[i] in civitatem suscipitur et in sua eclesia episcopus ordinatur[4].

(4.) Iam vero adsumpto episcopatu, tanta humilitate tantaque caritate cum omnibus usus est, ut ab omnibus dilegeretur. Patientiam[k] vero ultra hominum mores

Cap. VI. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VI. a) querentes 3. b) Q. d. p. *m. al. in marg. suppl.* 1*a*. c) vacat 1*b*, *corr.* d) de 3. e) q. c. *om.* 1*b*. 3. f) *om.* 3. g) et e. *om.* 3. h) poeniteas 3. i) elisit 4. k) quod 1*b*, *corr. m. al.* l) contigerit 1*b*, *corr. m. al.*; contigerunt 4. m) referemus (3). n) grates 4. o) q. de b. *bis scr., sed expunct.* 3. p) renuntiavit 4. q) Treverrorum 1*b*; Trevir. 4. r) diaconum 1*b*. s) Nicecium 1*b*. t) clericū cons. 1*a*. u) multis muneribus v. ad r. 4. v) *postea add.* 2. w) inpenderentur *del. et superscr.* invitarentur 2. x) ad 1*b*. y) episcopatum 3. z) Arvernos 4. a) *om.* 2; *in marg. suppl.* 4. b) sub 2. c) simul equumque quem 4. d) que *add.* (1*a*); in b. u. 4. e) *m. al. superscr.* 1*a*. f) superbia 3; eiusdem c. s. 4. g) incurrerant 3. h) iras 3. i) psallencia in civitate 3. k) pac:i:entiam 1*a*; paciencia 3.

1) *Colitur die* 22. *Aprilis; cf. AA. SS. Apr. III, p.* 30. 2) *Nicetius concilio Arvernensi I. a.* 535. *aliisque subscripsit. Eiusdem Vita infra c. XVII. exstat.* 3) *i. e.* Consensu civium pro episcopatum, *qui inter Formulas Marculfi I,* 7 *(ed. Zeumer p.* 47*) exstat.* 4) *Cf. Fortun. l. l.:*

Mox ubi destituens terras petit astra magister,
Cessit discipulo cura tuenda gregem.

habens, ita ut, si dici fas est, Moysi conpararetur ad diversas iniurias sustenendas[1]. Unde factum est, ut a presbitero suo in convivio percussus in capite ita se quietum reddiderit, ut nec sermonem quidem asperum respondisset; sed omnia quae ei[a] accedebant patienter ferens, in Dei hoc arbitrio, a quo se petebat enutriri, iactabat. Nam et Evodius[b. 2] quidam ex[c] senatoribus presbiter, cum [eum[d]] in convivio eclesiae multis calumniis atque convitiis lacessisset, consurgens[e] sacerdos, loca basilicarum sanctarum circuibat. Tamen cum hoc Evodio[f] fuisset perlatum, post eum cursu veloci diregens et se ante pedes eius in ipsam[g] plateam prosternens, veniam petiit, deprecans, ut cum oratio eius cum omnipotente Iudice non fuscaret. At ille benigne eum collegens, cuncta quae locutus fuerat clementer indulsit, eum arguens, ne haec ultra contra sacerdotes Domini auderet appetere, quia ipse episcopatum numquam promereretur[h] accipere. Quod postea probavit eventus[3]. Nam cum in Gabalitano[i] ad episcopatum iam[k] electus[4], 536-540.
iam in cathedram[l] positus, iam cuncta parata[m], ut benediceretur episcopus, ita subito contra eum omnis populus consurrexit, ut vix vivus possit evadere. Qui postea presbiter transiit.

(5.) Apud Aurilianensim[n] autem urbem, incriminato ab iniquis Marco episcopo et in exilium truso, magnus episcoporum conventus[5] est adgregatus, Childebertho[o] 549.
rege[p] iubente; in qua synodo cognoscentes beati episcopi, hoc esse vacuum quod contra eum fuerat musitatum, eum civitati et cathedrae suae restituunt. Denique tunc[q] in servitio sancti Galli Valentinianus[r] diaconus, qui nunc presbiter habetur atque[s] vocalis[6], abiit. Cumque, episcopo alio[t] missas dicente, diaconus ille propter iactantiam potius quam propter[u] Dei timorem[v] cantare velet[w], a sancto Gallo prohibebatur, dicente sibi: 'Sine', inquid, 'fili, quando, Domino iubente, nos celebraverimus solemnia, tunc et tu canere debes. Nunc eius clerici concinant, qui consecrat[x] missas[k]'. At ille, et tunc se posse, pronuntiat. Cui sacerdos: 'Fac, ut libet; nam quod volueris non explebis'. Ille quoque neglegens mandatum pontificis, abiit et tam deformiter cecinit, ut ab omnibus inrideretur. Adveniente autem alia dominica, dicente saepe[y] dicto pontifice missas, iussit eum abire: 'Nunc', inquid, 'in nomine Domini quod volueris explicabis'. Quod cum fecisset, in tantum vox eius praeclara[z] est, ut ab omnibus laudaretur. O beatum virum, cui talis gratia concessa est, ut sicut animae ita et[a] cum eo voces hominum

Cap. VI. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VI. a) acciderant ei 2. b) Aevod. 3. c) de 4. d) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. e) surgens 3. f) Evodiu 1*b*, *corr.*; Evodi 2, *corr.*; Evodum 3, *corr.* g) ipsa platea 1*b*. 4. h) promeretur 4, *corr. m. al.* i) Gabarit. 2, *corr.* k) *om.* 4. l) cathedra 2. 4; catedra 3. m) reparata 4. n) Aurelianensim 1*b*. 3; Aurilianensem 2; Aurelianensem u. a. 4. o) *sic* 1*a et* 2 *e corr.*; Childeberto *rell.* p) regem 3. q) *om.* 1*b*. r) Valentianus 3. s) valde 4. t) alias 3. u) quam pater p 1*a*, *corr. m. al.* v) timore (3). w) *sic* 1*a*. *b*. 2. x) consecrant 3. y) saepredicto 3. z) praelata 4, *quod malim*; facta *add.* (1*b*. 3). a) ita etiam et v. 4.

1) *Cf. Fortun. l. l.:* Si qua supervenit, facta est iniuria virtus:
Unde furor poterat, inde triumphus erat.
2) *Evodi filii duo commemorantur: Salustius scilicet comes (H. Fr. IV,* 13*) et Eufrasius presbyter (H. Fr. IV,* 35*). Pater Evodi Hortensius senator erat, de quo v. H. Fr. IV,* 35*; V. Patr. IV,* 3. 3) *Ita vaticinatio S. Quintiani de stirpe Hortensi impleta est; cf. V. Patr. IV,* 3. 4) *Inter a.* 536. *et* 540, *cum concilio Arvernensi a.* 535. *Hilarius episcopus Gabalitanus, Aurelianensi IV. a.* 541. *Evanthius subscripserint.* 5) *Cum conc. Aurel. a.* 541. *et Marcus et Gallus, Aurel. V. a.* 549. *solus Gallus subscripserit, hoc loco de quinto concilio agi patet, cui haec praemissa sunt:* Igitur cum clementissimus princeps, triumphorum titulis invictissimus domnus Childebertus rex pro amore sacrae fidei et statu religionis in Aurelianensi urbe congregasset in unum Domini sacerdotes. 6) *i. e. cantor, ut infra vocatur.*

sub eius potestate consisterent, quas et, cum voluit, cantu[a] prohibuit et, cum libuit, cantare[b] permisit[c].

(6.) Praestitit enim Deus et alia miracula magna per illum. Nam cum Iulianus[1] defensor[d. 2], presbiter deinceps, dulcissimae voluntatis homo, a quartano typo correptus, graviter cruciaretur, lectulum sancti sacerdotis expetiit; in quo decubans[e], a lectuaria[3] ipsa coopertus[f], paululum obdormiens, ita sanatus est, ut nec confractus postea ab hac infirmitate fuisset.

Cum autem Arverna civitas maximo incendio cremaretur, et hoc sanctus comperisset, ingressus[g] eclesiam, diutissime Dominum ante sanctum altare cum lacrimis exoravit, surgensque, euangelia[h] conprehensa apertaque, in obviam se ignis[i] obtulit. Quae[k] contra parata, protinus ad aspectum eius ita omne incendium est extinctum, ut nec favillae quidem in eo igneae[l] remansissent.

Sub eius autem tempore magno terrae motu Arverna civitas est concussa; sed cur hoc accederit, ignoramus. Hoc tamen scimus, quod nullum ex populo laesit.

543. Cum[4] autem lues illa quam inguinariam[m] vocant[5] per diversas regiones desaeviret et maximae tunc[n] Arelatensim provintiam depopularet[o], sanctus Gallus non tantum pro se quantum pro populo suo trepidus erat. Cumque die[p] noctuque Dominum deprecaretur, ut vivens plebem suam vastari non cerneret, per visum noctis apparuit ei angelus Domini, qui tam caesariem quam vestem in similitudine[q] nivis candidam efferebat et ait ad eum[r]: 'Bene enim te, o sacerdos, prospectat divina pietas pro populo tuo supplicantem; ideoque ne timeas, exaudita est[s] enim oratio tua; et ecce eris cum populo tuo ab hac infirmitate liberatus, nullusque, te vivente, in regione ista ab hac strage deperiet[t]. Nunc autem noli metuere; post octo vero[u] annos time[v]'. Unde manifestum fuit, transactis his annis eum a saeculo discessisse. Expergefactus autem et Deo gratias pro hac consolatione agens, quod [et[w]] per caelestem nuntium confortare dignatus est, rogationes illas instituit[6], ut media quadragesima psallendo ad basilicam beati Iuliani martyris itinere pedestri venirent. Sunt autem in hoc itenere quasi stadia 360[7]. Cum autem regiones alias[x], ut diximus, lues illa consumeret, ad civitatem Arvernam[y],

Cap. VI. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VI. a) cantum 3; cantare 4. b) cane (re permi *in litura*) sit 4. c) prom. 1*b*, *corr.* d) defensa *corr. m. al.* infensus 1*b*. e) decumbans 3. f) opertus 1*a*. 4. g) in *add.* 1*b*. h) euangelio comprehenso apertoque 4. i) igne 1*b*, *corr. m. al.* k) Quibus — paratis 4. l) ignis 4. m) inguinaria 1*a*. n) Carnotensem *pro* t. A. 4. o) depopularetur 4. p) diu 2. q) similitudinem 1*b*. 2, *corr.* r) ait ei 2. s) enim est 4. t) deperii:et 1*a*; deperiret *in marg. corr.* † deperiet 4. u) autem 2. v) *sic* 4 *cum H. Fr. IV*, 5; annos expletos migrabis a saeculo. Quod postea manifestum fuit. Exp. (*e corr.* Experges fatus 1*b*) 1*a*. *b*. 2. 3. w) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. x) illas (1*a*). y) Arvennam 4.

1) *Is forte, de quo Greg. H. Fr. IV*, 32: Erat tunc temporis apud Randanensim monasterium civitatis Arverne presbiter praeclarae virtutis Iulianus nomine. *Obiit a.* 571. 2) *Defensorum munus erat defendendi ecclesias earumque negotia curandi, quotiens necessitas expostularet. Forcellini.* 3) *i. e. toral.* 4) *Quae sequuntur ad finem huius* §. *in H. Fr. IV*. 5. *repetita sunt.* 5) *V. Ioannes Malalas l. XVIII:* Μηνὶ Φεβρουαρίῳ ἰνδικτιῶνος ϛ' γέγονε θνῆσις ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀπὸ βουβόνων. Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ φόβῳ τὰ μεθόδια πάντα κραββάτους ἀργυροὺς ἐποίησαν. Ἐπεκράτησε δὲ ἡ αὐτὴ φοβερὰ τοῦ θεοῦ ἀπειλὴ ἐπὶ μῆνας ἕξ. *Cf. Procop., De bello Pers. II*, 22; *Evagr. Schol. IV*, 29. *et Marcellinus a.* 543. *Victor Tunn. luem a.* 542. *exortam esse tradidit.* 6) *Quae etiam a Cautino episcopo servatae sunt; cf. H. Fr. IV*, 13: Erant autem quadraginsimae dies et Cautinus episcopus Brivatinsim diocisim psallendo adere disposuerat iuxta institutione sancti Galli. 7) Tunc etiam in subita contemplatione parietes vel domorum vel ecclesiarum signari videbantur, unde a rusticis hic scriptos Tau vocabatur *add. H. Fr. l. l.; cf. Gl. Mart. c.* 50. · *Quod mense Sept. demum ex. factum est.*

sancti Galli intercedente oratione, non attigit[a]. Unde ego non parvam censeo gratiam, qui hoc meruit, ut pastor positus, oves suas devorari, defendente Domino, non videret.

(7.) Sed veniamus ad illud[b] tempus, cum eum Dominus de hoc mundo iussit adsumi. Cum gravatus incommodo decubaret, ita febris[c] interna omnia membra[d] eius depavit[e], ut capillos vel[f] barbam simul amitteret. Sciens autem, se, revelante Domino, 51 post triduum migraturum, convocat populum et omnibus, confracto pane, communionem sancta[g] ac pia voluntate largitur. Adveniente autem die tertia, quae erat dominica dies, qua[h] civibus Arvernis inmanem intulit luctum, albiscente iam caelo[i], interrogat, quid in eclesia psallerent. Dixerunt[k], benedictionem eos psallere. At ille, psalmum[l] quinquagesimum et benedictionem decantatam[m], vel[n] alleluiatico cum[o] capitello expleto, consummavit matutinos[p, 1]. Quo perfuncto[q] officio, ait: 'Vale dicimus vobis, fratres'. Et haec dicens, extensis membris, spiritum caelo intentum praemisit ad Dominum[2]. Transiit[r] autem aetatis suae anno sexagesimo quinto, episcopatus vero[s] sui septimo et vigesimo anno. Exinde ablutus atque[t] vestitus in eclesiam defertur, donec conprovintiales[u] ad eum sepeliendum convenirent. Magnum enim[v] ibi miraculum ostensum populis fuit, quod sanctus Dei, adtracto dextro pede in feretro, se in aliud latus, quod[w] erat versus altari[x], contulit. Dum haec agerentur, rogationes illae, quae post pascha fiunt, caelebrabantur. Iacuit autem in eclesia triduo, assiduo[y] instante psallentio cum magna frequentia populi. Episcopis[z] autem quarta die advenientibus, eum de eclesia levaverunt, et portantes in sancti Laurenti[a, 3] basilicam, sepeliunt. Iam[4] vero in exsequiis eius quantus planctus, quanti populi adfuere, enarrari vix potest. Mulieres cum lucubribus indumentis, tamquam si viros perdidissent, similiter et viri, obtecto capite,

Cap. VI. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VI. a) attingit 3, *corr.* b) illum 2, *corr. m. al.* c) febre 1*a. b.* d) verba 2, *corr. m. al.*; e. m. 4. e) deputavit 1*a*. f) et 2. g) scām 4. h) quia 3; quae 4. i) caelo: 1*a*. k) Dierunt 2, *corr. m. al.* l) psalmo quinquagesimo et benedictione 4. m) decantata 3. 4. n) et (3). o) cum *bis scr., sed eras.* 1*a*. p) matutinas 2, *corr. m. al.* q) perfunctus 4. r) Transit 3. s) s. v. 4. t) et 4. u) provintiales 2. v) *om.* 3. w) quam 4. x) alterum se c. 4. y) assiduo (*ras.* duo) |duo i. 1*a*. z) eps̄ 1*b*, *corr. m. al.* a) basilica L. 2.

1) *Id est officium, quod Laudes appellamus, absolvit; in quibus eosdem psalmos hodieque, ut hic designantur, canimus, scilicet quinquagesimum,* Benedicite, *et* 148. *cum* 2. *seqq., qui* alleluiatici *ex suo titulo appellantur. R.* 2) *A.* 555, *quo Guntharius Turonensis episcopus obiit, iam Cautinus Arvernis praeerat; cf. H. Fr. IV,* 11. *S. Gallus conciliis Aurelianensi II. per Laurentium presbyterum a.* 533, *Arvernensi I. a.* 535, *Aurelianensi III. per Optardenum a.* 538, *eidem IV. et V. a.* 541. *et* 549. *subscripsit. Obiit octavo anno post luem, qua a.* 543. *orbis vastatus est, i. e. a.* 551, *die dominico ante ascensionem Domini. Die Lunae, quo rogationes celebrabantur, et postero transactis, quarto die ab episcopis sepultus est. Unde patet, die* 1. *Iulii, quo colitur, ipsum neque mortuum neque sepultum esse. Depositus est a.* 65. *aetatis, a.* 27. *episcopatus, Gregorio teste; sed Fortunatus, Carm. IV,* 4:

Sic pater ecclesiam regit in quinquennia quinque,
Bis (Vix *Leo*) terdena tamen lustra superstes agens.

Gregorii autem auctoritatem praeferam, cum poeta forte metri legibus coartatus esset, ut Ruinart probe coniecit. Ergo Gallus a. 525. *episcopatum Arvernensem suscepit, postquam S. Quintianus mortuus est. Idem Georgio primogenitus filius a.* 487. *natus est.* 3) *De basilica sancti Laurenti a Victorio duce aedificata (H. Fr. II,* 20*) v. Libellum de ecclesiis Clarom. ed. Savaro p.* 345: In ecclesia S. Laurentii altare S. Laurentii. Ibi requiescunt S. Gallus et S. Briccius et alii sancti, quorum nomina Deus scit. *Iam SS. Laurentio et Mauricio dicata ecclesia militaris est; cf. Longnon p.* 487. 4) *Cf. Severi ep. III. de S. Martino:* In obsequium vero funeris credi non potest, quanta hominum multitudo convenerit.

ut in exsequiis uxorum facere[a] mos est, ipsi quoque[b] Iudaei[c], accensis lampadibus, plangendo[d] prosequebantur. Omnes[e] tamen populi una voce dicebant: 'Vae nobis, qui post hac[f] die numquam similem merebimur[g] habere pontificem'. Et quia, ut diximus, conprovintiales[h] longe distabant nec celerius venire potuerant, ut mos rusticorum habetur[i], glebam super beatum corpus posuere fideles, quo ab aestu non intumesceret. Quam[k] cespitem post eius exsequias mulier quaedam et vere, ut ego diligenter inquisivi, virgo purissima et devota Deo Meratina[l] nomine ab aliis eiectam[m] collegit et[n] in orto[o] suo posuit, infusaque saepius aqua, Domino incrementum[p] dante, vivere[q] fecit. De qua[r] cespite infirmi non solum auferentes atque bibentes herbam, sanabantur, verum etiam fidelis super eam[s] oratio suffragium[t] merebatur. Quae[u] postea per[v] incuriam, virgine migrante, deperiit. Denique ad sepulchrum eius multae virtutes ostensae sunt. Nam quartanarii vel diversis febribus aegroti, ut ad beatum tumulum fideliter attingunt[w], protinus hauriunt sanitatem.

Valentinianus[x] igitur cantor, cui[y] supra meminimus[1], qui nunc presbiter habetur, cum diaconatus fungeretur officium[z], a typo quartano corripitur, ac per multos dies[a] in magna defectione laborans. Factum est autem, ut in[b] die accensus[c] huius febris[d] loca sancta circuire disponeret orans, veniensque ad huius sancti sepulchrum, prostratus ait: 'Memor esto mei, beatissime ac sanctae sacerdos. A te enim edocatus[e], doctus[f] ac provocatus[g] sum. Memor esto alumni proprii, quem amore unico dilexisti, et erue me ab hac qua[h] deteneor febre'. Haec effatus, herbolas, quae ob[i] honorem sacerdotis tumulo[k] respersae fuerant[l] a devotis, collegit; et, quia virides erant, ori applicat, dentibus decerpit, sucumque earum degluttit. Praeteriit enim dies illa, nec ab hoc est pulsatus incommodo, et deinceps ita sospitati est restitutus, ut nec illas[m] quas vulgo fractiones[2] vocant ultra perferret[n]. Haec ab ipsius presbiteri ore ita gestum[o] cognovi. Non enim ambigitur, per illius potentiam prodere[p] virtutes de tumulis servorum suorum, qui Lazarum vocavit de[q] monumento[r, 3].

VII. INCIPIT[a, 4] DE SANCTO GREGORIO EPISCOPO[b].

Egregiae[c] sanctitatis viri, quos[d] palma perfectae beatitudinis e terris editos evixit ad caelos, hi sunt, quos aut non fictae caritatis vinculum ligat aut elymosinarum fructus ditat aut flos castitatis adornat aut martyrii agonizatio certa coronat; in quibus ad inchoandum perfectae iustitiae opus illud fuit studium, ut inprimis corpus sine macula praeparatum habitaculum Spiritui sancto praeberent et sic ad[e] reliquarum virtutum

Cap. VI. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *Cap. VII.* 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. VI. a) *om.* 3. b) q̊ : q; *ras.* e? 1*a*. c) Iudaeis, *expunct.* s 3. d) pr. pl. 2. e) Omnis t. p. erat vox una dicens 4. f) haec *corr. m. al.* hunc 1*b*; hanc 4; diem 2. 3. 4. g) h. m. 4. h) provintiales 1*a*. *b*. 2. 3. i) habet 4. k) quæm 3. l) Meritina 3; Martina 4. m) electam 1*a*. n) *om.* (1*a*). o) ortu 4. p) incrementem 1*b*. q) vivam reficit 3; vivificavit. De 4. r) quo 4. s) eum (3); eo 4. t) sufragio 3; suffragio 4. u) Qui 4. v) p. i. *eras.* 3; incurium 1*b*, *corr. m. al.* w) attigit 3. x) Item unde supra de sancto Gallo ep̄o *titulum add.* 3. y) cuius 3. 4. z) officio 3. 4. a) p *repet., sed eras.* 1*a*; in *om.* (1*b*). b) *om.* 2. c) accessus 2. d) ut *add.* 2. e) *sic* 1*a*. *b*. f) doctis 1*a*, *corr. m. al.* g) promotus 4. h) quā 3. i) ab 3; hoc *add.* 1*b*. k) tumulu 1*b*, *corr.*; tumulum 3. l) f. devotus 4. m) illa 1*a*, *corr. m. al.* n) ꝑf. 2, *corr.* o) gesta 4. p) prodire 2. 4. q) ex 1*a*. *b*. 3. r) EXPŁ *add.* 1*a*.

Cap. VII. a) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. b) *om.* 3. c) *prologum om.* 3. d) qđ 1*b*. e) aderle.liquarum 1*b*, *corr.*

1) *Supra* §. 5. 2) *Cf. Gl. Conf.* c. 21: nec ultra ab hoc morbo frigore vel confractionis illius pertulit gravitatem. *Fractio est remissio febris; v. Mir. S. Mart. IV*, 37. 3) *V. Ioann.* 12, 17: quando Lazarum vocavit de monumento. *Eadem Gregorius, Gl. Conf.* c. 4. *ex. scripsit.* 4) *Textus, quem Boll.* 4. *Ian. I, p.* 168, *ediderunt, pessime interpolatus est.*

excelsa contenderent; atque ipsi sibi persecutores facti, dum in se sua peremebant vitia, tamquam martyres probati, peracto cursu agonis legitimi, triumpharent. Quod nullus sine[a] Dei ope valebit efficere, nisi dominici adiutorii protegatur vel parma vel galea: et quod egerit non sui[b], sed ad divini nominis gloriam deputet iuxta illud apostoli: *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* In hoc enim et beatus Gregorius omnem gloriam 1 Cor. 1, 31 contulit, qui[c] de excelsa[d] senatorii ordinis potentia ad illam se[e] humilitatem subdidit, ut, omnibus saeculi curis abiectis, soli se Deo dicaret[f] opere, quem in pectore retenebat[g].

(1.) Igitur sanctus Gregorius ex senatoribus primis[h], bene litteris institutus, Agustidunensis[i] civitatis comitatum ambivit; in comitatu[k] autem positus, regionem 466/467 illam per 40 annos, iustitia[l] comitante, correxit; et[m] tam severus atque districtus fuit in malefactoribus, ut vix ei[n] ullus reorum possit evadere. Coniugem de genere senatorio habens Armentariam nomine, quam ad propagandam[o] generationem tantum dicitur cognovisse, de qua[p] et filios[q], Domino largiente, suscepit[r, 1]. Aliam vero mulierem, ut iuvenilis adsolet fervor, inardescere[s] non contigit.

(2.) Post mortem autem uxoris ad Dominum[t] convertitur, et electus a populo, Lingonicae urbi episcopus[n] ordinatur. Cui magna fuit abstenentia; sed ne iactantia 506/507. putaretur, occultae[u] sub triticeos[v] panes alios[n] tenues ex hordeo subponebat[w]; triticum[x] frangens aliis erogabat, ipse quoque[y] clam hordeum, nemine intellegente, praesumens. Similiter et[z] de vino faciens, dum[a] aquam[b] ei pincerna porregeret, ad dissimulandum aquam desuper effundi iubebat, tale vitrum elegens, qui[c] claritatem aquae obtegeret. Iam in ieiuniis, elymosinis, orationibus atque vigiliis tam efficax tamque devotus erat, ut in medio mundi positus, novus effulgeret[d] heremita.

Nam cum apud Divionensim[e] castrum moraretur[f] assiduae[2], et domus eius baptisterio[3] adhaereret[g], in quo multorum sanctorum reliquiae tenebantur, nocte de stratu suo, nullo sentiente, consurgens, ad orationem, Deo tantum teste[h], pergebat, ostio divinitus reserato, adtente psallebat in baptisterio. Sed cum hoc multi temporis spatio ageret, tandem ab uno diacono res cognita atque manifestata[i] est. Idem cum cognovisset[k] haec agi, a longe, ne eum vir beatus sentire possit, prosequebatur et quid ageret expectabat[l]. Agebat enim diaconus, quod veniens sanctus Dei ad ostium baptisterii, pulsans manu propria, ostium, nemine[m] conparente, aperiebatur, illoque ingrediente, diutissime silentium erat. Postea psallentium tamquam multarum vocum per trium horarum et fere amplius spatio[n] audiebatur. Credo ego, quod, cum[o] magnorum

Cap. VII. ad l. 8. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *l.* 9—33. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VII. a) in D. opere 4. b) n. ad sui sed d. 4. c) quae *corr. m. al.* qui 1*b*. 2. d) excelse 1*a*. e) h. se 2. f) & *add., sed expunct.* 1*b*. g) retineret 4. h) primus 4. i) Agustidunensi 1*b*; Augustudunensis 2. 3; Augustidunensis 4. k) commitatum, *del. extr.* m. 3. l) iusticiam, *del.* m 3. m) E 3. n) *om.* 4. o) propagandum 1*b*, *corr. m. al.* p) quo 3. q) s *m. al. suppl.* 1*b*. r) suscipit 1*b*, *corr.* s) ardescere 1*b*. t) Deum 4. u) *superscr.* 1*b*. v) tritii (*corr. m. al.* cineritii) eos p. 1*a*; triticeo pane 4. w) subponebatur 4. x) triticeum (3). y) vero 4. z) *superscr.* 2. a) cum 3. b) ei p. a. 2. c) quod 4. d) effugeret 1*b*, *corr. m. al.* e) Divionense 2. 4. f) c. quo oraretur 4. g) adhaeret 4, *corr. m. al.* h) testem, *expunct.* m 3. i) manifesta 3. 4. k) et *add.* 1*b*. l) spectabat (1*a*. 2). m) neminem 3. n) spatium 4. o) *om.* 4.

1) *Tetricum scilicet Lingonensem episcopum et alium, avum Gregorii Turonensis.* 2) *Cf. H. Fr. III,* 19: Sed quia huius pontificis miminimus, gratum arbitratus sum, ut situm loci Divionensis, in quo maxime erat assiduus, huic inseram lectione. 3) *Hoc baptisterium auctor Vitae Garnerii II. abbatis saeculo XII. scriptae putat fuisse oratorium S. Vincentii, quod hodieque superest basilicae S. Stephani vicinum et subiectum, absque aliquo titulo. Ecclesia tamen S. Iohannis in chronico Benigniano (ed. Bougaud p.* 12*) baptisterium fuisse dicitur. R. Cf. Longnon p.* 211.

sanctorum in eodem loco haberentur reliquiae, ipsi[a] se beato viro revelantes, psallentium Domino in commune reddebant. Nam impleto cursu[1] revertens ad lectulum, ita se caute[b] super stratum deponebat, ut prorsus nemo sentiret; observatores[c] vero ostium baptisterii obseratum invenientes, clave sua solite aperiebant, commotoque signo, sanctus Dei, sicut reliqui, novus ad officium dominicum consurgebat. Nam cum inergumini cum[d] in primo die episcopatus sui confiterentur, rogabant eum presbiteri, ut eos benedicere dignaretur. Quod ille viriliter, ne[e] vanam incurreret gloriam, refugebat[f], clamans, indignum se ad manifestandas virtutes[g] dominicas esse ministrum, sed tamen, quia diutius hoc dissimulare non potuit, adduci eos ad se iubens, sine ullo tactu, facto tantum[h] signo[i] crucis econtra, verbo daemonia discedere imperabat. Quod illa protinus audientes[k], corpora quae nequitia sua devinxerant[l] absolvebant. Nam [et[m]] illo absente multi de virga quam in manu ferre[n] solitus erat suspensos atque signatos[o] inerguminos expellebant[p]. Nam et de stratu eius si quis aegrotus[q] quidpiam abstulisset, erat praesens medicamentum. Armentaria[2] autem, neptis eius, cum graviter quodam tempore in adulescentia[r] sua a quartano fatigaretur incommodo, ac medicorum studio plerumque fota, nullum possit sentire[s] levamen et ab ipso confessore beato saepius, ut orationi insisteret, hortaretur, quadam die lectum[t] eius expetiit, in qua[u] posita, ita febris cuncta restincta est, ut numquam hoc[v] deinceps aegrotaretur[w].

Ian. 6. (3.) Sanctus vero Gregorius cum ad[x] sanctum epifaniorum[3] ad civitatem
539/540. Ian. 4. Lingonas[y] ambulasset, a modica febre pulsatus[z], relicto saeculo, migravit ad Christum. Cuius beata facies ita erat glorificata post transitum, ut rosis similis cerneretur. Haec enim apparebat rubea, reliquum[a] vero corpus tamquam candens[4] lilium refulgebat, ut aestimares, eum iam tunc ad futurae resurrectionis gloriam praeparatum. Quod[b] deferentes[c] ad castrum[d] Divionensi[e], ubi se[f] iusserat tumulari, in campania illa quae a[g] parte aquilonis[h] habetur haud[i] procul a castro adgravat[k], gestatores non sustenentes[l]

Cap. VII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VII. a) ipse 1*b*, *corr. m. al.* b) cautum 4. c) observantes 3. d) cum 1*a*; (in *om.*) p. d. e. 2; e. in primordio e. 4. e) nec 3. f) refulgebant 1*a*, *corr.*; refugebant, *expunct.* n 3. g) virtute 2, *corr.* h) tant: 1*a*, *corr. m. al.* i) signum 3, *corr.* k) audientia 2. 4. l) devixerant 4. m) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. n) s. e. f. 4. o) legatos? 2, *corr.* p) expellebat 1*b*, *corr. m. al.*; per pedes configebat *pro* e. 4; *malim* per parietes configebant, *cf. infra p.* 690, *l.* 23. q) q. pro aegrotis 4. r) adulescia 3; t. indulgentia s. 4. s) habere 4. t) lectulum 2. u) quo 4. v) *eras.* 3. w) aegrotaret 2. 3; aegrota perferret 4. x) *om.* 1*a*. y) Linguinas 1*b*. z) *post* p. *ras.* est 2. a) reliqua 3. b) Quo 3. c) deferente 1*a*. *b*. d) castram 2, *corr.* e) Divionensem, *ras.* m 2; Divionense 3. 4. f) sese petierat t. 4. g) apte 1*a*, *corr. m. al.*; apaert 1*b*, *corr.* h) *om.* 3. i) ait *corr. m. al.* haut 1*b*. k) aggravati 4. l) ferentes, *in marg. corr.* ł sustinentes 2.

1) Cursus, id est preces canonicae *Audoen. V. Elig. I,* 11. *R. Cursum decantare Fortun., V. Radeg. c.* 4; *V. Germani c.* 75; *cursum dicere V. Radeg. c.* 11. 2) *S. Gregorius Lingonensis, proavus Gregorii Turonensis (cf. H. Fr. V,* 5*), avus Armentariae, Gregorii nostri matris, erat. Quam filius quidam Gregorii Ling. cum filia Florentii et Artemiae genuerat.* 3) *Ad diem epiphaniorum (Ian.* 6*) celebrandum Lingonas profectus, morte praeventus est. Colitur die* 4. *Ianuarii. Conciliis Epaonensi et Lugdunensi I. a.* 517, *Arvernensi a.* 535, *per Evantium presbyterum Aurelianensi III. Non. Mai. a.* 538. *subscripsit. Quare ante d.* 4. *Ian. a.* 539. *morti cessisse nequit. Neque post d.* 4. *Ian. a.* 540, *cum post Tetricum, filium eius, quem* 33 *annos episcopatum gessisse e Fortunato (Carm. IV,* 3*) constat, Pappolus iam* 3. *Id. Sept. a.* 573. *concilio Parisiensi IV. subscripserit. Itaque Tetricum a.* 572. *vel* 573. *mense Martio, Gregorium a.* 539. *vel* 540. *mense Ianuario diem obiisse, necesse est.* 4) *Cf. Sulpic. ep. III. de S. Martino:* Testatique sunt qui ibidem fuerunt, vidisse se vultum eius tamquam vultum angeli, membra autem eius candida tamquam nix videbantur. — — Iam enim sic videbatur, quasi in futurae resurrectionis gloria.

feretrum solo[a] deposuerunt, ibique parumper resumentes vires et post paululum elevantes, ad intramuraneam eum[a] eclesiam[1] detulerunt. Advenientibus autem quinta die episcopis[b], ab eclesia ad basilicam beati Iohannis deferebatur; et ecce vincti carceris ad beatum corpus clamare coeperunt[c], dicentes: 'Miserere nostri, piissime domne, ut, quos vivens in saeculo non absolvisti, vel defunctus [et[d]] caeleste regnum possedens digneris absolvere; visita nos, quaesumus[e], et miserere nostri'. Haec et alia[f] illis clamantibus, adgravatum[g] est corpus ita, ut eum penitus sustenere non possent. Tunc ponentes[h] feretrum super terram, virtutem beati antistitis[i] praestolabant[k]. His[l] ergo expectantibus, subito reseratis carceris ostiis, trabis illa qua[m] vinctorum pedes[a] coartabantur, repulsis obicibus, scinditur media, confractisque catenis, omnes pariter dissolvuntur[n] et[o] ad beatum corpus, nemine retenente, perveniunt. Dehinc elevantes feretrum gestatores, hi[a] inter reliquos obsequuntur, qui etiam[p] iudice postea sine damno aliquo sunt dimissi.

(4.) Post haec beatus confessor [sepultus[q]] multis se virtutibus declaravit[2]. Agebat enim quidam religiosus[r], caelos se apertos in die eius sepulturae vidisse; nec enim ambigitur, quod post actus angelicos sidereis sit coetibus[s] adgregatus. Vinctus quidam per viam illam qua beatum corpus a Lingonas[t] est exhibitum ad[a] antedictum castrum adducebatur. Cumque milites cum aequitibus praecedentes[u], cum post terga traherent vinctum, ad[v] locum ubi beati confessoris artus quieverant pervenerunt. Quod[w] praetereuntes, vinctus, invocato nomine beati[x] antestitis, petiit[y], ut eum sua misericordia liberaret. Quo orante, laxati sunt laquei de manibus eius, et sentiens se solutum, quietum reddidit[z], coopertisque manibus, putabatur adhuc esse ligatus. Ingressi autem portam castri[a], cum ante atrium eclesiae pervenissent, hic exiliens et corrigiam ligaminis trahentium in ora[b] proiciens, [eclesiam petiit, per quam] cum auxilio omnipotentis[c] Domini et obtentu beati pontificis liberatus est.

Admirabile[d] est enim et illud miraculum, qualiter beatum corpus eius, cum post multa tempora transferretur, apparuit gloriosum. Cum beatus pontifex in angulo basilicae fuisset sepultus, et parvus esset[e] locus ille, nec ibi populi sic possent accedere, ut devotio postulabat, sanctus Tetricus[f, 3], filius et successor eius, haec cernens et virtutes ibidem assidue operari prospiciens[g], ante altare basilicae fundamenta iacet[h], erectaque[i]

Cap. VII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VII. a) *om.* 3. b) ep̄s 1*b*, *corr. m. al.* c) :cęp., *ras.* p 1*b*. d) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. e) q̧s 3. f) aliis c. 4. g) aggravatur c. 4. h) deponentes 4. i) antistis 3. k) praestolabantur 4. l) Hic 1*a*. m) qua:, *ras.* e? 2. n) desolv. 4. o) *m. al. add.* 1*b*. p) *sic* 1*b*. 3; o. quieti a i. 1*a*; qui et a i. 2. 4. q) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. r) religiosum 1*b*, *corr. m. al.* s) adgr. caetibus 3. t) Lingonis 4. u) proced. 4; cum *ras.* 2. v) ad 1. *in marg. suppl.* 2. w) quo 3. x) beato antistis 3. y) *om.* 4. z) reddit 3. a) *om.* 4. b) manu tenens cum aux. 1*a*. *b*. 2. 3. c) Dei o. 2. d) Unde supra *lemma add.* 3. e) fuisset 4. f) Treticus 1*a*, *corr. m. al.*; Titrecus 1*b*, *corr.* g) proiciens se 3. h) iacit 2. 4. i) erucque 1*b*, *corr.*; erectamque absidam 2. 4.

1) *Ecclesia S. Stephani, quae iam in usum rei frumentariae transiit; cf. Longnon p.* 211. 2) *Cf. Fortunati Epitaphium, Carm. IV,* 2:

Si quaeras meritum, produnt miracula rerum,
Per quem debilibus fertur amica salus.

3) *S. Tetricus conciliis Aurelianensi V. a.* 549, *Parisiensi II. a.* 551, *per Piolum presbyterum Lugdunensi II. a.* 567. *vel* 570. *subscripsit. Ecclesiam Lingonensem ex anno* 539. *vel* 540. *ad a.* 572. *vel* 573. *rexit. Colitur die* 18. *Martis. De quo Fortunatus, Carm. IV,* 3:

Sex qui lustra gerens et per tres insuper annos
Rexisti placido pastor amore gregem.

S. Tetricus 'ad dexteram partem ipsius basilicae S. Iohannis est positus'; cf. Chron. S. Benigni ed. Bougaud p. 13.

absida, miro opere construit[a] et transvolvit. Qua transvoluta disruptoque[b] pariete, arcum aedificat. Quod opus perfectum atque exornatum, ut[c] in medio absidae[d] loculum fodit, ubi corpus beati patris transferre volens, convocat presbiteros et abbates ad istud officium; qui vigilantes orabant, ut se beatus confessor ad hanc praeparatam habitationem transferri permitteret. Mane autem facto, cum choris psallentium adprehensum sarcofagum ante altare in absidam, quam beatus episcopus aedificaverat, transtulerunt[1]. Quod sepulchrum dum[e] diligenter conponunt, subito et, ut credo, a Dei iussu[f] operturium sarcofagi motum[g] est in una parte. Et ecce apparuit beata facies[h] eius ita integra et inlaesa, ut putares, eum non mortuum esse[e], sed dormientem; sed nec de ipso vestimento, quod cum eo positum fuit, aliquid ostensum est[i] diminutum. Unde non inmerito apparuit gloriosus post transitum, cuius caro non fuit corrupta ludibrio. Magna est enim[k] corporis et cordis integritas, quae et in praesenti saeculo praestat gratiam et in futuro[l] vitam largitur aeternam, de qua Paulus apostolus ait: *Pacem*
Hebr. 12,14. *sequimini*[m] *et sanctificationem*[n], *sine qua nemo videbit*[o] *regnum*[p] *Dei.*

(5.) Puella quaedam die dominico[q] dum[r] capud suum conponeret[s], pectine adprehenso, credo ob iniuriam diei[t] sancti, in manibus eius adhaesit, ita ut adfixi dentes tam in digitis quam in palmis[u] magnum ei dolorem inferrent. Quae cum basilicas sanctorum flens atque[v] obsecrans circuiret, ad sepulchrum beati Gregorii antestitis in eius[w] virtute confisa[x] prosternitur. Cumque diutissime beati confessoris praesidium flagitasset, directa manus eius ad opus prestinum, pectine[y] decidente, reducitur. Sed [et[z]] inergumini eum confitentes ad eius sepulchrum saepe purgantur. Nam plerumque vidimus post eius transitum[a] virgula, cui[b] supra meminimus, quam manu gerebat, per parietes ita eos[c] adfixos, ut putares illos validis atque acutissimis sudibus reteneri.

(6.) Multa quidem et alia de eodem gesta cognovimus, sed, ne fastidium incitarent, de pluribus pauca perstrinximus[d]. Obiit autem trigesimo tertio episcopatus sui anno[2] aetate nonagenaria[e], qui se[c] virtutibis manifestis[f] saepius declaravit.

VIII. INCIPIT[a] DE SANCTO NICETIO LUGDONENSI[b] EPISCOPO[c].

Praesentiae[d] divinae bonum[e], quod plerumque[f] regno suo provideat quos adsciscat, ipsa[g] saepius sacrae lectionis testantur[h] oracula[i], sicut ad[k] Hieremiam[l] exi-
Ierem. 1, 5. mium vatem caelestis oris mistica deferuntur eloquia, dicentis: *Priusquam te formarem in utero, novi te, et antequam exires de vulva, sanctificavi te.* Et ipse Dominus utriusque[m] conditor Testamenti, cum illos quos largitio hilaris[n] agneo decoratos vellere suis

Capp. VII. VIII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VII. a) construet 1*a*; constr::it 3, *corr.*; construxit 4. b) disruptaque 3. c) *om.* 2. 4. d) basilice 3. e) *om.* 3. f) iussum (3). g) amotum 4. h) faciens 3, *corr.* i) *m. s. XII. superscr.* 2. k) *in marg. add.* 2; cordis et corp. 2. 4. l) futurue 1*b*, *corr.* m) cum omnibus *cum Vulg. add.* 2. n) sanctimoniam 2. o) videt 4. p) vid. dm̄ *cum Vulg.* 2. q) dominico::, *ras.* ca 1*a*. r) :, *superscr. m. s. XII.* dum 2; *om.* 3; s. c. 1*a*. s) p. a. c. crebro ob 4. t) *om.* 4. u) palma 4. v) et 3. w) huius 4. x) confixa 1*b*, *corr. m. al.* y) pectinem 3. z) *om.* 1*a*. *b*. 3. a) a *add.* 4. b) cuius 1*b* *(corr.)*. 4. c) *om.* 3. d) perstringimus 1*a*. e) nonageria 3; qua 4. f) *post* m. 3 *litt. ras.* 1*a*.

Cap. VIII. a) *om.* 1*a*. *b*. 2; Item unde supra 3. b) Lucdunensi 2; Lugdunensi 4. c) *om.* 1*b*. d) praescientiae *malim, quod Ruinartio teste* 1*a**** *habuit.* e) *om.* 3; donum quos 4. f) *om.* 4. g) ipsae, *ras.* e 1*b*. h) testatur 3. i) oraculum 2 *(corr.)*. 3. k) per 4. l) Heremiam 1*a*; Iheremiam 3; Ieremiam 4. m) utrisque 1*b*. n) l. illius agnos declaravit vel oves suis locat 4.

1) *Huius translationis festum die* 6. *Novembris celebratur in Martyrol. Gallicano. R.*
2) *Cf. Fortunati Epitaphium, Carm. IV,* 2*:* Triginta et geminos pie rexit ovile per annos. *Gregorius a.* 450. *vel* 451. *natus, postquam a.* 466/467. *comitatum Augustudinensem suscepit (cf. supra* §. 1*), a.* 506/507. *Lingonensis episcopus factus est.*

locat a dextris, quid[a] ait? *Venite, benedicti*[b], *percipite praeparatum*[c] *vobis regnum a constitutione mundi.* [Matth. 25, 34] Sed et ille vas electionis beatus apostolus[d]: *Quos,* inquid, *praescivit et praedestinavit conformes fieri imaginis*[e] *Filii sui.* [Rom. 8, 29] Nam et de Isaac[f] Iohanneque[g], [cf. Gen. 17, 19] qualiter nascerentur vel quid agerent, et nomen et opus praedixit et meritum. [Luc. 1, 13] Sic nunc et de beato Nicetio ipsa illa prisca[h] miseratio pietatis, quae inmerita ditat, non nata sanctificat et omnia priusquam gignantur[i] et disponit et ordinat, qualibus sacerdotalis gratia cinfulis floreat[k] in terris, prius genetrici[l] |eius| voluit revelare. De cuius vita retenetur[m] quidem[n] exinde libellus[1] nobiscum, nescio[o] quo conpositus[p], qui multas quidem virtutes eius pandit[q], non tamen vel exordium nativitatis conversionisque eius vel seriem virtutum declarat ad liquidum. Et licet nec nos omnes eius[r] virtutes investigavimus, quas per eum Dominus[s] vel occulte operari est dignatus vel publicae, tamen quae ad[t] priorem auctorem non pervenerunt etsi rusticiori stilo pandere procuravimus.

(1.) Igitur[u] Florentinus[v, 2] quidam ex senatoribus, accepta Artemia[w] coniuge, cum duos iam haberet liberos[3], ad episcopatum Ianubensis urbis expetebatur, et re iam obtenta cum principe[x, 4], ad domum revertitur[y], coniugique quae egerat[z] nuntians. Quod illa audiens, respondit viro: 'Desine, quaeso, dulcissime coniux, ab hac causa, et ne quaesieris episcopatum urbis, quia ego ex concepto[a] a[b] te sumpto episcopum gero in utero'. Requievit vir sapiens[5], audita uxore, rememorans illud quod vox divina quondam principio[c] fidei nostrae Abrahae[d] beato praeceperat: *Omnia quaecumque dixerit tibi Sarra*[e], *audi vocem eius.* [Gen. 21, 12.] Denique inpletis pariendi diebus, mulier enixa est puerum, quem quasi victorem[6] futurum mundi Nicetium[f] in baptismo vocitavit. Eodemque[g] summa nutritum diligentia litteris eclesiasticis mandavit institui. Defuncto[h] autem patre, hic cum genetrice iam[i] clericus in domo paterna resedens, cum reliquis famulis manu propria laborabat, intellegens, commotiones corporeas non[k] aliter nisi laboribus et aerumnis obpremi posse.

Quodam[l] vero tempore, cum adhuc in domo ipsa[m] degeret, orta est ei pusula mala in facie; quod virus invalescens ac[n] excoquens fecit puerum disperatum. Sed mater eius iugiter inter multa[o] sanctorum nomina beati Martini nomen[p] pro eius salute

Cap. VIII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VIII. a) *ras.* d 1*a*; qui 1*b*. 3. b) patris mei *ex Vulg. add.* (4). c) r. p. v. 4. d) Paulus 3. e) *om.* 4. f) Isahac 3; Iacob *add.* 4. g) Iohannēque 1*a*; et Iohanne 2. 3. h) priscę 4. i) gignentur 3. k) floruit 4. l) genetricis 3; eius *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. m) retentus 1*b*. n) quidam l. ex. 4. o) n. a q. 2; a n. q. 4. p) canp. 3. q) pandis 3. r) *om.* 2. s) *om.* 3. t) a 3. u) Item *lemma add.* 3. v) *sic* 1*a*. *b*. 4; Florentius 2 *(corr.)*. 3. w) Ast. 1*b*, *corr.* x) principis 4. y) reverteretur 4. z) egerant 2, *corr.* a) concepta? *corr. m. al.* conceptu 2; concepta 3. b) a :, *ras.* d 2. c) principi 2. 4. d) Habr. 3; praecepto *add.* 1*a*. e) Sacra, *ras.* c. 2. 4. f) Nicecium *semper* 1*b*. 3. g) eundemque 4. h) De fructu? 2, *corr. m. al.* i) *m. al. superscr.* 2. k) nā 1*b*, *corr.* l) Item unde supra *lemma add.* 3; Quadam 2, *corr.*; Q. — facie *in inf. marg. suppl.* 4. m) de ipsa *add.*, *sed del.* 3. n) et 4. o) *om.* 1*b*. p) *in marg. suppl.* 4.

1) *Quem ex ms. Iurensi a Petro Chiffletio erutum ed. Boll. AA. SS.* 2. *Apr. p.* 100. *Libellum anonymus auctore Aetherio scripsit; cf. l. l. p.* 101*:* et pro beatissimo Aetherio suis precibus intercedat, qualiter vita eius, quae etiam post obitum florebat assiduitate operis, panderetur officio lectionis. 2) *Cum Nicetius Lugdunensis episcopus avunculus Armentariae, matris Gregorii Tur., fuerit (cf. H. Fr. V,* 5*), Florentinum avum eiusdem fuisse necesse est.* 3) *Patrem scilicet Armentariae et Gundulfum ducem; cf. H. Fr. VI,* 11*:* Gundulfum ex domestico duce facto, de genere senatorio, Massiliam dirigit — — Quem benigne susceptum recognosco matris meae avunculum esse. 4) *Gundobagaudo.* 5) *Tunc Maximus Genevensis episcopus factus videtur esse, qui a.* 517. *concilio Epaonensi et Lugdunensi I. subscripsit.* 6) ΝΙΚΗΤΗΝ.

peculiarius invocabat. Cumque per biduum puer iacuisset in lectulo[a] clausis oculis et nullum verbum consolationis matri lamentanti[b] proferret; sed potius ipsa genetrix inter spem metumque titubans, iuxta ritum exsequiarum necessaria funeris praeparat[c], secunda die ad vesperum aperiens oculos[d], ait: 'Quo ivit mater mea?' Quae statim adveniens, ait: 'Ecce adsum, quid vis, fili?' Et ille: 'Ne timeas', inquid, 'mater; beatus enim[e] Martinus super me crucem Christi faciens, surgere me iussit incolomem'. Haec effatus, statim[f] surrexit a lectulo, geminavitque virtus divina miraculi huius gratiam, ut et Martini panderetur meritum, et hic, quia futurus erat pontifex, a contagio salvaretur. Testis enim fuit huius causae visa cicatrix eius[g] in facie.

543. (2.) Aetate quoque iam tricinaria praesbiterii[1] honore praeditus, nequaquam se a labore[h] operis, quod prius gessit[i], abstenebat, sed semper manibus propriis operabatur cum
Eph. 4, 28. famulis, ut apostoli praecepta compleret, dicentis[2]: *Laborate manibus [propriis[k]], ut habeatis, unde tribuere[l] necessitatem patientibus.* Illud omnino studebat, ut omnes pueros[m], qui in domo eius nascebantur, ut primum vagitum[n] infantiae relinquentes loqui coepissent, statim litteris doceret ac psalmis imbueret; scilicet ut[o], cum ad implendum cursum oratorium fuisset ingressus, tale iungeretur psallentium, ut tam antephonis[p] quam meditationibus[q] diversis, ut[r] devotio flagitabat animi, possit implere. Castitatem enim[s] non modo hic[t] custodiens, verum etiam custodiendi gratiam aliis[u] iugiter praedicabat et a polluto tactu et verbis obscenis ut desisterent[v] edocebat.

Nam [et[w]] recolo in[x] adolescentia mea, cum primum litterarum elementa[y] coepissem agnoscere et essem quasi octavi anni aevo, et ille indignum me lectulo locari[z] iuberet ac paternae dilectionis dulcedine ulna susciperet, ora[a] indumenti sui articulis arripiens, ita se colobio concludebat, ut numquam[b] artus mei[c] beata eius membra contingerent. Intuemini, quaeso, et advertite[d] cautelam viri Dei! Quod si ab infantuli artubus, in quo nulli adhuc esse poterant stimuli concupiscentiae, nulla incitamenta luxoriae, ita se, ne ab eius artubus tangeretur, abstenuit: qualiter de loco, ubi suspicio luxoriae esse potuit, ille refugit? Erat enim, ut diximus, castus corpore, mundus corde, non in[e] scurilitate[f] verba proferens, sed semper quae Dei sunt loquens. Et licet omnes homines in illo caelestis caritatis vinculo dilegeret, matri tamen ita[g] erat subditus, ut quasi unus ex famulis obaudiret.

552. Sept. (3.) Denique aegrotante Sacerdote[3] Lugdunensi[h] antestite in urbe Parisiaca[i],

Cap. VIII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VIII. a) lecto 3. b) lamentati 2, *corr. m. al.* c) praepararet 4. d) et *add.* 3. e) *om.* 1*b*. f) *om.* 3. g) in e. 4. h) laboris 3. i) gesserat 4. k) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. l) possitis *add.* 2; n. p. tribuatis 4. m) *om.* 2. n) vagitus 4. o) ut — fuisset *solus habet* 4. p) antiphonam 4. q) meditationes diversas 4. r) *superscr.* 1*a*. s) autem (3); vero 4. t) diligenter erat *add.* (3). u) alius 1*b*, *corr.* v) discederent 3. w) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. x) ad *add.* 4. y) element:a 1*a*. z) lacari 1*a*, *corr. m. al.* a) oram 4. b) nusquam 4. c) me *corr. m. al.* meos 1*b*. d) avertite 3. e) *om.* 4. f) scurrilitatis 4. g) ipsae 2, *corr.* h) Lugdon. 1*a*. *b*. 2. i) Parisiacha 2.

1) *Cf. V. alteram, AA. SS. l. l. p.* 100*:* Quem vir beatissimus Agricola Cabilonensis urbis episcopus ad presbyterii provexit officium. 2) *Textus Vulgatae aliquantulum discrepat.* 3) *Sacerdos, qui V. Kal. Nov. a.* 549. *concilio Aurelianensi V. subscripsit, Lutetiam, ut synodo secundae interesset, profectus aegrotavit mortuusque est ibi; cf. H. Fr. IV,* 36*:* Decedente vero apud Parisios post sinodum illam quae Saffaracum expulit Sacerdote Lugdunense episcopo, sanctus Nicetius ab ipso, sicut in libro vitae eius scripsimus, electus suscepit episcopatum. *Quae synodus, quam Maurinos secutus Maassen v. cl. ante a.* 553. *congregatam esse censuit, si Gregorio fidem habeamus, anno nulli nisi* 551. *tribuenda sit. Nam Nicetius die* 2. *Aprilis a.* 573. *obiit, episcopatus anno* 22 *(cf. infra §.* 5*). Itaque ipsum a.* 551. *mense Septembri episcopum factum esse necesse est, postquam Sacerdos in urbe Parisiensi defunctus est. Huic*

cum ab[a] Childebertho seniore magno amore dilegeretur, voluit rex[b] usque ad eius lectulum proficisci ac visitare[c] infirmum. Quo veniente, ait episcopus: 'Optime nosti, o[d] rex piissime, quod tibi in[e] omnibus necessitatibus tuis fideliter servierim ac[f] quaecumque iniunxisti devote impleverim[g]; nunc precor, ut, quia tempus resolutionis meae adest, ne dimittas me ab hoc mundo cum dolore discedere, sed unam petitionem quam supplico libenter indulge'. Et ille: 'Pete[h]', inquid, 'quod volueris[i] obtenebis'. 'Rogo', ait, 'ut Nicetius[k] presbiter[l], nepus meus[1], eclesiae Lugdunensi[m] substituatur[n] episcopus. Est enim, ut mei testimonii verba proferunt, amator castimoniae[2] dilectorque[o] eclesiarum et in elymosinis valde devotus[p], et quaecumque Dei servis[q] dicent[r] et operibus gerit et moribus'. Respondit rex[s]: 'Fiat voluntas Dei'[3]. . . . .[t] ac pacis amator; et si laesus fuisset ab aliquo[4], statim aut[s] remittebat propriae[u], aut per[v] alium insinuabat veniam deprecari[w]. Nam vidi ego quodam[x] tempore Basilium presbiterum missum ab eo ad Armentarium[y] comitem, qui Lugdunensim urbem[s] his diebus potestate iudiciaria gubernabat; dixitque[z] ad eum: 'Pontifex noster causae huic, quae[a] denuo inpetitur, dato iudicio, terminum fecit, ideoque commonet, ne[b] eam iterare praesumas'. Qui furore succensus, respondit presbitero: 'Vade et dic ei, quia multae sunt causae in eius conspectu positae, quae alterius iudicio finiendae erunt'. Regressus presbiter, quae audivit simpliciter exposuit. Sanctus vero Nicetius commotus contra eum, ait: 'Vere

Cap. VIII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VIII. a) ad 3; Hildeberto 1*b*; Chldoberto 2, *corr.*; Childeberto 3. 4. b) ex 1*b*, *corr. m. al.* c) vitare 2, *corr.* d) n. oro p. 1*a*. *b*. 3. e) in o. *m. al. suppl.* 1*b*. f) at 3. g) adimpl. 4. h) petit 1*b*, *corr.* i) et *add.* 2. 4. k) Necetius 4, *ut infra.* l) n. m. p. 2. m) Lugdon. 1*b*. n) constit. 3. o) delectatorque 4. p) *e corr. m. al.* 1*a*; votus 1*b*, *corr. m. al.* q) servos 4. r) *sic* 1*a*. *b*. s) *om.* 3. t) *lacunam asteriscis indicavi;* Et sic pleno regis et populi suffragio episcopus Lugdunensis ordinatus fuit. Erat enim (E. e. *om. Balesd.*) praecipuus concordiae *edd. inserunt, quae unde hausta sint, nescio. 'Concordiae' loco 'caritatem' S. Nicetii, ut H. Fr. IV,* 36. *Gl. Conf.* 61, *laudatam esse maluerim. Post* amator *m. s. X. in marg. add.:* hic multum deest, *et m. s. XI. suppl.:* † Suscepto pontificatus honore, ita in omnibus actionibus se exercuit 1*b*; Erat enim concordię *ante* ac *m. al. in marg. suppl.* 2. u) propria 3; per se *edd.* v) aut propria i. 3. w) deprecanti 4. x) condam 3. y) Ermentarium 2. z) que *m. al. superscr.* 1*b*. a) *om.* 4. b) Netā 1*b*, *corr.*

autem rationi titulus S. Sacerdotis obstat (ed. Le Blant nr. 24*), in quo haec habentur:* qui vixit in amore et timore Dei annis LXV, obiit III. Idus Sept. *(suppleas* XII*)*, post consoltū Iustini viri clarissimi consolis, indictione prima. *Indictio prima mensi Sept. a.* 552. *respondet, sed ante verba* post consoltum *numerus XII. inserendus est, ut Le Blant recte monuit. Qui titulus tanti momenti mihi videtur esse, ut facere non possim, quin Gregorium in annis S. Nicetii errasse censeam. Is enim, qui a.* 552—573. *sedem Lugdunensem tenuit, non* 22, *sed* 21. *episcopatus anno mortuus est. Erat tunc sexagenarius, unde a.* 513. *ipsum natum esse patet; tricenarius a.* 543. *presbyter consecratus est. Subscripsit concilio Lugdunensi II, quod a.* 567. *vel a.* 570. *celebratum est. S. Sacerdos die* 12. *Septembris colitur, dum* 3. *Id. Sept. defunctus videtur esse.* 1) *Cf. S. Nicetii Epitaphium (ed. Le Blant nr.* 25*):*

Quique Sacerdotis sanctus bis proximus haeres
Sanguine coniunctus culmine sede simul.

2) *Cf. H. Fr. IV,* 36*:* vir totius sanctitatis egregius, castae conversationis. 3) *Cf. V. alteram, AA. SS. l. l.:* a sancto ac venerabili Lugdunensi pontifice nomine vel opere Sacerdote ad pastoralem gradum dignoscitur fuisse praelectus. 4) *Cf. H. Fr. IV,* 36*:* Nam si et commotus contra aliquem pro neglegentia fuit, ita protinus emendatum recepit, tanquam si non fuisset offensus, *et S. Nicetii Epitaphium:*

Vir bonus indultus cunctis famulisque benignus,
(Quos) duro laesit verbere quisque suo.

inquam, quia euglogias de manu mea non accipies[a], pro eo quod verba quae furor[b] exegit meis auribus intulisti'. Erat autem[c] convivio recumbens, ad cuius et[d] ego levam[1], cum adhuc diaconatus fungerer officium[e], propinquus accubueram[f]. Dixitque[g] mihi secretius: 'Loquere presbiteris, ut[h] deprecentur pro eo'. Cumque locutus fuissem, non intellegentes voluntatem sancti, silebant. Quod ille cernens: 'Tu', inquid, 'surge et deprecare pro eo'. At ego cum trepidatione consurgens, osculavi sancta eius genua, orans pro presbitero. Quo[i] indulgente atque euglogias porregente, ait[k]: 'Rogo, dilectissimi[l] fratres, ut verba inutilia, quae ignave[m] musitantur[n], aures meas non verberent, quia non est dignum, ut homines rationabiles inrationabilium hominum procacia verba suscipiant. Hoc tantum vos studere oportet, ut illi qui[o] contra eclesiae utilitates quaedam[p] machinare cupiunt vestris propositionibus confundantur; inrationabilia enim non solum admirare, sed[q] nec audire desidero[r]'. O beatum virum, qui omni intentione vitare cupiebat scandalum! Audiant[s. 2] autem haec illi qui, si offensi fuerint, ignoscere nolunt, sed totam in sua[t] ultione convocantes urbem, etiam testes adhibere non metuunt, qui vocibus nefariis dicant: 'Haec et haec[u] audivimus de te hunc loquentem'; et ita fiet, ut pauperes Christi talibus accusationibus, misericordia postposita, obpremantur.

(4.) Quodam[v] autem mane, cum surrexisset ad matutinas[w. 3] sanctus Nicetius, spectatis[x] duabus antephonis, ingressus est in[y] sacrarium, ubi dum resederet, diaconus responsurium psalmum[4] canere coepit. Et[z] ille commotus, ait: 'Sileat[a], sileat, nec[b] praesumat canere iustitiae inimicus'. Et[c] dicto citius, obpilato ore, siluit[d]; iussitque eum vocari ad se sanctus et[e] ait: 'Nonne praeceperam tibi, ne ingredereris[f] eclesiam Dei? Et cur ausu temerario ingredere[g] praesumpsisti? Aut cur vocem in canticis dominicis es[h] ausus emittere?' Stupentibus autem omnibus[i] qui aderant et nihil mali de diacono[k] noverant[l], exclamavit daemonium in eo, et[m] se torqueri a sancto inmensis cruciatibus, confitetur. Ipse enim praesumpserat in eclesia canere, cuius vocem, ignorantibus populis, sanctus agnovit et ipsum verbis acerrimis non diac. exsecravit[n]. Tunc inpositis sanctus diacono manibus, eiecto daemone, personam[o] restituit[p] integrae menti.

Cap. VIII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VIII. a) accipias 1*b*, *corr.* b) furore 1*a*. c) enim 1*b*; in *add.* 4. d) *superscr.* 2. e) officio (3). 4. f) accuperam 1*b*, *corr.* g) Dicitque 1*a*. 2. h) et 4. i) Quo:, *ras.* d 4. k) illi *add.* 4. l) dilectissime frater (*e corr.* fratres?) 4. m) ignavi 1*b*. 4. n) musitant 4. o) *m. al. superscr.* 1*b*. p) quidam 1*a*, *corr.* q) etiam *add.* 3. r) desiderio 1*b*, *corr.* s) Audiebant 2 (*ras.* eb). 3. t) suam ultionem 4. u) hae 2, *corr.* v) Item cuius supra *lemma add.* 3. w) matutinos 4. x) spectaris 1*b*, *corr. m. al.* y) *om.* 3. 4. z) At ille confestim com. 4. a) Sileat — sanctus et ait *om* 4. b) non hec *corr.* nec 2. c) *om.* 1*b*. d) solum 1*b*, *corr. m. al.* e) *m. al. superscr.* 1*b*. f) indrederis 1*a*, *corr. m. al.*; egredieris *corr. m. al.* ingredireris 1*b*; egredereris 2, *corr.*; ingrediaris 4. g) ingredi 4. h) :es, *ras.* p̄ 2. i) hominibus 1*a* (*corr.*). *b.* 4; o. *bis scr., sed eras.* 2. k) diaconi 1*b*, *corr.* l) noverunt 1*a*. m) in *add.* 3. n) execratus est 4. o) persona 3. p) i. m. r. 4; m. *suppl.* 2.

1) *Dextera pars nobilior erat; cf. Gl. Mart. c.* 79. 2) *Cf. Sulpic. Dial. III,* 16, *de Brictione episcopo Turonensi:* Ad haec Postumianus: 'Audiat', inquit, 'istud exemplum noster iste de proximo. Qui cum sit sapiens, immemor praesentium, immemor futurorum: si fuerit offensus — —, totum terrarum orbem in suam commovet ultionem. 3) *Nicetius psallentium et cantum alternum instituit, id quod testantur tituli auctor (Le Blant l. l.):*

Psallere praecepit normamque tenere canendi
Primus et alterutrum tendere voce chorum,

et Vitae scriptor l. l. p. 100*:* Nocturni vel diurni temporis cursus, quos in divinis officiis institutio vetusta sacrae religionis fixis terminis certa lege constituit, ita iugi semper psallendi studio geminavit, ut numquam de ore vel de corde suo meditatio divinae legis abesset. 4) *Cf. H. Fr. VIII,* 3*:* Iubet rex, ut diaconem nostrum, qui ante diem ad missas psalmum responsurium dixerat, canere iuberem.

(5.) His et aliis[a] signis declarans[b] in populis, vigesimo secundo episcopatus sui anno[1], aetate sexagenaria[c] migravit ad[d] Christum. 573. Apr. 2 Qui dum ferretur[e] ad sepeliendum[f], caecus quidam[2] se sub[g] feretro flagitavit adduci, statimque ingressus, vultus diu lumine viduatus reseratis[h] oculis adornatur. Nec distulit divina pietas beatos artus glorificare signis, cuius beatam animam cum choris angelicis suscipiebat in astris.

Post[i] dies autem[k], quos[l] lex[m] Romana[3] sanccivit, ut defuncti cuiuspiam voluntas publice relegatur, huius antestitis testamentum in foro delatum, turbis circumstantibus, a iudice reseratum recitatumque est. Presbiter quoque basilicae tumens felle, quod nihil loco[n] ille in quo sepultus fuerat[4] reliquisset, ait: 'Agebant semper plerique, stolidum[5] fuisse Nicetium; nunc ad liquidum verum[o] esse patet, cum nihil basilicae in qua tumulatus est delegavit'. Sequenti autem nocte apparuit[6] presbitero cum duobus episcopis, id est Iusto[7] atque Eucherio, in veste fulgenti, dicens ad eos: 'Hic presbiter, sanctissimi[p] fratres, blasphemiis me obruit, dicens, quia[q] nihil facultatis[r] scripserim templo huic[s] quo requiesco; et nescit, quia[t] quidquid pretiosius habui ibidem dereliqui[u], id est glebam corporis mei'. At illi dixerunt: 'Iniuste fecit, ut detraheret servo Dei'. Conversusque sanctus ad presbiterum, pugnis palmisque guttur[v] eius inlisit, dicens: 'Peccator conterendae, desine[w] stulte loqui!' Expergefactus autem presbiter, tumefactis faucibus, ita[x] doloribus coartatur, ut ipsas quoque salivas oris[y] cum labore[z] possit maximo degluttire. Unde factum est, ut per[a] dies 40 lectulo decubans graviter cruciaretur; sed invocato confessoris nomine, sanitati redditus[b], numquam ausus est[c] ea verba quae prius praesumpserat garrulare.

Et quia novimus[d], Priscum episcopum[8] huic sancto[e] semper fuisse adversum,

Cap. VIII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VIII. a) talibus 4. b) declaratis 4. c) sexage:::, *ras.* ria? 1*b*; sexanaria 3. d) an 3. e) ferreretur 3. f) sepeliendā? 2, *corr.* g) se feretrum 3; se sub feretrum 4. h) reseratus? 2, *corr.* i) Item cuius supra *lemma add.* 3. k) *om.* 4. l) quod 1*b*. m) R. l. 4. n) *sic* 4; hoc illi *pro* l. ille 1*a*. *b*. 2. 3. o) p. e. v. 3. p) *bis scr.* 3. q) qua 1*a*; *bis scr.; sed eras.* 2. r) facultatibus 3. s) in *add.* 4. t) *bis scr., sed eras.* 2. u) reliqui 1*a*. v) e. g. 3. w) sine 2, *corr. m. al.* x) ita d. *bis scr., sed corr.* 2. y) hores 3. z) m. l. p. 4. a) p:: *corr.* p 3. b) redditur et n. 3. c) *om.* 4. d) novimur 1*b*, *corr. m. al.* e) sanctum — adversus diaconem 3.

1) *Cf. H. Fr. IV,* 36*:* Hic, 22 annis sacerdotio ministrato, migravit ad Dominum, *qua in re Gregorium errasse, supra dixi (p.* 693 *n.), cum S. Nicetius* 21. *anno episcopatus defunctus sit. In Epitaphio S. Nicetii (ed. Le Blant l. l.) haec scripta sunt:* Obiit IIII. Nōn Aprilis I. XV. XXXIII[o] post Iustinū et indict. sexta, *i. e. a.* 573, *die* 2. *Aprilis.* 2) *Quod miraculum Gl. Conf. c.* 60. *fusius narratum est:* Qui — positus in feretro ad basilicam, in qua sepultus est, ferebatur. Et ecce unus puerulus diuturna caecitate gravatus — — se ad feretrum postulat duci. Accedensque — — quo iussus fuit ingreditur. — — Ilico, reseratis oculis, lumen recepit. *Patet, eum locum a Gregorio hic exscriptum esse.* 3) *Intra triduum vel quinque dies post mortem testatoris; cf. Pauli Sentent. IV,* 6 *(Huschke, Iurispr. Anteiustinian. p.* 500*).* 4) *Basilica SS. Apostolorum, quae tum S. Nicetio dicata est; cf. infra* §. 8*; Longnon p.* 198. *Ibi a.* 1308. *S. Nicetii corpus inventum est; cf. Le Blant nr.* 25. 5) *Cf. V. alteram, AA. SS. l. l.:* Unde interdum a quibuscumque ignorantibus putabatur esse sensu tepidus, qui spiritali manebat fervore succensus. 6) *Persimile visum H. Fr. IV,* 36. *narratum est.* 7) *S. Iustus Lugdunensis episcopus, qui die* 2. *Sept. colitur, concilio Aquileiensi a.* 381, *S. Eucherius eiusdem successor, cui dies* 16. *Nov. festus est, Arausicano I. a.* 441. *subscripsit. S. Iusti Epitaphium multo post mortem eiusdem compositum ed. Le Blant nr.* 27. 8) *Priscus a.* 573. *S. Nicetio successit. Subscripsit conciliis Parisiensi IV. a.* 573, *III. Id. Sept., Matisconensi I. a.* 581, *Lugdunensi III. a.* 583, *Valentino II. a.* 584, *Matisconensi II. a.* 585. *S. Prisci sepulchrum a.* 1308. *in ecclesia S. Nicetii inventum est cum titulo,*

diacono cuidam[a] huius casublam[b. 1] tribuit. Erat autem valida, eo quod et ipse vir Dei robusto fuisset corpore. Cappa[c] autem[d] huius indumenti ita dilatata erat atque consuta, ut solent in illis candidis fieri, quae per[e] paschalia festa sacerdotum umeris inponuntur[f]. Ibatque diaconus cum hoc vestimento discurrens, ac parvi pendens, de cuius usibus remansisset; hoc habens in lectulo, hoc utens in foro, de cuius fimbriis[g], si credulitas certa fuisset, reddi potuit salus infirmis. Cui ait quidam: 'O diacone, si scires virtutem Dei, et quis fuit[h], cuius vestimentum uteris, cautius te cum eo vivere oportebat'. Cui ille: 'Vere', inquid[i], 'dico tibi, quia et hanc casublam[k] tergo utor et de cappa[l] eius, parte prolixiore decisa, tegumen pedum aptabo[m]'. Fecit ilico[n] miser quae[o] pollicitus est, suscepturus protinus divini iudicii ultionem. Verum ubi, deciso cucullo, aptatis[p] pedulibus, pedes operuit, extemplo arreptus[q] a daemone, ruit in pavimento. Erat enim solus in domo, nec erat qui succurreret misero. Cumque spumas cruentas ore proiceret[r], extensis ad focum pedibus, pedes[s] cum pedulibus ignis[t] pariter devoravit. Actenus de ultionibus.

(6.) Agiulfus[u] quoque diaconus[2] noster a Roma[v] veniens, beata nobis sanctorum[w]
590. pignora deferebat. Hic causa orationis tantum locum quo sanctus quiescit adivit, ingressusque[x] aedem, dum diversorum miraculorum opus inlustre perpendit, vidit inmensum catervatim populum ad eius sepulchrum ac velut felicium examina[y] apium ad consuetum alveare confluere, et alios[z], presbitero qui aderat ministrante, particulas caerae pro benedictione sumere, alios parumper pulveris, nonnullos[a] disruptas ab operturio eius fimbrias capere et abire[b], ferentes in disparibus causis unam[c] gratiam sanitatis. Haec[d] ille[e] cernens, fide conpunctus, lacrimans[f] ait: 'Si marinorum me moles[g] fluctuum sulcare tonsis[h. 3] actum mei sacerdotis devotio fecit, ut, lustrata orientalium martyrum sepulchra, aliquid de eisdem pignoris[i] deferre deberem; cur non Gallicani[k] mei[l] confessoris pignora capiam, per qua[m] mihi meisque salus integra reparetur?' Et statim accedens, quaedam[n] de herbulis[4] quas devotio populi[o] sacro iecit in tumulo, manus lenteo opertas, sacerdote porregente, suscepit, repositisque[p], diligenter domui detulit; sed statim fidem hominis miraculorum actio conprobavit. Nam, discerptis[q] de his foliis[r] frigoriticis cum aquae[s] potu porrectis, protinus cum haustu salutem invexit, sed et multis deinceps. Quando autem nobis haec retulit[5], iam quattuor exinde sanos[t] factos ab hac infirmitate narravit.

Cap. VIII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VIII. a) :cuidam 1*a*; cuiusdam 3. b) casubla 1*a*; casulam 1*b*. 4; casubulam 2; capsulam 3. c) Capsa 1*a*. d) ipsa *add*. 3. e) p̄ 1*b*, *corr*. f) inponunt 3. g) si c. c. f. fimbriis credidi (*corr*. credi) p. 4. h) fuerit 3. i) i. d. t. q. *om*., *sed* h *superscr*. 4. k) casulam 1*b*. 3. 4; casubulam 2. l) capsa 1*a*; cappe 4. m) obtabo 3. n) ille 4. o) quod 4. p) *bis scr*., *sed eras*. 2. q) ereptus 1*b*, *corr. m. al.*; correptus 4. r) proiecerit 4. s) p. c. p. *om*. 4; pedulis 1*a*. t) p. i. 2. u) Unde supra *lemma add*. 3; Aiulfus 4. v) Romana 3. w) *om*. 3. x) que *om*. 4. y) exanima 1*a*. z) alio:, *ras*. s 1*a*. 4; alio 3. a) nullos 3. b) habere 4. c) una gratia 3. d) Hac 3. e) c. i. 4. f) lacrymas 3; comp. et lacrimis 4. g) f. m. 4. h) *om*. 2. i) pignoribus 4. k) Galliani 4. l) c. m. 3. m) *sic* 1*a*; quae 1*b*. 4; quam 2. 3. n) quasdam (1*b*). o) populis 3. p) Repositos (*e corr.*) d. 4. q) descriptis 4. r) filiis *corr*. filis 1*b*. s) aqua 4. t) sanatus 1*b*.

ex quo intellegitur, ipsum domesticum regis fuisse et Id. Iun. defunctum esse; cf. Le Blant nr. 26:

Aedibus ad coelum terris migravit ab imis,
Iunius et mensis cultus honoris habet.

1) *Gall. 'chassuble'; cf. Ducange ed. Favre II, p.* 215. 2) *Cf. Glor. Mart. c.* 82. *Cum diaconus a.* 590. *Roma redierit, haec vita post a.* 590. *scripta est neque circa a.* 586, *quod Monod, 'Études critiques' p.* 44. *statuit. Gunthramnum, qui a.* 592. *obiit, etiam tunc temporis vixisse, ex* §. 10. *intellegitur.* 3) *Est vox Vergiliana* = κῶπαι; *cf. Aen. VII*, 28. 4) *Cf. H. Fr. VII*, 12; *Gl. Conf. c.* 49. *R.* 5) *Cf. Gl. Conf. c.* 60:

Iohannis[a] autem presbiter noster[b], dum ab urbe Masiliensi[c] cum commercio negotiationis suae rediret, ad huius sancti sepulchrum in oratione prosternitur; de qua consurgens, aspicit confractos conpedes disruptasque maculas catenarum, quae culpabilium[d] vel adstrixerant colla vel suras adtriverant, et admiratus est; sed haec contemplatio non[e] fuit miraculis vacua. Nam rediens ad nos presbiter, adserebat cum sacramento, tres coram se ibi[f] caecos fuisse lumine redditos ac domui[g] redisse salvatos. Nam et apud Genabensim[h. 1] Galliarum urbem, dum eius reliquiae cum honore psallentii portarentur, tantam[i] ibi Dominus gratiam praestare dignatus est, ut suppliciter adorantes et caeci[k] visum et clodi reciperent[l] gressum; nec dubitare poterat quispiam, praesentem esse confessorem, cum[m] videbant[n] talia infirmis remediorum munera ministrari.

(7.) Seditio[o. 2] etenim in quodam loco exorta, cum, vulgo saeviente, volantibus[p] saxis ac facibus, furor arma non mediocriter ministraret, unus elevati ensis acumine cum adsultu[q] gravi[r] virum perculit[s]. Post dies autem[t] paucos nanctus ab interempti germano, simili exitu trucidatur[u]. Quod cum iudex loci illius conperisset, vinctum [ac[v] caesum] virum in carcerem retrudi[w] praecepit, dicens: 'Dignus est leto hic scelestus[x] occumbere, qui voluntatis propriae arbitrio, nec spectato[y] iudice, ausus est temere mortem fratris ulcisci[z. 3]'. In qua dum teneretur custodia et, multorum sanctorum nominibus[a] invocatis, misericordiam precaretur, quasi ad sanctum Dei propriae conversus, ait: 'Audivi de te, sancte Niceti[b], quod sis[c] potens in opere misericordiae ac pius in conpeditorum flentium absolutione. Deprecor nunc, ut me[d] illa supereminenti pietate visitare digneris, quae[e] in reliquorum absolutione vinctorum saepius claruisti'. Et post paululum obdormiens, apparuit ei vir beatus, dicens: 'Quis es tu, qui nomen Niceti[f] invocas[g]? Aut unde nosti, quis fuerit, quod eum obsecrare non desinis?' At ille causam delicti ex ordine reserans, adiecit: 'Miserere, quaeso, mihi, si tu es vir[h] Dei quem invoco'. Cui sanctus ait: 'Surge in nomine Christi et ambula liber; a[i] nullo enim conprehenderis'. cf. Marc. 2, 9. At ille in[k] hac expergefactus voce, se absolutum, catenis comminutis confractaque trabe, miratur. Nec moratus, nemine retenente, usque ad eius sepulchrum perrexit intrepidus. Tunc a iudice noxialis culpae damnatione concessa, laxatus abscessit ad propria.

Cap. VIII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VIII. a) Cuius supra *lemma add.* 3; Iohannes 2. 3. 4. b) *om.* 3. c) Massil. 4. d) culpabilia 3, *corr.* e) contemplacione 3. f) :ibi, *ras.* s 1*a*. g) domum 4. h) Genabensi (*corr. m. al.* Genavensi) G. urbe 1*b*; Genabensem 4. i) tanta 3. k) caecis 3. l) reciperant 1*b*, *corr.* m) cui 3. n) videbat 4. o) Seditione 4. p) *m. s. XVI. in marg. add.:* Unde Vergilius: Volant per aera saxa 4. q) adsaltu 1*a*. r) v. g. 3. s) pertulit 1*b*, *corr. m. al.* t) *om.* 4. u) trucidaretur 3. 4 (*ras.* re). v) ac c. *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. w) trudi 4, *corr.* x) scelestis 1*b*. y) exspectato (2). z) incisci 3. a) omnibus 1*b*, *corr.* b) Niceti:, *ras.* s 2. c) sit 1*a*, *corr. m. rec.*; si 2, *corr. m. al.* d) ut mihi illam supereminentem pietatem praestare digneris 4. e) qu:a 2. f) Nicetii *semper* 2. 4. g) invocans 3. h) s e r v u s 4. i) annullo 3. k) in h. *om.* 4.

Tamen retulit mihi vir fidelis, quattuor ibi caecos a n t e p a u c o s d i e s fuisse inluminatos, et hominem, quem claudum olim noverat, incolomem nuper aspexit. *Patet, haec paulo post reditum S. Agiulfi et ante Vitam S. Nicetii scripta esse.* 1) *Ruinartii opinionem, qui Genabum i. e. Aurelianensem civitatem hic designari putavit, recte improbavit Longnon p.* 427. *Est potius Ianuba (i. e. Genf), unde Nicetius originem traxit (cf.* §. 1*).* 2) *Cf. Verg. Aen. I,* 148*:*

Ac veluti magno in populo cum saepe coorta est
Seditio, saevitque animis ignobile volgus,
Iamque faces et saxa volant, furor arma ministrat.

3) *Reum Romanum fuisse, Bordier sagaciter coniecit.*

(8.) Gratum[a] est illud addi[b] miraculis[c], quid accensus ad lectum[d] eius fecerit cicendilis[1], quia ingentia sunt, quae hic sanctus in caelis habitans operatur[e] in terris. Igitur lectulus quo sanctus quiescere[f] erat solitus saepius miraculis adornatur[g] inlustribus, quique grandi studio ab Aetherio[h 2] nunc episcopo fabricatus, devotissime adoratur non inmerito[i], cum frigoritici saepius sub eo siti, conpresso vapore ac frigore[k], salvantur, ceterique infirmi ibidem proiecti protinus sublevantur. Palla etenim speciosa tegitur, ligni[l] in ea[m] iugiter accenduntur. Unus igitur ex his per quadraginta dies totidemque noctes, ut ipse aedituus adseruit, absque ullius fomenti adiutorio perduravit splendens, in quo nec papirus[3] addita[n], nec gutta olei est[o] stillantis adiecta, sed in ipsa quod[p] primum statutum[q] est conpositione[r] permansit in luce praeclara.

Huius sancti reliquias Gallomagnus[4] Tricassinorum[s] pontifex devotus expetiit[5]; quae cum psallendo deducerentur, et caecorum oculi inluminati sunt earum virtute, et aliorum morborum genera meruerunt recipere medicinam. Ad[t] nos quoque facietergium dependentibus[u] villis intextum[v], quod sanctus super caput in die obitus sui habuit, est perlatum; quod nos tamquam munus caeleste suscepimus. Factum est autem, ut post dies plurimos ad benedicendam eclesiam in parochia[w] Paternacense[x 6] urbis Toronicae[y] invitaremur. Accessi, fateor, sacravi altare, decerpsi fila de lenteo, locavi in templo; dictis missis[z], facta oratione, discessi[a]. Paucis deinde diebus interpositis, advenit ad nos ille qui invitaverat[6], dicens: 'Gaude in nomine Domini, sacerdos Dei, de virtute beati Niceti antestitis. Nam noveris, quia ostendit magnum miraculum in eclesia quam sacrasti. Caecus enim erat in pago nostro diuturna[b] nocte detentus[c], cui apparuit vir quidam per visum noctis, dicens: "Si vis sanus fieri, prosternere in orationem coram basilica[d] sancti[e] Niceti altare[f], et recipies visum". Quod cum fecisset, disruptis tenebris, lumen ei virtus divina patefecit[7]'. Posui, fateor, de his pignoribus et in aliis basilicarum altaribus, in quibus et inergumini sanctum confitentur, et fidelis oratio saepius promeretur effectum.

Cap. VIII. ad l. 13. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *l.* 13—26. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. VIII. a) Cuius supra *lemma add.* 3. b) *om.* 4. c) miraculum quod 4. d) beati Nicetii *add.* 1*b*; l. :::s (*ras.* eius?) beati Nicetii f. 2. e) operetur 4. f) e. s. q. 2. g) m. illustratur opimis quique 2; i. a. 4. h) Etherio 1*a*. *b*. i) in *superscr.* 1*b*. k) febre 2. l) *sic* 2. 3. m) eo 4. n) additam n. guttam 3. o) ex 3; *om.* 4. p) quo 4. q) factum 3; statum 4. r) conpositionē 1*a*; compositio 3. s) Tricasinorum 1*b*. 4; Trecass. 2. t) Ad — promeretur effectum (*infra l.* 26) *om.* 3. u) *sic* 4; dependentur 1*a*. *b*. 2 (*corr.*). v) textum 1*a*, *corr.* w) parochiam 1*a*. x) Paternacensae 3. y) Tur. 1*a*. 2. 4, *ut infra.* z) et *add.* 4. a) discessi: 1*b*. b) caecitatis et caliginis oculorum *add. edd.* c) deten:tus, *ras.* u *vel* a 1*b*. d) *sic* 1*a*. *b*; basilicā 2, *corr.*; basilicae 4. e) sc̄i: Nic̄eti: 1*a*. f) *om.* 2.

1) *De oleo huius cicendelis cf. H. Fr. IV*, 36. 2) *Aetherius Lugdunensis episcopus, Prisci successor, ex episcopis erat, qui Gundegyselo de sanctimonialibus monasterii S. Radegundis a.* 589. *responderunt; cf. H. Fr. IX*, 41. *A.* 591. *conventui Nemptodorensi interfuit; v. H. Fr. X*, 28. 3) *Ellychnium scilicet papyraceum; cf. Plin. H. nat. XXVIII*, 168. 4) *Gallomagnus Trecensis episcopus conciliis Parisiensi IV. a.* 573. *et Matisconensi I. a.* 581. *interfuit; cui Agrecius successit, qui iam a.* 585. *laudatur, H. Fr. VIII*, 31. 5) *Reliquiae S. Nicetii hic memoratae servantur etiamnunc, ut observat Camusatus in Catal. episc. Trecensium, in ecclesia eidem sacra, quae parochialis titulus est in urbe Tricassina. R.* 6) *Iam Pernay (Indre-et-Loire, arr. Tours, cant. Neuillé-Pont-Pierre); cf. Longnon p.* 284. *Quam basilicam Litomeris quidam aedificavit; cf. De virtutibus S. Iul. c.* 50: Igitur infra terminum territurii Turonici Litomeris quidam in honore sancti martyris basilicam aedificavit, in qua nos ex more ad benedicendum evocati, sancti Iuliani martyris cum Niceti Lugdunensis reliquias collocavimus. 7) *Quod miraculum Greg. De virt. S. Iul. c.* 50. *iterum narravit.*

Phronimi[a, 1] igitur Agatensis episcopi famulus epilentici[b] morbi accentu fatigabatur, ita ut plerumque cadens ac spumans, linguam suam propriis dentibus laceraret; et cum ei[c] a medicis plurima[d] fierent, accidebat, ut paucis mensibus interpositis, non tangeretur[e] a morbo; sed iterum in redivivo cruciatu ruens, peius[f] quam prius egerat perferebat. Dominus vero eius cum vidisset tantas virtutes ad sepulchrum beati[g] Niceti fieri, dixit[h] ad eum: 'Vade et prosternere coram sepulchro[i] sancti, orans, ut te adiuvare dignetur'. Qui cum iussa explesset, sanus regressus est, nec[k] ultra eum hic adtigit morbus. Septimus enim erat [annus[l]] ab incolomitate pueri, quando eum nobis episcopus[m] praesentavit.

(9.) Quidam[n] vero pauper[o], vivente sancto, litteras ab eo[p] elicuit[q] manu eius subscriptas, qualiter sibi per devotorum domos elymosinam flagitaret; post cuius obitum adhuc eum ipsam[r] circumiens epistolam[s], non pauca ab elymosinariis pro sancti memoria capiebat. Desiderium enim erat omnibus, ut, quisque vidisset subscriptionem sancti, aliquid praeberet aegenti. Quod videns quidam Burgundio, non honorans neque venerans sanctum, observare pauperem[t] coepit a longe[u]; vidensque eum silvas ingressum, inruit tulitque ei sex aureos cum epistola, conlisumque calcibus reliquit exanimem. At ille inter calces et reliqua verbera hanc vocem emisit: 'Adiuro te per Deum vivum[v] et virtutem sancti Niceti, ut vel epistolam eius mihi reddi facias, quia ultra mihi[w] non erit vita, si eam perdidero'. Ille vero, proiecta[x] in terram[y], abiit, quam pauper collegens[z], venit ad civitatem. Erat enim ibi eo[a] tempore[2] Phronimius[b] episcopus, cui[c] supra meminimus. Ad quem accedens pauper ille, ait: 'Ecce hominem, qui me graviter caesum expoliavit, abstulitque sex aureos, quos pro intuitu epistolae[d] sancti Niceti[e] acceperam'. Episcopus autem narravit haec[f] comiti; iudex vero, vocatum Burgundionem, percunctari coepit ab eo, quid exinde[g] diceret. Negavitque coram omnibus, dicens, quia: 'Numquam vidi hominem istum neque res eius abstuli[h]'. Episcopus autem aspiciens epistolam, vidit subscriptionem sancti, et conversus ad Burgundionem, ait: 'Ecce in hac[i] epistola subscriptio[k] sancti Niceti tenetur! Si es innocens, accede[l] propius et iura, tangens[m] manu scripturam[n], quam ipse depinxit[o]. Credimus enim de virtute illius, quia aut te hodie reddit ab hoc scelere conprobatum, aut certe abire permittit[p] innoxium'. At ille nihil moratus, accedit ad manus episcopi, qui hanc epistolam extentam[q] tenebat; elevansque manus suas, ut sacramentum daret, cecidit retrorsum[r] supinus, et clausis oculis, spumas[s] ab ore proiciens, quasi mortuus putabatur. Transeunte autem quasi duarum

Cap. VIII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VIII. a) Phronimius 1*a*. *b*; Phronimus *corr.* Phronimius 2. 4. b) epilemtici 1*b*; aepileptici 3; epilemptici 4. c) *om.* 3. d) plurima:, *ras.* s 1*b*. e) tantangeretur 3. f) pius 1*b*, *corr. m. al.* g) sancti 2. h) t *m. al. suppl.* 1*b*. i) sepulchrum 3. k) ne 2, *corr.* l) *om.* 1*a*. *b*. 3; *m. al. superscr.* 2. m) *om.* 2. n) Unde supra *lemma add.* 3. o) super 4. p) *in litura m. al. scr.* 1*a*. q) licuit 1*a*, *corr. m. al.*; accepit 4. r) ipsa 2. 4. s) epistola 3. 4. t) c. p. 4. u) longo 2, *corr.* v) *om.* 3. w) non est m. v. 4. x) proiectā 1*a*; abiectā 2, *ras. virgula.* y) terra 1*b*. 2. 4. z) collectā 2, *ras. virgula.* a) eodem (3); eo t. i. 2. b) Pronimius 3. c) *sic scripsi;* cuius *codd.* d) s. N. aepist. 2, *corr.* e) *om.* 3. f) c. h. 2. g) q. iudex inde 3. h) abstulit 2, *corr.* i) hoc 1*b*, *corr. m. al.* k) scriptio 4. l) accedens 3. m) tagens manū 2, *corr.* n) scriptura 3. o) depixit 1*a*. p) permittet (2). q) extensam 1*a*, *corr. m. al.* r) s. r. 3. s) spumans 3.

1) *Phronimius Bituricensis a Leuvane (a.* 568—572*) Agathensis episcopus factus, Leuvichildi insidias metuens, a.* 580. *Agathensi urbe relicta, ad Childebertum transiit, qui ipsum Diotherio Vinciensi episcopo a.* 588. *successorem dedit; cf. H. Fr. IX,* 24. *Subscripsit concilio Matisconensi II. a.* 585. *inter episcopos, 'non habentes sedes'. Ut e* §. 9. *intelligitur, Phronimius Lugduni in regno Gunthramni exul degit.* 2) *Inter a.* 580. *et* 588, *postquam ex Agathensi urbe pulsus est.*

horarum spatio[a], aperuit[b] oculos suos, dicens: 'Vae mihi, quia peccavi auferendo res pauperis[c] huius!' Et[d] statim retulit ordinem, qualiter iniuriam intulerat[e] homini illi. Tunc episcopus, cum iudice obtenta culpa, ea[f] tantum quae abstulerat inopi reddidit[g] et pro caede duos insuper solidos[1] addidit; et sic uterque a iudicis conspectu discessit.

(10.) Quanti[h] per[i] hunc sanctum carcerali ergastulo revincti absoluti sunt, quantorum conpeditorum catenae sive conpedes sint confracti[k], testis est[l] hodie moles[m] illa ferri, quae in basilica[n] eius aspicitur, de supradictis suppliciis adgregata[o]. Nuper autem in conspectu Gunthramni[p] principis Siagrium Agustidunensim[q, 2] episcopum regi[r] referentem[s] audivi, una nocte in septem civitatibus carcerariis[t] apparuisse beatum virum eosque absolvisse ab ergastulo et abire liberos permisisse[u]; sed nec iudices contra eos quicquam agere deinceps ausi sunt. De cuius sepulchro[v] si febricitans, si[w] frigoras habens ac diversis morbis laborans pulvis[x] sumpserit[y] ac dilutum acceperit, mox recipit[z]
Marc. 11,24. sanitatem. Quod non est dubium praestare eum qui ait sanctis suis: *Omnia quaecumque petieritis in nomine meo, credite, quia accipietis, et venient vobis.*

(11.) Igitur[a] apud vicum Prisciniacensim[b, 3] urbis Toronicae eclesia dudum constructa absque sanctorum pignoribus habebatur[c]. Cumque incolae loci plerumque peterent, ut eam quorumpiam sanctorum cineribus[d] sacraremus, de supradictis reliquiis sancto[e] altari collocavimus[f]; in qua eclesia saepius virtus Domini per beatum manifestatur[g] antestitem. Nuperrimo autem tempore, mulieres quaedam vexatae a daemonio, ex termino[h] Biturigo venientes[i], tres numero, dum ad basilicam sancti Martini deducerentur[k], hanc eclesiam sunt ingressae. Ilico conlisis[l] in se palmis, dum sancti Niceti faterentur se virtutibus cruciari, proicientes ab ore nescio quid purulentum cum sanguine, ab obsessis[m] spiritibus protinus sunt mundatae.

585. Dado[n] [igitur] unus[o] ex his pagensibus[p], cum in hostilitate illa quae Convenas acta[q, 4] est[o] accessisset[r] et plerumque in periculis mortis inruerit[s], vovit, ut, si domui[t] reverteretur[u] incolomis, ad memoratam eclesiam exornandam in honore beati Niceti aliqua ex his quae adquesierat[v] largiretur. Rediens igitur, duos calices argenteos detulit vovitque iterum[w] in itenere, ut hos eclesiae conferret, si[x] ad propria[y] sospes accederet. Ad[z] domum igitur accedens, unum tantummodo[a] dedit, alium fraudare procuravit[b],

Cap. VIII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VIII. a) spacium 3. b) aperiens — dicit 3. c) pauperi 3. d) *om.* 3. e) retulerat 3. f) et 4. g) reddit — addit 3. h) Cuius supra *lemma add.* 3, *ubi* Quanti — adgregata *des.* i) p 1*b*, *corr.* k) confracte 2. l) *m. al. add.* 1*b*. m) i. m. 2. n) basilicā 1*a*. o) aggregatā 4. p) Guntramni 1*b*. 3; Gunthranni 2; Gunthrammi 4. q) Augustudonensem 2; Augustudunensim 3; Augustitunensem *corr. m. al.* Augustudunensem 4. r) ref. audivi regi Una 2; r. r. (referente 1*a*). Audivit 1*a*. *b*. 3. s) referente 1*a*. t) a. c. 2. u) promississe 1*b*. v) sepulcrum 3. w) sive frigores h. 4. x) pulverem 2. 4. y) sumpserim 1*a*, *corr. m. al.* z) recepit 3. a) Unde supra *lemma add.* 3. b) Priscinianensim 1*b*; Prisciniacensem 2; Priscinacensem 4; urbem 3. c) habebantur, *ras.* n 1*b*. d) pigneribus 4. e) sanctorum 3. f) consecravimus 2. g) manifestetur 1*b*, *corr. m. al.* h) termini? 2, *corr.*; terminio 3. i) advenientes 2. k) deducentur 1*a*, *corr. m. al.* l) cons::::: 1*b*, *corr.* m) inmundis *m. al. in litura scr.* 2. n) Cuius supra *lemma add.* 3; Dabo *in marg. corr.* Dado 4; igitur *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. o) *om.* 3. p) his panensibus 4. q) q. convenerat 3; q. per C. a. 4. r) accessisse 4. s) *sic* 1*a*. *b*. t) domum 2. 4. u) revertetur 1*a*. v) adquisierit 2. w) iter *corr. m. al.* iterum 1*a*. *b*. x) nec 4. y) propriā 2; proprias opes 4. z) I. ad d. 4. a) modo *om.* 2. a) procurat 4.

1) *Cf. Librum legum Gundebati tit. V,* 4 *(LL. III, p.* 535*):* Si quis ingenuum hominem per capillos corripuerit, si una manu, 2 solidos inferat, si utraque, sol. 4. 2) *Siagrius Augustudunensis episcopus conciliis ab a.* 567. *ad a.* 585. *subscripsit. Interfuit conventui Nemptodorensi a.* 591*; cf. H. Fr. X,* 28. 3) *Petit-Pressigny (Indre-et-Loire, cant. Grand-Pressigny), Longnon p.* 285*, dum Iacobs Grand-Pressigny praefert.* 4) *Qua de re cf. H. Fr. VII,* 38.

dans coopertorium Sarmaticum[a], quo[b] altari[c] dominico cum oblationibus tegeretur. Apparuit autem viro vir beatus per somnium, dicens: 'Quousque dubitas et votum implere dissimulas[d]? Vade[e] [igitur]', inquid, 'et calicem alium, quem vovisti, redde eclesiae, ne pereas tu et domus tua! Coopertorium vero, quia rarum[1] est, non ponatur super munera altaris, quia non exinde ad plene[f] tegitur mysterium corporis sanguinisque dominici'. At ille exterritus[g], nihil moratus, votum quod voverat velociter adimplevit.

Huius[h] hominis frater ad vigilias dominici natalis advenit, monuitque presbiterum, Dec. 24. dicens: 'Vigilemus unanimiter ad eclesiam Dei atque exoremus devote beati Niceti potentiam, ut, eo obtenente, huius anni curriculum cum pace ducamus[i]'. Quod presbiter audiens, gavisus[k] iussit signum ad vigilias commoveri. Quo commoto, adveniente[l] presbitero cum clericis et reliquo populo, hic gulae inhians, moras veniendi innectebat; misitque saepius presbiter ad eum arcessiendum[m]. Quibus respondebat: 'Paulisper sustenete[n], et venio'. Quid plura? Transactis vigiliis, data luce, hic qui prius commonuerat[o] ad vigilias non accessit. Presbiter vero, inpleto officio, commotus contra hominem, ad metatum eius properat, quasi eum a communione suspenderet. At ille correptus febre, sicut vino, ita divino exurebat[p] incendio; nec mora, viso presbitero, datis vocibus, cum lacrimis supplicabat[q], sibi paenitentiam tradi. Cumque eum presbiter increparet[r], dicens: 'Merito a[s] sancti Niceti virtute exureris, ad cuius eclesiam venire ad vigilias neglexisti'; inter sermocinantum[t] conloquia spiritum exalavit. Facta quoque hora tertia, cum populus ad missarum solemnia conveniret, hic mortuus ad[u] eclesiam est delatus[v]. Quod virtute[w] sancti antestitis[x] actum nemo ambigere potest. Haec enim nobis ipse[y] exposuit presbiter.

Plurima[z] etenim[a] de his vel propriae experti sumus vel per fidelium[b] relationem cognovimus, quae indicare[c] longa putavimus.

(12.) Sed quoniam placuit libello clausulam[d] dare, unum adhuc admirandum de libro vitae eius, quem supra a quodam scriptum praefati sumus, memorabo miraculum, de quo virtus divina procedens, non reliquit inglorium[e], sed[f] ad[g] conprobandam virtutem dictorum patefecit esse plurimis gloriosum. Diaconus enim Agustidunensis[h] gravi oculorum caecitate turbatus, audivit haec quae[i] glorificator sanctorum[k] suorum Deus ad s ncti tumulum exercebat[l], dixitque suis: 'Si[m] eius adirem sepulchrum, aut aliquid de sanctis pignoribus sumerem, aut certe, si pallio[n] quo sancti artus teguntur mererer attingere, fiebam[o] sanus'. Cumque haec[p] et huiuscemodi cum suis verba conferret, adstetit repente clericus quidam, dicens: 'Bene', inquid, 'credis, sed, si de hisdem[q] firmare mentem cupis virtutibus, en volumen carteum, quod de his habetur scriptum[r], ut facilius credas ea quae ad[s] auditum tuarum aurium pervenerunt'. At ille, priusquam[t] legi apeteret[u], inspirante divinae pietatis respectu, ait: 'Credo, quia potens est Deus egre-

Cap. VIII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VIII. a) Sarinaticum 3. b) quod 1*a*. c) altario 3; altarium dominicum 4. d) *bis scr., sed corr.* 1*a*; desim. 3. e) unde 3; igitur *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. f) plenum 2. 4. g) extius 1*b*, *corr. m. al.* h) Cuius supra *lemma add.* 3. i) ducamur? 3; deducamus 4. k) est *add.* 3. l) audiente 2, *corr.* m) arcersiendum 2; adcersiendum 3; accersiendum 4. n) sustentate 4. o) commoverat 1*b*; commonuerant 3. p) exurebatur 4. q) supplicat 4. r) eum *repet.* 3. s) et 3. t) sermotimationum 3. u) *om.* 1*a*. v) deductus 3. w) virtutum 3. x) antistis 3. y) *om.* 3. z) Cuius supra *lemma add.* 3. a) enim 2. b) r. f. 2. c) indi paginae longum p. 4. d) clausuram 3. e) ingloriosum 3. f) sed — patefecit *om.* 4. g) *m. al. superscr.* 1*b*. h) Agustud. 2; Augustud. 3; Augustit. 4. i) qui 2, *corr. m. al.* k) D. sanct. ad 3. l) exercebant 3. m) ad *add.* 3. n) pallium 2. 4; pallei 3. o) fierem 2. 4. p) hae 2, *corr.* q) isdem 1*a*. 4; his 2. r) *e corr.* 2. s) *om.* 1*a*. t) prius ꝗ 1*b*; prius qui 2, *corr. m. al.* u) l. ea peteret 2. 4.

1) *Cf. Aen. IV*, 131: retia rara; *Ovid. Amor. I*, 5, 13: tunica rara.

gia[a] operari per famulos suos[b]'. Et[c] statim posuit volumen super oculos suos[1]. Extemplo autem fugato dolore, disrupta caligine, usum videndi recipere meruit voluminis a[b] virtute, et in tantum[d] claritate positus[e] est, ut ipse propriis oculis legens virtutum gesta cognosceret. Operatur autem[f] unus atque idem Dominus, qui gloriatur in sanctis suis atque ipsos[g] inlustribus miraculis editos[h] effecit gloriosos: ipsi gloria et imperium in saecula saeculorum! Amen.

IX. INCIPIT[a] DE SANCTO PATROCLO.

Cum[b] egregia Moysei vatis prudentia ad conformandum[c] divinae discensionis[d] tabernaculum iuxta[e] ipsum oris dominici praeceptum fabricare disponeret, atque ad hoc[f] eundemque[g] apparatum multa congerere iussus non haberet cuncta in regestu[h] prumptuarii[i], quae ab ipso Domino ostensa fuerant in montis ardui summitate[2], iussit commoneri[k] populum, ut offerret[l] unusquisque pro viribus quiddam[m] muneris Deo; et hoc non ex necessitate[n], sed sponte. Offerebant ergo[3] donaria auri argentique[o], aeris ac ferri metalla[p], gemmarum etiam micantium pulchritudinis ac fila bissi duplicati[q] coccique bis torti; nonnulli pelles arietum rubricatas pilosque caprarum. Sed cum haec[r] omnia doctores eclesiarum esse allegorica tradidissent et in reliquis donariis gratiarum genera demonstrassent, in illis caprarum pilis laudationum verba conparaverunt. Ita nunc et nos steriles sensu[s], inperiti studio, squalentes in actu, etsi aurum argentumque vel gemmas filaque duplicata[t] ac torta non offerimus, saltim vel pilos caprarum, id[u] est verba, quae sanctorum atque amicorum Dei prodant miracula, in eclesia[v] sancta porregimus[w], ut legentes eo incitentur studio, quo sancti meruerunt scandere polum. Ergo quia nobis de beati Patrocli vita nuper data relatio quaedam prodidit, non omittenda sed manifestanda curavi; et licet sermone rustico, non tamen oculi[x] arbitratus sum, quae Deus gessit per famulum suum.

(1.) Igitur[y] beatissimus Patroclus, Biturigi[z] territurii incola, Aetherio[a] patre pro-
506. genitus[4], cum decim esset annorum, pastor ovium distinatur[b], fratre Antonio traditum[c] ad studia litterarum. Erant enim[d] non quidem nobilitate sublimes[e], ingenui[f] tamen; cumque quodam meridie[g] hic ab scolis, iste a[h] grege commisso ad capiendum[i] cibum paterno[k] in[l] hospitio convenissent, dixit Antonius fratri suo: 'Discede longius, o rustice. Tuum est enim opus oves[m] pascere, meum [vero[n]] litteris exerceri[o]; qua de re nobiliorem me ipsius officii cura facit, cum te huius custodiae servitus vilem reddit'. Quod[p] ille audiens et hanc[q] increpationem quasi a Deo sibi transmissam putans, reliquit oves in campi planitiae et scolas puerorum nisu animi agile[r] atque cursu velocissimo expetivit,

Cap. VIII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *Cap. IX. ad l.* 24. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *l.* 25—33. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. VIII. a) egregios 4. b) *om.* 4. c) Et — suos *om.* 3. d) tanta 3. 4. e) potitus 2 *(e corr.)*. 3. f) *suppl.* 3; haec *add.* 2. 4. g) ipsis 2; ipses 3. h) praeditos 4; efficit 2. 4.

Cap. IX. a) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. b) *prologum om.* 3. c) confirmandum 4. d) dispensationis 4. e) ta *m. al. superscr.* 1*b*. f) adhuc 1*b*. g) [e]undemque 1*a*; idemque 4. h) regesta 4. i) promptuario 4. k) commonere 4. l) *post* o. *del.* & 1*b*. m) quidem munera Deo suo et 4. n) cessitate 4. o) argenti atque 4. p) metallā 1*b*, *corr.* q) duplicata 4. r) *om.* 2. s) sensum, *ras.* m 1*b*. t) d. ac t. *om.* 4. u) id̄ v. 2. v) scta 1*b*, *corr. m. al.* w) porrigamus 4. x) occulere 4. y) B. itaque 3. z) Biturici 2. a) Etherio 1*a*. *b*. 2. b) distinatus 1*b*. c) tradito 4. d) e. n. *prima m. superscr.* 2. e) sublimi 2. f) ingenuit, *ras.* t 1*b*. g) h. m. 4. h) e 1*a*. i) capiendam 3. k) paternū 2, *corr. m. al.*; c. in p. h. 4. l) in h. *om.* 3. m) p. o. 3. n) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3; litteras 4. o) exercere 2 *(corr. m. al.)*. 4. p) Quo 4. q) hac increpatione 3. r) *sic* 1*a*. 3.

1) *Cf. Paulin. Petrocord. Ep. ad Perpetuum de visitatione Nepotuli sui (Migne, Patr. lat. LXI, p.* 1074*):* etiam illis de visitatione Nepotuli mei memor tanti favoris adiectis, quem charta inscripta virtutibus et manu beatitudinis vestrae subscripta sanaverat. 2) *Cf. Exod.* 25. 3) *V. Exod.* 35, 22. 4) *Natus est circa a.* 496*; cf. infra p.* 705, *n.* . *Chevalier, 'Vie de S. Patrocle fondateur de Colombier'. Moulins* 1872, *non vidi.*

traditisque elementis ac deinceps quae studio puerili necessaria erant, ita celeriter, memoria opitulante, inbutus est, ut fratrem[a] vel in scientia praecederet vel alacritate sensus, adnuente divini Numinis auxilio, anteiret. Dehinc Nunnioni[b], qui quondam cum Childebertho[c] Parisiorum rege[d] magnus habebatur, ad exercendum commendatus[e] est. A quo cum in summa amoris diligentia nutriretur, ita se humilem atque subiectum omnibus praebebat, ut omnes eum[f] tamquam proprium parentem in summa bonitate diligerent. Regressusque ad domum, patre defuncto, repperit matrem suam adhuc superstitem. Cui illa[g] ait: 'Ecce genitor tuus, o dulcissime nate, obiit; ego vero absque solatio[h] degeo[i]. Requiram puellam pulchram ingenuamque, cui copulatus solatium praebeas maternae viduitati[k]'. At ille respondit: 'Non coniungor[l] mundanae coniugi, sed quae concepit[m] animus cum Domini[n] voluntate perficiam'. Cui cum[o] genetrix non intellegens[p] quaereret, quid hoc esset, prodere noluit, sed abiit ad Archadium[q. 1] Biturigae[r] urbis episcopum petiitque, sibi comam capitis tondi[s] adscirique se in ordine[t] clericorum. Quod episcopus, Domino volente, sine mora conplevit. Nec multo post diaconatus officium[u] sumens, vacabat ieiuniis, delectabatur vigiliis, exercebatur lectione atque in oratione assidua pruinptus effundebatur, ut nec ad convivium mensae canonicae cum reliquis accederet clericis[2]. Quod audiens archidiaconus, frendens contra eum, ait: 'Aut cum reliquis fratribus cibum sume[v], aut certe discede a nobis. Non enim rectum[w] videtur, ut dissimules[x] cum his habere victum, cum quibus eclesiasticum implere putaris officium'.

(2.) Non est enim[y] de his servus Dei commotus animo, qui[z] iam heremi sitiebat adire secretum; sed egressus ab[a] urbe memorata, venit ad[b] vicum Nereensim[c. 3], ibique aedificato oratorio ac[d] sancti Martini reliquiis[e] consecrato, pueros erudire coepit in studiis litterarum. Veniebant autem ad eum infirmi et sanabantur, atque[f] inergumini nomen eius confitentes emundabantur; nec ei[g] erat solitudo, ut voluerat, sed patefacta[h] virtus publicum usquequaque reddebat. Tunc pro auspitio[i] quoddam[k] brevibus conscriptis, posuit super altare, vigilans et orans tribus [diebus[l] et tribus] noctibus[m], ut, quid ei Dominus agere iuberet, dignaretur manifestissime declarare. Sed pietatis[n] divinae inclita miseratio[o], quae eum [iam[p]] praesciens heremitam esse decreverat, brevem illum[q] accipere iubet, ut ad heremum properaret. Ille autem in cellula qua degebat, congregatis virginibus, monasterium instituit[r] puellarum, nihil de omni[r] labore suo quod ibidem adgregaverat, cum abscederet, sumens, nisi rastrum[s] unum unamque bipennem. Ingressusque altas[t]

Cap. IX. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. IX. a) fratre 3. b) Nonnioni 3. 4. c) Childeberto 1*b*. 2 *(corr.)*. 3. 4. d) regē 1*a*, *corr.*; regem 3. e) commodatus 4. f) secum 1*a*, *corr.* g) *m. al. superscr.* 2. h) solatio — copulatus *om.* 3. i) *sic* 1*a*. *b*. k) viduitatis 3. 4. l) coniungar 4. m) concipit 4. n) Dei 3. o) *om.* 3. p) in *suppl. m. al.* 1*b*. q) Arcadium (1*a*). r) Bituricae 2. s) tonderi 2. t) ordinem *in litura scr.* 4. u) s. officio 3. v) sumere 3. w) recte 1*a*, *corr.* x) dissimulis 1*a*, *corr.*; dissimilis 1*b*; dissimiles 2, *corr.* y) autem 4. z) quia 4. a) *m. al. superscr.* 1*b*; ad 3. b) *post* ad *ras.* urbe 2. c) Nereensem 2. 4; Nerebensim 3. d) *om.* 4. e) reliquis 2, *corr.*; reliquias 3. f) atque — emundabantur *om.* 3. g) erat ei 4. h) pate facto 1*b*, *corr.* i) uspicio *corr.* ausp. 1*a*; uspitio 1*b*; hospitio 3. k) qondam 1*a*, *corr. m. al.*; quiddam 4. l) diebus et tribus *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. m) noctis 3. n) d. p. 4. o) miseratione qui 3. p) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. q) illud 3. r) *om.* 3. s) stratum 3. t) alta 2 *(corr. m. al.)*. 3.

1) *Archadius Bituricensis episcopus Honorato, qui concilio Arvernensi a.* 535. *subscripsit, successit. Interfuit concilio Aurelianensi III. a.* 538, *dum quarto a.* 541. *Probianus presbyter pro ipso subscripsit. A.* 549. *iam Desideratus Bituricensis episcopus Aurelianensi V. interfuit. Archadius forte Apollinaris filius erat, qui Theudericum fugiens, 'Bituricas urbem petiit'; cf. H. Fr. III,* 12. 2) *De victu eiusdem cf. H. Fr. V,* 10. 3) *Néris (Allier, arr. Montluçon); cf. Longnon p.* 470.

558. silvarum solitudines[1], venit ad locum qui dicitur Mediocantus[2]. Ibique constructam[a] cellulam, in opere quo supra diximus[b] Deo vacabat, atque inibi, cum multos inerguminos[c], manu inposita[d], per signum crucis effugatis daemonibus, menti[e] integra reddidisset[f], unus ad eum adductus[g] est rabidus[h], qui rictibus patulis dentibusque[i] cruentis[k] quod attingere[l] poterat dentibus propriis laniabat[m]. Pro quo per triduum in oratione prostratus, obtenuit ad[n] illam divinae[o] miserationis potentiam, ut, mitigato furore, leto obnoxius[p] mundaretur, inmissisque in os eius digitis, fugato feralis atrocitatis[q] spiritu, personam restituit incolomitati. Nullas[r] enim[s] ante eum[t] vires habere poterat persuasionis iniquae praestigium. Nam sicut hos qui vexabantur[u] emundabat, ita et quae[v] inmittebat occultae atrocia auctor[w] criminis repellebat crucis sacratissimae per virtutem.
571. Nam Leubellae cuidam feminae, cum per luem[x] illam inguinariam[3] diabolus Martinum[y] mentitus[z] oblationes, quibus quasi populus salvaretur, iniquiter[a] obtulisset; haec ad sanctum[b] dilatae, non solum, revelante Spiritu sancto, evanuerunt, verum etiam ipse incentor malorum sancto teterrimus[c] apparens, quae[d] nequiter gesserat est professus. Transfigurat[4] enim se[e] saepe diabolus in angelum lucis, ut hac[f] fraude decipiat innocentes. Sed cum ei multas intentaret insidias, ne hic[g] ascenderet, unde ille corruerat, inmisit ei cogitationem, ut, praetermisso[h] heremo, ad saeculum[i] reverti[k] deberet. Sed hic sanctus, cum virus crassari sensisset in pectore, in oratione[l] prostratus petebat, ut nihil aliud, nisi quod Deo esset placitum, exerceret. Tunc apparuit ei angelus Domini per visum, dicens: 'Si vis mundum videre, ecce columna[m], in qua ascendens, contemplare omnia quae geruntur in eo!'. Erat enim[n] ante eum per ipsam[o] visionem columna mirae celsitudinis collocata, in qua ascendens, vidit homicidia, furta, caedes, adulteria, fornicationes vel omnia prava[p] quae geruntur in mundum[q]. Et discendens, ait: 'Ne, quaeso, Domine[r], revertar ad has pravitates, quas dudum te confessus oblitus sum'. Tunc ait illi angelus, qui cum eo loquebatur: 'Desine ergo quaerere mundum, ne pereas cum eo, sed potius vade in oratorium, in quo Dominum deprecaris[s]; et quod ibi inveneris, hoc tibi erit consolatio in peregrinatione tua'. Ingressusque cellulam oratorii, invenit tegulam fictiliam[t], in qua[u] signum crucis dominicae erat expressum; agnoscensque munus divinum, intellexit, sibi ad omnia mundanae persuasionis incitamenta hoc esse[v] inexpugnabile munimentum.

(3.) Post haec aedificavit[w] monasterium Columbariense[x, 5] in milibus quinque a cellula heremi, in qua[y] habitabat, et congregatis monachis, ut solitudinem libero potius fungeretur arbitrio, abbatem instituit[z], qui gregi monasteriali[a] praeesset. Octavum enim et decimum in hoc heremi loco expleverat annum. Tunc[b] congregatis fratribus,

Cap. IX. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. IX. a) constructa cellula 2. 3. 4. b) scripsimus 4. c) inerguminis 1*a*, *corr. m. al.* d) imposita 2, *corr.* e) mente 2; integrę 4. f) reddisset 1*b*, *corr. m. al.* g) ductus 3. h) rat 3. i) que *om.* 3. k) cruentib. 2, *corr.* l) atangere 3. m) laniebat 1*a*. n) apud 2. o) *om.* 3. p) obnixius 2, *corr. m. al.* q) hatrocitastis 3. r) Nullus 1*b*. 2; Nullam 3. s) *in marg. suppl.* 2; *om.* 3. t) eos 1*b*, *corr. m. al.* u) vexabatur 3. v) qui 3. 4. w) auctorem 4. x) lu:ē, *ras.* c 1*a*. y) Martynum 1*b*. z) mentitur 4. a) nequiter 4. b) s. Dei delata 4. c) terterimus 3. d) quem 3. e) *m. al. superscr.* 1*b*. f) ha:c, *ras.* e 2. g) huc 4. h) praetermissa 4. i) scdm̄ 1*b*, *corr.* k) redire 4. l) oracionem 3. m) columnam 4. n) autem 3. o) ipsa 3. p) parva 1*a*. q) mundo 1*b*. 4. r) *om.* 3. s) depreceris 4. t) fictile:m, *ras.* a 2; fictilem 4. u) quo 4. v) e& 1*b*, *corr.* w) sanctus Patroclus *add.* 1*b*. 2. x) Columbariense:, *ras.* m 2. y) *m. al. add.* 1*b*. z) constituit 3. a) monasterialii 3. b) *om.* 4.

1) *A.* 558, *ut e* §. 3. *intellegitur.* 2) *Iam Celle (Allier, cant. Commentry); cf. Longnon p.* 467. 3) *Cf. H. Fr. IV,* 31: Tunc et Lugdunum, Bitorex, Cabillonum atque Divione ab hac infirmitate valde depopulatae sunt. 4) *Cf.* 2. *Cor.* 11, 14. 5) *Colombier (Allier, arr. Montluçon, cant. Commentry); cf. Longnon p.* 466.

transitum suum adnuntians[a], obiit in senectute bona[1], sanctitate praecipua[a*]. Qui aquis 576. Nov. 19. ablutus feretroque inpositus, ferebatur ad monasterium suum, ubi se vivens[b] sepelire[c] mandaverat. Tunc archipresbiter Nerecensis vici, collecta clericorum cohorte, voluit vi auferre glebam sancti corpusculi, videlicet ut ad vicum suum, unde egressus fuerat, sepeliretur[d]. Sed cum furibundus[e] veniens vidisset a longe pallam quae sanctus tegebat artus eximio albere nitore, ita nutu Dei[f] est metu perterritus, ut omni velocitate revocaret ab animo, quod male[g] conceperat levitatis arbitrio, coniunctusque psallentio in exequiis sancti[h] progressus, tumulavit eum cum reliquis qui aderant fratribus in ipso Columbariense[i] monasterio. Ad cuius sanctum sepulchrum Prudentia[k] caeca cum alia Lemovicina puella similiter lumine viduata, ut sepulchrum sanctum in oratione osculatae sunt, lumen recipere meruerunt. Maxonidius[l] autem post quintum caecitatis[m] suae annum, hoc tumulum sanctum adiit, lumenque recepit. Inergumini vero Lupus, Theodulfus[n], Rucco[o], Scopilia, Nectariola[p], Tacihildis[q] ad hoc[r] sancti[s] tumulum sunt mundati; sed et puellae duae de Lemovicino venientes, oleo[t] quod ipse sanctus benedixit perunctae, a nequitia qua obsedebantur mundatae sunt. Et cotidie ibidem ad corroborandam fidem degentium[u] operatur Dominus, qui perpetualiter glorificat sanctos suos*.

EXPLICIT[v] DE SANCTO PATROCLO.

X. INCIPIT[a] DE SANCTO FRIARDO RECLAUSO.

Multi[b] enim[c] sunt gradus, per quos ad caelorum regna conscenditur, de quibus, ut opinor, et David[d] dicit, quia: *Ascensus in corde disposuit.* Accipientur[e] ergo hi Ps. 83, 6. gradus diversorum operum ad cultum divinum[f] profectus[g], et nullus in his gressum figere potest, nisi fuerit, sicut saepe testati[h] sumus, Dei adiutorio provocatus. Sic enim psalmographus in illo mediae profectionis gradu loquitur, dicens: *Nisi Dominus*[i] *aedi-* Ps. 126, 1. *ficaverit domum, in vanum laborant qui aedificant eam.* Quod adiutorium non modo martyres, verum etiam et illi[k] quos sacrae vitae roboravit auctoritas iugiter inquerentes, ad hoc quod sitis desiderii spiritalis promebat alacres[l] pervenerunt. Nam si ad martyrium mens accensa est, huius adiutorii[m] opem poposcit[n] martyr, ut vinceret; si ieiunii observantiam adhibere studuit, ut ab eo confortaretur, adflictus est; si castitati artus reservare voluit inpollutos[o], ut ab illo[p] muniretur, oravit; si[q] post ignorantiam paenitendo[r] converti desideravit, ut ab eo[s] nihilominus sublevaretur, cum lacrimis flagitavit[t], et si[u] quid operis boni exercere eorum quispiam meditatus est, ut ab hoc

*) qui vivit et regnat in saecula saeculorum. AMEN *add.* 1*b*.

Cap. IX. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *Cap. X.* 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. IX. a) an *add., sed del.* 2. a*) praecipia 1*a*. 3. b) v::|ens *corr. al.* vi|ens 1*a*. c) sepeliri 2. d) sepelietur 1*a*, *corr. m. al.* e) cum fuerat vid. 4. f) Domini m. est 3. g) malo 3. h) scis 4. i) Columbarense 1*a*. *b*. 2. k) Prudencia 3. l) Maxodinius 4. m) hetatis 3. n) T[h]eodulpus 1*b*; Teodulfus 3; Theodolfus 4. o) Ruccospolia. 1*b*; Ricco S. 2; Ruccus. Cubilia 4. p) Nectariol:a, *ras.* i 1*b*. q) Taichildis 3; Tachieldes 4. r) ad huc 1*b*, *corr. m. al.* s) sancto tumulo 2, *corr. m. al.*; sanctum 3. 4. t) oleum 1*b*. 2 *(corr. m. al.)*. u) gentium (3). v) Expl. — Patroclo *om.* 1*a*. *b*. 2. 3.

Cap. X. a) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. b) *prologum om.* 3. c) *om.* 4. d) Davit 1*b*. e) Accipiuntur (1*b*. 4). f) divini 4. g) pf. 1*b*, *corr.* h) testati:, *ras.* s 1*b*. i) dnr 1*a*. k) illis 1*a*. l) alacrius 4. m) adiutorio 1*a*, *corr.* n) poscit 4. o) inpollutis 2, *corr. m. al.*; impollutus 4. p) eo 4. q) si — desid. *m. al. in inf. marg. suppl.* 1*b*. r) petendi 4. s) illo 4. t) flagitabat 1*b*. u) et quicquid o. 4.

1) *Cf. H. Fr. V,* 10*:* Qui octogenaria aetate abscedens a saeculo, migravit ad Christum. Scripsimus et de huius vita libellum. *Obiit a.* 576, *colitur die* 19. *Novembris.*

adiutorio iuvaretur, expetiit. Per hos ergo scalae huius ascensus[a] tam difficiles tamque excelsos, tam arduos, cum sint diversi, ad unum tamen Dominum per[b] huius adiutorii ope[c] conscenditur. Idcirco semper ille poscendus, ille quaerendus, ille invocandus erit, ut quod de bono mens concipit adiutorio suo ipse perficiat, de quo et nobis sine fine Ps. 123, 8. oportet dicere: *Adiutorium nostrum in*[d] *nomine Domini, qui fecit caelum et terram,* sicut et ille beatissimus, de quo nunc nobis futurus est sermo, qui inter diversas vel temptationes vel cruces saeculi semper huius adiutorii munimen[e] expetiit.

(1.) Fuit igitur apud insulam Vindunittam[f, 1] urbis Namneticae vir egregiae[g] sanctitatis Friardus[h, 2] nomine reclausus, de cuius vita parumper ad aedificationem eclesiae dicere[i] delectat animo, quia ignoro, si ab aliquo sit scripta. Hic[k] ab infantia sua semper Deo devotus fuit atque pudicus. Factus autem vir, semper in Dei laudibus, semper in oratione, semper in vigiliis degebat; victus necessaria propriis manibus exigebat a[l] terra; etsi in opera inter reliquos properaret, numquam ab oratione cessabat. Quod vicinis aut extraneis, ut mos rusticorum habet, ridiculum erat. Quodam[m] vero die dum[n] cum reliquis in segitem[o], culmis[p] incisis, manipulos colligaret[q], examen miserabilium atque saevarum muscarum, quas vulgo vespas[r] vocant, repperiunt. Cumque acerrime[s] messores, emissis aculeis[t], lacerarent, undique circumeuntes messem, locum illum in quo haec adunatae erant transiliunt atque inridendum[u] beatum Friardum adloquuntur dolosae, dicentes: 'Veniat benedictus, veniat relegiosus, qui orare non desinit, qui crucem[v] auribus et oculis semper inponit, qui viis[w] iteneris sui[x] salutaria vixilla praemittit; ipse metat[y] super examen, ipse eum[z] sua oratione mitescat'. Tunc [ille[a]] quasi[b] ad confusionem[c] dominicae virtutis haec verba suscipiens, provolutus terrae, ib. orationem fudit ad Dominum; et accedens, facto desuper signo crucis, ait: *Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit caelum et terram.* Ad hanc eius orationem[d] confestim omnes vespae se infra antrum, unde egressae fuerant, abdiderunt[e]. Ille vero ad spectaculum[f] omnium messem desuper inlaesus expediit. Quod[g] non sine miraculo inridentibus fuit, eo quod Dominus in se sperantem ad confusionem[h] eorum sic[i] dignatus[k] fuerit roborare.

Denique[l] post haec, cum in[m] arbore pro quadam necessitate ascendisset, subito conliso sub pedibus ramo, ruere coepit, cadensque deorsum, per singulos quos percutiebat ramos Christi beatissimum nomen[n] invocabat, dicens: 'Christe omnipotens, ib. salva me'. Cumque pervenisset ad terras, nihil est[i] nocitus, sed aiebat semper: *Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit caelum et terram.*

(2.) His[o] et aliis virtutibus animatus, coepit infra secreta cordis tacitus cogitare, dicens: 'Si crux Christi et invocatio[p] nominis eius atque adiutorium[q] postulatum ab eo tantam[r] potentiam habet, ut aspera quaeque[s] mundi devincat[t], periculosa obruat, tempta-

Cap. X. ad l. 7. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *l.* 8—36. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. X. a) ascensos 1*a*. b) pro 4. c) opem (2). d) in n. D. *om.* 1*b*. e) iuvamen 4. f) Vindunitam 3; Vindonittham 4. g) egregius 3. h) n. F. 3. i) *in marg. suppl.* 2. k) Hinc 3. l) exigebat. Terrena licet in o. 4. m) Quadam 4. n) c. d. in r. 3. o) segete 4. p) culminis 1*a*, *corr.*; cul|::mis, *in litura* m 2. q) collegerat 1*b*; colligeret 4. r) vespes 2, *corr.* s) acerbissime 4. t) aec. lacerassent 3. u) atque ad irr. 4. v) cruces 4. w) qui ad vires 4. x) sui:, *ras.* s 1*a*. y) mitat 3. z) s. o. e. 2; illud 4. a) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. b) q. ad *suppl.* 2. c) confessionem 4. d) vocem 4. e) abdirunt 3. f) pect. 3. g) Quod — roborare *om.* 3. h) confuonem 4. i) *om.* 2. k) designatus, *ras.* es 1*a*; dignatus, *in litura* di 2. l) *om.* 4. m) *superscr.* 1*b*. n) i. n. 3. o) hic 1*b*, *corr. m. al.* p) invocato 3. q) *m. al. superscr.* 1*b*. r) tantum 1*b*. s) quaecumque m. 1*b*; m. q. 3. t) devincant, p. obruant, — astra (acra 4) depellant 3.

1) *Besné vicus, ubi ecclesia etiam nunc S. Friardo dicata est; cf. Longnon p.* 313. 2) *Joly, 'Vies de S. Friard et de S. Second, du diocèse de Nantes'. Paimboeuf* 1854, *non vidi.*

tionum atra depellat et omnia quae sunt saeculi huius oblectamenta pro nihilo reputata[a] fastideat[b], quid mihi et mundo, nisi ut[c], relictis omnibus quae eius sunt, in illius vacare solius[d] debeam obsequiis, cuius nominis invocatione a periculis sum salvatus iniquis[e]?' Et egressus ab hospitiolo suo, oblitus parentes et patriam, heremum petiit, ne[f] in saeculo habitanti inpedimentum aliquod de[g] oratione mundi sollicitudo conferret. Ipse quoque et abba Sabaudus[h], qui quondam regis Chlotarii[i] minister fuerat, paenitentiam accipientes, Vindonitensim[k] Namnetici[l] territurii insola[m] sunt adgressi. Habebant autem secum et[n] Secundellum[o] diaconem[p]. Abba vero, ablata[q] de aratro Domini manu, ab insola discedens, ad monasterium rediit, nec multo post occultis[r] causis gladio est peremptus. Sanctus vero Friardus cum Secundello diacono in supradicta insola stetit immobilis. Habebat[s] tamen uterque eorum propriam cellulam[t], sed procul a se positam. Cumque strenuae in oratione persisterent, nocte Secundello[u] diacono apparuit temptator in specie Domini, dicens: 'Ego sum Christus, quem cotidie deprecaris. Iam enim sanctus effectus es, et nomen tuum in libro vitae cum reliquis[v] sanctis meis adscripsi. Egredere nunc[w] ab hac insola et vade[n], fac sanitates in populos[x]'. His et ille inlectus deceptionibus[y], discessit ab insola nec satelliti[z] nuntiavit. Tamen, cum infirmis in nomine Christi manus inponeret[a], sanabantur. Regressus autem [valde[b]] post multum tempus ad insolam, venit ad socium cum[c] vana gloria, dicens: 'Abii enim extra insolam et virtutes multas in populis[d] feci'. Cumque conterritus[e] ille interrogaret, quid hoc sibi vellet, cuncta[f] quae gesserat simpliciter pandit. At senior obstupiscens suspiransque et lacrimans, ait: 'Vae nobis, in quantum audio, a temptatore delusus es! Vade, age paenitentiam, ne ultra[g] tibi praevaleant eius doli!' Quod ille intellegens et perisse se timens, cum fletu ad pedes eius prosternitur, rogans, ut pro se Dominum deprecaretur. [Et[h] ille]: 'Vade', inquid, 'et pariter eius omnipotentiam pro salute animae tuae poscamus. Non est enim difficilis Dominus se confitentibus[i] misererc[k], cum ipse per prophetam dicat: *Nolo mortem peccatoris, sed ut*[l] *convertatur et vivat*'. Ez. 33, 11. Orantibus autem illis, advenit iterum[m] temptator in similem[n] speciem ad Secundellum diac., dicens: 'Nonne praeceperam tibi, eo quod oves meae morbidae essent et pastorem[o] indigerent[p], ut egrederes[q] et visitares atque opem sanitatis eis[r] tribueres?' Et[s] ille: 'In veritate enim conperi, quod seductor sis, neque te Deum[t] credo, cuius te speciem mentiris habere. Tamen, si Christus es, crucem tuam, quo[u] reliquisti, ipsam ostende, et credam tibi'. Cumque non ostenderet, diac.[v] crucem Domini in os eius faciens[w], confusus evanuit. Rursumque ad eum veniens cum multitudine daemonum, tanta eum caede mactavit, ut vix putaretur evadere. Et discedens, nusquam[x] conparuit. Idem postea diaconus in summa sanctitate perdurans, die debito defunctus est[1].

(3.) Beatus vero Friardus cum magnis virtutibus[y] effulgeret, quadam[z] vice

Cap. X. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. X. a) deputata 1*b*; reputa 4. b) fastiant 3. c) *om.* 4. d) *om.* 3. e) iniquus 1*a*, *corr.* f) nec 4. g) deo ratione 1*b*. h) abbas Baudus 2; abbas Abundus 3; abba Sabbaudus 4. i) Ch:lotharii, *ras.* o 2; Chlotharii 4. k) Vindonitthensem 4. l) Namcaeci 3. m) insulam 1*b*. 4. n) *om.* 3. o) Secondellum, *ut infra* 1*b*, *corr.* p) diaconum 1*b*. 4. q) ablato 4, *corr.* r) occultatis 3. s) Habebat — positam *om.* 3. t) cellam 4. u) Secundellum app. 3. v) requis 1*b*, *corr. m. al.* w) ab h. i. n. 2. x) populis 3. y) disc. 1*b*; decogitationibus 4. z) *m. al. del. et superscr.* socio 2; satelli 3. a) et *add.*, *sed del.* 1*b*. b) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. c) c. v. g. *om.* 3. d) populos 1*b*; populo 4. e) territus 3. f) ta *m. al. superscr.* 1*b*. g) t. u. 4. h) Et ille *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. i) confidentibus 4. k) misereri 1*b*. 4. l) *superscr.* 1*a*; *om.* 4. m) i. t. *om.* 3. n) simili speti(a)e 1*b*. 4. o) pastore 4. p) indigent 3. q) egrederesres 3; egredereris 4. r) eius 3. s) At 4. t) Dominum 1*b*. 2. u) qua 3; quam 4. v) diacono 4. w) faciente 4. x) numquam 4. y) virtutis 2, *corr. m. al.* z) quodam 1*a*. 2 *(corr.)*.

1) *Eodem die colitur, quo S. Friardus; cf. Cointius a.* 577, *nr.* 50.

effractae[a] vento ab arbore ramum, quem[b], ut ferunt, ipse inseruerat[c], collegit[d], conpositumque, baculum sibi exinde, quem manu gereret, fecit. Post multum vero tempus iam arefactam virgam in[e] terra[f] plantavit[g], infusaque[h] aqua saepius, baculus ille frondes emisit et poma, atque infra duos aut tres annos in magna[i] arboris proceritate distentus excrevit. Quod cum grande miraculum, populis cernentibus, haberetur, et cotidie ad hanc[k] visendam inmanis turba conflueret, ut etiam[l] ipsam remotionem insulae virtus prodita publicaret, sanctus Dei, ne vanae gloriae labe subrueret[m], arborem[n], arrepta[o] secure, succidit. Rursumque sanctus alterius arboris ruinam cernens, quae acta venti violentia floribus plena corruerat, misericordia motus oravit, dicens: 'Ne pereat, quaeso, Domine, huius arbustae[p] fructus, quae, te iubente, florum ornamenta produxit; sed potius a te incrementum reparationis[q] indultum, fructuum adipisci mereatur[r] effectum'. Et haec dicens, accepta secure, amputata arboris columna, super radices, quae adhuc haerebant [solo[s]], columnam ipsam in modum[t] sudis fecit acutam, eamque terrae defixit. Mox ligatis sine[u] radice radicibus, ad praestinum restituta statum[v], flores qui aruerant viruerunt; ipsoque[w] anno haec arbor fructus cultori suo restituit. Credo ego de misericordia Dei, quod miraculum praesens exegit[x] loqui, quia[y] obtenere potuit hic oratione sua vitam mortuis a Domino inpertiri, qui obtenuit arbores[z] aridas in rediviva[a] viriditate frondescere.

(4.) Idem cum plerumque transitum suum fratribus praediceret, quadam[b] die tactus a febre, dicit suis: 'Ite ad Felicem episcopum et nuntiate ei discessum meum, dicentes: "Frater tuus Friardus[c] dicit: '"Ecce, consummatum[d] cursum vitae huius, de hoc mundo[e] absolvor et, ut certior sis de hoc verbo, die dominica[f] transitum accipio et vado ad requiem quam mihi promisit rex aeternus Deus. Veni, obsecro, et videam cf. Tob. 10, 11. te, priusquam obiam'"'. Cumque ille occasione nescio qua deteneretur[g], mandatum misit, dicens: 'Rogo[h], si fieri potest[i], ut me modicum[k] susteneas, donec, moris actionum dissolutis, ad te usque perveniam'. Revertentibus vero nuntiis et ista dicentibus, cum iam lectulo decubaret, ait: 'Surgamus ergo[l] et susteneamus fratrem nostrum'. O virum sanctitate ineffabilem, qui quamquam[m] festinaret dissolvi et cum Christo esse, non tamen oblitus caritatem, obtenuit apud[n] Dominum adhuc esse in mundo, ut fratrem cerneret[o] spiritali intuitu. Sed nec illum infime[p] reor fuisse meriti, cuius adventu[q] Dominus huius sancti dilatare dignatus est dies. De qua tarditate accepto nuntio, protinus quiescente febre, sanus[r] surrexit a lectulo. Post multum vero tempus, adveniente episcopo, a[1] febre corripitur[s], ingressoque[t] ad se salutat et osculatur, dicens: 'Grandes mihi moras de itenere debito[u] facis, o sanctae sacerdos!' Quibus vigilantibus, nocte, 573. quae[v] erat dominica, mane facto, tradidit spiritum[1]. Quo emisso, mox omnis cellula

Cap. X. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. X. a) *sic* 1*a*; effractum 1*b*. 2 *(sed* um *m. al. in litura scr.)*; effracte 3; effractum a v. 4. b) quam 4. c) inseuerat 1*a*, *corr. m. al.* d) *om.* 3. e) *om.* 4. f) terram 3. g) paltavit 1*a*. h) et infusa super aqua 4. i) magnae 4. k) hunc 1*b*, *corr. m. al.* l) iam 4. m) subreueret 1*b*, *corr. m. al.* n) arbore 3. o) arrepta 2. p) arbustae — florum *in marg. suppl.* 2. q) separacionis 3. r) mereamur 4. s) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. t) mundum 1*b*, *corr.*; ipsam immodum 4. u) in 3. v) statim 2. w) ipso quoque (1*a*). x) exigit 1*b*; exit *corr. m. al.* exigit 4. y) qui 3. z) *bis scr., sed corr.* 1*b*. a) redivivam viriditatem 4. b) quandam 1*b*, *corr.* c) *om.* 1*b*. d) consummato cursu 3. e) *om.* 3. f) dominico 4. g) detentus 4. h) ut *add.* 1*b*. 3. i) post 1*b*, *corr. m. al.*; ut me *om.* 3. k) modicas 3. l) *om.* 4. m) quamvis 4. n) cum Domino 4. o) et *add., sed del.* 1*b*. p) inferioris (r. *om.* 4; f. r. 3) f. m. pro c. 4. q) adventum 3. r) sanatus 4. s) corpitur 1*b*. t) Ingressumque 4. u) dubito 4. v) qua 3; q. instabat d. 4.

1) *Cf. H. Fr. IV,* 37*:* Sanctus vero Friardus hoc nichilominus tempore quo sanctus Nicetius obiit plenus dierum, sanctitate egregius. *In Supplemento Martyrologii Gallicani die* 1. *Augusti colitur, sed festum Cointio (a.* 577, *nr.* 49*) teste in sequentem diem translatum est,*

ab odore suavitatis repleta tota contremuit[1]; unde indubitatum est, angelicam ibidem adfuisse virtutem, quae sancti meritum signans, cellulam divinis[a] faceret aromatibus efflagrare[b]. Cuius gloriosum corpus sacerdos ablutum recondit in tumulo[2], Christus animam suscepit in caelo, relinquens terrigenis exempla virtutum.

XI. INCIPIT[a] DE SANCTO CALUPPANE[b] RECLAUSO.

Semper[c] enim paupertas saeculi regiam reserat caeli atque utentes[d] se non modo praeparat[e] polo, vere[f] etiam glorificatos miraculis inlustres esse declarat in mundo, quo fiat[g], ut, dum illa ergastularis contritionis revinctio paradisi ianuam patefacit[h], anima[i] angelicis choris inserta, in requie sempiterna persultet; sicut nunc de beato Caluppane[k] reclauso quod verum cognovimus prorsus silere nequimus[l].

(1.) Hic[m] autem ab ineunte[n. 3] aetate semper relegionis eclesiasticae bonum quaesivit[o] et repperit, et apud monasterium Meletinsim[p. 4] termini Arverni conversus, in magna se humilitate[q] fratribus praebuit. Erat enim summae abstenentiae, ita ut ab inaedia nimium[r] adtritus[s] cotidianam cum reliquis fratribus operam explere[t] nequiret. Unde, ut mos est monachorum, magnum ei inproperium inferebant, dicente sibi praesertim praeposito: 'Qui non deliberat laborare, indigne postulat manducare'. Dum autem hic assidue uriretur his[u] exprobrationum[v] verbis, vallem haud procul a monasterio conspicatur, de cuius medio lapis, natura praebente, consurgens, provehitur in excelsum quasi in quingentis aut eo amplius pedibus, nullam[w] penitus habens cum reliquis montibus circumpositis coniunctionem. Cuius vallis medium fluvius alluit, qui hunc montem placide contingens, dilabitur. In huius ergo lapidis scissuram, quod priscis quondam[x] propter transitum hostium receptaculum fuit, heremita[y] sanctus ingreditur, et exciso lapide, habitacula[z] statuit, in qua[a] nunc per scalam valde difficilem[b] scanditur. Locus etenim ille tam difficilis est ad incedendum, ut etiam feris bestiis illuc accedere sit laboris. In hoc loco oratoriolum parvulum quodam modo fecit, cui oranti, ut ipse nobis cum lacrimis referre erat[c] solitus, serpentes super caput eius saepius decidebant, et involventes se circa collum eius, non minimum ei inferebant horrorem.

Cap. X. 1a. 1b. 2. 3. 4. *Cap. XI. ad l.* 10. 1a. 1b. 2. 4. *l.* 11—27. 1a. 1b. 2. 3. 4.

Cap. X. a) divini 2, *corr. m. al.* b) efflagare 1a. 4; efflaglare 3.

Cap. XI. a) *om.* 1a. b. 2. 3. b) CALUPANO 4. c) *prologum om.* 3. d) utente 4. e) prop. 2, *corr.* f) verum 2. 4. g) fit 4. h) patefecit 1a *(corr. m. al.)*. 4. i) anima 2, *corr.* k) Calupane 1b, *corr. m. al.*; Caluppato *corr.* Caluppano 4. l) nequivimus 1b. 4. m) Beatus autem Caloppanus ab 3. n) eunte 4, *corr. m. al.* o) quaesit 2, *corr.*; que sunt 4, *corr.* p) Meletensem 2; Melethense, *del.* h 3; Meletense 4. q) conversus *repet., sed del.* 2. r) nimia *corr. inter scr.* nimium 2. s) contritus 4. t) exercere 2. u) :his, *ras.* e? 1a. v) *sic probe* 1a. 2. 4. w) nulla 3. x) q. p. *in marg. suppl.* 4. y) heremitas *corr. m. al.* heremitis 1b. z) habitaculum 4. a) quod 4. b) difficile 3. c) ::erat, *ras.* ea 1b.

'quia Kalendae Augustae festo sancti Petri ad vincula sunt impeditae'. Si Gregorio fidem haberemus, die dominico Friardus a. 566. *vel potius* 577. *mortuus esset, id quod Cointius statuit. Equidem a.* 573, *quo S. Nicetius decessit, antepono, primum quod minime notum sit, utrum Friardus die* 1. *Augusti obierit an sepultus sit, deinde quod hagiographi sanctos nonnullos, ut gloriam eorum augerent, die dominico vitam reliquisse persaepe finxerunt. Felix Namnetensis a.* 573, 3. *Id. Sept. concilio Parisiensi IV. interfuit.* 1) *Cf. H. Fr. IV,* 37: In cuius transitu adveniente Felice episcopo, cellula tota contremuit. Unde non ambigo, aliquid ibidem fuisse angelicum, quod sic locus ille, ipso transeunte, tremuerit. Quem episcopus abluens atque dignis vestimentis involvens, sepulturae mandavit. 2) *Ibi nunc exstat paroecialis ecclesia sub titulo SS. Friardi et Secundelli, ut ex Breviario Namnetensi observat Cointius. R.* 3) *Natus est circa a.* 526; *cf. p.* 711, *l.* 17. 4) *Forte Méallet (Cantal, dép. Mauriac); cf. Longnon p.* 505. *Sed nulla ibi superest aut S. Caluppanis aut eius monasterii memoria. R.*

Sed quia diabolus ad[a] speciem callidi serpentis habetur, non ambigitur, eius[b] hanc[c] fuisse inmissionis[d] insidiam. Nam cum ille ad haec perstaret[e] inmobilis nec moveretur minorum anguium[f] ictibus, quadam die duo dracones inmensae magnitudinis ad eum ingressi, adsteterunt procul[g]; quorum unus, ut arbitror ipse dux temptationis, validior altero erat, qui, erecto pectore[g], os suum contra os beati quasi aliquid musitaturus erexit. Ad ille timore perterritus, tamquam aeneus valde[h] diriguit, nullumque penitus membrum movere potens[i] neque manum[k] elevare, ut signum beatae crucis obponeret[l]. Cumque ambo diutissime[g] in silentio[m] constetissent, venit in mentem sancto per spiritum, ut orationem[n] dominicam, etsi labia movere non poterat, vel corde clamaret. Quam[o] dum tacitus loquitur, coeperunt paulatim membra eius, quae inimici fuerant[p] arte revincta[q], dissolvi, et sentiens, se manum dextram habere iam liberam, ori signum[r] beatae crucis inponit[s], rursumque conversus ad hydrum, pingit[t] iterum[u] crucem Christi adversus eum, dicens: 'Tune es ille qui protoplastum[v] de paradisi habitacula[w] proiecisti, qui germani dexteram parricidio cruentasti, qui Pharaonem[x], ut populum Dei persequeretur, armasti, qui ad extremum ipsum [illum[y]] Hebreum populum, ut[z], invidia succendente, persequeretur Dominum, excitasti? Discede[a] a servis Dei, a quibus saepius superatus discessisti confusus. Tune es enim[b] in Cain proiectus, in Esau supplantatus, in Golia prostratus, in Iuda traditore suspensus: et in ipsa illa dominicae virtutis cruce cum potestatibus[c] et dominationibus tuis triumphatus atque contritus es[d]? Abde[e] nunc, inimice, caput, et humiliare sub signaculo crucis divinae, quia non est tibi portio cum servis Dei, quorum est hereditas regnum Christi[f]'. Haec et huiuscemodi[g] sancto dicente crucemque per singula[h] faciente, draco huius vixilli[i] virtute confusus, vicissim se[k] humilians, terrae subditur. Sed dum[l] haec agerentur, ille[m] alius circa pedes et tibias[n] sancti in insidiis[o] volvebatur. Cumque hunc ad pedes suos confusum[p] sanctus heremita videret, orationem faciens, eum abire iussit, dicens: 'Vade retro, satanas, nihil mihi in nomine Christi mei poteris ultra nocere'. At ille usque limen cellulae egressus[q], sonum validum per inferiorem partem[r] emisit et tanto cellulam fetore replevit, ut nihil aliud quam diabolus crederetur; nec ultra coram sancto aut[s] serpens aut draco conparuit.

(2.) Erat enim assiduus in opere Dei, nec vacabat ad[t] aliud, nisi aut legeret aliquid aut oraret; etiam, cum parumper cibi caperet, semper orabat. Sumebat interdum piscem de flumine, rare[u] quidem, sed cum voluisset, opitulante Domino, confestim aderat. Cibum panis non aliunde sumebat, nisi qui[v] de monasterio mittebatur: si quis vero devotorum panes detulisset[r] aut vinum, id in cibos deputabatur aegentium, in[w] illorum dumtaxat qui ab eo aut[x] signum salutare suscipere aut infirmitatum remedia sumere[y] flagitabant; scilicet ut, quos per orationem[z] saluti dabat[a], etiam cibi refectione[b] foveret, illud Domini recolens, quod in euangelio de turbis, quas[c] a diversorum mor-
Matth. 15, 32. borum contagio sanaverat, dixit: *Dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via.* Sed

Cap. XI. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. XI. a) ad s. *om.* 3. b) *m. al. superscr.* 2. c) has 4. d) aemissionem 3; immissiones insidiarum 4. e) perst:aret, *ras.* r 1*a*. f) haugui 3. g) *om.* 3. h) valide 3. i) potest 3. k) manus 3. l) illi *add.* 1*b*. m) silentium 3. n) oratione 3. o) q̊ 1*a*. p) fuerunt 2, *corr.* q) vincta 4. r) signaculum 4. s) inposuit 1*a*, *corr.* t) precingit 2. u) tetrum 4. v) protopla:stum, *ras.* u 1*a*; proto plaustrum 1*b*, *corr.*; stum *in litura scr.* 2; plotoplasto 3. w) habitaculo 4. x) Pharaoni 3. y) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3; Hæb:reum, *ras.* e 1*a*. z) i. s. ut 3. a) Discende, *ras.* n 1*b*. b) *om.* 3; qui *add.* 4. c) d. et p. tr. 4. d) *om.* 2. e) Abscede 3. f) Dei 4. g) huiusmodi 4. h) signacula 1*b*; crucisque signacula 4. i) vexillians terrae, *ras.* ans *et* virtute — humilians *m. al. in marg. suppl.* 2. k) sed 1*b*, *corr.* l) cum 4. m) et *add.* 3. n) tibia 1*a*. *b* *(corr.)*. o) insidias *(corr.)* volvebantur 3. p) confusus 4. q) egres 1*b*, *corr. m. al.* r) *om.* 3. s) nec 3. t) *m. al. superscr.* 2; *om.* 3. u) raro 4. v) que 3, *corr.* w) in i. *om.* 1*b*. x) ut 1*b*, *corr. m. al.* y) *post* s. 13 *litt. ras.* 2. z) horatione 3. a) dabant 2, *corr.* b) refectionis 1*b*, *corr. m. al.* c) quos 4, *corr. m. al.*

nec illud beneficium[a] oculi arbitror, quod ei[b] in loco illo divina[c] pietas est largita. Nam cum a profundo[d] vallis illius quasi stadia decem aqua deferretur, oravit ad Dominum, ut ei in ipso cellulae suae habitaculo[e] fontis venam ostenderet: sed[f] non defuit virtus illa caelestis, quae quondam sitientibus populis aquas produxit a[g] silice. Statimque[h] igitur ad huius[i] orationem[k] gutta laticis a caute prorumpens, coepit solum stillis frequentibus inrigare. At ille munus caeleste congaudens, concavum in lapide parvulum in modum cisternae faciens, tenentem[l] quasi condia[m] duo, limphas divinitus sibi indultas suscipiebat, de quibus tantum[n] ei ministrabatur per dies singulos, quantum ipsi pueroque[o] **sufficeret, qui ei minister fuerat datus.**

(3.) Accessimus enim et nos ad locum cum beato Avito[1] episcopo et omnia quae narravimus quaedam ab ipso relata cognovimus, quaedam oculis[p] propriis inspeximus. A memorato autem pontifice diaconatus ac praesbiterii sortitus est gradum; multa populis diversis vexatos[q] morbis remedia contulit. Nulli tamen cellulam egressus se praebuit contemplandum, nisi tantum per fenestellam extendens manum, salutare signaculum inponebat, et si a quoquam visitatus fuisset, ad hanc accedens speculam, orationem colloquiumque praebebat[r]. Denique in hac religione cursum vitae consummans[2], 576 Mart. 5
quinquagesimo, ut opinor, aevi[s] anno migravit ad Dominum.

XII. INCIPIT[a] DE[b] AEMELIANO[c] HEREMITA ET[d] BRACHIONE[e] ABBATE[f].

Quantum[g] disciplina caelestis se custodientibus praebeat, quantumque[h] non custodita[i] neglegentibus[k] inrogare debeat, per os psalmografi[l] Spiritus[m] sanctus pandit: *Adprehendite*, inquit, *disciplinam, ne quando irascatur Dominus, et pereatis a*[n] *via* Ps. 2, 12.
iusta. De bonis autem Salamon[o] ait[p]: *Disciplina pacis*[q] *erit super eum*. Disciplina Is. 53, 5.
ergo haec timorem Domini facit, timor autem Domini initium sapientiae praebet, sapientia[r] vero dilegere Deum[s] docet; dilectio enim Dei hominem a terrenis sublevat, ad caelos evocat, paradyso locat, in quo felicium[t] animae, ex illius vitis vitalis sumpto vini novi[u] liquore, aepulantur in regno Dei. Desiderare ergo oportebat homines huius vitis[v] haurire mysterium, ut accedere[w] valerent ad illum tam iocundae habitationis amoenissimum locum. Quod si istae quas nunc cernimus vites, quae per traduces[x] extensae, emissis palmitibus, pampino intextae[y], dependentibus uvis, amoena[z] nos contemplatione[a] laetificant, dum non solum proferunt copiam fructuum, verum etiam oportuno nos umbraculo protegunt igniti solis ab[b] aestu, quas scimus post[c] adsumpto fructu temporis legitimi deciduis foliis quasi aridas reddi; quanto magis illa desiderare debemus[d], quae nullo[e] fine deficiunt neque ullo temptationis aestu marcescunt; ubi, spe[f] praeterita, res

Cap. XI. 1*a*. *b*. 2. 3. 4. *Cap. XII.* 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. XI. a) *o*. b. 3. b) *superscr*. 2. c) p. domini divina est 3. d) profunda 2, *corr*. e) loco 3. f) et 4. g) e 4. h) que *om*. (3. 4). i) huic 2, *corr*. *m*. *al*. k) oracione 3. l) *om*. 4. m) congia 2; quasi adō lymphas 4. n) ei t. 3. o) que *om*. 3; pueroque, *ras*. s 4. p) p. o. 2. q) sic 2. 3; vexato 1*a*. *b*; vexatis 4. r) praebeat 3. s) et sexto *pro* aevi 4; anno *m*. *al*. *superscr*. 1*a*.

Cap. XII. a) *om*. 1*a*. *b*. 2. 3. b) sancto *add*. (3). c) Aemil. *semper* 2. 3; Emil. *semper* 4. d) et B. a. *om*. 3. e) Bracchione *plerumque* 1*a*; *infra* Bracchio 2; Pirichone, *infra semper* Biricho 4. f) abbatibus 4. g) *prologum om*. 3. h) quantumque — debeat *in inf. marg. suppl*. 2. i) custodia 4, *corr*. k) negentibus 1*b*, *corr*. *m*. *al*. l) psalmigraphi 4. m) s̅c̅s̅ s̅p̅s̅ 4. n) de 4. o) Salomon 1*b*. 2. 4. p) Et *add*. 4. q) patris 1*a*; panis 4, *corr*. r) sapientie 1*b*, *corr*. *m*. *al*. s) dn̄m̄ 1*b*, *corr*. t) felium *m*. *al*. *in marg*. *corr*. fidelium 4. u) novo 1*a* (*corr*.). 4; *m*. *s*. *XII*. *superscr*. 2. v) *om*. 1*b*. w) accederent ad illum 4. x) radices 4. y) intexta 1*a*. 2. z) amoenę 1*b*. a) contemplationē 1*a*. b) ad 4. c) *om*. 4. d) demus 2, *corr*. e) nec ullo 4. f) saepe 2.

1) *S. Avitus Arvernensis episc. a.* 571. *consecratus est; cf. H. Fr. IV*, 35. 2) *Obiit a.* 576: *cf. H. Fr. V*. 9: Eodem quoque anno et Caluppa reclausus obiit. *Colitur die* 5. *Martii*.

ipsa quae sperabatur et tenetur et fruitur. Haec multi desiderantes, non modo facultates proprias reliquerunt[a], verum etiam deserta quaeque et inculta adgressi sunt, ut sitim huius desiderii solitariae ac remotioris orationis solatio lacrimarumque fluenta restinguerent; sicut nunc beatus Aemilianus novis nostris[b] temporibus heremita fecisse probatur.

(1.) Hic[c] igitur, relictis parentibus ac facultate propria, ad[d] heremi deserta petivit et se[e] intra secreta silvarum Ponticiacensium[f, 1] Arverni[g] territurii abdidit, in qua, decisa silva, modicum deplanans campum, rastro ipsam[h] effodiens humum, vitae elicebat alimentum. Habebat[i] et[k] hortum parvulum, quem aqua superveniente rigabat[l], de quo holus ad refectionem nullo inpinguato[m] adipe praesumebat. Solatium vero absque Dei adiutorio[n] nullum habens, cohabitatores enim bestias[o] avesque illi erant, qui ad eum cotidie tamquam ad Dei famulum confluebant. Vacabat enim ieiuniis[p] et oratione[q], nec eum ab hac causa ulla[r] mundanae sollicitudinis occasio inpedire poterat, quia praeter Deum aliud nihil[s] habebat.

(2.) Erat autem tunc temporis apud Arvernam[t] urbem Sigivaldus[u, 2] magna potentia praeditus, in cuius servitio[v] erat adolescens quidam nomine Brachio[w, 3], quod in eorum lingua interpretatur 'Ursi catulus'[4]. Hic[x] antedictus[y] vir ad capessendam porcorum[z] silvestrium venationem delegerat, ibatque cum ingenti[a] Molosorum[5] turba[b], circumiens silvas, et, si quid coepisset, domino deferebat. Quadam vero die, dum suem inmensi corporis cum[c] hac latrantium[6] turba prosequeretur[d], sues intra septa quae[e] circa cellulam erant sancti ingreditur; prosequens[f] vero canum turba cum latratu[g] usque ad[h] aditum accessit vestibuli, moxque in suis haesit vestigiis nec ingredi est permissa post suem[i]. *Quod cernens Brachio[k] et caelitus[l] haec evenisse admirans, ad cellulam sancti se confert, viditque suem ante ostium stantem, nihil penitus[m] formidantem[n]. Consalutatus autem ac osculatus a sene, invitatur[o] ad resedendum. Quibus

Cap. XII. ad l. 5. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *l.* 6—25. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. XII. a) relinquerunt 2, *corr.* b) nostis 1*a*, *corr. m. al.* c) Beatus igitur Aemilianus rel. 3. d) *om.* 4. e) si 1*b*, *corr, m. al.*; inter 3. f) Pontitiasentium 1*b*. g) terri *add.*, *sed eras.* 2. h) ipsa 3. i) Habat 4, *corr.* k) autem 3. l) rigavit 4. m) impinguatum 4. n) adiutorium 3. o) bestiae 4. p) ieiunus? 1*a*, *corr.* q) orationi 4. r) ullā 2, *corr.* s) *m. al. in marg. suppl.* 1*a*. t) Av. 4, *corr. m. al.* u) Sigiwaldus 4, *semper.* v) servitium 4. w) *corr. m. al.* Berchio 1*b*. x) Hi:c 1*a*; Hinc 2; Hunc predictus 4. y) antedicturus 2, *corr.* z) *m. al. superscr.* 4. a) ingente 2. b) cir *add.*, *sed eras.* 2. c) c. hanc *eras.* 1*b*; c. hec 3. d) prosequitur suis 4. e) que, *m. al.* e 2; qui 3. f) persequens 4. g) latratum 3. h) *m. al. add.* 1*b*; u. additum 3. i) suam 2, *corr.* k) Bracho, *corr.* 1*b*, *fere.* l) caelestus 1*b*, *in marg. corr. m. al.* m) *om.* 3. n) formitem 2, *corr. m. al.* o) invitantur 4.

1) *Vertit Branchus in Vitis SS. Arverniae 'la forest de Pont-Gibaud'. Pons vero Givoldi oppidum est inferioris Arverniae ad Cicaulam fluvium, 'la Sioule', ibi visuntur rudera ecclesiae veteris, cui olim adiunctum fuisse ordinis Benedictini monasterium vulgus putat. At nulla ibi est sancti Brachionis aut Aemiliani memoria. Non displicet unius e nostris coniectura, qui Ponticiacum interpretatur vicum Pionsat (Puy-de-Dôme, arr. Riom), cuius loci patronus est S. Bravy abbas Menatensis, idem ut putat ac S. Brachio. Iste tamen* 9. *die Februarii; prior* 15. *Septembris colitur, sed forte alterutrum festum translationis est. R. Cf. Longnon p.* 508. 2) *Cf. H. Fr. III,* 13*:* Theudoricus autem ab Arverno discendens, Sigivaldum parentem suum in ea quasi pro custodia dereliquid; *v. De pass. S. Iul. c.* 14. 3) *Cf. H. Fr. V,* 12*:* Fuit autem genere Thoringus, in servitio Sigivaldi quondam ducis venationem exercens, sicut alibi scripsimus. 4) *Germ. 'bracke'; cf. Grimm, 'Deutsch. Wörterb.' II, p.* 289, *ubi nomen Brachio cum Welfone comparatum est. Sed potius 'bärchen' intellegendum esse, Bordier v. cl. recte contendit, unde nescio, an lectio 'Piricho' anteponenda sit.* 5) *Cf. Verg. Georg. III,* 405. 6) *Cf. Ovid. Met. VIII,* 412.

consedentibus, ait senex: 'Video te, fili dilectissime, in grandi elegantia conpositum, et sequi ea[a] quae[b] magis detrimentum animae[c] praeparent quam salutem. Relinque, quaeso, terrenum[d] dominum et sequere Deum verum, caeli terraeque factorem, cuius nutu omnia gubernantur[e], cuius imperio cuncta subduntur, cuius maiestate ipsa quam cernis bestia adstat intrepida. Non te tumidum faciat aut extollat potentia domini
tui, quae[f] nihil est. Sic enim ait Paulus apostolus: *Qui gloriatur, in Domino* 1. Cor. 1,31.
glorietur. Et[g] alibi: *Si hominibus placerem, Christi servus non essem.* Subde Gal. 1, 10
te eius servitio, qui ait: *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et* Matth. 11,28.
ego reficiam[h] *vos.* Ipse est[i] Dominus, cuius onus leve est, cuius iugum suave cf. ib. 30.
est, cuius[k] cultus et tribuit praesentia[l] et vitam largitur aeternam. Sic enim ait:
Si quis renuntiaverit omnibus quae possedet, centuplum accipiet et[m] *insuper vitam* Matth 19,29.
aeternam possedebit'. Haec et his similia sene viriliter disserente, sues inlaesus[n] silvas petiit, puerque discessit ab eo non sine grandi admiratione, quod aprum, quem inchoaverat sequi ferum[o], in conspectu senis mansuetum adstare videbat ut agnum; plurima[p] tractans ac multa[q] secum revolvens, quid[r] ageret quidve[s] faceret, utrum saeculum[t] relinqueret an saeculo deserviret. Sed conpunctus a divina pietate et, credo, sancti Aemeliani[u] oratione, aditum quaerere[v] coepit occulte, qualiter clericus esse possit, quia publice propter terrenum[w] dominum[x] non audebat[y]. Tamen, cum esset adhuc laicus, in nocte bis[z] aut tertio de stratu suo consurgens, terrae prostratus, orationem fundebat[a] ad Dominum. Nesciebat[b] enim[c], quid caneret, quia litteras ignorabat. Videns autem saepius in oratorium[d] litteras super iconicas[e. 1] apostolorum reliquorumque sanctorum esse conscriptas, exemplavit eas in codice. Cumque ad occursum domini sui clerici vel abbates assiduae convenirent[f], hic e iunioribus quem primum potuisset[g] arcessire[h] secretius interrogabat nomina litterarum, et ob hoc eas intellegere coepit. Antea autem, inspirante Domino, et[i] legit et scripsit, quam litterarum seriem cognovisset. Exin[k] mortuo Sigivaldo[l. 2], ad antedictum senem properat, et cum eodem duos[m] vel tres annos faciens, psalterium memoriae conmendavit[n]. Quem eius germanus plerumque interficere voluit, cur nollet matrimonio copulari. Dehinc monachi ad eos additi sunt.'

(3.) Impletis autem beatus Aemelianus[o] diebus vitae suae et circiter nonagenaria[p] aetate egrediens a corpore, Brachionem reliquid heredem. Hic, stabilito monasterio, obtenuit[q] a Ranihilde[r], Sigivaldi memorati filia, multo[s] terrarum spatio, quod ad hoc monasterium dereliquid. Erat enim saltus ex domo Vindiciacense[t. 3]. Hic vero de hoc

Cap. XII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. XII. a) ea 2, *corr.* b) m. q. 1*b*. c) praeparant a. 4. d) terreno 2, *corr.* e) gubernatur 1*a*, *corr. m. al.;* cuius — subduntur *om.* 3. f) quia 3. g) Et — essem *om.* 3. h) v. r. 1*b*. i) enim *add.* 3. k) cuius — possedebit *om.* 3. l) p̄sentem 1*b*. m) i. et 4. n) inlaesa 3. o) ferrum 4, *corr.* p) plurama 1*a*, *corr.* q) multum 4. r) quod 1*a*, *corr.* s) quid vel 3; quidve: 4. t) s. r. an *om.* 4. u) Aemiliano *corr.* Aemiliani 3. v) c. q. 3. w) ter *m. al. superscr.* 1*b*. x) dominicum 4, *corr.* y) audiebat 1*b*, *corr. m. al.* z) visavit (*om.* 2) tertio (tercio 3) 1*a*. *b* (*corr. m. al.*). 2. 3; bis aut *m. s. XII. superscr.* 2. a) fu:::: 3. b) Nesciebat — ignorabat *om.* 4. c) tamen (3). d) oratorio 4. e) icon|nas, *superscr. m. al.* iconas 2; :iconias 4. f) convenissent 3. g) potuisse 2, *corr. m. al.* h) accersire 4. i) ac *corr. m. al.* et 1*b*. k) Exinde 3. l) Sigiwaldo 2. 4. m) duo 1*b*, *corr. m. al.* n) conmenda|davit 1*b*, *corr.* o) *sic h. l.* 1*b*. 2; Aemil. *h. l.* 1*a*. 3. p) nonaginariā aetatē 1*b*; nonageria 2, *corr. m. al.* q) reliquid *del. et in marg. corr.* optinuit 2. r) Ranichilde 2. 4. s) multa t. spatia que 4. t) Vindiacense 1*a*. (3); Vindiacincense *corr.* Vindiacicense 1*b*.

1) *Cf. Gl. Mart. c.* 21. 2) *Cf. H. Fr. III*, 25*:* In illis diebus Theudoricus parentem suum Sigivaldum occidit gladio. 3) *Saint-Saturnin de Vensat (Puy-de-Dôme, arr. Riom, cant. d'Aigueperse), ut Ruinart vult; cf. Longnon p.* 517. *In triente Merowingico legitur:* VINDICIACO FIT.

egressus[a] monasterio, Turonus[b] venit, ibique[c] aedificatis oratoriis, duo monasteria congregavit.

Quodam autem tempore advenientes[d] homines peregrini, reliquias[e] sanctorum detulerunt secum, quas super altare basilicae sancti Martini Turonus locaverunt, quasi in crastinum profecturi. Adfuit ei Brachio abba, qui vigilans in basilica, circa medium[f] fere noctis vidit[g] quasi globum ignis inmensi de sanctis pignoribus emicare[1] et usque ad templi cameram cum lumine[h] magno conscendere. Quod non est dubium aliquid fuisse divinum; nulli tamen de adstantibus aliis[i] nisi illi[k] tantum fuit ostensum[2]. Post haec autem regressus est Arvernum ad priorem[l] monasterium, in quo per quinque annos[m] inhabitans, venit[n] Turonus, stabilitisque abbatibus in monasteriis supradictis[o], Arvernum regressus est. Cum[p] ad[q] priorem cellulam resederet, in monasterium Manatinse[r, 3], qui per incuriam abbatis intepuerat, ordinatur[s], ut scilicet eius studio congregatio ipsa canonicae regeretur[t]. Erat enim castissimus[u] conversationis, sed et[v] alios strenue[w] distringebat castam agere vitam. Qui[x] erat suavis colloquio et blandus affectu[y], in transgressoribus vero regulae ita severus habebatur, ut aliquotiens putaretur esse crudelis[z]; in[a] ieiuniis vigiliisque et caritate[b] perfectum reddiderat virum. Cumque tempus migrationis adpropinquaret, vidit in visum[c], sicut ipse[d] beato Avito[e] episcopo retulit, ductum[f] se[g] in[h] praesentiam[i] Domini[k] aetheros et in hac Serafin[l] extensis[m] alis ipsam obumbraret[n] maiestatem[4]; Isaiam prophetam, extenso volumine, verba quae[o] vaticinaturus erat voce[p] magna clamare. Quem[q] abba dum[r] attonitus spectaret[s], expergefactus somniumque[t] suum attente[u] discutiens, et[v] finem vitae suae[w], Domino revelante[x], cognosceret, dicit abbati, quem in priore statuerat monasterio: 'Locus ille secus fluvium, in quo oratorium facere[y] conputabam[z], iocundus est valde. Ideo[a] rogo, ut quod ego

Cap. XII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

1) *Cf. infra V. S. Leobardi c. XX,* 1*:* Denique, dato sponsae anulo, porregit osculum, praebet calciamentum, caelebrat sponsaliae diem festum. *De eo ritu scripsit Grimm, 'Deutsche Rechtsalterthümer' ed.* 2, *p.* 155. 2) *Abbatiola S. Venantii Turonensis a.* 927. *et* 987. *in chartis commemoratur. Iam ecclesia collegialis Saint-Venant est; cf. Longnon p.* 259. *De S. Venantio v. Gl. Conf. c.* 15. 3) *V. H. Fr. II,* 22*:* ablatoque sibi nequiter libello, per quem sacrosancta sollemnia agere consueverat.

Et dicto citius in monasterio missarum[a] solemnia iussit expleri. Sed nec illud praeteribo, quod quadam vice, dum[b] iuxta consuetudinem, ut supra diximus, de basilicis, quas orationis gratia adierat, repedaret, et in basilica ad missas dominicae orationis verbi[c] decantarentur, cum illi dixerunt: *Libera nos a malo*[d], audivit[e] e tumulo cuius-
Matth. 6,13. dam vocem dicentem similiter: *Libera nos a malo*. Quod non sine perfectionis merito censetur, ut haec meruisset audire. Sed et[f] ad Passivi presbiteri tumulum veniens, et qualiter[g] eius meriti et quantitatem[h] refrigerii, ipso docente[i], cognovit.

(3.) Et licet haec magna sint[k], ad illam[l] tamen sanitatum gratiam, quam per eum Dominus infirmis protulit, libet accedere. Non enim ambigitur[m], quod per eum, sicut supra diximus, operata sit dextera Dei, cui ista quae memoravimus[n] tanti[o] habuit revelare. Puerulus enim quidam[r] Paulus nomine crurum poplitumque[p] gravi dolore vexatus[q], sanctum adiit, prostratusque genibus eius, exorare coepit, ut ei medicinam oratione sua a[r] Domini misericordia obteneat inpertiri. Qui protinus, oratione facta, cum oleo[s] benedicto palpata membra infirmi super lectulum suum requiescere fecit. Quo[t] paululum quiescente[u], post unius horae curriculum surgere iubet. Qui consurgens, sanus matri[v] suae sancti[w] est manibus restitutus. Faretri[x] cuiusdam servus infensus[y] domino huius sacerdotis oratorium expetivit; sed ille elatus superbia, absente beato viro, servum abstrahit[z] caeciditque. Sed[a] mox a febre correptus, spiritum exalavit. Quartanarum[b] tertianarumve vel reliquarum accentus[c] febrium, oratione facta, saepius mitigavit. Venenum[d] malae pusulae, inposito salutari[e] signo restinxit, obsessos[f] daemonibus, invocato Trinitatis nomine, emundavit. Nam[g] et ipsis daemonibus saepius inpulsatus est, sed victor in certamine perstitit. Nam surgente[h] eo quadam nocte de stratu suo ad reddendum[i] officium, vidit duos arietes magnos suis foribus adsistentes, quasi praestolantes adventum eius. Quo[k] viso, furibundi ad eum cum impetu valido[l] diregunt[m]. At ille signum[n] crucis opponens, illis evaniscentibus, absque metu oratorium est ingressus[o]. Alia nocte regressus ab oratorio, invenit cellulam suam plenam daemoniis, dixitque eis: 'Unde venitis[p]?' 'A Roma', aiunt[q], 'hesterna die[r] egressi, ad hunc locum accessimus'. Quibus ille: 'Abscedite', inquit[s], 'detestabiles et nolite accedere ad locum in quo nomen Domini invocatur'. Haec eo dicente, sicut fumus evanuerunt.

(4.) His et talibus virtutum magnarum gratia pollens, impleto vitae praesentis curriculo, vitam percepturus aeternam, emicuit[t] saeculo[1], cuius beatum sepulchrum[2] miraculorum inlustrium effectu plerumque redditur gloriosum.

Cap. XVI. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. XVI. a) mistarum 2, *corr.* b) dm̄ uxta? 1*a*, *corr.* c) verba 2. 4. d) mali 1*b*, *corr.* e) aud. — malo *m. al. suppl.* 1*b*. f) *om.* 3. g) qualitatem 4. h) quantitate 3. i) dicente 1*a*, *corr. m. al.* k) sunt 1*a*, *corr.* l) illa — gratia 3. m) ambigimus 3. n) memoramur 1*b*, *corr. m. al.*; morav. 2, *corr.* o) tanta 4. p) polit. 1*b*, *corr. m. al.* q) cruciatus 4. r) et 4. s) leo 1*a*, *corr. m. al.* t) qui 3. u) quiescentem 3; requiescente 4. v) matris 4. w) *om.* 4. x) Feretri 1*a*, *corr. m. al.* y) infⁿ:sus, *corr. m. al.* 1*a*. z) abstraxit 1*b*. a) Et 4. b) Quartanarumque (q. *del.*) tertianarumque 4; ve *m. al. superscr.* 2. c) accensus 4. d) M. pustulae v. 4. e) salutaris 1*a*. *b*. 2. f) a *add.* 4. g) Nam — perstitit *om.* 1*a*. *b*. 2. 3, *habet solus* 4. h) eo s. 4. i) reddendam 3. k) Qu: visus? *m. prima*; Quos visos *corr. secunda m. in marg.*; Quo viso *corr. tertia m.* 2. l) vali::do, *ras.* ui? 1*a*. m) dirigunt̃ 1*b*. n) signo 1*b*, *corr. m. al.* o) egressus 2, *corr.* p) venistis 3. q) a. esterna *in marg. suppl.* 2; ester 3; hesterno e. hodie ad 4. r) *post* d. 9 *litt. ras.* 2. s) ait 4. t) *eras.* 1*b*.

1) *Obiit saeculo quinto; colitur die* 13. *Octobris. Cuius successores erant Licinius (a.* 507—519. *episcopus Turonensis) et Guntharius (a.* 552—555. *episcopus); cf. H. Fr. X,* 31*:* (Licinius) abbatis officium monasterio, ubi sanctus Venantius abba sepultus est, functus, ad episcopatum eligitur; *et infra:* Guntharius ex abbate monasterii Sancti Venanti ordinatur episcopus. 2) *Hodie in ecclesia S. Venantii in claustro S. Martini sita, visitur crypta choro*

Mascarpionis[a] servi ipsius monasterii mentem iniquus daemon obsederat; qui per trium annorum curriculo[b] inerguminus factus, ad sepulchrum beati viri debacans, tandem eius est, ut credimus, oratione, eiecto daemone, expurgatus, multos deinceps mente integra vivens annos. Iuliani coniux quartanae febris accensu laborans[1], ut sepulchrum beati viri attigit, conpraesso ardore ac tremore corporali, sanata discessit. Simili sorte et Baudimundi uxor ab[c] hac febre laborabat; sed ubi ad lectulum sancti viri prostrata fudit orationem, mox incolomitate[d] restituta convaluit. Multa quidem et alia de eo audivimus, sed sufficere haec ad credulitatem catholicorum[e] quae scripta sunt arbitramur.

XVII. INCIPIT[a] DE SANCTO NICETIO[b] TREVERORUM[c] EPISCOPO.

Si[d] fides dictis adhibetur, relatoribus sacrorum operum pro fidei merito fideliter arbitror esse credendum, quia non omnia quae in scripturis leguntur obtutibus propriis cerni potuerunt: sed quaedam ipsius scripturae relatione firmata, quaedam aliorum auctorum testimonio conprobata, quaedam vero proprii[e] intuitus auctoritate creduntur. Sed sunt, quod peius est, qui perverso sensu, ut scripta[f] non credunt, ita testificata reprehendunt, visa vero tamquam conficta[g] fastidiunt; non habentes illud in sua credulitate, quod Thomas apostolus gestabat in corde, dicens: *Nisi videro, non credam.* Ioan. 20, 25. 29.
Beati quidem qui non viderunt et crediderunt. Sed iste, ut vidit, statim credidit. Nam, ut diximus, multi videntes non[h] modo non[i] credunt, verum[k] etiam a pectoribus ipsa radicitus credulitatis[l] fundamenta conantur evellere. Unde et[m] ego aliqua de sancti Niceti Treverici sacerdotis virtutibus, virilitate, magnanimitate, sanctitate scripturus, reprehendi ab aliquibus vereor, dicentibus mihi: 'Tu cum sis iunior, quomodo seniorum gesta poteris scire, [aut[n]] qualiter ad te eorum facta venerunt? Nempe non aliud nisi conficta a te haec quae scripta sunt decernuntur'. Qua de causa relatorem huius operis in medio ponere est necesse, ut hi qui veritati derogant confundantur. Noverint igitur, a beato Aridio[2] abbate urbis Lemovicinae, qui ab ipso Nicetio antestite enutritus et clericatus ordinem sortitus est, haec quae subiecta sunt me audisse; quem in hoc non credo fefellisse, cum per eum Deus eo tempore, quando mihi ista retulit, et caecorum oculos inluminavit et paralyticis gressum praestitit et inerguminos[o], eiectis daemonibus, sanae menti[p] restituit. Nec credendum est, eum mendacii nube obumbrari posse, quem Deus saepius ab imbrium nube obtectum ita protexit[3], ut, imbutis sociis, hic nulla c. 591.

Capp. XVI. XVII. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap XVI. a) Mascurpionis 1*b*; M. — scr. sunt arbitramur *om.* 3. b) curriculum 1*b*. 4. c) ab h. f. l. *om.* 4, *ubi signo lacuna indicatur.* d) incolomitati 4. e) cathil. 1*b*.

Cap. XVII. a) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. b) Nicecio *semper* 3. c) Treverrorum 1*b*; Treverum 3; T. e. *om.*? 4. d) *prologum om.* 3. e) proprium 2, *corr.* f) scripturam 1*b*. g) confecta 2, *corr.* h) *eras.* 1*b*. i) *om.* (2). k) verum — evellere *om.* 1*a*. *b*. 2; *habet solus* 4; cr. sed et derident. Unde *edd.* l) crudelitatis 4, *corr. m. al* m) ut 4, *corr. m. a?.* n) *om.* 1*a*. *b*. 2. o) inergumin[9] *corr. m. al.* inerguminis 1*b*; inerguminis 2, *corr. m. al.* p) menti:, *ras.* r 1*a*.

ecclesiae subiacens, in qua tria habentur sepulcra lapidea e terra levata: unum scilicet in medio, cui altare superpositum est, et creditur esse sancti Venantii, alia vero duo hinc et inde sita sunt. R. 1) *Cf. Gl. Conf. c.* 15*:* Nam inter reliqua, qua ibidem gesta vel vidimus vel audivimus, mulierem quandam a quartano tipo correptam, sanatam aspeximus. 2) *Cf. H. Fr. X,* 29. *Aridius ex Lemovicina urbe oriundus, aulicis palatinis Theodoberti regis adscriptus est. Cuius bonam indolem cum Nicetius Treverensis episcopus perspexisset, eum sibi adscitum disciplinis ecclesiasticis imbuit.* 3) *Cf. H. Fr. X,* 29*:* Consummata vero oratione, divisa est nubis in duabus partibus, ac in circuitu eorum immanis descendit pluvia; super eos tamen nulla stillicidia gutta descendit. *Quod 'nuperrimo tempore', i. e. paulo ante mortem S. Aridii (a.* 591*) factum est. Unde patet, hanc Vitam circa a.* 591. *scriptam esse.*

stillarum[a] cadentium infusione madesceret. Denique, si de tali relatore dubitatur, de beneficiis Dei diffiditur. Aiebat ergo memoratus sacerdos de antedicto antestite: 'Multa quidem, dulcissime frater, de sancto Nicetio[b] bonorum virorum testimonio divulgatum[c] cognovi, sed plurima[d] oculis propriis inspexi vel etiam ab eo vix elicita cognovi'. Et cum mihi quaepiam de his quae[e] per illum Deus operatus est explanaret, non coturno iactantiae tumescebat, sed conpunctus corde cum lacrimis aiebat: 'Ideo tibi haec, fili carissime, pandere videor, ut et tu, cum summa conversans innocentia cordis, similia mediteris. Non[f] enim ad excelsa virtutum Dei contendere[g] quis poterit, nisi fuerit innocens manibus et mundo corde, sicut canna Davitici[h] carminis canit[1]'. Haec ergo de eo[i] praefatus relator exorsus est.

(1.) Igitur[k] sanctus Nicetius episcopus ab ipso ortus sui tempore clericus designatus[l] est. Nam cum partu fuisset effusus, omne caput eius, ut est consuetudo nascentium infantum, a capillis nudum cernebatur, in circuitu vero modicorum pilorum ordo apparuit, ut putares[m], ab eisdem coronam clerici fuisse[n] signatam[2]. Exinde studiosissimis enutritis[o] parentibus, litteris institutus, abbati cuidam in monasterio conmendatur[p], in quo loco ita se devotum Deo exhibuit, ut, migrante abbate[q], ipse succederet. Iam vero adsumpto[r] abbatis officio, tantum[s] se talemque ad instructionem atque[t] districtionem fratrum exhibuit, ut non[u] modo agere, verum etiam nulli liceret aliquid vel loqui perverse[v], dicens: 'Cavenda est scurilitas, dilectissimi, et omne verbum otiosum, ut, sicut corpus omne purum exhibere debemus Deo, ita etiam et os non ad[w] aliud aperire nisi ad laudem Dei; quia tria sunt[x], in quibus genus dilabitur humanum. Aut enim cogitat[y], aut loquitur, aut agit. Ergo vos, dilectissimi, oportet vitare scurilitatem, maliciam et omne opus pessimum'. Multa et alia exhortabatur fratres, ut eos dignos Domino exhiberet ac mundos. Venerabatur[z] autem eum et rex Theodoricus[a] magno honore, eo quod saepius vitia eius nudaret, ac[b] crimina castigatus emendatior redderetur; et ob hanc gratiam[c], decedente Trevericae urbis sacerdote[3], eum ad episcopatum iussit arcessi[d]. Cumque dato consensu[e. 4] populi ac decreto regis ad ordinandum a viris summo cum rege[f] honore praeditis[g] adducebatur. Verumtamen cum propinqui[h] ad urbem, cadente[i] sole, fixis tentoriis, mansionem pararent, illi confestim laxatis equitibus per segites pauperum dimiserunt. Quod cernens beatus Nicetius, misericordia motus,

Cap. XVII. ad l. 10. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *l.* 11—30. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. XVII. a) stell. 1*b*. b) Nicętio, *infra* Nitetius 1*b*; Nicecio 4. c) divulgata 4. d) plura (1*b*). e) qui? 4, *corr.* f) Nam 1*b*, *corr.* g) contenere 1*a*. *b*. 2; *corr.* 1*a*; *m. al. superscr.* pertingere 1*b*. h) Davitica 1*a*. i) eo:, *ras.* s 1*b*. k) Sanctus itaque N. 3. l) signatus 2, *corr.*; (est *m. al. superscr.*) d. 4. m) putaris 1*b*, *corr. m. al.* n) fuisset 3. o) *sic* 1*a*. *b*. 2. 3; studiosissime nutritus a p. 4. p) conmendatus 1*a*. *b*. q) *om.* 4. r) aldsumto 3. s) tandem se talem 3. t) a. d. *om.* 3; destructionem 2, *corr.* u) *m. al. superscr.* 1*b*. v) perversi 4. w) *om.* 3; *m. al. in marg. suppl.* 4. x) *m. al. in marg.* 4. y) cogita 3. z) Venerabantur 2, *corr.* a) Theoder. 1*b*. 2. 3. 4. b) et crimin:a (*ras.* i?) ut cast. 4. c) causam 4. d) *sic scripsi;* arceri 1*a*. *b*. 2. 3; arciri *corr. m. al.* acciri 4. e) consens 3. f) *eras.* 1*b*; *om.* 3. g) p̄ditus 1*b*. h) propinquo 1*b*. i) candente 3.

1) *Ps.* 23, 4. 2) *Hoc est omnium antiquius testimonium, si Thomassino, Discipl. eccl. I, lib.* 2, *c.* 39, *credamus, quo evinci possit tonsuram clericorum in modum coronae prioribus saeculis factam fuisse. R.* 3) *Aprunculo scilicet; cf. supra V. Patr. VI,* 3: Tunc etiam et Aprunculus Treverorum episcopus transiit. — — Tunc elegentes sanctum Nicetium episcopum acceperunt. *In Catalogis pontificum Treverensium inter Apruneulum et Nicetium Rusticus insertus est; cf. SS. XIII, p.* 298; *Kraus, 'Jahrb. d. Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande' XXXVIII, p.* 40. *Nicetius eo tempore quo S. Gallus episcopus factus est, i. e. a.* 525. 4) *De consensu v. supra V. Patr. VI,* 3.

ait: 'Expellite quantotius equos vestros a[a] segite pauperis, alioquin removeam[b] vos a communione mea'. At illi indignantes dixerunt: 'Quaenam est[c] haec causa, quam[d] loqueris? Adhuc[e] enim episcopalem apicem non es adeptus, et iam excommunionem[f] minaris?' Et ille: 'Vere', inquid, 'dico vobis, quia distinavit rex, ut me evulsum a monasterio huic oneri consecrari iuberet[g]. Fiet[h] quidem voluntas Dei, nam regis[i] voluntas in omnibus malis, me obsistente[k], non adimplebitur'. Tunc cursu rapido abiens, eiecit equos a segite; et sic cum admiratione hominum[l] illorum ad urbem deductus est. Non enim honorabat personam potentis, sed Deum tantum et in corde et in operibus metuebat. Inpositus itaque in cathedra, dum lectionum seriem auscultaret[m], sensit nescio quid gravi[n] super cervicem suam. Cumque bis aut tertio[o] manum clam ad temptandum iniecisset, nullus rei causa[p] invenire potuit, quae[q] hoc pondus inferret; divertensque[r] caput ad dexteram et[s] laevam, odoratus est odorem suavitatis, intellexitque, hoc onus esse sacerdotii ipsius dignitatem.

(2.) Adsumpto vero[t] episcopatu, tam[u] terribilem[v] se praebuit omnibus, si Dei 525. mandata non servarent, inminere[w] mortem proximam, voce praeconia testaretur. Quibus de causis pauca loqui placet ad roborandam sacerdotum censuram vel ad instructionem populi sive etiam ad ipsorum regum praesentium[x] emendationem. Nam cum, Theodorico[y] decedente[z], Theodoberthus[a], filius eius, regnum ambisset ac multa inique[b] exer- 534. ceret, et ab eodem plerumque corriperetur, cur vel ipse perpetraret[1] vel perpetrantes non argueret, advenit dies dominicus. Et ecce rex cum his qui ab hoc sacerdote communioni abesse iussi fuerant eclesiam est ingressus. Lectis igitur[c] lectionibus, quas canon sancxit antiquus, oblatis muneribus super altare Dei, ait sacerdos: 'Non hic hodie missarum solemnia consummabuntur, nisi communione privati prius abscedant'. Haec rege renitente, subito exclamat[d] unus de[e] populo, arreptus a daemone puer iuvenis, coepitque voce valida inter supplicia torturae suae et sancti virtutes[f] et regis crimina confiteri. Dicebatque episcopum castum[g], regem adulterum[h]; hunc timore Christi humilem, illum gloria regni superbum; istum sacerdotio[i] inpollutum a Deo in posterum praeferendum[k], hunc ab auctore sceleris sui velociter elidendum. Cumque rex timore concussus peteret, ut hic inerguminus ab eclesia eiceretur, dixit episcopus: 'Prius[l] illi qui [te[m]] secuti sunt, id est incesti, homicidae[n], adulteri[o], ab hac eclesia extrudantur, et hunc Deus silere iubebit'. Et statim rex iussit omnes hos qui sacerdotis sententia damnati fuerant egredi ab eclesia. Quibus expulsis, iussit sacerdos daemoniacum foris extrahi. Sed cum, adprehensam[p] columnam, evelli a[q] decim viris non possit[r], sanctus Dei sub vestimento suo propter iactantiam faciens crucem Christi e[s] contra, daemonem relaxari praecepit. Qui protinus corruens cum his qui eum trahere[t] nitebantur, post paululum sanus erectus[u] est. Deinde post acta solemnia requesitus, numquam repperiri[v] potuit, nec ullus scivit, unde venerit vel quo abierit. Conicebatur tamen a plurimis, eum a Deo missum, qui regis sacerdotisque opera non taceret. Unde factum est,

Cap. XVII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4

Cap. XVII. a) de s. pauperum 4. b) removeat 3, *corr.* c) h. c. e. 4. d) que 3. e) Adhuc — minaris *om.* 3. f) excommunione *corr. m. al.* excommunicationem 2. g) iubet 3. h) Fiat 3. 4. i) v. r. 3. 4. k) obsistent 3. l) hominem 1*b*, *corr. m. al.* m) oscult. 3. n) *sic* 1*a*. *b*. o) ter 1*a*. *b*. 2. 3. p) causam 1*b*. 4. q) qui 3. r) divertit (*corr.* divertens) c. 3. s) elevans o. 4. t) autem 2. u) ita 4. v) se t. p. ut o. si m. D. 4. w) minere 3. x) praesentiam 3. y) Theoder. 2. 4. z) decendente 1*b*, *corr. m. al.* a) Theodobertus 1*b* *(corr.)*. 2. 3; Theodebertus 4. b) iniqua 4. c) autem 2. d) exclamans 3. e) e 4. f) virtutem 4. g) et *add.* 4. h) adulter:um, *ras.* i? 4. i) sacerdotium 3. k) prof. 4. l) plus 4. m) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. n) homicidie 1*b*, *corr.* o) hom. ad haec aeccl. 3; hac *om.* 1*b*. p) p̄hensam 1*b*, *corr. m. al.;* apprehensa columna 4. q) ad cim *corr. m. al.* a decem 1*b*. r) posset 2. 4; potuit 3. s) :e *corr. m. al.* ȩ 2; *om.* 4. t) tra:ere, *ras.* d 2. u) effectus 3. v) reperire 3.

1) *Veneri admodum deditus erat, ut vel filiam suam concupivisse videatur; cf. H. Fr. III,* 26.

ut, sacerdote orante, rex mitior fieret, pastor a Domino remunerandus digne prophe-ticum illud audiret, quia: *Qui reddiderit pretiosum de*[a] *vili, tamquam os meum erit.* (Ierem. 15, 19.) Cotidie autem[b] praedicabat sacerdos populis, denudans crimina singulorum et pro[c] remissione deprecans assidue confitentum. Unde adversus eum saepius odii virus exarsit[d], quod tam veraciter multorum[e] facinora publicaret[f]. Nam plerumque se persecutoribus ultro obtulit et gladio exserto[g] cervicem praebuit, sed nocere eum Dominus non permisit; voluit enim pro iustitia mori, si persecutor[h] fuisset infestior[i]. Agebat enim: 'Libenter moriar[k] pro iustitia'. Sed et[l] Chlotharium[m] regem pro iniustis operibus saepius excommunicavit[1], exiliumque[n] minitanti numquam est territus.

(3.) Quodam[o] vero tempore cum iam ad exilium ductus, episcopis[p] reliquis, qui adulatores regis effecti fuerant, removeretur, atque a suis omnibus derelictus[q], uni diacono, qui adhuc perstabat[r] in fide, ait: 'Quid tu nunc agis? Quare non sequeris fratres tuos, ut eas quo volueris[s], sicut illi fecerunt?' Qui ait: 'Vivit dominus Deus meus, quia usquequo spiritus meus infra hos [mortales[t]] artus contentus[u] fuerit, numquam te[v] derelinquam'. Et ille: 'Quia', inquit, 'haec dixisti, dibi dicam, quae Domino revelante cognovi. Cras enim in hac hora et honorem recipio[w] et eclesiae meae restituor. Hi autem qui me reliquerunt[x] cum magno pudore ad me confugiunt[y]'. Praestolabatur enim diaconus rem promissam attonitus, quod[z] postea est expertus[a]. Inluciscente[b] autem die crastina, subito advenit legatus Sigiberti regis cum litteris, nuntians, regem (561.) Chlotharium esse defunctum, seque regnum debitum cum episcopi caritate debere percipere. Haec[c] ille audiens, ad eclesiam regressus, potestati restituitur[d], confusisque his a quibus derelictus fuerat, omnes in caritate recepit[e]. Iam vero, quam fortis fuerit[f] ad praedicandum, quam terribilis ad arguendum, quam constans ad sustenendum, quam prudens ad[g] docendum, quis evolvere queat? Unus enim ei[h] semper erat rigor in prosperis et[i] adversis; nec minitantem timuit, nec a[k] blandiente[l] dilusus est. Nam vere, ut agebat relator ille memoratus[2], parum fuit, quod[m] iuxta[n] Paulum apostolum[3] non fuisset[o] iniuriatus: *Periculis fluminum, periculis latronum, periculis*[p] *in civitate, periculis in falsis fratribus,* et reliqua. Nam quadam die, dum[n] Mosellam[q] fluvium navigio[r] transnataret[s], inter pilas pontis fluctuum actus[t] inpulsu, palmis tantum pilae adhaesit, pede contenens navem, et sic ab intuentibus iam ad dimersionem[u] paratus erutus[v] est, quod non[w] sine temptatoris insidia haec[x] pertulisse ferebat. Sed et ipse auctor criminis plerumque se[y] obtutibus eius quasi nociturus ostendit.

Denique dum quadam die iter ageret, descendens ab equo, inter vepres[z] conden-

Cap. XVII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. XVII. a) : (*ras.* a, *m. al. superscr.* de) vili 2; de hovili 3. b) enim 3. c) et re-promissionē 3; re *m. al. superscr.* 1*b*. d) excessit 3. e) erumna *add., sed del.* 2. f) pub::-caret 3. g) et serto 3. h) si p (*corr.* p) iustitia (i. *del.*) secutor 2. i) infercior 3. k) moriatur 1*a*. l) *om.* 3. m) catholicarum 1*a*; Ch:lotharium, *ras.* o 2; Chlotarum, *infra* Chlotharium 3. n) que *om.* 3. o) Quondam 3. p) ēps 1*b*, *corr.*; d. ab e. 4. q) derelictis 1*b*, *corr. m. al.* r) prest. 3. s) lueris 4, *m. al. in marg. corr.* t) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. u) contemptus 3. v) *om.* (1*a*); n. derel. *corr.* n. te rel. 4. w) recipiam 1*b*. 2. x) reli:qu., *ras.* n? 4. y) confugient (1*b*.) 2. z) quam 4. a) repertus 1*a*. *b*. 2. 3. b) Illuscente 4. c) Hoc 4. d) restituetur 1*a*. e) recipit 4. f) fuerat 4. g) a 4, *corr. m. al.* h) s. ei 4. i) in *add.* 3. k) *m. al. superscr.* 2; *om.* 3. l) blandiente:, *ras.* m? 2. m) f. in quo 3. n) *m. al. superscr.* 2. o) fuisse 3. p) periculis — fratribus *om.* 3. q) Mosellum 3; fluvio 1*a*, *corr.* r) navigium 3. s) transnaret 1*b*, *corr. m. al.* t) *om.* 4. u) diversione 3. v) territus 3; est e. 4. w) *om.* 3. x) se *pro* haec 4. y) *in marg. add.* 2. z) vepras 1*a*.

1) *Chlotharium ne sacrae communioni interesset prohibitum tantum esse, Ruinart contendit, sed cf. Loening, 'Gesch. des deutschen Kirchenrechts' II, p.* 33 *n., qui eum excommunicatum esse vult.* 2) *S. Aridius.* 3) 2. *Cor.* 11, 26.

sas ventris purgandi gratia est ingressus. Et ecce adstetit[a] ei umbra teterrima[b], statu procera, crassitudine valida, colore[c] tetra[d], oculorum scintillantium[e] inmensitate[f] in modum tauri petulantis habebat, ore patulo quasi ad deglutiendum virum Dei parata. At ille facto signo crucis econtra, in modum fumi ascendentis evanuit. Quod non ambigitur[g], ipsum ei sceleris principem fuisse monstratum.

(4.) In ieiuniis enim valde[h], ut diximus, fortis erat. Nam, ceteris reficientibus, saepe ipse, contecto capite a cucullo, ne agnosceretur in publico[i], cum uno tantum[k] puero sanctorum basilicas circuibat. Sed et curationum gratia data est ei[l] a Deo. Dum autem[m] haec in illo, ut supra diximus, habitu sanctorum habitacula circuiret, ad templum sancti Maximini antestitis[n. 1] accessit, in cuius atrium[o] post multas debaccationes tres inergumini praessi[p] sopore[q] quiescebant. Cernensque eos somno deditos, fecit signum crucis econtra; statimque expergefacti, elevantes in sublimi voces, dato impetu ad vomitum, emundati sunt. Cum autem lues inguinaria[r] Trevericum populum[s] in circuitu civitatis valde vastaret, et sacerdos Dei pro ovibus conmissis Domini misericordiam[t] inploraret assidue, factus est sonus de nocte magnus tamquam tonitruum validum super pontem amnis, ita ut putaretur urbs ipsa dehiscere[u]. Cumque omnis populus exterritus in lectulis resedisset, letifero[v] eis interitum operiens, audita est in medio rumoris vox una ceteris[w] clarior, dicens: 'Et[x] quid hic, o socii[y], faciemus[z]? Ad unam enim portam[a] Eucharius[b. 2] sacerdos observat, ad aliam Maximinus excubat[c], in medio versatur Nicetius; nihil hic[d] ultra praevalere possumus, nisi sinamus hanc urbem eorum tuitioni[e]'. Haec[f] voce audita, statim morbus[g] quievit, nullusque ab eo ultra defunctus[h] est. Unde non ambigitur, virtutem[i] memorati antestitis[k] fuisse defensam[l]. Invitatus autem quodam tempore sacerdos[m] a rege, dicit suis: 'Quaerite nobis piscium multitudinem in abundantiam, ut euntes ad[n] occursum regis, et nostrum expleatur opus, et amicis ministretur affatim'. Dixeruntque ei: 'Lapsus[o. 3] enim noster, in quo pisces decidere[p] soliti sunt, prorsus desertus habetur; sed et materiae[q] ipsae[r] de[s] locis suis amnis impetu evulsae noscuntur. Non est enim, qualiter iussio[t] vestra adimpleatur, dum non est in prumptu, qualiter capiantur quae praecipis[u]'. Et ille haec audiens, ingressus in cellulam suam, vocavit puerum et ait: 'Vade et dic cocorum[v]

Cap. XVII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. XVII. a) adsistit (1*a*). b) terrima 4, *corr.* c) colore:: 4. d) tetrae *corr. m. al.* tetro 2; tetra quae o. 4. e) stillantium 1*b*. f) inmensitatem (1*a*. 4). g) ambitur 1*a*. h) ut d. v. 4. i) populo 4. k) tanto 3. l) *om.* 3. m) D. sanctorum habitacula haec in i. ut s. d. h. c. 4. n) antistis 3. o) atrio 4. p) oppressi 4. q) sope 1*b*, *corr. m. al.* r) inguinariā 3. s) populo 1*b*, *corr.* t) misericordia 1*a*. u) dehicere 3. v) l::tiferum, *ras.* oe?, *m. al. superscr.* e 2; loetiferocis int. 4. w) *om.* 2. x) En 4. y) cii 3. z) faciamus 4. a) portem 1*a*, *corr.*; postam 1*b*, *corr. m. al.* b) Eucharios 1*a*; Aeucharius 3. c) excube|bat 1*a*. d) *postea add.* 3; *om.* 4. e) tuitioni:, *ras.* s 1*b*. f) Hac 1*b*. 2. 4. g) morsibus 3. h) e. d. 4. i) virtute 1*b*. 2. 4; morati 1*b*, *corr. m. al.* k) urbem *add.* 1*b*. l) defensa 3. m) a. r. s. 4. n) in *del.*, ad *m. al. superscr.* 2. o) Lacus, *ut infra* 3; e. *om.* (1*b*. 3). p) descendere soli (ti *m. al. superscr.*) 4. q) materia 1*a*; matheria 3. r) ipsa — evulsa 3. s) do 2, *corr.* t) iussio — prumptu *om.* 3. u) p̄cepit 1*b*, *corr. m. al.* v) co *m. al. suppl.* 1*b*.

1) *S. Maximini Treverensis abbatia iam militibus ad habitandum concessa est.* 2) *Is primus fuisse dicitur Trevirorum episcopus; colitur die* 8. *Decembris. R. In oratorio S. Eucharii (iam ecclesia S. Mathiae) saec. V. hi versus erant:*

Membra sacerdotum quae ornat locus iste duorum,
Eucharium loquitur Valeriumque simul;

cf. Le Blant nr. 242. 3) *Cf. H. Fr. VIII,* 10*:* Tunc intra lapsum, quod opere meo ad capiendorum piscium necessitatem praeparaveram, repperi; *v. Gl. Conf. c.* 5. *Est aquae divortium, quo se pisces recipiunt, teste Cangio (ed. Henschel IV, p.* 30*).*

praeposito, ut exhibeat pisces ab amne'. Qui iussa referens, derisus est ab homine. Reversoque[a] ait sacerdos: 'Scio, quia locutus es ea quae praecepi, sed audire noluerunt. Vade et[b] dic eis, ut eant'. Cumque bis aut tertio hanc ordinationem dure susciperent, commoti tandem abierunt ad lapsum, aspicientesque invenerunt eum ita refertum piscibus, ut decim viri quae reppererant vix exhibere potuissent. Ostendebat[c] enim ei[d] virtus divina saepius quae ei[e] oportuna erant.

(5.) Sed nec hoc silere putavi, quod[f] eidem[g] de regibus Francorum a Domino sit[h] ostensum. Vidit enim in visu noctis turrem magnam, tanta celsitudine praeditam[i], ut polo[k] propinqua[l] susciperetur, habentem fenestras multas, Dominumque stantem super cacumen eius et angelos Dei per[m] speculas illas positos. Unus autem ex his tenebat librum magnum in manu, dicens[n]: 'Tantum temporis rex ille et ille victurus est in[o] saeculo'. Nominavitque omnes viritim, vel qui eo tempore erant vel deinceps nati sunt; dixitque et qualitatem regni[p] et quantitatem vitae eorum. Sed post uniuscuiusque nomen semper 'Amen' ceteri angeli respondebant. Sicque de his in posterum est impletum, sicut sanctus per praefatam revelationem adnuntiavit. Regressus autem a rege[q] evectu[r] navali, obdormivit. Et ecce commotus vento fluvius coepit fluctus in excelsa porrigere, ita ut putaretur navis ipsa dimergi. Sacerdos autem, ut praefati sumus, dormiens somnum[s] nescio quem, ut[t] plerumque dormientibus evenit, quasi ab aliquo obpraessus[u] dabat[v]. Excitatus quoque a suis, facto[w] signo crucis super aquas,
cf. Marc. 4, 39. cessavit procella. Deinde suspirans crebrius, interrogatus a suis est, quid vidisset. Qui ait: 'Silere quidem decreveram, sed tamen dicam[x]. Vidi enim me quasi per universum orbem retia ad capiendum extendere, et nullus erat adiutor meus[y], nisi tantum hic[z] puer Aridius[a]'. Et merito eum Dominus retificem ostendere voluit, qui cotidie populos ad divinum officium capiebat. Venit autem ad eum homo quidam, caesariem[b] barbamque prolixam efferens[c], prostratusque ad pedes eius, ait: 'Ego sum, domine, qui in maris periculo positus[d], tuo adiutorio sum salvatus'. At ille obiurgans hominem, cur de eo laudationis huius proferret gloriam, ait: 'Dic, qualiter te Deus ab hac necessitate eripuit; nam virtus mea nulli[e] iuvare[f] potest'. Qui ait: 'Nuperrimo tempore cum navem ascendens Italiam peterem, multitudo paganorum mecum ingressa est, inter[g] quos et ego tantum[h] solus eram inter illam rusticorum multitudinem christianus. Orta autem tempestate, coepi invocare nomen Domini atque, ut me intercessio tua eriperet, flagitare. Pagani vero invocabant deos suos, et ille Iovem, iste Mercurium[i] proclamabat, alius Minervae, alius Veneris auxilium flagitabat. Cumque iam in discrimine mortis essemus, aio ad eos: "[Nolite[k]], o viri, nolite hos invocare, non sunt enim dii isti, sed[l] daemones[m]. Nam si vultis de praesenti interitu erui, invocate sanctum Nicetium, ut ipse obteneat cum Domini misericordia vos salvari". Cumque una voce elevata in huiuscemodi[n] clamore dixissent: "Deus Niceti, eripe nos", protenus mare mitigatum est, ceciditque ventus, ac sole reducto, in quo voluntas nostra fuit navis accessit. Ego autem vovi[o], ne prius comam capitis[p] tonderem, quam tuis obtutibus praesentarer[q]'. Tunc iussu episcopi

Cap. XVII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. XVII. a) Et r. 3. b) *om.* 1*b*. c) Ostendebant 4, *corr.* d) *superscr.* 2. e) *om.* 3. f) quid 4. g) ei 1*b*. h) fuit (2. 3). i) p̄ditam 4. k) plo 4, *m. al. in marg. corr.* l) propinquans 3. m) super 2. n) m. et dixit 3. o) hoc *add.* 3. p) r. et q. *m.* 4. q) ge *m. al. in marg. suppl.* 4. r) aeuentu 3. s) sonus 4. t) ut p. *bis scr., sed corr.* 2. u) obpressos 3; *nescio an* suspiria *desit.* v) est (1*b*); dabatur 4. w) facto — s. aquas *om.* 4, *ubi lacuna signo indicatur.* x) dico 4. y) *om.* 4. z) *m. al. superscr.* 2. a) Aredius 1*a (e corr.)*. *b*. 2. 4. b) cessariam 1*b*, *corr.* c) offerens 3. d) positos 1*a*, *corr.* e) nullum 1*b*. 2. 4. f) iuvari 3. g) i. q. *om.* 4. h) s. e. t. 4. i) Mercorium (*corr.* Mercur.) proclamabant 2. k) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. l) se 4, *corr. m. al.* m) daemonas 1*a*. n) hiiscem. 1*b*, *corr. m. al.* o) novi 3. p) t. c. 2, *corr.* q) praesentaretur 4.

tonsoratus homo Arvernum adiit, unde se esse confessus est. Innumera[a] sunt enim, quae de hoc viro relata a memorato abbate cognovimus, sed finire iam[b] libellum puto.

(6.) Cum autem propinquum[c] transitu[d] tempus migrationis suae cognovisset, fratribus retulit, dicens: 'Vidi Paulum apostolum cum Iohanne baptista invitantem[e] me ad requiem sempiternam atque exhibentem mihi coronam[f] caelestibus margaretis ornatam, ac[g] dicentibus mihi viris[h]: "Talibus enim speciebus perfrueris [nobiscum[i]] in regno Dei". Haec quibusdam fidelibus referens, post paucos dies modica febre pulsatus, spiritum praemisit ad Dominum[k], sepultusque est in basilicam[l] sancti Maximini[m] antestitis[1], cuius nunc tumulum[n] plerumque divinis virtutibus inlustratur[2]. EXPLICIT[o].

XVIII. INCIPIT[a] DE URSO ET[b] LEOBATIO ABBATIBUS.

Legiferi[c] vatis oraculum, cum de principio principium[d] fandi sumpsisset et, Domi-
num extendisse caelos dextera maiestatis, fuisset effatus, ait: *Et fecit Deus*[e] *duo lumi-* Gen. 1, 16–18.
naria magna et stellas. Et posuit ea[f] *in firmamento caeli, ut praeessent diei ac nocti*
et lucerent in firmamento caeli. Sic nunc et in illo mentis humanae caelo, sicut prio-
rum[g] sancxit auctoritas, luminaria magna dedit, Christum scilicet et[h] eclesiam eius[i],
quae[k] luceant in tenebris ignorantiae et inluminent[l] sensus humilitatis nostrae, sicut
Iohannes[m] euangelista de ipso Domino ait, quia: *Hic est lux mundi, qui*[n] *inluminat* Ioan. 1, 9.
omnem hominem venientem in hunc[o] *mundum.* Posuit etiam in eo et stellas, patriar-
chas videlicet[p], prophetas apostolosque, qui vel doctrinis nos erudiant vel mirabilibus
suis inluminent, sicut in euangelio ait, quia: *Vos estis lux huius mundi,* et: *Sic luceat* Matth. 5, 14.
lux vestra coram hominibus, ut videant opera[q] *vestra bona et glorificent Patrem* ib. 16.
vestrum, qui est in caelis. Hii enim apostoli merito pro[r] tota accipiuntur eclesia;
quae[s] non habens rugam aut maculam, inpolluta subsistit, sicut apostolus ait, quia:

Cap. XVII. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *Cap. XVIII.* 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. XVII. a) Innumeras enim 3; I. e. s. 4. b) *superscr.* 2; *om.* (3). c) propinquus 1*a*. 3. d) transitum 2. 3. e) invitante 2 *(corr.)*. 3. f) *om.* 3. g) Et 3. h) s *m. al. suppl.* 1*b*. i) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. k) Deum 3. l) basilica 1*b*. 3. 4. m) Maximi 2, *corr.* n) tumulus 4. o) *sic* 1*a*. *b (ubi eras.)*; Finit vita beati Niceeii *add.* 3, *om. rell.*

Cap. XVIII. a) *om.* 1*a*. *b*. 2; *c.* 18–20. *om.* 3. b) LEUPATIOQ', *infra* Leub. 4. c) Legistri? 4, *corr.* d) principio f. s. exordium et 4. e) *superscr.* 2. f) eas 4. g) priscorum 4. h) ecclesiamque 4. i) q; *corr. m. al.* eius 1*b*. k) qui 4. l) *post* ill. 4 *litt. ras.* 4. m) Iohannis 1*a*, *corr.*; Ihones 2. n) que 1*b*. o) hoc mundo 1*a*, *corr. m. al.* p) et *add.* 4. q) a *m. al. suppl.* 1*b*. r) m. totam a. ecclesiam 1*a*; m. in tota a. ecclesia 4. s) *eras.* 1*a*.

1) *Cf. Gl. Conf.* c. 92: Hic a saeculo migrans, ad basilicam sancti Maximini praecessoris sui sepultus est. *Subscripsit conciliis Arvernensi I. a.* 535, *Aurelianensi V. a.* 549, *Arvernensi II. c. a.* 550, *Parisiensi II. a.* 551. *Ut erat vividus catholicae disciplinae propugnator, non modo Theudobertum castigavit, sed etiam Theodobaldi proceres quosdam excommunicavit, episcopis Kal. Iun. circa a.* 550. *in Tullensem urbem convocatis. Qua de re Mappinius Remensis episcopus ad Nicetium litteras dedit (Conc. Gall. Coll. ed. Maur. I, p.* 1084*), in quibus de rege haec scripsit:* Iteratis scriptis edocuit, beatitudinem vestram, dum aliquos Francorum pro zelo divini timoris corripit ac pro incestis conditionibus a communione ecclesiastica removet, scandala seu anxietates multimodas sustinere. *A Chlothario rege, quem excommunicavit, in exilium missus, postquam a.* 561. *rediit, et Alboinum per Chlodosvindam, eiusdem uxorem, cui epistolam misit (Coll. Gall. Conc. I, p.* 1147*), et Iustinianum circa a.* 564 *(cf. epist. l. l. p.* 1152*) ad catholicam ecclesiam convertere studebat. Quo anno obierit, non constat. Colitur die* 5. *Decembris. De quo v. quae scripsit Kayser, 'Ueber das Leben und die Schriften des h. Nicetius'. Trev.* 1872. *Fortunati Carmen III,* 11. *'De Nicetio episcopo Treverensi', quod post reditum scriptum videtur esse, nihil memoria dignum continet; idem III,* 12. *'de castello Niceti super Mosellam' egit. Discipulus atque successor Niceti Magnericus erat, cuius vita ab Eberwino conscripta etiam carmen quoddam Fortunati continet; cf. Fortun. ed. Leo I, p.* 291. 2) *De miraculis v. Gl. Conf. c.* 92.

Eph. 5, 27. *Ipse sibi exhibuit eclesiam mundam, non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiuscemodi*[a]. Ex horum ergo doctrina et usque in nostris[b] fuerunt temporibus, qui[c] in hoc saeculo quasi astrorum iubar, non solum meritorum radiantes luce, verum etiam dogmatum magnitudine[d] corruscantes, orbem totum radio suae praedicationis inlustraverunt, euntes per loca singula praedicando ac monasteria ad divinum cultum locando, docendo homines a curis saecularibus abstenere, et relictis tenebris concupiscentiae, Deum verum sequi, per quem facta sunt omnia, sicut de Urso Leobatioque abbatibus fidelium fratrum relatio signat.

(1.) Igitur Ursus abba Cadurcinae[e] urbis incola fuit, ab ineunte aetate religiosus et in Dei amore devotus. De quo egressus loco, Biturigum[f] terminum est ingressus, fundatisque[g] monasteriis, id est Tausiriacum[h. 1], Oniam[i] atque Pontiniacum[k], stabilitisque propositis[l] sanctitate honorificis, dispensatione libratis, Toronicum[m] terreturium est ingressus et ad locum quod[n] Senapariam[o. 2] vocitari priscus instituit auctor accessit, aedificatoque oratorio, monasterium stabilivit; commissamque[p] Leobatio proposito[q] summam[r] regulae, monasterium aliud[s] statuit, quod nunc Loccis[t. 3] vocant, situm scilicet super fluvium Angerem[4] in recessu montis, cui nunc castrum supereminet, ipso[u] nomine ut monasterium vocitatum. Ubi adiuncta congregatione, statuit apud animum suum, ne ultra alio[v] proficisceretur in loco, sed in eo cum omni congregatione manibus propriis operari et victum a terra in sudore vultus exegere; illud fratribus inter reliqua prae-
Eph. 4, 28. dicationum dona conmendans, quod Paulus[w] apostolus ait: *Laborate manibus, ut*
2. Thes. 3, 10. *habeatis*[x], *unde retribuere*[y] *necessitatem patientibus.* Et illud: *Quia*[w] *qui non laborat, nec manducet.* Dedit autem ei[z] Dominus et gratiam curationis, ita ut, insufflatis[a] inerguminis, protinus daemonia eiecerentur a corporibus obsessis; sed et alias per eum Dominus dignatus est operare[b] virtutes. Erat enim abstenens a cibis et potu[c], interdicens monachis sine cessatione avertere oculum et cogitatione[d] ab omni luxoria.

(2.) Dum autem haec ageret, ac fratres molam manu vertentes triticum ad victus necessaria conminuerent, pro labore fratrum visum est ei molinum in ipso Angeris[e. 4] fluvii alveo stabilire; defixisque per flumen palis, adgregatis lapidum magnorum acervis,

Cap. XVIII. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. XVIII. a) huiusmodi 2 *(corr.)*. 4. b) nostra f. tempora 4. c) qui *in marg. corr.* quasi 4. d) ::: magnit., *ras.* mag 4. e) Cadurnicae 1*a*; a. C. u. *m. al. in super. marg. suppl.* 4. f) Bituricum 1*b*. 2 *et corr.* 1*a*. g) Fundatusque 2, *corr.* h) Tauriacum 1*a*, *corr.* i) Omniacum a. 4. k) Pontinicum 2, *corr.* l) *sic* 1*a*; praep. *rell.* m) Tur. 1*a*. 2. 4. n) quem 4. o) Sena patriam, *ras.* t 1*b*. p) comissaque (1*a*. 4). q) *sic* 1*a*. *b*. 2. r) summa 4. s) alium 1*b*. t) Locas 4. u) ::ipso, *ras.* or 1*b*; *post* n. 7 *litt. ras.* 4. v) alium — locum 1*b*. 4. w) *om* 4. x) habeas (1*a*). y) *corr. m. al.* tribuatis 1*b*; *corr. m. al.* retribuatis 4; possitis *add.* 2. z) *superscr.* 1*a*. a) sufflatis 4. b) *nomen* Manno *marg. stilo adscriptum est* 1*a*. c) potū *corr.* potibus 2. d) cogitationem 4. e) Ageris 1*b*, *corr.*; fluvi 1*a*, *corr.*

1) *Tausiriacus est forte locus Tausiliacus, vulgo Toiselay (Indre, arr. Châteauroux), dictus, ubi hodieque perstat prioratus iuxta oppidi (Castellionis scil.) muros sub titulo S. Theobaldi, Burgidolensi abbatiae subiectus. Onia silva est cum vico cognomine apud Bituriges, vulgo 'la forest d'Heugne' (Indre, arr. Châteauroux, cant. d'Écueillé), ubi forte exstabat Oniae monasterium. De Pontiniaco nihil expiscari licuit. R. Cf. Longnon p.* 474. 471, *qui animadvertit, parochiam Ogniam (iam Heugne) saec. XVIII. abbatiae Miseray subiectam esse.* 2) *Sennevières prope Loches, ubi ecclesia etiamnum S. Leobatio, quem S. Leubais vulgus vocat, dicata est; cf. Longnon p.* 292. 3) *Vulgo Loches (Indre-et-Loire). Monasterium vero iam pridem excidit, cuius nihil superest praeter ecclesiam, quae hodie parochialis est. R. Cf. Longnon p.* 276. 4) *Indre fl. Cf. Librum de castro Ambasia, cui molendinorum historia e Gregorio inserta est; ed. D'Achery, Spicileg. X, p.* 522*:* Fluvius iste ab antiquis Anger, a modernis Endria vocatur.

exclusas[a] fecit atque aquam canale collegit, cuius impetu rotam fabricae in magna volubilitate vertere fecit[b]. Hoc operi[c] laborem[d] monachorum relevans atque uni fratrum delegans, opus necessarium implebatur. Hanc enim fabricam Silarius[e] quidam Gothus, qui magno cum[f] Alarico rege amore dilegebatur, aemulus monasterio concupiscit[g], dixitque abbati: 'Dona mihi hunc[h] molinum[i], ut sit sub ditioni[i] meae, et quod volueris repensabo'. Cui ille: 'Cum grande', inquid, 'labore hoc paupertas nostra statuit, et nunc non possumus eum[k] donare, ne fratres mei fame pereant'. Et ille: 'Si vis', inquid, eum[k] bona voluntate tribuere, gratias ago; sin aliud, vi eum[l] auferam aut certe faciam alium[m], cuius exclusis aqua retrorsum conversa, rotam tuam vertere amplius non permittam'. Abba respondit: 'Non facies enim, quod Deus non[n] voluerit, nam a nobis eum[o] penitus non accipies'. Tunc Silarius fervens felle, similem sub hoc[p] fabricam adaptavit. Cumque aqua retrorsum conversa, sub huius operis rotam inundans, gurgitem fecisset, restetit prorsus nec omnino verti potuit, ut consueverat; venitque custus eius ad abbatem media, ut ferunt, nocte, illo in oratorio cum fratribus[q] vigilante, et ait: 'Surge abba, deprecare adtentius Dominum. Restetit enim rota[r] molini ab[s] inundatione[t] canalis alieni, quem Silarius fecit'. At ille haec audiens, misit confestim fratres singulos ad monasteria illa qua[u] statuerat, dicens: 'Prosternite vos in oratione, et non sit vobis opus aliud, donec iterum ad vos dirigam'. Sed et ipse non est egressus ab oratorio, deprecans Dominum adtente ac praestulans adventum eius misericordiam[v]. Sic fecit per integros duos dies totidemque noctes. Tertia iam inlucescente[w] die, accessit iterum monachus ille qui custus fuerat, nuntians, rotam fabricae suae iuxta consuetudinem priorem in summa verti velocitate. Egressusque[x] abba cum fratribus de oratorio, accedit ad litus, conspiciensque, molinum quod Silarius fecerat non repperit; accedensque ad litus et fundum alvei intuens, nullum indicium de eo accepit[y]. De quo non quicquam ligni, non lapidis, non ferri nec ullius umquam[z] genus indicii potuit ostendi, nisi, quod conici potuit, ipso quo fabricatum fuerat loco virtute divina dehiscens, ab oculis hominum est ablatum. Tunc misit nuntios ad fratres, dicens: 'Requiescite iam a labore, quia ultus est Deus iniuriam fratrum nostrorum[a]'.

(3.) His et talibus virtutibus praeditus, consummato cursu vitae, migravit ad Dominum[2]. Ad cuius tumulum[3] postea et inergumini sanati et caeci inluminati sunt. Post cuius obitum propositi[b], qui per monasteria erant, abbatiae[c] officium, episcopis largientibus, susceperunt. Sed et Leobatius[d] apud Senapariam monasterium[e], quod infra terminum[f] Turonicum erat, abba instituitur[g], in summa sanctitate ac senectute perdurans, ibique et obiit ac sepultus est.

Cap. XVIII. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. XVIII. a) exclusam 1*a*. b) coepit 1*a*. c) opere 1*b*. 4. d) labore 1*a*. e) Sichlarius *sparsim*, Sil. *corr. m. al.* Sicl. *fere* 1*a*; Salarius *semper* 4. f) ab 4. g) conspicit 1*a*, *corr. m. al.* h) hoc 4. i) ditione mea 4. k) illud 4. l) ipsum 4. m) aliud 4. n) noluerit 2. o) illud 4. p) hac 4. q) fab *corr. inter scr.* fratribus 2. r) *e corr. m. al.* 1*a*; rotā 1*b*, *corr.* s) ub 1*a*, *corr.* t) inunda:tione, *ras.* n 1*a*. 2. u) quae 2. 4. v) misericordie 2; midiae 4. w) lucescente 2. x) Egressus quoque a. 4. y) accipit 4. z) umq 1*a*, *corr. m. al.*; inq *corr.* unq 2. a) urorum 4. b) praep. 1*b*. 4. c) abba ac off. 1*a*. *b (corr. m. al.)*; abbatis off. 2. d) Leup. 1*a*; Leop. 2; Leub. 4. e) monasterius 2, *corr.* f) terminos Turonicos 4. g) instituetur 1*a*.

1) *Porro hodieque ibi visitur molendinum, cuius molam eandem esse, quam beatus Ursus fabricari curavit, vulgus existimat. R.* 2) *Vixit Alarici regis tempore; colitur d.* 28. *Iulii.* 3) *Visitur etiamnunc in ecclesia Locciensi superius memorata iuxta maius altare. Beati vero Ursi reliquias elevavit aliquot ab hinc annis illustrissimus Victor Buticularius Turonum antistes. R.*

XIX. INCIPIT[a] DE BEATA[b] MONEGUNDE[c].

Insignia[d] divinorum beneficiorum carismata, quae humano generi caelitus sunt indulta, nec sensu concipi nec verbis effari[e] nec scripturis poterunt[f] conprehendi; cum ipse Salvator mundi ab illo rudis saeculi exordio patriarchis se praestat videri[g], prophetis adnuntiari, ad extremum[h] semper virginis intactaeque Mariae dignatur utero suscipi, et praepotens inmortalisque Creator mortalis carnis patitur amictu[i] vestiri, mortem pro hominis peccato mortui reparationem adire victorque resurgere. Qui nos gravium facinorum spiculis sauciatos ac latronum insidiantium vulneribus adfectos, infuso mero[k] oleique liquore, ad stabulum medicinae caelestis, id est eclesiae sanctae dogma, perduxit. Qui nos exemplis sanctorum vivere incessabili praeceptionis suae munire[l] cohortatur, nobisque non modo viros, sed etiam ipsum inferiorem sexum, non segniter, sed viriliter agonizantem, praebet exemplum. Qui non solum viris legitime decertantibus, verum etiam feminis in his proeliis faborabiliter[m] desudantibus siderea regna participat; sicut nunc beata Monigundis[n], quae, relicto genitale solo[o], tamquam regina prudens[1], quae audire sapientiam Salamonis[p] adivit[q], ita haec beati Martini basilicam, ut eius miracula cotidianis indulta momentis miraretur, expetiit, hauriretque[r] de fonte sacerdotali[s], quo possit aditum nemoris[t] paradisiaci recludere.

(1.) Igitur beatissima Monigundis, Carnotenae[2] urbis indigena, parentum ad votum copulata coniugio, duas filias habuit, super quibus valde gavisa laetabatur, dicens, quia: 'Propagavit Deus generationem meam, ut mihi duae filiae nascerentur'. Sed hoc mundiale gaudium praevenit[u] saeculi huius amaritudo, dum puellae modica febre pulsatae, metam naturae debitum[v] concluserunt. Ex hoc genetrix maesta[w] deplorans orbatamque[x] se lugens, non diebus, non[y] noctibus a fletu cessabat, quam non vir[z], non amicus, non ullus propinquorum poterat consolari. Tandemque in se conversa, ait: 'Si nullam consolationem de obitu filiarum capio, vereor, ne ob hoc laedam dominum meum Iesum Christum. Sed nunc haec lamenta relinquens, cum[a] beato Iob consolata decantem:
Iob 1,21. *Dominus dedit, Dominus abstulit. Quomodo Domino placuit, ita factum est*[b]*; sit nomen Domini benedictum*'. Et haec dicens, exuta veste lucubri, iussit, sibi cellulam parvulam praeparari, in qua unam tantummodo fenestellulam[c], per quam modicum lumen possit cernere, praecepit aptari; ibique, contemptu[c*] mundi ambitu, spreto viri consortio, soli Deo, in quo erat confisa, vacabat, fundens orationem[d] pro suis populisque[e] delictis, habens puellulam unam, cuius ei famulatu ministrabatur ea[f] quae necessitas exigebat[g]. Accipiebat etiam et farinam hordeaciam infusosque[h] limphis cineres[i], ac diligenter colans, ex ea[k] aqua mixturam massae conficiebat, formatosque propriis manibus panes et[l] ipsa coquens, post longa ieiunia[m] reficiebatur; reliquum domus suae cibum paupe-

Cap. XIX. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. XIX. a) *om.* 1*a*. *b*. 2. b) *om.* 4. c) Monigundae 2. d) Insigna 1*b*, *corr. m. al.*; I. d. b. c. *om.* 4, *ubi* Quanta *pro* quae. e) effera 2, *corr.* f) potuerunt 1*a*. g) videre — adnuntiare 4. h) se *add.* 4. i) amictum mortem 4. k) meri 4. l) *sic* 1*a*. *b*. 2. m) faboraliter 1*a*. n) Moneg. 2; Muneg., *infra* Moneg. 4. o) sola *(corr.* solo 1*a)* tāq (tamq: 2) 1*a*. 2. p) Salom. 2. 4. q) audivit 1*a*. 2 *(corr.)*. r) aquam *add.* 4. s) s. q. p. a. *om.* 4, *ubi lacuna signo indicatur.* t) mem. 1*b*, *corr.* u) pv. 1*b*, *corr.* v) debitam (1*b*. 4). w) męsto 2, *corr. m. al.* x) :::orb. 4. y) nec 1*a*. z) v. n. *m. al. superscr.* 2. a) *bis scr., sed corr.* 4. b) *superscr.* 2. c) fenestellam 1*a*, *corr. m. al.* c*) *sic* 1*a*. *b*. 2. d) oratione (s *m. al. add.*) 1*b*. e) populique 4. f) aquae n. 4. g) exiebat 2, *corr. m. al.*; *om.* 4. h) infusoque (1*a*. 4). i) cinere (4). k) *post* ea *ras.* qua 1*b*; aquā 1*a*. l) ac 4. m) ieiuna 1*a*, *corr. m. al.*

1) *Regina Saba; cf.* 3. *Reg.* 10, 1; *Mir. S. Mart. I*, 12. *de Ultrogotha.* 2) *Cf. Gl. Conf. c.* 24: Apud ipsam vero urbem Turonicam beata Monigundis obiit. Fuit autem ex Carnotino territurio.

ribus dispensabat. Factum est autem quodam die, ut memorata puella, quae ei consueverat famulari, — et credo inimici[a] astu seducta, cui[b] semper bonis iniurias[c] inrogare mos est, — se ab eius famulatu subtraheret, dicens: 'Non potero ego cum haec[d] domina permanere, quae in tali abstenentia commoratur, sed potius utar saeculum[e] ac cibum potumque in abundantia sumam'. Quintus enim iam fluxerat abscessionis[f] eius dies, quod haec religiosa neque farinam consuetam neque aquam acceperat[g]; sed perstabat[h] inmobilis et fixa manens in Christo, in quo quisque locatus, nec venti[i] turbine nec fluctuum inpulsione dilabitur; nec sibi illa de mortali cibo vitam, sed de verbo Dei, sicut scriptum est[1], putabat[k] inferri, commemorans illud Sapientiae[l] Salamoniacae[m] proverbium, quia: *Non necabit Dominus fame*[n] *animam iusti*, et illud, quia: *Iustus ex fide vivit*. Sed quoniam corpus humanum absque aesu terreno sustentari non[o] quaeit, prostrata in oratione, petiit, ut, qui manna populo esurienti de caelo lymphasque sitienti produxit e saxo[p], ipse quoque alimentum, quo parumper corpusculum fessum confortaretur, dignaretur indulgere. Protinusque in eius oratione nix[q] caelo decidua humum[r] operuit. Quod illa cum gratiarum actione cernens, educta manu per fenestram, quod circa parietem erat, ex ipsa nive collegit, de qua aquam expraemens, panem solite[s] formavit, quod usque[t] ad alios quinque dies victum corporeum ministravit. Habebat enim contiguum cellulae parvulum[u] viridiarium; in eo[v] enim pro quadam relevatione[w] prodere erat solita. In quo[x] ingressa, dum[y] intuens herbas[z] loci deambulans, mulier eam[a], quae triticum supra tectum suum siccare posuerat, quasi de[b] eminentiori loco, curis obpleta[c] mundanis, inportunae[d] prospexit, moxque oculis[e] clausis, lumen[f] caruit. Cognoscens autem reatum suum, ad eam accedit, remque, ut gesta fuerat, pandens. At illa deieciens se in orationem, ait: 'Vae mihi, qui[g] pro parvitatis meae persona peccatrice aliorum clausi sunt oculi', et consummata oratione, inposuit manum mulieri. Confestim autem, ut signum crucis expressit, mulier visum recepit. Homo ex pago illo, qui olim auditum perdiderat, ad hanc cellulam devotus[h] advenit, pro quo deprecati sunt parentes eius, ut ei manus haec benedicta dignaretur inponere. Sed illa indignam se proclamans, per quam Christus operare dignaretur, solo prostrata et quasi ipsa dominicorum pedum vestigia lambens, humiliter pro eo divinam[i] clementiam supplicavit[k]; illaque adhuc solo decumbente, aures surdi[l] apertae sunt, rediitque[m] ad domum propriam, maerore ablato[n], cum gaudio.

Prov. 10, 3. Rom. 1, 17. cf. Exod. 16, 15. cf. Num. 20, 11.

(2.) His signis glorificata inter parentes, ne vanae gloriae lapsum incurreret, sancti Martini antestitis basilicam[2], relicto coniuge cum familia vel omni[o] domo sua, fideliter expetivit. Cumque iter coeptum carperet, venit ad vicum urbis Toronicae[p]

Cap. XIX. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. XIX. a) inimici: (*ras.* a) astutia 1*b*. b) *bis scr., sed corr.* 2. c) iniuriam 4. d) ha:c 1*b*; hac (2); *om.* 4. e) sło 4. f) d. a. c. 4. g) accipiebat 4. h) p̄stabat *corr. m. al.* pstabat 2. i) ventri 1*a (corr.). b; extr.* i *m. al. in litura scr.* 2. k) optabat 4. l) Sapientiam 2, *corr.* m) Salamonicę 1*b*; Salomoniacae 2. 4. n) *m. al. in marg. suppl.* 4. o) n̄qu(it *m. al. in litura scr.*) 1*b*; non qu(ivit *m. al. in litura scr.*) 2; nequit 4. p) saxa 1*a*, *corr. m. al.* q) de *add.* (1*a*). r) humanum 1*a*, *corr.* s) solito (1*b*). t) quousque (1*b*. 2). u) parvum 4. v) id 4. w) revelatione 1*b*; procedere 1*b*. 2 (*e corr.* prodere); prodire 4. x) quod egressa 4. y) *om.* (1*b*). z) herbulas l. deambularet 4. a) mulierē:: q̄ 1*a*. b) deminentiori 4, *corr. m. al.* c) c. :::::: m., *m. al.* oppleta *in marg. suppl.* 2. d) oportune 1*a*, *corr. m. al.* e) lis *m. al. in marg. suppl.* 4. f) lumine 2 (*e corr.*). 4. g) quid 4. h) duotus 1*b*, *corr. m. al.* i) *post* d. 8 *litt. ras.* 2. k) supplicat ut 1*b*, *corr. m. al.* l) surdę 4. m) Reditque 1*b*, *corr. m. al.* n) ablata 1*a*. o) omnia, *ras.* a 1*b*. p) *sic semper* 1*b*.

1) *Deut.* 8, 3; *Matth.* 4, 4. 2) *Cf. Gl. Conf.* c. 24: Quae relinquens tam patriam quam parentes, ad hoc tantum Turonus expetiit, ut orationi vacaret.

cui nomen est Evena[1], in quo beati Medardi Sessionici[a] confessoris reliquiae[b] contenentur, (Iun. 7.) cuius et vigiliae ea nocte celebrabantur[c]; in[d] quibus illa adtente excubans in orationem[e], hora debita cum reliquo populo ad missarum accessit solemnia. Quae dum a sacerdotibus Dei celebrantur, advenit quaedam puella, pusulae malae veneno conflata, proceditque ad pedes eius, dicens: 'Subveni mihi, quia mors[f] iniqua vitam conatur eripere'. At illa more[g] solito in oratione prostrata, suggessit[h] pro ea Deo omnium creatori, erectaque[i] signum crucis inposuit. Sicque in quattuor partibus vulnus excrepans, puellam, pure[k] decurrente, mors inportuna reliquid. Post haec ad basilicam sancti Martini Monegundis beata[l] pervenit, ibique prostrata coram sepulchro, gratias agens, quod tumulum sanctum oculis propriis contemplare meruerat[m], in cellulam[n] parvulam consistens, cotidie orationi ac ieiuniis vigiliisque vacabat. Sed nec ille locus ab eius virtute fuit inglorius. Nam viduae cuiusdam filia manus contractas detulit, quae ut exorata signum salutis inposuit[o], manibus suis digitos puellae contrectare coepit, extensis digitis nervisque directis, volas laxavit incolomes. Dum autem haec agerentur, audita vir ille fama[p] beatae, convocans amicos vicinosque suos, pergit post eam et[q] reducit ad propria et eam in cellula[r] in qua prius habitaverat intromisit. At illa non cessabat ab opere quod consueverat[s], sed exercebatur in ieiuniis obsecrationibusque, ut tandem locum in quo habitare desiderabat possit adquaerere. Inchoat iterum iter desideratum, inplorans beati Martini auxilium, ut qui dederat desiderium tribueret et effectum. Pervenit[t] ad basilicam, revertitur in cellula[u] illa in qua prius fuerat commorata; ex hoc perstetit inconcussa nec est amplius a viro[v] quaesita. Ibique paucas collegens monachas, cum fide integra et oratione degebat, non sumens panem nisi hordiacium, non vinum nisi parumper in diebus festis, et hoc ipsum nimio latice temperatum; nullum[w] habens stratum feni paleaeque[x] mollimen[y], nisi tantum illud quod intextis iunci virgulis fieri solet, quas vulgo mattas[2] vocant; hoc superponens formulae[3], hoc solo[z] supersternens; hoc erat cotidianum scamnum, hoc culcita[a], hoc plumella, hoc erat stragulum, hoc omnis[b] lectuli necessitudo; sic docens easdem facere quas secum adscivit. Ibique in Dei[c] laudibus degens, multis infirmis, oratione facta, salutaria[d] inpertiebat medicamenta.

(3.) Mulier quaedam filiam suam exhibuit vulneribus plenam, et, ut quidam vocant[e], potae[4] haec causa genuerat. Tunc illa, facta oratione, salivam[f] ex ore suscipiens, vulnera saeva[g] peruncxit[h] puellamque reddidit sanam, opitulante eius virtute, (cf. Ioan. 9,6.) qui caeci nati oculos sputo formavit. Puer vero loci incola[i] maleficium in potione

Cap. XIX. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. XIX. a) Suess. (4). b) reliq; 1*b*, *corr. m. al.* c) cęlebrantur *corr. m. al.* cęlebrabatur 1*b*; celebrabantur 2. d) in — D. celebrantur *om.* 1*b*. e) oratione 4. f) m. i. *om.* 1*a*. *b*. g) ore 2, *corr.* h) sit *suppl.* 2. i) egroteque 4. k) pustula 4; *glossema* pus, puris sanies *m. al. marg. add.* 2. l) beat: 1*b*, *corr. m. al.* m) meruerit 4. n) cellula parvula 4. o) ac *add.* 4. p) famā 1*b*, *corr.* q) *om.* 4. r) cellulam (1*a*. 4). s) con *m. al. suppl.* 1*b*; consuerat 2, *corr.* t) perveniendi (1*b*) *et m. al. corr.* 1*a*. u) cellulam illam 4. v) suo *add.* (1*b*). w) Nullam h. in strato 4. x) palleque 1*a*; palęque 1*b*, *corr. m. al.* y) mollie *corr.* mollitiem 4. z) solum 1*b*. a) *sic* 1*a*. *b*. 2. b) omnes 1*b*. c) l. D. 2. d) salvatoria 1*b*, *corr. m. al.* e) vocat pote hoc 4. f) saluam 4, *corr. m. al.* g) va *m. al. suppl.* 1*b*. h) peruxit 2, *corr.* i) in loca 1*b*, *corr.*

1) *Esvres (Indre-et-Loire, arr. Tours, cant. Montbazon), ut Mabille primus vidit; cf. Longnon p.* 273. *Basilicam, quae etiamnum S. Medardo dicata est, S. Perpetuus Evenae construxit; cf. H. Fr. X,* 31. 2) *Mattam lectum monachis adsignat S. Benedictus et ceteri vitae monasticae patres. R.* 3) *i. e. formula lecti, sponda; cf. Gl. Conf. c.* 90*:* Formulam habens, in qua genua, cum necessitas cogeret, deflectebat. 4) *Puta, Gall. 'pute', meretrix, scortum; cf. Ducange ed. Henschel V, p.* 525.

libavit, de quo medificatus[a. 1], ut adserunt, serpentes generati in interaneis pueri magnum dolorem suis morsibus excitabant, ita ut nulla quiescendi mora vel in modicum momentum indulgeretur. Sed neque cibum aut potum capere potest[b]; et si post diu aliquid accipiebat[c], protinus reiecciebat. Qui adductus ad beatam feminam, petiit se eius virtutibus mundari. Cumque illa reclamaret, indignam se esse, quae haec agere possit[d], inplicita precatu parentum, ventrem pueri palpat et palma demulcet; sensitque, ibi anguium venenatorum[e] nequitiam latitare. Tunc accepto[f] pampini viridis folio[2], saliva linivit[g], fixitque[h] super eum[i] crucis beatae signaculum. Quod ponens super alvum iuvenuli[k], dolore paululum sedato, obdormivit in scamnum[l], qui olim, doloribus insistentibus, caruerat somnum[m]. Post unius vero horae momentum consurgens, ad purgandum ventrem egressus, pestiferae generationis germen effudit, gratiasque[n] referens[o] ancillae Dei, sanus abscessit. Alius vero puer paralysi[p] aegritudine contractus, ante eam inter manus dilatus est aliorum, deprecans a beata sanari. At illa in oratione prostrata, precem pro eo fudit ad Dominum; consummata vero oratione, consurgens, adprehensam[q] manum pueri, erexit eum, sospitemque abire permisit. Mulier erat caeca, quae adducta ad eam, deprecata est, ut ei manus inponeret. At illa respondit: 'Quid vobis et mihi, homines[r] Dei? Nonne sanctus Martinus hic habitat, qui cotidie inlustrium virtutum opere[s] refulget? Illuc accedite[t], ibi obsecramini[u], ut ipse vos visitare dignetur. Nam ego peccatrix quid faciam?' Illa vero in sua petitione perdurans, aiebat: 'Deus per omnes timentes nomen suum cotidie opus[v] exercet egregium; ideoque supplex ad[w] te confugio, cui praestita est Divinitatis[x] gratia curationum[y]. Tunc commota Dei famula, luminibus sepultis manus inposuit, statimque reseratis cataractis[z], mundum late patentem quae[a] fuerat caeca prospexit. Multisque etiam inerguminis ad eam ingressis, ut manus inposuit, fugato hoste nequam, sospitatem restituit; nec morabantur[b] ex his curari, quos ad se sancta permisit[c] accedere.

(4.) Iam enim tempus vocationis eius adpropinquabat, et defessa corpori[d] solvebatur. Quod cum viderent sanctimoniales, quas secum habebat, flebant valde, dicentes: 'Et cui nos, mater sancta, relinques[e. 3]? Vel cui conmendas filias, quas in [hoc[f]] loco pro[g] Dei intuitu congregasti?' At illa parumper lacrimans[h], ait: 'Si pacem sanctificationemque[i] sequamini, Deus erit protectio vestra, habebitisque[k] sanctum Martinum antestitem pastorem magnum. Nam et ego non discedam a vobis, sed invocata adero in medio caritatis vestrae'. At illae[l] rogabant, dicentes: 'Venturi sunt multi infirmi ad nos, flagitantes benedictionem a te accipere; et quid faciemus, cum te non viderint esse superstitem? Confusae enim eos foris[m] emittimus, cum tuam faciem non contemplamur[n].

Cap. XIX. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. XIX. a) medificatum 4. b) poterat *e corr. m. al.* 1*b*; potis erat 4. c) ci *m. al. suppl.* 1*b*; acciperet 4. d) posset 2. 4. e) venatorum 1*b*, *corr.* f) accepta 1*a*. g) linuit 1*b*, *corr. m. al.* h) finxitque (4). i) illud 4. k) iuvenis 4. l) scamno (1*b*. 4). m) somno 4. n) gratesque 4. o) refens 4, *corr. m. al.* p) paralysis 2 *(e corr. m. al.)*. 4. q) apprehensa manu 4. r) *om.* 4. s) *sic* 1*b*. 4; opera refulget (1*a*); ope refulget 2. t) accendite 1*b*, *corr.* u) obsecrate, cr *in litura m. al. scr.* 4. v) e. o. 4; exerce::: *corr. m. al.* exercet 1*a*. w) a 2, *corr. m. al.* x) divinitur 4. y) curationis 4. z) *om.* 4. a) q. 1*a*, *corr. m. al.*; qui 1*b*, *corr. m. al.*; que, *sed* e *m. al. in litura scr.* 2. b) morabatur 1*b*. c) permisseist 4. d) corpore 4. e) relinquis (1*b*. 4). f) *om.* 1*a*. *b*. 2. g) p 1*b*, *corr. m. al.*; p *e corr. m. al.* 2. h) lacrimis 4. i) s̄c̄imoniamque 2, *in marg. corr.* k) habetisque 4. l) At tille 1*b*. m) foras (1*b*); emittemus 2. 4. n) contemplamus 4, *corr.*

1) *i. e. venenatus; cf. H. Fr. IV,* 25*:* veninum in potu maedificavit; *ib. c.* 41*:* unde factum est, ut unum ex famulis concupiscens, virum veninu medificaret; *Mir. S. Mart. Praef.* 2) *Cf. Gl. Conf. c.* 24*:* collegens folia cuiuslibet holeris aut pomi, saliva inlinebat, faciensque crucem super ulcus, inponebat folium. 3) *Cf. Gl. Conf. c.* 104*:* Cui nos orfanos mater *(scil. S. Radegundis)* relinques? Cui nos desolatas conmendas?

Rogamus enim[a], ut, quia haec ab oculis nostris absconditur, ut[b] saltim digneris oleum salemque benedicere, de quo possemus[c] aegrotis benedictionem flagitantibus ministrare'. Tunc illa, benedicto oleo ac sale[d], tradidit eis, qua[e] suscipientes, diligentissime servaverunt. Sicque beatissima obiit in pace[1], et sepulta est in ipsa cellula[2], multis se in posterum[f] virtutibus[3] repraesentans. Nam de memorata benedictione[g] multi post eius transitum aegroti incolomes[h] beneficia sunt experti. Bosonis[i] denique diaconi[k] pes unus a pusula[l] mala conflaverat, ita ut gressum facere non valeret, deportatusque ad eius tumulum, orationem fudit. Puellae vero accipientes ex oleo memorato, quem[m] sancta[n] reliquerat, posuerunt super pedem eius[o]; extemplo, erumpente vulnere, defluente veneno, sanatus est. Caecus quidam adductus ad eius tumulum, in oratione prosternitur. Inruente autem sopore, obdormivit, apparuitque ei beata[p], dicens: 'Indignam quidem me iudico exaequari sanctis, sed tamen unius hic oculi[q] recipies lumen; deinceps autem propera quantotius[r] ad pedes beati Martini[s] et prosternere in conpunctione animi coram eo. Ipse enim tibi restituit[t] alterius oculi visionem'. Expergefactus homo, unius oculi[u] recepto lumine, abiit quo iussio inpulit imperantis; ibique iterum obsecrans beati confessoris virtute, depulsa caeci[v] oculi nocte, videns abscessit. Mutus etiam ad hoc[w] beatae tumulum prostratus occubuit[x], qui in tantum fide conpunctus est, ut rivis lacrimarum cellulae inficeret[y] pavimentum. Qui consurgens, absoluta lingua virtute divina, regressus est. Alius denique mutus veniens[z], in oratione decumbens, corde tantum inplorabat[a] et non voce solubili beatae feminae auxilium, in cuius ore de memorata benedictione parte infusa, erumpente sanguine mixto cum pure, vocis officium[b] meruit adipisci. Frigoriticus accedens ad hoc monumentum, pallam tegentem[c] attegit, restincta contagionis febre, convaluit. Contractus vero Marcus nomine manibus deportatus aliorum[d] ad sepulchrum beatae, [ibi[e]] orationem[f] diutissime fudit. Hora autem nona pedibus propriis stetit, domique[g] regressus est. Leodinus puer cum in valitudine[h] gravi inruens quarto aegrotaret[i] mense et non solum gressum, verum etiam ciborum usum, insistente febre nimia, perdidisset, ad eius deportatus sepulchrum praemortuus, accepta salute, surrexit e tumulo redivivus. Quid de[k] frigoriticis reliquis loquar, cum plerisque hoc fuit beneficium remedii, cum pallam tumuli sunt fideliter osculati? Quid etiam de

Cap. XIX. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. XIX. a) igitur 4. b) a. saltem 2. c) possimus (2. 4). d) sale:, *ras.* s 1*b*. e) *sic* 1*b*; quā 1*a*; quae 2. 4. f) posterium, *corr.* 1*b*. 4. g) benectione 4. h) incolumitatis (4). i) Basonis 4. k) diaconus 2, *corr.* l) pusilla 2, *corr.* m) quod 4. n) sc̄ę 1*b*, *corr.*; sc̄o 4. o) et *add.* (4). p) sc̄a 2. q) oculis respicies 1*b*, *corr. m. al.* r) quam totius 2. s) Martyni 4. t) restituet 4. u) oculo 1*a*, *corr. m. al.* v) caecitate, *ras.* tate 2. w) huc 1*b* (*corr.* hunc). 4. x) accubuit 4. y) inficerat pavimento 1*b*, *corr. m. al.* z) et *add.* 4. a) et n. v. s. b. f. a. i. 4. b) officio 2, *corr.* c) tegente 4. d) a. *ante* dep. *in marg. suppl.* 2. e) *om.* 1*a*. *b*. 2. f) d. f. o. 2. g) domumque 4. h) valitudem gravem 4. i) aegrotasset 2. k) refrig. 1*b*, *corr. m. al.*

1) *Ex* §. 2. *liquet, Monegundis tempore S. Medardum iam mortuum fuisse. Itaque post a.* 557 *(cf. Gl. Conf. c.* 93*) Monegundis transiit, quam Ruinart circa a.* 570. *obiisse vult. Colitur die* 2. *Iulii.* 2) *Sepulta est in ecclesia S. Petri Puellaris (Saint-Pierre le Puellier prope basilicam S. Martini), ubi eius sacrae exuviae in theca pretiosa servatae sunt ad a.* 1562, *quo Calviniani eam diripuerunt. Pleraque tamen eius ossa incendium evasere, quae semiusta cum eiusdem sanctae capillis in terra absconsa sunt; ibique latuere ad a.* 1657, *quo die nona Iulii levata fuerunt e terra et fidelium venerationi exposita. R. Sed Mabille probavit, monasterium S. Monegundis, quod etiam a.* 1022. *commemoratur, aliud fuisse ac S. Petri Puellaris, quam sententiam Longnon p.* 256. *ita cum Ruinartiana conciliavit, ut ambo monasteria postea in unum coacta esse censeret.* 3) *De quibus Gregorius Gl. Conf. c.* 24. *egit:* Sed quoniam multa ex his in libro, quem de eius vita conscripsimus, memoravimus, quae deinceps gesta sunt, tacere nequivimus,

inerguminis? Qui adducti ad cellulam beatae, cum limen sanctum fuerint[a] ingressi, integrae menti restituuntur; nec moratur larva egredi[b] e[c] corpore, cum sanctae huius senserit adesse virtutem, operante hoc domino nostro Iesu Christo, qui timentibus nomen suum praemia largitur aeterna.

[FINIT[d] DE SANCTAE MONEGUNDAE VIRTUTIBUS].

XX. INCIPIT[a] DE SANCTO[b] LEOBARDO[c] RECLAUSO.

Eclesia fidelis aedificatur, quotienscumque sanctorum gesta devotissime replecantur; et licet de his teneat maximum gaudium, quod hi qui ab initio aetatis religiosam vitam ducentes pervenire meruerunt perfectionis ad portum, tamen et de hīs, Domino iubente, laetatur, quod[d] conversi a saeculo opus inchoatum valuerunt perducere, divina opitulante misericordia, ad effectum[e].

(1.) Igitur beatissimus Leobardus Arverni[f] territurii indigena[g] fuit, genere quidem non senatorio, ingenuo tamen, qui ab initio Deum in pectore tenens[h], cum non floreret natalibus, gloriosis meritis praefulgebat. Qui tempore debito cum reliquis pueris ad scolam missus, quaepiam de psalmis memoriae conmendavit, et nesciens se clericum esse[i] futurum, iam ad dominicum parabatur innocens ministerium. Sed cum ad legitimam[k] pervenisset aetatem, cogentibus iuxta consuetudinem humanam parentibus, ut arram puellae, quasi uxorem accepturus, daret, inpellitur. Illo quoque respuente, ait pater: 'Cur, dulcissime fili, voluntatem paternam respuis[l] nec iungere[m] vis conubio, ut semen excites nostro de[n] genere saeculis sequentibus profuturum? Casso enim labore exercemur[o] ad operandum, si possessor deerit ad fruendum. Vel cur inplemus domum opibus[1], si de genere nostro non processerit qui utatur? Quid mancipia dato pretio nostris ditionibus subiugamus, si rursum alienis debent dominationibus subiacere? Oboedire[p] filiis[q] voci parentum, Scripturae[2] testantur[r] divinae; et tu cum inoboediens esse[s] parentibus probaris, vide, ne te caelestibus eruere nequeas ab offensis'. Haec patre loquente, licet haberet alium filium, facile tamen tali aetatulae persuasit[t] voluntati propriae contraire. Denique, dato sponsae anulo, porregit osculum, praebet[u] calciamentum[3], caelebrat[v] sponsaliae[w] diem festum. Interea genitor[x], genetrix mortis somno sopiti migraverunt a saeculo, vitae praesentis curriculo iam peracto[y]. Hic vero, cum germano tempore luctus expleto, oneratus[z] donis nuptialibus, fratris pergit ad domum; quem in tantum repperit vino madidum, ut nec cognosceret nec reciperet propria in domo germanum. Ille vero suspirans et lacrimans, secessit in partem et[a] venit ad tugurium, in quo fenum fuerat adgregatum, ibique conligato[b] praebens equiti pabulum, decubuit super fenum ad quiescendum. Expergefactus autem media nocte, surgit de stratu suo, erectisque ad caelum manibus, gratias agere coepit omnipotenti Deo, quod esset, quod viveret, quod aleretur donis eius, et alia huiuscemodi prosecutus. Cum suspiria longa protraheret atque lacrimis crebris genas ubertim[4] rigaret, Deus omnipotens,

Capp. XIX. XX. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. XIX. a) fuerit 4. b) aegritudo 2, *corr.* c) ē 1*b*, *corr.*; a 4. d) *sic* 4.

Cap. XX. a) *om.* 1*a*. *b*. 2. b) *om.* 4. c) LEUPARDO 4. d) qui 4. e) perfectum 4. f) Averni 4. g) indigna 1*b*, *corr. m. al.* h) retinens 4. i) f. e. ad 2. k) legit::mam 1*a*. l) respues 1*a*. m) iungi 4. n) de *ante* n. *m. al. superscr.* 2. o) er *m. al. suppl.* 1*b*. p) obaudire 4. q) fili voce (*corr.* voci) 1*b*; filios 2. r) testatur 1*a*, *corr. m. al.*; d. t. 1*b*. 2. s) p. e. 2. t) ꝓs. 2, *corr.* u) p̄b:uit, *ras.* e 4; c. p. 2. v) cębrat 1*b*, *corr. m. al.* w) spontale *corr. m. al.* sponsalem 1*b*; sponsalium 4. x) et *add.* 2; genitrixque 4. y) expleto *in marg. corr.* peracto 2. z) honoratus 4. a) *om.* 1*a*. *b*. b) conligatum 2.

1) *Cf. Fredegundis planctus, H. Fr. V,* 34. 2) *Eph.* 6, 1. 3) *Ita etiam S. Venantius sponsae 'cum poculis frequentibus etiam calciamenta deferebat'; cf. supra c. XVI,* 1. 4) *Cf. Mir. S. Mart. IV,* 30.

cf. Rom. 8, 29. qui illos quos praescivit et praedestinavit conformes fieri[a] imaginis Filii sui, conpunxit cor eius, ut, relicto saeculo, manciparetur ad cultum divinum.

(2.) Tunc ille quasi iam sacerdos[b] animae suae, praedicare sibi[c] ipsi[d] exorsus est, dicens: 'Quid agis, anima? Quid in ambiguo suspensa teneris? Vanum est enim saeculum, vanae sunt concupiscentiae eius, vana gloria mundi, et ea[e] quae in illo sunt cf. Eccle. 1,2. omnia vanitas. Melius est enim relinquere eum[f] et sequi Dominum, quam ad eius opera praebere consensum'. Haec effatus, cum diem terris reddere[1] lux diurna coepisset, ascenso equite, coepit ad hospitium suum reverti. Cumque per viam iam alacris pergeret, volvere intra se coepit, quid ageret, quo[g] abiret. Dixitque: 'Expetam Martini[h] beati tumulum, unde procedit virtus alma super infirmos. Credo enim, quod et mihi eius oratio iter reseret ad Deum, qui deprecatus Dominum[i] mortuos reduxit a[k] tartaro'. Et sic viam carpens oratione comite, sancti Martini basilicam est ingressus, circa quam paucis diebus commoratus[l], transito amne, ad cellulam Maiori[m] monasterio propinquam, de qua Alaricus quidam[n] recesserat, devotus accessit; ibique se, propriis manibus membrana[o] faciens, ad scribendum aptavit[2]; ibi[p] se, ut Scripturas Sanctas intellegeret ac Davitici carminis[q] psalmos, qui dudum excesserant memoriae[r], reteneret, exercuit. Sicque Divinarum Scripturarum lectionibus eruditus, cognovit, verum esse, quod ei Dominus prius inspiravit in corde. Sed, ne haec cuique fabulosa videantur quae retulimus, testor Deum[s], quia[t] ab ipsius[u] benedicti haec[v] ore cognovi[v*]. At[w] vero, interposito pauci temporis spatio, humilem[x] se tantumque praebuit, ut honoraretur ab omnibus, acceptoque sarculo, cellulam, in qua[y] ingressus fuerat, incidens lapidem, ampliavit. In qua cellula delectabatur ieiuniis, orationi[z], psallentio, lectioni[a], nec[b] umquam a divinis officiis et oratione cessabat; scribebat interdum, ut se a cogitationibus noxiis discuteret[c].

(3.) Interea, ut se temptator manifestaret Dei servis semper inimicum esse ac invidum[d], cum aliquid[e] de illius monacholi[f] litem quandam[g] cum vicinis habuisset, inmisit ei cogitationem[h], ut, relicta cellula illa, ad aliam transmigraret. Cumque ibi[i] ad orationem soliti[k] evenissemus, dolum nobis veneni crassantis aperuit. Ego vero suspirans non minimo dolore, increpare hominem[l] coepi, asserens diaboli [haec[m]] esse caliditatem; librosque et vita[n] patrum[3] ac institutione[o] monachorum, vel quales[p] qui recluduntur esse debeant, vel cum[q] quali cautela monachis vivere oporteat, abscedens ab eo, direxi. Quibus relictis[r], non solum cogitationem pravam[s] a se discussit, verum etiam tantum sensum acumine erudivit, ut miraretur[t] facundia elocutionis eius. Erat enim dulcis alloquio, blandus hortatu, eratque ei sollicitudo pro populis, inquesitio pro regibus,

Cap. XX. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. XX. a) F. s. f. i. *corr.* i. F. s. f. 2. b) custosque *add. edd.* c) *in marg. suppl.* 1*a*. d) ipse 4. e) omnia *pro* ea 2. f) illud 4. g) quod haberet 4. h) b. M. 2. i) Dm̄ 1*b*. 4. k) e 4. l) cōmorat 1*b*, *corr. m. al.* m) Maiori: 1*a*. n) quidem (4). o) membranas 4. p) ipse ut 4. q) p. c. 2. r) memoria 4. s) *om.* 4. t) qūō 4. u) ip *m. al. suppl.* 1*b*. v) o. c. h. 2. v*) *liber desinit* 3*a*. w) Ut 1*a*. *b*; Qui 4. x) talem 4. y) quam (2). z) orationibus 4. a) lectione 4. b) ne 1*b*, *corr. m. al.* c) discutere quiverit 4. d) invid:um, *ras.* i 4. e) aliq̇ 1*b*; aliquis 4. f) monachuli *corr. m. al.* monachis 1*b*; monachis 4. g) *m. al. superscr.* 1*b*. h) cog:it., *ras.* n 1*b*. i) ad o. i. 4. k) solitie venissem̄ *corr. m. al.* solito venissemus 1*b*; solite venissemus 4. l) c. h. 1*b*. 2. m) *om.* 1*a*. *b*. 2. n) vitas 4. o) institutiones 4. p) qualescumque recl. 2. q) *bis scr., sed corr.* 1*b*. r) *sic* 1*a*. 4. s) parvam *corr.* pravam 1*a*. *b*. t) m. facundiae loc. 1*a*. *b*. 2; mirarer facundiam elocutionis 4.

1) Reducit aurora diem *Verg. Georg. I*, 249, Refert sol diem *ib.* 458. 2) *Id S. Martinus monachis Maioris-Monasterii praeceperat; cf. Severi V. S. Mart. c.* 10*:* Ars ibi, exceptis scriptoribus, nulla habebatur, cui tamen operi minor aetas deputabatur; maiores orationi vacabant. 3) *Sunt Rufini Vitae Patrum et Cassiani libri* 12. *De coenobiorum institutis (Migne, Patr. lat. tom. XLIX*, 1, *p.* 54*).*

oratio assidua pro omnibus ecclesiasticis Deum[a] timentibus. Verum non ille, ut quidam[1], dimissis capillorum flagellis aut barbarum dimissione plaudebat, sed certo tempore capillum[b] tondebat et barbam. In qua cellula viginti et duos annos in hoc opere degens, tanta Domini gratia[c] confortatus est, ut, pusulis malis salibam[d] oris sui perunctis, vim veneni saevientis obpraemeret, frigoriticis vero[e], poculum vini caractere[f] crucis beatae sanctificatum, frigorem[g] accedentem aestumque restinxit[h]; non inmerito discutiens incommodas[i] febres ab aliis, qui in se extinxerat incentiva criminis noxialis. Quodam[k] autem tempore[l] caecus ad eum veniens, aerumnam doloris sui humiliter inplorabat ac deposcebat, ut tactu dexterae suae sanctus lumina clausa palparet. Quod[m] ille diutissime renuens, tandem fletibus hominis[n] victus, misericordia motus, cum per triduum pro eo orationem[o] fudisset ad Dominum, quarta die inponens manum super oculos eius, ait: 'Domine omnipotens, filius[p] unigenite Dei patris, qui cum eo ac Spiritu sancto regnas in saecula, qui homini a nativitate caeco reddidisti[q] lucem beati oris ab sputo, cf. Ioan. 9, 6. tu redde huic famulo tuo luminis visum, ut cognoscat, quia tu es Dominus omnipotens'. Et haec dicens, ut crucem super oculos caeci depixit, mox pulsis tenebris, lucem de praesenti restituit. Huius virtutis testimonio[r] Eustachius abba[2] adstipulator adsistit[s].

(4.) Denique hic de labore lapidis submontani, quem assiduae caedebat, confractus[t], ieiunii austeritate confectus, orationi[u] indeficienti corroboratus, coepit paulatim corporis infirmitate distitui. Quadam autem die, dum nimium fessus haberetur, nos ad se vocari praecepit. Ad quem accedentes, postquam funeris sui necessitate[v] deflevit, euglogias a nobis peccatoribus flagitavit. Quibus acceptis, austo mero, ait: 'Tempus meum iam impletur, iubente Domino, ut me ab huius corporis vinculis iubeat relaxari, sed adhuc paucis[w] diebus erit spatium. Verumtamen ante diem sanctum paschae vocandus ero'. O beatum virum, qui sic servivit Creatori omnium, ut suum obitum revelatione divina cognosceret! Erat enim mensis decimus, quando haec est effatus. Duodecimo autem mense[3] coepit iterum graviter aegrotare. Advenit dies dominica, vocat ministrum suum et ait: 'Praepara quiddam cibi, quod accipiam, quia valde defessum me sentio'. Illo quoque respondente: 'Praesto est, domine', ait ad eum: 'Egredere foris[x] et aspice, si iam, celebrata[y] solemnia, populus de missis[z] egreditur'. Hoc autem dicebat, non quod cibum capere vellet, sed ut transitu[a] suo nullus testis adesset. Quo egrediente et revertente, cum ingressus fuisset cellulam, invenit virum Dei extensum[b] corpore, clausis oculis, spiritum exalasse. Unde[c] manifestum est, eum ab angelis

Cap. XX. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. XX. a) d:m̄que (*ras* n) tim. 2. b) capillo 2, *corr.* c) misericordia 4. d) saliva 4. e) per *add.* (1*b*). f) cata|ractere, *ras.* ta 1*a*. g) frigus accedens 4. h) restrinxit 4. i) incomoda febris 4. k) Quidam 4, *corr.* l) tempt̄ 2. m) quid 1*b*, *corr. m. al.* n) humanis 4. o) oratione 4. p) fili:: 1*a*; fili 4. q) red|disti 2. r) testimonium 4. s) adstitit 4. t) constractus 4, *m. al. in marg. corr.* u) *sic* 1*a*. 2. v) necessitatem (1*b*. 4). w) pacis 1*b*, *corr. m. al.* x) foras 2. 4. y) celebratis solemnis 4. z) dimissus 4. a) transito 1*a*; transitus 2; transitui 4. b) extenso 4. c) factum *add.* (1*a*).

1) *Ut S. Martinus, qui vultu despicabilis, veste sordidus, crine deformis erat; cf. Severi V. S. Mart. c.* 9. 2) *Maioris Monasterii, ut videtur; cf. Gall. Christ. XIV, p.* 193. 3) *Cum die dominico S. Leobardum, qui die* 18. *Ianuarii colitur, obiisse Gregorius scripserit, Cointius a.* 593, *n.* 1, *coniecit, id a.* 593. *contigisse, quo dies* 18. *Ianuarii re vera dominicus erat. Unde Ruinart, Gregorium duodecimum mensem Decembrem appellasse censuit. Sed id h. l. minime admittendum est. Duodecimus mensis Gregorio potius Februarius erat, quare S. Leobardus eodem vel Martio mense, die dominico ante pascha obiit. Eiusdem autem dies festus* 18. *Ianuarii aut translationis aut prorsus fictus, certe emortualis non habendus est. Annus non constat, sed, postquam Gregorius in Turonensem urbem venit (a.* 573*), Leobardum mortuum esse, patet.*

susceptum, qui hominis[a] adesse noluit suum sacer herus[1] ad transitum. Haec cernens minister ille, elevavit vocem in fletu. Sicque, concurrentibus reliquis fratribus, ablutus[b] ac vestimentis dignis indutus, in sepulchro, quod ipse sibi in antedictam[c] cellulam sculpserat, reconditus est, quem in consortio[d] sanctorum adscitum, nulli fidelium haberi reor incertum[e].

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI[a] IN[b] GLORIA CONFESSORUM.

1[c]. De virtutibus angelorum.
2. De sancto Helario[d] episcopo Pictavensi[e].
3. De sancto Eusebio Vircellins.[f] episcopo.
4. De sancto Martino Toronico[g] episcopo et[h] sepulchro sancti Catiani.
5. De[i] eodem, et de[k] sepulchro Vitalinae[l] virginis.
6. De lapide, in quo sanctus sedit.
7. De arbore erecta.
8. De oratorio Martiniacensis praedii[m].
9. De oleo sepulchri.
10. De uva[n] vitis, quam ipse plantavit[o], et de cera sepulchri.
11. De virtutibus eius Ternoderensibus[p] ostensis.
12. De monasterio[q] eius[r] in Hispania[s].
13. De heretico, qui hominem inluminare voluit[t].
14. De altercatione heretici cum catholico.
15. De Venantio[u] abbate.
16. De sancta Papola[v].
17. De operturio[w] cuiusdam sepulchri[m].
18. De duarum virginum tumulis.
19. Quid[x] sanctus Eufronius de Chariberto[y] rege praedixit[z].
20. De dedicatione[a] oratorii nostri[b].
21. De sepulchro[c] sancti Sollemnis[d].
22. De Maximo abbate.
23[e]. De Iohanne reclauso.
24. De[f] Monigunde[g] religiosa[h].

Cap. XX. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *Index.* 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. XX. a) homines 2; hominem 4. b) absolutus 4, *m. al. in marg. corr.* c) antedicta cellula 4. d) consorcium 4. e) Explicit *add.* 1*a*; ΛϒV *add.* 2.

Index. a) ·|· *add.* 2; L. *om.* 3. b) IN G. C. *om.* 1*a*. *b*. 2; in c. gl. 3. c) *in* 3 *et* 4 *capita quoque singula inscripta sunt, sed* 4 *tantum contuli* (= 4*), *cum in* 3 *lemmata admodum decurtata sint.* d) *sic* 1*b*. 2; Hil. *rell.* e) *om.* 4*. f) *sic* 1*a*. 2; Vircellinis 1*b*; Vercelensi 3; Vercellensi 4; *om.* 4*. g) *sic* 1*b*; Turonensi 3; Tur. *rell.*; T. e. *om.* 4*. h) et — Catiani *om.* 3. i) De e. et *om.* 3. k) *om.* 1*b*. (4*). l) Vitalenae 3. m) *om.* 3. n) via 4. o) plantavi 3; et — sepulchri *om.* 3. 4*; plantatum et ceteris s. 4. p) Tornoderensibus 2; e. in Tornodorensi, *om.* ostensis 4; v. iuxta Tnodorensibus, *om.* ostensis 4; v. iuxta Ternodorensibus 4*. q) monasteri 4, *corr.* r) sancti Martini *pro* e. 4*. s) Spania 1*b*; Ispania 3; Spaniachris sc̄orum in eandem basilicam 4, *qui* chris — b. *e titulo* 35. *inseruit.* t) *om.* 3; ostensis 4. u) Venatio 2, *corr.* v) *sic* 1*b*; Pappola 1*a*. 2; Papula (3); Pabula 4. w) opertario 3. x) De sancto Eufronio et Ch. 3; Quod 4*. y) Cariberto 1*b*; Hariberto 4. 4*. z) *om.* 2; p̄dix 4. a) dicatione 3. b) *om.* 3. c) s. in sanctis 3. d) Solemnis 1*a* (*corr.*). *b*. 4; Solempuis 2. e) *titulos* 23—25. *prima m. in inf. marg. suppl.* 2. f) INCIPIT DE SC̄A MONEGUNDA 4*. g) Moneg. 1*b*. 2; Monag. 3; Munegunde 4. h) religiosę 2, *corr.*

1) *'Troius heros' Aeneas a Vergilio saepius appellatur; cf. Aen. VI,* 551; *VIII,* 530; *X,* 584. 886.

25. De Senoch[a] abbate.
26. De sancto Symeone[b] a colomna.
27. De sepulchris[c] prbr.[d] in basilica sancti Martialis[e].
28. De miraculis ad[f] sepulchrum eius factis[g.*].
29. De sancto Stremonio[h] episcopo Arverno.
30. De eo qui euglogias[i] a sacerdote accepit.
31. De duobus amantibus.
32. De Amabile[k] presbitero[l].
33. De Georgia[m] religiosa.
34. De sepulchro[n] effracto[o] in basilica sancti Venerandi[p].
35. De aliis sepulchris sanctorum[q] in eandem[r] basilicam.
36. De sancti Venerandi Nepotianique[s] episcoporum sepulchris[t].
37. De monacho, quem orantem[u] abba[v] spectabat[w].
38. De igne, qui a reliquiis sanctorum saepe prorumpit[x].
39. De visionibus pro patris mei[y] infirmitate[z].
40. De sancto Germano Autisiodorensi[a].
41. De Helario[b] Divionense senatore[c].
42. De sancta Florida et[d] sancta Paschasia[e].
43. De sancto Tranquillo[f] episcopo.
44. De Severino Burdigalinse[g] episcopo.
45. De Romano eiusdem urbis presbitero[h].
46. De duobus presbiteris psallentibus.
47. De eclesia Reontiense[i].
48. De Iustino et Similino presbiteris.
49[k]. De sancto Severo presbitero.
50. De lilio[l] sepulchri eius.
51. De sepulchris[m] quae elevantur[n].
52. De sepulchro[o] Theomasti[p] episcopi.
53. De Lupiano[q] confessore.
54. De Melanio[r] Redonensium[s] episcopo.
55. De Victorio Cinomannorum[t] episcopo.
56. De Martino abbate[u] Sanctonicorum.
57. De Bibiano[v] eiusdem urbis episcopo.
58. De Troiano[w] ipsius civitatis episcopo.

*) De eo qui loquelam a sacerdote recepit *titulum add. edd.*

Index. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Index. a) Senoc 2. 3. b) Simeone (1*b*); Symeon ac columina 4; Symeon, *om.* a c. 4*. c) sepulchro 3. d) presbyteri *perperam* 1*a*. *b*. 2. 3; *om.* 4*. e) *om.* 3; Marcialis 4. f) ad s. *om.* 2; e. *om.* 3. g) *om.* 2. h) Austremonio Arvernensi 3; Str. epō Arūn 4; A. *om.* 4*. i) elogias 4. k) Amabili (3). l) Rigomensi *add.* 3. m) Gegoria 4; GLORIA 4*. n) se *suppl.* 2. o) in ecclesia s. V. e. 3. p) Veneram 4; Illidii 4*. q) *om.* 3. r) *sic* 1*b*. 2; eadem (*corr.* eandem) basilica 1*a*; eadem basilica 3. 4. s) et Nepotiani 3; V. episcopi, *om.* N. q. *et* s. 4*. t) *om.* 3. 4. u) quem morantem 4; m. orante 4*. v) *sic* 3; abb̄ 4; a. s. *om.* 4*. w) inve 3; expeetabat 4. x) prorupit (3); p̄rūpit 4. y) nr̄i 4*. z) infirmita 3. a) Auct. 1*b*, *corr.;* Autisioderensi 2. b) Elario 1*b*, *corr.;* Elerario 2; Chilario 3; Hilario 4. c) sanat 1*b*. d) de *add.* 4. 4*. e) Pascasia 1*b*. 2, *in utroque corr.;* Pachasia 4*. f) Tranquillino 3. g) Burdigalliīs 1*a*; Burdegalensis 3; Burdegalensi (4). h) episcopo 3. i) Reonciensi 3; RECONTIENSE 4*. k) 48, *corr.* 1*a*, *et sic deinceps ad c.* 59. l) liliis 4. 4*. m) sepulchro quo 4. 4*. n) elevancia 3. o) sepulphro 1*a*. p) Tomasti 3. q) Lupanio 4. r) Melano 1*a* *(corr. m. al.)*. 2. s) Rod. 1*a*, *corr. m. al.;* Redonentium 1*b*; Redonensiā 2; Redolensium 3. t) Cimanorum 3; Cynnomannorum 4. 4*. u) S. a. 4. 4*. v) Vibiano 1*a*. *b*. 2; Biviano 3. w) Traiano 4. 4*.

Index. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Index. a) in e. u. *om.* 3; eädem 1*b*. b) civitate 4*. c) De Vincencio L. 3. d) *om.* 3. e) Elii 2. 3; Hellii 4*. f) Epipodi 1*b*, *corr.;* Epipodii (3). g) m. c. c. *om.* 3; m. calciamentum, *om.* collegit 4. h) *om.* 4*. i) Memmio 4. 4*; Catalunensium 4. k) Du 2, *corr.* l) Tricastrinorum 3. m) *titulus* 68. *in marg. suppletus est* 1*a*. n) Marcello 4*. o) Deinse e. 4; Deense e. 4*. p) *corr. m. s. XII.* Mitria 2; Mitrio 3. q) confessorum 2, *corr.;* confe. 3. r) Aratio 1*a*, *corr. m. al.;* Ravatio 1*b*; *corr. m. s. XII.* Servatio 1*a**. 2; Arvacio 3; Arevatio 4*. s) Trigectensium 1*b*; *corr. m. s. XII.* Traiect. 2; Tribectensium 4. 4*. t) Agustidunensi 1*b*; Augustudinensis 3; Augustidunensis 4; Augustudunensis, *om.* urbis 4*. u) Casiani 1*b*; Cassioni 2, *corr.* v) Retitio 1*b*; Rheticio 4; ATRITIO 4*. w) *titulus* 76. *desideratur, unde c.* 77. *pro* 76. *accipitur, et sic deinceps* 4. 4*. x) Berencincie 3. y) c. s. 4*. z) *bis scr., sed corr.* 2. a) appa 3. b) Remegio 1*a*. c) Remmensium, *del.* m 2; Remensium (3. 4). d) *titulus suppl. est* 4. e) *om.* 3. f) Biturigensium 3. g) *titulus* 80. *bis scr. et* 81. *post* 86. *positus, sed cruce appicta ad suum locum relatus est* 1*a*. h) Marino 3. 4* *(a miniatore corr.)*. i) Usichio 2. k) Cabilonensi 3; Cavallonensi 4; Cavallonensis 4*. l) Desidera 1*a*. *b*. 2 *(corr. m. s. XII)*. m) eius 4; uiƀ *pro* u. 3. n) *om.* 1*a*. 3. o) selchro 1*a*, *corr. m. al.* p) b. L. 3; Iusoris 4; abbati *pro* b. 1*b*; epi̅ *pro* b. 4. q) Maximo 4. r) epi̅ 4. s) Nicecio 4.

*) (109 *corr. prima m.* 110). De Iohanne abbate[3] *add.* 1a*.

LIBER[a] IN GLORIA CONFESSORUM INCIPIT FELICITER.

Pudet insipienti, reprobo inperitoque atque inerti illud adgredi, quod non[b] potest adimplere; sed quid faciam, quod oculi[c] non patior, quae de beatorum virtutibus vel ipse saepius inspexi vel per[d] relationem bonorum virorum et certae fidei evidenter gesta cognovi? Sed timeo, ne, cum scribere coepero, quia sum[e] sine litteris rethoricis et arte grammatica[f], dicaturque[g] mihi a litteratis: 'O rustice et idiota, ut quid nomen tuum[h] inter scriptores indi aestimas? Ut[i] opus hoc a peritis accipi putas[k], cui ingenium

Index. 1a. 1b. 2. 3. 4. *Praef.* 1a. 1b. 2. 4.

Index. a) Meardo 3. b) Sessionis 3; Suessionum (4); Suesionum 4*; Noviomensi *edd.* c) *om.* 3. d) INCIPIT DE VIRTUTIB, $\overline{\text{SCI}}$ ALBINI $\overline{\text{EPI}}$ ET CONFESSORIS 4*. e) Andegavensi 3; Andegavorum 4. f) Hostio 1a, *corr. m. al.;* Ospitio 1b *(corr.)*. g) fuit caldari, *om.* l. 3; caldario l., *om.* fuit 4; ligne 2, *corr.;* licnea erat 4*. h) Aurelianensi 3; *om.* 4. 4*; Carnotensi *edd.* i) Cipriano 1b. 2. k) *sic* 1a. 2; Petrocorum 1b; Petrogorensi 3; Patrogorum 4; Petrocorrico, *om.* a. 4*. l) *om.* 3. 4. m) Epartio 1b; Epar(cho *m. s. XII. in litura scr.*) 2; Ebartio 3; Eparchio 4. 4*. n) Egolensi 3; Colesenense (Colosenense 4*), *om.* abbate 4. 4*. o) *post c.* 99. *quattuor tituli erasi sunt, nam librario s. XVI. teste:* 4 ista capita bis scripta erant, *scil.* 100—103. 2. p) Biturigensi 3; *om.* 4. 4*. q) Ioviniano 3. r) Lemovicensi 3; Lemovicum (4); Leomovicum 4*. s) *om.* 3; recluso *edd.* t) Lemovicense 3; Lemovicum 4; Leomovicum 4*. u) Crissantiae s. 2, *altero loco, cf. n.* o; Crescenciae 3. v) *om.* 3. 4. 4*. w) Radegunda 4*. x) *om.* 4. 4*. y) *tituli* 105—107. *deleti sunt* 4. z) Tedrico 3. a) Oroncio 3. b) Nolano *add. edd.* c) qui — fecit *om.* 4*. d) e. fe non fecit 1a; n. f. *om.* 3. 4. e) illo 3.

Praef. a) INCIPIT LIBER IN GLORIA CONFESSORUM ET EPISCOPORUM 4; *titulum prologumque om.* 3. b) *m. s. XII. superscr.* 2. c) oculis, *ras.* s 1a. d) p:, *ras* l 1a. e) *om.* 4. f) gramaticæ 2. g) *sic* 4; dicat mihi aliter (*corr. m. al.* aliquis 1a; *corr. m. al.* alter 1b. 2): 'Auso rustico 1a. b. 2. h) tu 2, *corr.* i) *sic* 2. 4; aut 1a. b *et corr.* 2. k) putes 4.

1) *S. Medardus episcopus Viromandensis 'iuxta urbem Sessionis quiescit' (cf. infra c.* 93), *quare hic Sessionum episcopus dicitur.* 2) *Erat abbas Carnoteni pagi, sed 'apud Aurelianensim urbem humatus est'; cf. infra c.* 97. 3) *Titulus ab ipso librario codicis* 1a* *adiectus est, neque suo loco, cum post c.* 85. *inserendus fuisset. Cf. quae infra scripsi c.* 85 *n.*

artis[a] non subpeditat, nec ulla litterarum scientia subministrat? Qui nullum argumentum utile in litteris habes, qui nomina[b] discernere[c] nescis; saepius pro masculinis feminea, pro femineis neutra et pro neutra[d] masculina commutas; qui ipsas[e] quoque praepositiones, quas nobilium dictatorum[f] observari sanxit[g] auctoritas, loco debito plerumque non locas. Nam ablativis accusativa et rursum accusativis ablativa praeponis[h]. Putasne: videtur[i], ut bos piger palaestrae ludum exerceat, aut asinus segnis inter spheristarum[k][1] ordinem celeri volatu[l] discurrat? Aut certe numquid poterit corvus nigredinem suam albentium columbarum pinnis obtegere aut obscuritas picis[m] liquoris lactei colore mutari? Nempe, ut ista fieri possibile non est, ita nec tu poteris[n] inter scriptores alios[o] haberi'. Sed tamen respondebo illis et dicam, quia: 'Opus vestrum facio et per meam rusticitatem vestram prudentiam exercebo. Nam, ut[p] opinor, unum beneficium vobis haec scripta[q] praebebunt, scilicet ut, quod nos inculte et breviter stilo nigrante discribimus, vos lucide ac splendide stante[r] versu[2] in paginis prolixioribus dilatetis[s]'. Igitur in primo libello inseruimus aliqua de miraculis Domini ac sanctorum apostolorum reliquorumque martyrum, quae actenus latuerunt, quae Deus ad corroborandam fidelium fidem cotidie dignatur augere; quia valde molestum erat, ut traderentur oblivioni. In secundo posuimus de virtutibus sancti Iuliani. Quattuor[3] vero libellos de virtutibus sancti Martini. Septimum de quorundam feliciosorum[t] vita[4]. Octavum[5] hunc scribimus de miraculis confessorum, specialius legentem poscentes[u], ut, quia nobis, ut saepe testati sumus, nec artis ingenium suppeditat nec sermonum facundia iuvat, veniam temeritati libenter indulgeat, quem non iactantia mundialis eregit, ut scribat, sed depraemit pudor, ut sileat, amor timorque Christi inpellit[v], ut referat. Et quoniam primum libellum de Domini miraculis inchoavi, velim et huic libello de sanctorum angelorum virtutibus adhibere principium.

1[a]. Igitur dum in[b] Arverno territurio commorarer, vir mihi fidelis retulit, et scio, quia vera narravit, quia evidenter cognovi gestum fuisse, quae[c] dixit. Iubet, inquid, fieri, ex annonis aqua infusis atque decoctis messoribus poculum praeparari. Hanc enim coctionem Orosius[d] a coquendo caeliam[e] vocari narravit[6]. Quod cum praeparatum fuisset et in vase[f] reconditum, atque ille apud[g] urbem moras innecteret, ut

Praef. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *Cap.* 1. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Praef. a) aptis 1*a*, *corr. m. al.*; rti *m. al. in litura scr.* 2; certe 4. b) n. d. n. *om.* 4, *ubi asterisco lacuna indicatur.* c) cernere 2, *corr.* d) neutris 4. e) ipsa 1*b*, *corr. m. al.* f) dictorum 1*a* (*corr.*). 2. g) sancit 4. h) p̄ponim⁹ 1*a*, *corr. m. al.* i) videbitur 1*a*. *b*. k) pherist. 1*b*; sperarum ordines 4. l) volatur 2, *corr.* m) *m. al. superscr.* 1*b*; *e corr. m. s. XII.* 2; pacis 4. n) poturis *m. al. in marg. corr.* poter| 4. o) altos 4. p) et 1*a*, *corr. m. al.* q) scriptura 1*a*; scrip:ta, *ras.* s 1*b*. r) spl. distento v. 4. s) dilatati *corr. m. al.* dilatari 1*a*; dilatatę *corr.* dilatetis 1*b*; dilatari *corr. m. al.* dilatetis 2. t) religiosorum 4. u) legentes 4. v) inpellet 1*a*.

Cap. 1. a) *capita singula inscripta sunt* 4. b) *om.* 3. c) quod 4. d) Orbosius 4. e) celiam 1*a*. *b*; celix 3. f) vasa 1*a*, *corr. m. al.* g) ad 2, *corr.*

1) *De sphaeristis v. Sidon. ep. II*, 7. *et V*, 5 *(ed. Baret)*. 2) *Cf. H. Fr. X*, 31: Sed si tibi in his quiddam placuerit, salvo opere nostro, te scribere versu non abnuo. *Fortunato Miracula S. Martini misit, quae versibus redderet; cf. Fortun. ed. Leo p.* 293. 3) *Hoc ex loco intellegitur, prologum post a.* 590. *scriptum vel recognitum esse. Infra c.* 6. *tres tantum Miraculorum S. Martini libri enumerati sunt.* 4) *Quem 'De quorundam feliciosorum vita' librum hic appellavit, Greg., V. Patr. Praef. 'Vitam sanctorum' vocitari maluit. Inscriptus autem est 'Liber Vitae Patrum'.* 5) *Is est ordo librorum, quem libri scripti servant, dum in edd. prioribus liber In Gl. Conf. Vitam Patrum praecedit; cf. supra V. Patr. Praef.*: inferiore confessorum libro. 6) *Oros. V*, 7, §. 13: suco tritici per artem confecto, quem sucum a calefaciendo caeliam vocant. *Cf. Plin. H. N. XXII*, 164: Ex iisdem *(scil. frugibus)* fiunt et potus, zythum in Aegypto, caelia et cerea in Hispania, cervesia et plura genera in Gallia aliisque provinciis.

mos servorum est, maximam[a] partem exhaustam, exiguam dominicis usibus reliquerunt. Ille quoque fidus de iussione invitare[b] messores[c] iubet, ut, eo[d] ab urbe redeunte, hos segitem decidere[e] repperiret. Quo facto, iam operariis in segite[f] collocatis circiter septuaginta, advenit dominus fundi, perscrutansque qualitatem[g] quantitatemque potus, perparum[h] repperit. Tunc pudore confusus et sibi factum ad verecundiam reputans, ne potum[i] defecerit[k] operariis, quod, ut[l] ipse arbitrabatur, super quinque modiorum[m] mensuram[n] non erat, quid ageret, quo[o] se verteret, in ambiguo dependebat[p]. Tandem, inspirante Domino, conversus ad vasculum, nomina angelorum sanctorum, quae[q] sacrae docent lectiones, super aditum eius devote invocat, orans, ut virtus[r] eorum parvitatem[s] hanc in abundantiam[t] convertere dignaretur, ne operariis defeceret quod haurirent. Mirum dictu[u]! Tota[v] die ab hoc extractum numquam defuit bibentibus, sed, usque quod[w] nox finem[x] operandi fecit, omnibus fuit in abundantia ministratum.

2. Helarius[a] beatissimus[b] quarto[1] exilii anno ad[c] urbem propriam est regressus[d], impletoque operis boni cursu[e], migravit ad Dominum. Ad cuius beatum sepulchrum multae quidem virtutes ostensae narrantur, quas liber[2] vitae eius contenet. Sed tamen duo leprosi in eodem loco mundati sunt[3]. Mons enim[f] erat in Gabalitano territurio cognomento Helarius[g. 4], lacum habens magnum. Ad quem certo tempore multitudo rusticorum, quasi libamina lacui[5] illi[h] exhibens, lenteamina proiciebat ac pannos, qui ad usum vestimenti virili[i] praebentur[k]; nonnulli lanae[l] vellera, plurimi etiam formas casei ac cerae vel panis diversasque species, unusquisque iuxta[m] vires suas[n], quae dinumerare perlongum puto. Veniebant autem cum plaustris potum cibumque deferentes, mactantes animalia et per triduum aepulantes. Quarta autem die cum discendere[o] deberent, anticipabat[p] eos tempestas [immensa[q]] cum tonitruo[r] et corruscatione valida; et in tantam[s] imber ingens cum lapidibus violentiam[t] discendebat, ut vix[u] se quisque eorum putaret evadere. Sic fiebat per singulos annos, et involvebatur insipiens populus in errore. Post multa vero tempora quidam[v] sacerdos ex urbe ipsa[6], episcopatu adsumpto, accessit ad locum, praedicavitque turbis[w], ut absisterent ab his, ne[x] caelesti[y] ira consumerentur; sed nequaquam eius praedicatio a cruda rusticitate reci-

Capp. 1. 2. 1*a*. 1*b*. 2. 3 4.

Cap. 1. a) maxima parte exhausta 4. b) invitari 4. c) messoribus 1*a*, *corr. m. al.* d) eos 3. e) decipere 3. f) segetem 3. g) quantitatem qualitatemque 2; p. q. qualitatem:: (*ras.* que) potus 3. h) parumper 3. i) potus 3. 4. k) deficeret 2. 4; defeceret 3. l) i. ut 3; ut *om.* 4. m) modiodum 3, *corr.* n) mensura 3. o) quod 3. p) deprehendebat 1*a*. *b*. 2; depreendebat 3. q) qui 3, *corr.* r) virtu (*corr. m. al.* virtus) sc̄orūm p. 1*b*. s) prav. 4, *corr. m. al.* t) abundancia 3. u) dictum 3. v) Cottidie ab 4. w) usque quo 4. x) f. o. *om.* 1*b*; operandis, *ras.* s 2.

Cap. 2. a) Hil. *vel* Il. *fere* 2. 3. 4. b) a *add.* 4. c) ab urbe propria 3. d) egr. 1*b*. 3. e) cursus 3, *corr.* f) *om.* 4. g) *sic* 1*a*. *b*; Ilarius 2, *corr.*; Hylarius 3; Helarus 4. h) illo 4, *corr. m. al.* i) viribus 3. k) habentur 4. l) v. l. 3. m) uxta 4. n) sus 1*b*, *corr. m. al.* o) discere *corr.* discedere 2; descendere 3; discedere 4. p) anticipat 1*b*. q) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. r) tonitru 1*a*, *corr. m. al.* s) tanta 3; tantum 4. t) violencia 3; lapidum violentia 4. u) vix:, *ras.* q; 1*b*. v) quidem 3. w) verbis 3. x) nec 4. y) caelesti:, *ras.* s 1*b*.

1) *Cf. Severi Chron. II*, 42: Qua tempestate Hilarius quartum iam exilii annum in Phrygia agens, — — (Seleuciae) adesse compellitur. *Postea in Gallias relegatus, sexto anno, postquam regressus est, obiit (a.* 366, *cf. Chron. II*, 45, *sed a.* 368. *ex. Hier. Chron. a.* 2384*). De exsilio Hilarii v. etiam H. Fr. I*, 38. 39. *Colitur die* 13. *Ianuarii. Cf. Reinkens, 'Hilarius' p.* 320. 2) *Est V. Hilarii a Fortunato composita, quam edidi SS. Antiq. tom. IV*, 2, *p.* 1 *sqq.* 3) *Ex V. S. Hil. II, c.* 4: Nam cum a Cadurcis venissent duo leprae maculis immutati *etc.* 4) *Iam 'montagnes d'Aubrac', ut putant; cf. Longnon p.* 529 *sqq.* 5) *Cf. Concil. Autissiod. c. a.* 578. *can.* 3: nec inter sentes aut ad arbores sacrivos vel ad fontes vota exsolvere (licet). 6) *Gabalitana.*

piebatur. Tunc, inspirante Divinitate, sacerdos Dei basilicam[a] in honore beati Helarii[b] Pictavensis[1] eminus ab ora[c] stagni aedificavit, in qua [et[d]] reliquias eius locavit, dicens populo: 'Nolite, filioli, nolite peccare ante[e] Deum! Nulla est enim religio in stagnum[f]. Nolite maculare animas vestras in his ritibus vanis, sed potius cognoscite Deum et amicis eius venerationem inpendite! Adorate[g] autem[h] sanctum Helarium Dei antestitem, cuius hic[i] reliquiae sunt conditae! Ipse enim potest pro[k] vobis[l] Domini misericordiam intercessor adsistere'. Tunc homines conpuncti corde, conversi sunt, et relinquentes lacum, omnia quae ibidem proiecere erant soliti[m] ad sanctam basilicam conferebant[n]; et sic ab errore, quo[o] vincti fuerant[p], relaxati sunt. Sed et tempestas deinceps a loco illo prohibita est nec ultra in hac solemnitate, quae Dei erat[q], nocuit, postquam beati confessoris ibidem sunt reliquiae collocatae.

3. Eusebius[a] vero[b] Vercellensis[c] episcopus magnum huic Helario adiutorium contra heretes fuit[2], qui vivere se post tumulos[d] praesentibus virtutibus manifestat. Aug. 1. Nam in die[e] natalis sui cum multi infirmi salventur, inergumini tamen rotatu valido per totam eclesiam debachantes et nimio[f] confitentes torqueri cruciatu, elevati[g] in aera, lignos[h], qui ad[i] officium luminis succenduntur, manu verberantes effrangunt[k]. De quo perfusi liquore, ilico, discedente[l] daemone, personae[m] purgantur, scitque tunc[n] populus, tot infirmos esse mundatos, quot[o] videret[p] lignos effractos. Sed et[n] omnia, quae sub ditione basilicae eius habentur ita pia protectione conservat, ne exinde quicquam auferatur[q] ab aliquo. Nam[r] videas inter hostes iniquos[s] greges pecorum[3] iumentorumque et ovium nec penitus a quoquam[t] adtingi, cum vox sonuerit: 'Confessoris[u] sunt haec Eusebi'. Huius sancti reliquias mater mea in oratorio domus suae locavit. Factum est autem[v] quadam die per hiemem, dum collocutione helari[w] pro longinquitate noctis diutius ante focum, quod[x] multa lignorum strue conpositum fuerat, resederet, familia[y] iam dormitante[z], surrexit et se lectulo haud procul ab ipso igne locavit. Dormientibus autem cunctis scintillae flammarum ad trabes usque conscendunt. De quibus adprehensa una earum[a], valide coepit[b] flammas spargere; sed credo, virtute[c] sancti illius, cuius reliquiae propinquae erant, flamma contra naturam desursum incurvata[d] retorquetur. Nec ad tectum, ut mos est, extenditur, sed deorsum fluit, ut putaris, non flammas[e], sed vellera lanae de trabe pendere; nec exurebat[f] trabem, nisi tantum[g] ardens per[h] ipsam vagabatur, donec expergefacta matris[i] familias, vocatis servientibus, aqua[k]

Capp. 2. 3. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 2. a) basilica 3. b) Elarii 1*b*; Ilarii 2. c) ore 2. d) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. e) in 3. f) stagno 4. g) A. — conditae *om.* 3. h) ante 1*b*. i) hec 2, *corr.* k) D. m. pro v. 3. l) aput *m. al. add.* 1*a*; apud *m. al. add.* 1*b*. 2; v. apud ::| Dnm̄ misericordiae 4. m) *postea add.* 2. n) *corr. m. al.* prof. 1*a*; *sic* (3). o) quod 3. p) furant relati 4. q) erant 4.

Cap. 3. a) Eusepius 1*b*, *corr.* b) *om.* 2. c) Verzell. 3. d) tumul:um, *ras.* t 2; cumulos v. p. 3. e) inde 4, *corr.* f) se *add.* 4. g) elevatos 4. h) *sic* 2. 3*; infra* 3. i) *m. al. superscr.* 1*a*. k) effringunt 4. l) discend. 1*a*, *corr.* m) percusse 3. n) *om.* 3. o) qđ 1*b*, *corr.* p) viderit (4). q) aufera:tur, *ras.* m 2. r) Non 2, *corr.* s) :::inicos 2, *corr.* t) quodam atingit 3. u) confessoris. sunt haec *distinguunt* 1*a*. *b*. 2. 3. v) *om.* 2. w) *sic* 1*a*. *b*; hilarii 3. x) qui — compositus 4. y) familiā 1*a*, *corr.* z) i *superscr.* 1*b*; dormiente 4. a) erū *add.* 1*b*. b) f. c. 4. c) virtutem 3. d) incurvatā 1*a*, *corr.* e) flamma 1*a*. *b* (*corr. m. al.*); flammam (3). f) exturbat 1*b*, *corr.* g) tantam 3. h) prope 4. i) mater (4). k) a quo 1*a*. *b*. 2. 3.

1) *Suspicantur nonnulli falsum fuisse in hac narratione Gregorium, qui Hilarum Gabalitanum cum Hilario Pictavensi confuderit. R.* 2) *Qua de causa ut Hilarius relegatus est; cf. Hier. De viris ill. c.* 96*; Severi Chron. II,* 39*; Fortunati V. S. Hilarii I,* 5. *De S. Eusebio v. quae scripsit Semisch, 'Herzogs Real-Encyklopädie' IV, p.* 402. 403. 3) *De pecoribus votivis v. De virtutibus S. Iul. c.* 31.

superposita, restinxit[a] incendium, quo[b] facile omne[c] domum, cunctis dormientibus, exuri[d] potuisset, si virtus beati[e] defuisset.

4. Catianum[1] enim[a] episcopum a[b] Romanis episcopis ad[c] urbem Turonicam transmissum primumque Turonicis pontificem datum fama ferente cognovimus. Ad cuius tumulum beatus Martinus, cum ad orationem venisset, post effusas preces, dicto etiam[d] capitello[e], ait: 'Benedic', inquid, 'mihi[f], vir Dei'. Haec[g] eo dicente, vox ad eum dilapsa auditur, dicens: 'Tu[h] enim, deprecor, benedicas[i] mihi, serve Domini'. Et data iterum oratione, discessit. Admirabantur autem[k] qui aderant eo tempore et dicebant, eum habitare[l] tunc in Martinum[m], qui quondam Lazarum vocavit ex[n] monumento[2]. cf. Ioann. 12, 17.

5. Simile huic facto apud Arthonam[a, 3] Arvernensim[b] vicum referre saepius senes viros audivi. Vitalina[c, 4] quaedam religiosa in hoc loco[d] quiescit, ad cuius beatus Martinus tumulum veniens, dedit salutationem. Et illa, ut sibi dignaretur benedicere, flagitavit. Postquam autem[e] expleverunt orationem, conversus vir[f] beatus: 'Dic', ait, 'sanctissima virgo, si[g] iam Domini praesentiam[h] meruisti?' Quae ait: 'Restetit mihi una causa, quae facilis in saeculo videbatur. Sexta enim feria, qua Redemptorem mundi[i] passum novimus, aquis ablui caput'. Recedens autem beatus confessor a tumulo virginis, ait suis: 'Vae nobis, qui in hoc mundo versamur[k]! Si haec virgo Christo sacrata hinc offendiculum meruit, quod sexta feria abluit caput, quid nos faciemus, quos cotidie fallax saeculum peccare persuadit?' Multa enim in eo vico vir beatus operatus est, quae insequi longum putavi.

Egressus autem vir Dei ab Arcthonensim[l] vicum, ad urbem Arvernam gressum[m] direxit. Audientes autem senatores urbis[n], qui tunc in loco illo nobilitatis Romanae stimmate refulgebant, quod scilicet vir sanctus adpropinquaret urbi, egressi sunt in occursum eius cum equitibus et carrucis[o], cum curribus atque[p] rhedis. At ille asello inpositus, super stratum vilissimum resedens, cum advenisset in cacumine montis Belenatensis[q, 5], de quo vici Rigomagensis[r, 6] positio contemplatur, vidit hos cum[s] his pompis ad se accedere, dixitque: 'Quid[t] sibi volunt hi qui nobis cum hoc apparatu [saeculi[u]] adpropinquant?' Respondit unus, qui prior accesserat, quia: 'Senatores Arverni veniunt

Capp. 3—5. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 3. a) restrinxit 4. b) quod 4. c) omnem 4. d) exurere 4. e) antistitis 4.

Cap. 4. a) *om.* 4. b) a 1*a*. c) ab urbe 3. d) esciam 3. e) capitulo 2. f) *superscr.* 2. g) Hę 2, *corr.* h) Te (1*b*. 3). i) benedic 4. k) *bis scr., sed corr.* 2. l) t. h. 4. m) Martino (1*b*. 2); Martyno 4. n) de 3.

Cap. 5. a) Artonam 1*a* *(corr.)*. 3. b) *sic* 1*b*. 2. 3; Arvenensem 4, *ut infra.* c) Vitaliana 1*a*. *b*. 2; Vitalena *semper* 3. d) co *suppl.* 1*a*. e) vero 3. f) *om.* 3. g) *om.* 4; si ͥā 2. h) praesencia 3. i) p. m. 2. k) versatur 3, *corr.* l) Arthonensim 1*b*; Arcthonensem 2; Artonensi 3; Arthonensi 4; vico 3. 4. m) gressus 3. 4 *(corr.)*. n) arvis 2, *corr.; u. in litura scr.* 4. o) et *add.* 3. p) a. r. *om.* 3. q) Belenathensis 1*b*. r) Rog. 3, *corr.* s) *om.* 2. t) Qui 2 *(corr.)*. 3. u) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3.

1) *Catianum Decio Grato coss., i. e. a.* 250, *in Gallias missum esse, Gregorius H. Fr. I,* 30. *retulit; cf. etiam H. Fr. X,* 31*:* Primus Gatianus episcopus anno imperii Decii primo a Romanae sedis papa transmissus est, *et infra c.* 30. *De tempore, quo primus Turonensium episcopus vixerit, accurate egit Chevalier, 'Origines de l'église de Tours' ('Mémoires de la société archéologique de Touraine'* 1871*), qui Gregorii auctoritatem contra eos qui 'scholae legendariae' addicti sunt optime defendit.* 2) *Cf. V. Patr. c. VI. ex.* 3) *Artonne (Puy-de-Dôme, arr. Riom, cant. d'Aigueperse); cf. Longnon p.* 489. 4) *Vitalina Arthonae colitur die* 21. *Febr.; cf. AA. SS.* 21. *Febr. III, p.* 245. 5) *Villam Belenatensem Pippinus monasterio Mauzac dono dedit; cf. Gall. Chr. II, instr. col.* 109. *Est Saint-Bonnet (Puy-de-Dôme, arr. Riom); cf. Longnon p.* 491. 6) *Riom.*

in occursum tui'. Cui ille: 'Non est meum', inquid, 'ut cum hac[a] iactantia ingrediar urbem eorum'. Et confestim retorto retrorsum aselli[b] freno, viam qua venerat regredi coepit. At illi consequentes eum, suppliciter deprecabantur, ut ad urbem accederet, dicentes, quia[c]: 'Audivimus famam[d] sanctitatis tuae. Multi enim sunt infirmi, quos te oporteat[e] visitare'. Cumque obtenere[f] non possent, inpositis manibus[g] super infirmos qui advenerant, sanitati restituit; et ad vicum Arcthonensim[h] regressus est. Extat nunc in hoc loco [ille[i]] cancellus, in quo sanctus dicitur stetisse[k]. Post haec accedens ad tumulum virginis, ait: 'Gaude nunc, Vitalina[l], soror beatissima, post triduum enim maiestati[m] dominicae[n] praesentaberis'. Et discessit ab eo loco. Post haec multis[o] per[p] visum virgo ostensa est[q] et beneficia petita[r] praebuit[s] et[t] diem obitus[u] sui, in quo commemoratio eius celebraretur, edixit. Quod non aliter sentiendum est, nisi quia beati antestitis obtentu dominicae maiestatis praesentiam meruisset, ut haec deinceps ageret. Quodam[v] autem tempore celebratis in eius honore vigiliis, cum archipresbiter loci[1] Eulalius clericos[w] convivio invitasset, Edatius[x] vero alius presbiter viduis ac pauperibus[y] reliquis aedulium praepararet, et uni pisces deessent, alteri vinum bonum, commonitus piscator quidam per visum[z] a virgine est, ut archipresbitero piscium copiam deferret. Surrexitque[a] e lectulo, invenitque inmanem[b] esocem[2] in lapsum[c, 3] suum, quem ubi iussus fuit exhibuit. Edatio[d] autem presbitero apparuit similiter per visum, dicens: 'Vade, et sub una arbore atrii[e] invenies unum triantem; ipsum donans, vinum dignum aepulis pauperum conparabis'. At ille nulli quae viderat narravit[f]; abiit, inquesivit[g] et repperit; coemptumque[h] vinum, pauperes Christi refecit[i]. Sicque virtus virginis[k] utrique apparens, de speciebus, quae minus erant, utrumque locoplantavit[l].

6. Plurima quidem fecit in hoc saeculo, de quibus scriptores vitae eius multa praeterierunt, dum fastidium arcere detrahentium adnisi[a] sunt[4], ne non[b] crederentur ab his[c] qui bonorum sanctitatem linguis veneficis inpugnantes[d] saepius volunt. Sed nos, qui cotidie, indigni quidem[e], eius miracula cernimus ad sepulchrum[f], — quia non
cf. Matth. 9, 12. est opus[b] sanis[g] medicus, sed qui male habent — absurdum duximus, si ea quae evi-
Marc. 2, 17. denter[h] ab eo prius gesta cognovimus[i] sileamus. Quod[k] si quis est adhuc infidelis et aemulus, ut haec non credat, accedat ad basilicam, et videbit cotidie et nova agi et[l] quae facta[m] dudum fuerant[n] iterari. Et quia tertium[5] de eius operibus libellum scripsi-

Cap. 5. 6. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 5. a) hoc 3, *corr.* b) f. a. via quae 4. c) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. d) fama 3. e) oportet 3. f) obtene *corr. m. al.* obtinere 1*b*. g) *m. al. add.* 1*a*. *b*; *om.* 3. h) Arcthonensem 1*a*; Ar&honensem 2; Artonensi 3; Arthonensem (4). i) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. k) stetisset 1*b*, *corr. m. al.* l) Vitaliana 2 *et e corr. m. al.* 1*b*. m) maiestate 3. n) divinae 4. o) p. v. m. 3. p) virgo p. v. 4. q) *om.* 4. r) *sic* (4) *et e corr. m. al.* 2; potita *rell.* s) tribuit 3. t) et — edixit *om.* 3. u) obiti 2, *corr.* v) Quod 4. w) cl. — inv. ēd. *m. al. in marg. suppl.* 1*a*. x) ēdatius 1*a*; &datius, *ut infra* 1*b*, *corr.*; Edacius 3, *fere.* y) pupillis, *om.* r. 3. z) virum 2, *corr.* a) Surrexit a l. 4. b) inmanū 2, *corr. m. al.*; inmane 3. c) lapsu suo 4. d) Elatio 2, *corr. m al.* e) antrii 3. f) narrans 4. g) inq̄sivitque et r. 1*a*. h) Coemptoque vino 4. i) reficit 4. k) viginis 2, *corr. m. al.* l) *sic* 1*a*. *b*. 2; locuplanctavit 3; locupletavit (4).

Cap. 6. a) nisi 4. b) *om.* 3. c) eis 4. d) *sic* 1*b*; inpugnante 1*a*. 2. 3; inpugnare 4 *et corr. m. al.* 1*b*. 2. e) quaedam 4. f) s *superscr.* 2. g) m. s. 1*b*. h) videnter 1*b* (*corr. m. al.*). 4. i) agnovimus 2, *corr.* k) Quod — d. resedisse *om.* 3. l) et q. f. *bis scr., sed del.* 1*a*. m) facto 2, *corr.* n) fuerat 2, *corr.*

1) *De archipresbytero v. De virtutibus S. Iuliani c.* 22 *n.* 2) *Cf. Severi Dial. III,* 10: Ad primum iactum in rete permodico immanem esocem diaconus extraxit. 3) *De lapsu v. V. Patr. XVII,* 4. 4) *Cf. Severi V. S. Mart. c.* 1: Quamquam etiam ex his quae conperta nobis erant plura omisimus, quia sufficere credidimus, si tantum excellentia notarentur; simul et legentibus consulendum fuit, ne quod his pareret copia congesta fastidium. 5) *Unde patet, c.* 6. *ante a.* 588. *scriptum esse; cf. supra p.* 457.

mus, ne et[a] hic liber ab eius virtutibus sit inmunis, scribere in eodem de[b] aliqua de his quae nobis evidenter[c] sunt conperta tractavimus[d], quia multa[e] sunt, sicut saepe testati sumus, quae actenus[f] latuerunt. Extat nunc in ipsa superius memorata basilica[g], quam in eius honore fideles aedificaverunt, lapis[h], super quem vir beatus dicitur resedisse[i]. Post multum[k] autem tempus Leo quidam presbiter, ut sibi sepulchrum deponeret, lapidem sanctum[l] a loco demovit; nec mora, ad domum suam cum tremore rediens, correptus[m] a febre, die tertia expiravit, cognitumque est[n], offensum antestitem [ob[o] praesumptionis auctoritatem]. Hoc igitur nostro tempore gestum recolimus.

7. Fuit et in Nobiliacense[a. 1] pago urbis Turonicae arbor[b], quae ab inpulsu venti ruens, viam publicam inpedibat[c]. Quod iter cum vir beatus ageret et[d] ob ruinam arboris clausam cerneret viam, motus misericordia, facto desuper[e] signo crucis, erexit eam. Quae usque nunc stare iuxta viam erecta visa est; etiam[f] praemortua, quia spoliata [a[g]] cortice, vivebat tamen honore viri Dei[g]. De quo[h] cortice multi fideliter eradentes, ut[i] dilutam aquam[k] sumebant, mox medicamina[l] capiebant. Vidimus etiam[m] nos hanc arborem erectam.

8[a]. Igitur Turonico oppido[b] oratorium erat propinquum, situm in villa Martiniacensim[c. 2], in quo celebre ferebatur saepius orasse Martinum. Denique Guntharius[d] abba[3], dum gregi[e] monasteriali praeesset, si[f] viam, quae haud procul ab oratorio inceditur, casu conferente[g] tereret[h], oratione facta, transibat. Post adsumptum vero episcopatum agerem ipsum praeteriens, venit ante oratorium, sed distulit ad orationem in loco discendere; ilico equus, conversum[i] caput ad oratorium, in media restat via. Dehinc verberatur calcibus, loris[k] agetur[l], urguetur[m] stimulis, sed tamquam aeneus non movetur. Tunc sacerdos sensit, se virtute divina teneri; et discendens, facta oratione[n], equite[o] ascenso, praeteriit. Velim, o sonipes, si tibi os Dominus, uti[p] quondam fecit asinae, reseraret, diceris, quid vidisti spectabile, ut non incederes; quid amabile, ut ostium cellulae contemplares[q]; quid formidabile, ut ascensorem orare conpelleres[r]? Nempe altiore voce clamaris, quia[s] claritatem[t] Martini cernens[u] movere non es ausus, nisi tuus[v] occursum debitum proponeret[w] dominus[x].

(marginal notes: "552." beside "Post adsumptum vero episcopatum"; "cf. Num. 22, 28." beside "asinae, reseraret")

9[a]. Aridius autem presbiter ex Lemovicino[b], vir summae bonitatis ac sanctitatis, quodam[c] vice dum mecum resederet in cellula, sollicitus esse coepi, si aliqua in[d] ora-

Capp. 6. 7. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *Capp.* 8. 9. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. 6. a) *om.* 4. b) *del.* 1*a*. *b*. 2; *om.* 4. c) evidentur 2, *corr.* d) ł curavimus *m. s. XII. superscr.* 2. e) multi 2, *corr. m. al.* f) acteñ 2. g) *om.* 1*a*. *b*. 2. h) lapsis 2, *corr. m. al.* i) redesse 2, *corr.* k) tum *suppl.* 4. l) sancto 4. m) correptos 1*b*, *corr. m. al.* n) *om.* 3. o) habuisse *pro* ob p. a. 1*a*. *b*. 2. 3.

Cap. 7. a) Nobili::::a:cense 2; Novilliacensi 4. b) arborū 2, *corr.* c) *sic* 1*a*. *b*. 2. d) et — cerneret *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. e) super 3. f) eciam *m. s. XII. in litura scr.* 2. g) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. h) qua 4. i) et (ut *postea add.*) 3. k) aqua 1*a*. 2. l) medicaminā 1*a*, *corr.* m) enim 1*a*. *b*.

Cap. 8. a) *cap.* 8. *om.* 3. b) *ante* o. *del.* q 1*b*. c) Martiniacensi 4. d) Guntharus (1*b*); Guntarius 2. 4. e) grege 1*a*. f) sibi v. 1*b*. g) confregente *corr. m. al.* contingente 1*a*; p de (*corr. m. al.* pede) *add.* 2. h) terreret *corr. m. al.* tereretur 1*a*. i) converso capite 4; habens *add. edd.* k) s *superscr.* 1*b*. l) agitur 1*b*. 4. m) stimu *add.*, *sed del.* 2. n) obsecratione 4. o) equo 2. p) ut 4. q) contemplareris 4. r) compelleris *corr. m. al.* compuleris 4. s) qui 4. t) claritate 1*b* (*corr. m. al.*). 2. u) *om.* 2; moveri 4. v) *m. s. XII. add.* ascensor 2. w) prius impenderet *pro* p. 4. x) *om.* 2.

Cap. 9. a) *c.* 9. *om.* 3. b) Limovicino 4. c) quadam (4); vico 2. d) *superscr.* 1*b*.

1) *Neuillé-le-Lierre (arr. Tours, cant. Vouvray) aut Neuillé-Pont-Pierre (arr. Tours) aut Neuillé-le-Noble (arr. Loches, cant. la Haye); cf. Longnon p.* 281. 2) *Martigny (Indre-et-Loire, cant. Tours); cf. Longnon p.* 279. 3) *Ex abbate S. Venantii Turonensis episcopus factus, a.* 552—555. *ecclesiae praeerat; cf. H. Fr. X,* 31.

torio miracula, ubi reliquias beati[a] antestitis collocaverat[b], ostenderentur. Qui ita retulit, quod[c] tempore, quo beatus Eufronius erat episcopus, ad Turonicam urbem venit, in qua diu[d] commoratus, plenam ampullulam olei[e] de sepulchro sancti antestitis abstulit[1]. Regressusque ad domum, dum fatigatus ex itenere resederet et viae labores matri[f, 2] referret, subito[g] ficta[3] percutitur tam graviter, ut nec anhelitum resumere posset. Conversus vero ad oratorium, in quo beati antestitis reliquiae tenebantur, deductam[h] in vigiliis noctem, mane de oleo quod[i] attulerat locum[k] infirmitatis inunctum, sedato dolore[l], convaluit[m]. Post haec quidam manum inflatam[n], ab spina percussam detulit, quae protinus ut de oleo[o] dilibuta est, incolomitati[p] donatur. Mulier, quae sensum perdiderat et quibusdam horis daemonium putabatur habere, de hoc oleo tacta, sanata est. Nam et alius abba[q] eiusdem cellulae proximus de hoc oleo caeci oculos adtigit, qui protinus visum recepit. Sed et cum multos inerguminos exinde restituisset sanitati, uni[r], qui atrociorem, ut credo, daemonem habebat, super caput de oleo posuit. Ilico daemonem per fluxum ventris egessit; alteri[s] in ungula pollicis daemonium discendit. Quo[t] viso, presbiter super digitum oleum infudit, mox disrupto corio, sanguine defluente, discessit. Haec[u] de oleo retulit.

10. De uva quoque ex vite, quam sanctus plantaverat, adiecit, quod[a] adsumptam eam in ampullulam[b] recondidit, quam aqua[c] complevit[d]. Non post multum tempus venit ad eum homo, cuius os a pusula mala tumefactum caputque et oculi inflati ob nimium venenum[e] praeclaudebantur. Cui ille infusa[f] ore aqua de ampulla[g] uvae, omnis tumor ac dolor, gutta decedente[h], discessit. Adserebat enim, grana uvae illius in[i] ipsa aqua post quattuor annos adhuc viridia perdurare. De[k] cera vero, quam de sepulchro tulerat, adiecit: Surda et muta, quae, ut credo, daemonium habebat, ad eum accessit, in cuius aure de ipsa cera[l] posuit. Alia vero[i] die veniens, gratias pro[m] accepta sanitate retulit sacerdoti.

11. Infra terminum autem Ternoderensis[4] castri, qui adiungitur[a] Lingonicae civitati[b], erat presbiter gressu debilis. Cumque per viam pergeret, quae ad Dei eclesiam ducit, obvium habuit[c] senem cum puero. Erat autem uterque clericus. Datum[d] sibi invicem salutationis occursum[e], dixit senex ad presbiterum: 'Vis sanus fieri?' Cui ille: 'Et quid humanum genus amplius concupiscit[f] habere, nisi ut sospes[g] vivat in corpore?' Et senex, facto beatae crucis signaculo super poplitem[h], dixit presbitero: 'In nomine domini nostri Iesu Christi extende[i] pedem tuum'. Quod[k] presbiter sine mora extendens, sanum ad se reduxit; et[l] gratias agens, iter quo[m] pergebat agere coepit. Vocatumque[n] eum, puer qui cum sene[o] erat ait: 'Et[p] scis, presbiter, quis est qui te[q] reddidit sanitati[r]?'

Cap. 9. 1*a*. *b*. 2. 4. *Capp.* 10. 11. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 9. a) *om.* 2. b) collocaverunt 4, *in marg. corr.* c) Eo 4. d) diutius 4. e) oleo 1*a*, *corr. m. al.* f) matre 2. g) a *add.* 4. h) deducta — nocte 4. i) quo 2, *corr.* k) loco — inuncto 4. l) doloribus 2, *corr.*; do|::lore 4. m) convalu:it 1*a*. n) inflatum 2, *corr.* o) olea 1*b*, *corr.* p) incolomitate 4. q) ab, *sed eras.* 2. r) u. q. *postea add.* 1*b*. s) Alter 1*a*. *b*. 2. t) qui 1*a*, *corr. m. al.* u) Haec — retulit *postea add.* 1*b*; *post* retulit *linea vacat* 4.

Cap. 10. a) qd 2, *corr. m. al.* b) ampullam 3. c) aquā 2 *(corr.)*. 3. d) implevit 2. e) venum 2, *corr. m. al.* f) infusā 1*a*. g) ampullula 1*a*. *b*. h) desced. 3. i) *om.* 3. k) De — ret. sacerdoti *om.* 4. l) cere 2, *corr. m. al.* m) p̧ 2, *corr. m. al.*

Cap. 11. a) *sic* 4; ad 1*a*. *b*. 2. 3, *corr. m. al.* adiacet 1*b*. b) civitatem (2); civitate 3; *m. al. add.* pertinet 2; *postea add.* distat 3. c) uit *m. al. in litura scr.* 4. d) Dato 4. e) occursu 2. 4. f) coniscit 1*a*; con:scit 1*b*, *corr. m. al.* g) ospes 2, *corr. m. al.* h) poplicem 4, *corr. m. al.* i) n *superscr.* 1*b*. k) Quem (4). l) *superscr.* 1*b*. m) quod 3. 4. n) Vocatoque eo 4. o) senē 1*a*, *corr.* p) Et — Ignoro, ait *om.* 1*b*. q) tibi 4. r) sanitatem 4.

1) *De alia ampullula, quam, cum Gregorius episcopus erat, abstulit, cf. Mir. S. Mart. III*, 24. 2) *Pelagiae; cf. infra c.* 102. 3) *Cf. Mir. S. Mart. III*, 10. 4) *Tonnerre.*

'Ignoro', ait. Cui ille: 'Sanctus Martinus Turonicae urbis antestis[a], ipse te virtute sua sanitati restituit[b]. Tu vero in loco[c] quo sanctum stare vidisti oratorium sine mora aedifica; erit[d] enim populis salubre, si quae loquor expleveris'. Nec moratus presbiter, oratorium in eodem situ[e] construxit; in quo nunc nuper multi paralytici gressum caeci que visum recipere meruerunt.

12. In Hispaniis autem nuper factum cognovi. Cum Leuvieldus[a] rex contra 583. filium suum ambularet, atque exercitus eius, ut adsolet, graviter loca[b] sancta concuteret, monasterium erat Sancti Martini inter Sagonthum[c. 1] atque Cartaginem[d] Spartariam[e. 2]. Audientes autem monachi, quod hic[f] exercitus ad locum illum[g] deberet accedere, fugam ineunt et se[h], relicto abbate sene, in insulam[i] maris[k] abscondunt. Advenientibus autem Gothis ac diripientibus res monasterii, quae sine custode remanserant[l], abbatem senio incurvatum, sed sanctitate erectum offendunt. Extractoque unus gladio, quasi amputaturus cervicem eius, resupinus[m] ruit ac spiritum[n] exalavit. Reliqui vero haec videntes, timore perterriti fugierunt. Quod cum regi nuntiatum fuisset, cum testificatione praecepit omnia quae ablata fuerant monasterio restaurari[o].

13. Cernens[3] autem[a] praefatus[b] rex tanta miracula per servos Dei, qui nostrae religionis[c] erant, fieri, vocavit unum episcoporum suorum, dixitque secretius ad eum: 'Quam ob rem vos[d], ut isti, qui se christianos dicunt, non ostenditis[e] signa in populos[f] secundum fidem vestram?' Dicit ei episcopus: 'Saepius ego caecis[g] lumen reddidi et surdis[h] auditum, nunc autem[i] possum haec facere quae dicis'. Et vocatum[k] ad se unum de hereticis, clanculo ait ad eum: 'Accipe[l] quadraginta[m] aureos, et clausis oculis, resede in loco unde nobis est transitus; et praetereunte me cum rege, exclama in virtute, ut perditum lumen mea tibi credulitate restituam'. Cumque hic, accepta pecunia, fecisset[n] quod sibi fuerat imperatum[o], procedit novus Cirula[p. 4] regis ad dexteram, constipatus hereticorum caterva[q]; exclamat et iste caecatus pecunia, ut fide episcopi reciperet oculos suos. At[r] iste cum non[s] minima arrogantia[t] inponens manus[u] super oculos eius[v], ait: 'Secundum fidem meam fiat tibi'. Haec eo dicente[w], ita obserati sunt oculi

Capp. 11—13. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 11. a) antistitis 1*a*, *corr. m. al.*; antis::tes 4. b) restituat 2, *corr.* c) co *m. al. suppl.* 2. d) Erat 4. e) sitũ 3.

Cap. 12. a) Levivieldus 4. b) ca *m. s. XII. suppl.* 2. c) Sagunthum (3); Saguntum 4. d) Carthag. (2) *et corr.* 1*a*. e) Spartoriam 2, *corr. m. s. XII.* f) hice 1*b*, *corr.* g) illud 1*a*. h) *eras.* 2; *om.* 4. i) insula 2. 4. k) se *add.* 2; absconduntur 4. l) remanserat 2, *corr. m. al.* m) supinus 3. n) spiritu 4, *corr. m. al.* o) ri *m. al. in litura scr.* 4.

Cap. 13. a) *om.* 3. b) ꝑfat̄ 1*b*, *corr.*; r. p. 2. c) gi *suppl.* 2. d) ut vos 3. e) ostendistis 1*a* *(corr.)*. 4. f) populis 4. g) cęci 2, *corr. m. s. XII*; l. c. 3. h) surdi 1*a*, *corr. m. al.* i) quoque 4. k) vocato — uno 4. l) ait *add.* 3. m) quadringentos 4. n) fec̄ q; 3. o) inpetratum 3. p) Cirola 2, *corr. m. s. XII*; Cyrula 4. q) catervȧ 2; catervas 3. r) Et 4. s) nimia *pro* n. m. 4. t) arrogantiā 1*b*, *corr.* u) manum 4. v) suos 1*b*. w) nte *m. al. suppl.* 2.

1) *Iam Murviedro. Videsis quae Dahn, 'Könige der Germanen' V, p.* 140, *de hoc loco scripsit.* 2) *De Carthagine Spartaria cf. Plin., H. N. XIX,* 2, 26; *XXXI,* 7, 94; *Kiepert, 'Geogr.' p.* 491. *Est Cartajena.* 3) *Ea historiola H. Fr. IX,* 15. *commemorata est:* quod nos in libro Miraculorum plenius declaravimus. 4) *De Cirola v. H. Fr. II,* 3: Quod cernens ille nequam Arrianorum episcopus, vocatum ad se quendam hominem, — — ait: — — Adquiesce nunc his quae praecipio et, acceptis quinquaginta aureis, sede in platea, per qua nobis est transitus, et manum super clausus oculus ponens, me praetereunte cum reliquis, exclama in magna virtute — — Tunc hereticorum episcopus paulolum se divertit, — — dicens: 'Secundum fidem nostram, qua recte Deum credemus, aperiantur oculi tui', *etc. Patet, Gregorium fraudem Arriani Hispani iisdem fere verbis ac Vandalicam narravisse.*

hominis cum dolore, ut non solum visum perderet[a], verum etiam dolum[b], quem, avaritia inpellente, finxerat, publicaret[c].

14. Retulit alius vir fidelis, spectasse[a] se christiano[b] cum heretico pro fide nostra[c] certante[d]. Altercantesque diu de Divinis Scripturis, cum flecti non possit[e] hereticus, ut cognosceret veritatem, ait vir[f] nostrae religionis: 'Si Scripturarum Sacrarum testimonia te[g] ad[h] credendum minime movent, vel virtutem individuae Trinitatis miraculis experire. Est digito meo anulus aureus; ego eum in igne[i] iaceo, tu candentem[k] collige[1]'. Proiectumque inter prunas anulum, ita igniri permisit, ut eis[l] similis cerneretur. Conversusque ad hereticum, ait: 'Si vera est prosecutio[m] tua, sume eum ab igne'. Illo quoque resistente[n], ait vir[g]: 'Inmensa Trinitas Deus, si aliquid indignum[o] te credo, ostende[p]. Certe, si recta est fides mea, nihil mihi praevaleant haec incendia saeva'. Et ablatum[q] ab igne anulum diutissime[r] palma sustenuit, et nihil est nocitus; sed magis, confuso heretico, catholicus[s] reliquam fervore[t] suae fidei roboravit. Actenus[u] hinc.

15. Haud procul vero a[a] basilica beati Martini[2] Venantius[b] abba requiescit[c], vir magnificae sanctitatis, qui multis[d] infirmis in corpore positus opem accomodavit. Qui impleto tempore a[e] saeculo migrans, iugiter se in aeternum vivere virtutibus propriis manifestat. Nam si quis tipos frigoriticos incurrens nocte una ad eius tumulum deprecans vigilaverit, mox, conpresso accentu[f], adipiscitur medicinam. Nam inter reliqua qua[g] ibidem gesta vel vidimus vel audivimus mulierem quandam[h. 3] a[i] quartano tipo correptam sanatam aspeximus. Quae diuturno tempore ab hoc detenta contagio, neque cibum neque somno[k] capere poterat, sed ita[l] omni corpore deciderat, ut vix in ea vel illud[m] vitale spiraculum remaneret. Ad huius[n] sepulchrum in gemitibus et oratione pernoctans, usque lucis adventum[o] perduravit inmobilis. Mane vero sopori[p] se collocans, cum expergefacta fuisset, nihil mali sentiens, sanata discessit. Huius[q] sancti vitam[r] nos scripsimus[4].

16. Fuit et[a] Papula[b. 5] valde religiosa, quae cum saepius[c] parentibus flagitaret[d] se in monasterio locari[e] puellarum, eo quod in domo parentum, curis saeculi inpedientibus, Deo servire non possit[f]; et illi prae amore nolent eam[g] a se separari, totondit comam[h] capitis sui, indutaque veste[i] virili, Turonicam diocesim adiens, in congregatione

Capp. 13—16. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 13. a) visum supderet 1*b*, *corr.* b) donum 3. c) publicare 2, *corr. m. al.*

Cap. 14. a) expectasse 4; se *om.* 3. b) christianum (4). c) monstra 3. d) certantem (1*a*. 4). e) posset 2. 4. f) *sic* 4; si 1*a*. *b*. 2. 3. g) *om.* 3. h) *superscr.* 1*b*. i) ignem iacio 4. k) cadentem 4. l) ei 1*b*. 3. m) persecucio 3. n) *corr. m. al.* renitente 1*a*; refutante 4. o) dignum 1*b*; i. de te 4. p) ostende certe. Si *distinguit* 4. q) ablutum 1*a*, *corr.*; ablatam 3. r) ditissime 1*b*, *corr.* s) catholicos (1*a*. 2); catholico[s] 1*b*; reliqua *corr.* reliquos 1*b*; reliquos 2. 4. t) r *suppl.* 1*b*. u) A. h. *om.* 3.

Cap. 15. a) ā 1*a*. b) Venancius 3. c) quiescit 3. d) in c. p. m. i. 2. e) a. s. *om.* 4. f) accensu 2. 4. g) *sic* 1*a*. *b*; quae *rell.* h) quendam 1*b*, *corr. m. al.* i) a q. *om.* 3. k) somnum (1*b*. 2. 4). l) o. ita 4. m) ullum 4. n) cuius 3. o) immobilis *add.*, *sed del.* 3. p) sopore 1*b*, *corr.* q) autem *add.* (3). r) vita 3.

Cap. 16. a) *om.* 2. b) Pappula 1*a*; Pabula 4. c) a *add.* 4. d) ut *add.* 1*b*. 3. e) fieri 4. f) posset 2. 4. g) ema 1*b*, *corr.*; *om.* 3. h) ommam 2, *corr.* i) *sic* 4; *om.* 1*a*. *b*. 2. 3; vestimenta (*corr.* vestimento) *m. al. add.* 1*b*; *post* v. *m. al. add.* (h)abitu 1*a*. 2.

1) *Cf. Gl. Mart. c.* 80. 2) *Cf. V. Patr. XVI*, 1: Erat enim tunc temporis monasterium basilicae sancti Martini propinquum — — Ad hoc vir iste devotus accedens — — *Venantius, qui saeculo quinto vixit, die* 13. *Octobris colitur.* 3) *Iuliani et Baudimundi uxores 'quartanae febris accensu laborantes' ad sepulchrum S. Venantii sanatae sunt; cf. V. Patr. XVI*, 4. 4) *V. Patr. XVI.* 5) *Nihil certum de eius actis habetur. R.*

se contulit monachorum; ibique in ieiuniis orationibusque[a] degens, virtutibus deinceps multis emicuit. Erat enim tamquam vir inter viros, nec ulli erat cognitus sexus[b] eius. Parentes autem requerentes eam, numquam[c] repperire potuerunt. Interim abbatem[d] monasterii ad[e] quod venerat defuncto, monachi propter virtutes assiduas hanc[f] elegunt[g], ignorantes sexum[h]. Quod illa totis viribus[i] renuit[k]. Triginta autem annos in monasterio fuit, a[l] nullo agnita[m] quid esset. Ante tertium autem diem, quam ab hoc mundo migraret, id monachis patefecit; et sic defuncta, ab aliis mulieribus abluta, sepulta est, multis se[n] deinceps virtutibus manifestans[o] esse ancillam Dei. Nam[p] et frigoritici et aliis morbis obpraessi[q] saepe[r] ad eius tumulum sanitati[s] redduntur.

17. In alio loco[a] pago[b] Turonico erat inter vepres et rubos sepulchrum positum, in quo ferebatur episcopum[c] quendam fuisse sepultum[d]; nomen[e] ignari erant [incolae[f], et licet pauci, tamen officium inpendebant]. Contigit vero, ut cuiusdam pauperis filius moriretur[g]. Quo sepulto, cum operturium sarcofagi non inveniret, ad hunc[h] locum accessit, ablatumque[i] de hoc sepulchro[k] coopereulum, qui[l] tam inmanis erat, ut trium duceretur paria[m] boum, texit corpusculum[n] fili furto[o] alterius de sepulchri. Quod cum fecisset, surdus, mutus, caecus ac debilis est effectus; mansitque in hoc supplicio integrum fere annum. Dehinc apparuit ei quidam sacerdos per visum, dicens: 'Quid[p]', inquid, 'tibi tuisque vim intuli, o vir, quia detexisti me, auferendo operturium[q] tumuli mei? Vade nunc, si vis sanus fieri[r], iube eum[s] velociter[t] revocari. Quod si nolueris, protinus morieris. Ego enim sum Benignus[u] episcopus[1], qui in hac[v] urbe peregrinus adveni[w]'. At ille suis innuens, accessit ad monumentum filii sui, elevatumque lapidem[x] plaustro inposuit, reportatumque ut[y] sarcofago[z] reddidit, ilico sanus effectus est. Nam ad[a] redeundo ita lapis levis erat, ut, quem tria patria boum evexerant[b], boves deinceps duo revocarent.

18. Infra ipsum autem terminum Toronicum[a] erat mons parvulus, sentibus, rubis vitibusque[b] repletus agrestibus et tanta[c] densitate[d] labrucae contextus[e], ut vix aliquis intro possit inrumpere. Ferebat enim fama, duas Deo sacratas virgines in loco illo quiescere. Ilicet[f] cum in vigiliis dierum festorum lumen ibi[g] accensum divinitus a fidelibus[h] saepius cerneretur[i], unus audatior[k] et animi fretus auctoritate ad locum accedere[l] subobscura nocte non metuit, atque cereum mirae[m] candoris inmenso lumine fulgorantem aspiciens admiratusque diu, discessit[n] aliisque[o] quae viderat[p] nuntiavit.

Capp. 16—18. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 16. a) et oracionibus 3. b) ex *m. al. in litura scr.* 1*a*; exus 1*b*, *corr.* c) nusquam 4. d) abbate (3. 4). e) a quo 3. f) hanc — sexum *om.* 4. g) elegeȓ 3. h) sexu 3. i) virtutibus 1*b*. k) r. — deinceps virtutibus *in inf. marg. suppl.* 1*b*. l) annullo 2, *corr.* m) cognita 4. n) *om.* 1*b*. 2; multisque d. 3. o) *m. al. add.* se 1*b*. p) Nam — redduntur *om.* 3. q) obp̄ssi:, *ras.* s 1*b*. r) sepius 4. s) sanitate 2.

Cap. 17. a) autem 1*a*. *b*. 2. 3. b) pa:go, *ras.* r 1*b*. c) ep̄s 2, *corr. inter scr.* d) cuius *postea add.* 3; nominis 2. 4. e) tamen *add.* 2. f) incolae — inpendebant *habet solus* 4. g) moraretur *corr. m. al.* moræretur 2. h) hanc 3. i) ablatoque — cooperculo 4. k) tumulo 2. l) quod t. immane 4; tam *om.* 3. m) paribus 4. n) :pusculum 1*a*, *corr. m. al.* o) fato? 1*b*, *corr.*; de f. a. s. 4. p) Quam 4. q) copertorium 3. r) et *add.* 2. s) illud 4. t) veliter 2, *corr.* u) B o n u s 4. v) hanc urbem 4. w) veni 2. x) lapide 1*a*. 3. y) *om.* 4. z) sacrẜfago 1*b*, *corr.* a) ut 3; redeundum 4. b) evinxerant 3.

Cap. 18. a) *sic* 1*b*; Tur. *rell.* b) victibusque 3. c) tantū 2, *corr. m. s. XII.* d) densita *in marg. suppl.* 2. e) contectus 4. f) Scilicet 4. g) *sic* 4; luminibus 1*a*. *b*. 2. 3. h) filibus *corr. m. rec.* finibus 4. i) cernerentur 1*b*, *corr.* k) et animi fletus auctoritate *add.*, *sed del.* 3. l) accedit, *sed* it *in litura scr.* 3. m) miri 4. n) Et *add.* 3. o) aliis 3; alii:sque 4. p) viderat ::diu n., *sed* diu *in litura scr.* 1*b*.

1) *De S. Benigno episcopo et martyre, qui Ultraiecti colitur, v. AA. SS.* 28. *Iun. V, p.* 359.

Tunc uni de incolis loci se virgines per visum ostendunt; exponunt, se ibidem esse sepultas ac sine tecto imbrium iniuriam diutius ferre non posse. Hic vero, si[a] sibi vellet esse consultum[b], incisis vepribus, tegumen tumulis adhiberet. Expergefactus[c] vero, inruentibus aliis cogitationibus, tradidit oblivioni quae viderat. Alia[d] vero nocte apparuerunt[e] ei iterum, vultu[f] minaci[g] terribiliter conminantes, nisi locum tegeret, anno praesenti[h] ab hoc saeculo migraret. Territus igitur vir ille visu, accepta secure, stirpe succisa, tumulos detexit[i], invenitque[k] validas de cereis guttas in modo[l] libani odore nectareo efflagrare[m]. Tunc deputatis bubus et plaustro, lapides congregat[n] et, data aestate[o], oratorium superaedificat[p]; explecitumque opus, beatum Eufronium, qui tunc[q] Turonicam regebat[q*] eclesiam, ad benedicendum invitat. Sed ille iam defessus senio[1], excusat abire, dicens: 'Vides', inquid, 'fili, quod senuerim, et hiemps solito asperior[r] ingravat[s]. Discendunt pluviae, ac venti cuncta turbine perflant[2], inflantur flumina, et ipsae quoque viae a frequentatione imbrium effusae[t], pene in lutum sunt dissolutae; et nunc non[u] convenit aetati meae ista modo properare itenera[v]'. Haec audiens vir ille, discessit a conspectu sacerdotis, abiens valde maerens. Verum ubi sacerdos membra quieti laxavit, vidit duas virgines adstare sibi, quarum senior tristi vultu sic infit: 'Quid tibi ingratae[w] extetimus, beatissime[x] pontifex? Quid moleste[y] intulimus regioni[z] tibi a Deo commissae? Cur nos dispicis? Cur ad consecrandum locum, quem nobis vir fidelis aedificavit, venire dissimulas? Veni nunc, obsecramus per nomen omnipotentis[a] Dei, cuius nos sumus[b] ancillae[c]'. Haec effata[3], genas lacrimis[d] rigabat obortis[e]. Expergefactus vero senex, vocat eclesiasticae domus rectorem, dicens: 'Peccavi non eundo cum homine. Ecce enim vidi duas virgines me ob id increpantes, et vereor Dei offensam incurrere[f], si illuc distulero ambulare'. Acceleransque iter, viam ingreditur. Igitur eunte illo, quievit pluvia, austrorumque violentia saeva succubuit. Ipse quoque feliciter conficiens iter, benedicto loco, cum pace regressus est. Nam referebat[g] plerumque vultum[h] incessumque virginum; et unam quidem dicebat prolixiorem, alteram minorem statu[i], non merito, utramque tamen nive[k] candidiorem. Quarum unam Mauram, Brittam[l. 4] alteram vocitabat, dicens, se ab earum ore haec[m] nomina cognovisse.

19[a]. Ipse quoque pontifex cum a multis crebrius urgueretur[b], ut ad occursum Chariberthi[c] regis deberet accedere[5] et innectens moras ire differret, tandem commo-

Cap. 18. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *Cap.* 19. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. 18. a) *superscr.* 2. b) consultus 3. c) ge *m. al. suppl.* 4. d) Ala v. noc 2, *corr.* e) apparues|t̄ ei 1*b*, *corr.*; apparuerut 2, *corr.* f) vultū 1*b*, *corr.* g) in *suppl.* 1*b*. h) presento 2. i) texit 4. k) ve *m. al. suppl.* 2. l) modum (4). m) deflagrare 4. n) congregavit 4. o) estote 4, *corr.* p) superaedificavit. Explicitoque opere 4. q) temporis *add.* 3. q*) gerebat 1*b*, *corr.* r) *e corr.* 2. s) *sic* 3. 4; ingruat 1*a*. *b*. 2. t) effossę 4. u) con 1*b*, *corr.* v) itenere 1*b*. w) ingrata 2, *corr.* x) beate 2. y) molestiae (3); molestum 4. z) regione 3. a) om|potentis 4. b) a. s. 3. c) ancillulae 4. d) lacrimas 4, *corr.* e) abortis 1*a*. f) incurre 1*b*, *corr.* g) ferebat 3. h) *post* v. 8 *litt. ras.* 2. i) statū 3. k) nive:, *ras.* a 1*b*. l) Britam 1*b*. m) hac 3.
Cap. 19. a) *c.* 19. *om.* 3. b) urgerereturl *corr.* urgeretur 4. c) Cariberti 1*b*; Chariberti 2 *(corr. m. al.)*. 4.

1) *Quare extremis Eufronii annis, qui a.* 573. *mense Augusto septuagenarius obiit, id gestum esse oportet.* 2) *Cf. Verg. Aen. I,* 82:

ac venti, velut agmine facto,
Qua data porta ruunt et terras turbine perflant.

3) *Cf. Verg. Aen. IV,* 30: Sic effata sinum lacrimis implevit obortis; *Mir. S. Mart. IV,* 30: Haec effata, genas lacrimis rigabat ubertim. 4) *Hodieque sub his nominibus coluntur apud Turones die* 28. *Ianuarii; in oppido autem quod ab illis nomen habet S. Maurae die praecedenti. R.* 5) *Charibertus enim rex locum Navicellis, qui ad ditionem S. Martini pertinebat, paullo antequam obiit in fiscum redegit; cf. Mir. S. Mart. I,* 29.

tus[a] a suis, ait: 'Ite, praeparate iter, ut eamus ad occursum regis, quem visuri non sumus'. Igitur inposita plaustris necessaria et caballis ad iter praeparatis, iamque in hoc stante ratione[b], ut deberet viam incedere, ait: 'Revertantur[c] plaustra, laxentur equi, non modo hoc iter incedimus'. Dicentibus autem suis, quae esset haec levitas, ut quae tam[d] instanter parari[e] iusserat tam facile deturbaret, ait secretius: 'Princeps, ad quem nos ire conpellitis, obiit, nec viventem, si abierimus, inveniemus'. Stupefacti audientes, diem notant et sancti verba taciti[f] servant. Advenientibus autem ab urbe Parisiaca[1] homini- 567 ex.
bus, ea hora regem transisse nuntiant[2], qua sacerdos plaustra de itenere iusserat revocari[g].

20. De oratorio autem[a] nostro[3], in quo reliquiae sancti Saturnini martyris ac Martini antestitis cum Illidio[b] confessore vel reliquorum sanctorum collocatae sunt, pro instructione credentium narrare aliqua non pigebit, qualiter se virtus beati Martini[c] revelatione revelavit[d], ita ut appareret multis ignitus globus[e] ille[f] terribilis, qui quondam solemnia celebranti[g] emerserat paucis visibilis, a capite[h] arce prorumpens[4]. Concipit[i] enim, inspirante divinae pietatis instinctu, animus, ut[k] cellulam valde elegantem[l], quam sanctus Eufronius ad usum prumptuarii habuerat, ad opus orationis fideliter dedicarem. 573/574.
Quam[m] diligenter conpositam, altare ex more locato, ad basilicam sanctam vigiliis noctem unam ducentes[n], mane vero venientes ad cellulam, altare quod erexeramus[o] sanctificavimus. Regressique[p] ad basilicam, sanctas[q] eius reliquias cum Saturnini Iulianique martyrum vel etiam beati Illidii[r] exinde solemniter, radiantibus cereis crucibusque[s], admovimus. Erat autem[t] sacerdotum[u] ac levitarum in albis vestibus non minimus chorus et civium honoratorum ordo praeclarus, sed et populi sequentis ordinis magnus conventus. Cumque sacrosancta pignora palleis ac[v] nafis[5] exornata in excelso[w] defereremus[x], pervenimus ad ostium[y] oratorii. Ingredientibus autem nobis, subito replevit cellulam illam fulgor terribilis, ita ut prae timore et splendore nimio[z] adstantium oculi clauderentur. Discurrebat autem per totam cellulam tamquam fulgor, non parvum[a] nobis ingerens metum. Nec[b] quisquam scire poterat, quid hoc esset, nisi[c] omnes pavore

Cap. 19. 1*a*. *b*. 2. 4. *Cap.* 20. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 19. a) commotis 2, *corr.*; commonitus 4. b) re omni *pro* r. 4. c) Revertentur 2, *corr. m. al.* d) *superscr.* 1*b*. e) parare 4. f) tacitis *corr.* tacite 1*b*. g) revocare 4.

Cap. 20. a) vero 4. b) Ilidio 3. c) in *add.* 4. d) relvelavit 2. e) globo illo terribili 4. f) *om.* 3. g) celebrant:, *ras.* &? 1*a*; celebrant 3. h) capitis 4. i) Concepit 2. 4. k) in 3. l) elegante 3. m) Qua d. composita altarioque ex 4. n) deduc. 3. o) extruxeramus 2. p) Regressi:que, *ras.* s 1*a*. q) scām 1*b*, *corr.* r) Hilidii 3. s) que *om.* 3. t) enim 1*b*; aut 4. u) sacerdos 3. v) ai onaffis *corr.* a inaffis 1*b*; ac n. *om.* 3. 4. w) excelsum (2. 3); excelsa 4. x) defer::remus 2; deferremus (3. 4). y) ortium 4. z) nimium 3. a) parum 4. b) Ne 3. c) :::si (*ras.* qua?) *corr.* set 3.

1) *Charibertum regem, quem in urbe Parisiensi mortuum esse, e Gregorio intellegitur, in basilica S. Romani Blaviensi sepultum esse, auctor Libri Historiae Francorum c.* 31. *tradidit:* Charebertus rex mortuus est, Blavia castello in basilica sancti Romani sepultus. *Sed procul dubio filium Chlotharii I. cum fratre Dagoberti I. confudit.* 2) *Eufronius conc. Turonensi II. (Conc. Gall. ed. Maur. I, p.* 1181*) subscripsit:* Notavi sub die XV. Kal. Dec. anno VI. regni domni nostri Chariberti gloriosissimi regis. *Itaque die* 17. *Nov. a.* 567. *Charibertus etiam vixit. Nec tamen multo post Athanagildum (*567, *Nov.) obiisse videtur; cf. Pagi a.* 567, *n.* 8. 3) *De eo oratorio v. V. Patr. II,* 3. *Gregorius primo pontificatus sui anno (*573/574*) illud dedicavit.* 4) *Cf. Severi Dial. II,* 2*:* Quo quidem die — mira dicturus sum — cum iam altarium, sicut est sollemne, benediceret, globum ignis de capite illius vidimus emicare, ita ut in sublime contendens longum admodum crinem flamma produceret. 5) *Cf. Legem Sal. tit. XIV, add.* 6 *(ed. Behrend p.* 20*):* Si quis mortuum hominem aut in noffo aut in petra, quae vasa ex usu sarcophagi dicuntur, super alium miserit *etc. Gloss. Pith.* '*naufus*' = '*sarcophagus ligneus*'.

prostrati[a] solo iacebant. Tunc ego: 'Nolite', inquid, 'timere. Virtus est enim sanctorum, quae[b] cernitis, et praesertim rememoramini librum vitae beati Martini[1] et recolite[c], qualiter verba sacrata promenti de capite globus ignis egressus, usque ad caelos visus[d] est conscendisse[e]. Et ideo ne terreamini, sed ipsum nos[f] cum sanctis reliquiis[g] credite
Ps. 117, 26. 27. visitasse'. Tunc timore postposito[h], magnificavimus[i] Deum[k], dicentes: *Benedictus, qui venit in nomine Domini, Deus dominus et inluxit nobis.* Sed illud anterius miraculum visum est paucis, istud apparuit populis universis. In illud[l] fuit virtutis[m] indicium, in istum[n] gratiae supplementum; illud fuit tunc occultum propter iactantiam, istud[o] manifestum[p] est cunctis ad gloriam; ibidem[q] ore[r] festiva fideliter acta[s] Domino nuntiantur, hic in novitate oratorii, quod ad laudem Domini profeceret, inlustratione sanctorum pignorum consecratur. Ergo[t] fideliter, ut oportit, a nobis quaerendus est et orandus, ut ille visitet hunc populum, qui plerumque orationis vota[u] per hoc sacrum ignem sustulit in excelsum. Hunc enim ignem, vel cum[v] de monacho orante narravi[2] vel cum Brachionem[w] abbatem a pignoribus sanctorum vidisse[x] egressum ignem exposui, mistico[y] esse puto, eo quod non exurat, sed inluminet; sed[z] nec sine Divinae Maiestatis gratia[a] umquam vel prodere[b] vel apparere quibusdam[c] potest.

21.[a] Et licet de Turonica urbe aliqua iam[b] scripserimus, tamen quoniam nuper sancti Sollemnis[c. 3] sepulchrum aspeximus, silere nequivimus, quod[d] apud Malliacensim[e] monasterium[f. 4] — in cacumine montis est constitutum[g], ab antiquis vallatum aedificiis iam erutis — [factum[h] cognovimus]. Nam ferunt[i], in eo loco, cum cripta adhuc[k] haberetur occulta, et nullo[l] christianorum locus ille esset revelatus, per singulas dominicarum solemnitatum[m] noctes ab habitatoribus lumen cernebatur accensum, sed nullus[n] sciebat, quid sibi hoc[o] velit mysterium; tantum suspicio retenebat homines, aliquid ibidem retenere[p] divinum.

Capp. 20. 21. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 20. a) s. p. 3. b) quam 4. c) colite 1*b*, *corr.* d) nisus 3. e) conscendere 3. f) c. s. n. 2. g) reliquis 4. h) postposita 3. i) magnificabimus 1*b*, *corr.* k) Dn̄m 2. l) illo (1*b*. 4). m) virtus 1*a*, *corr.* n) isto (1*b*. 4). o) istum 2, *corr.* p) manifestatum 4. q) ibidem — consecratur *om.* 3. r) e *m. al. suppl.* 1*b*; ora 4. s) f. D. cuncta n. 2. t) Ego 1*b*, *corr.* u) orationis suae tam sacratum ignem sust. 4. v) *om.* 4. w) Brachione abbate 3; Birichonem a. 4, *ut supra.* x) vidisset 1*b*, *corr.* y) mysticum 4. z) hunc *add.* 4. a) *sic* 4; gratiam (graciam 3) quam 1*a*. *b*. 3. 3*a*; gratia quae (2). b) prodire 4. c) q. p. *om.* 4.

Cap. 21. a) 20. 4. b) descripserimus 3; i. scripsimus 4. c) Solemnis 1*a* *(h. l.)*. 4 *(fere)*; Sollemni 2, *corr. m. al.* d) Quid factum sit apud 2. e) Malliacensi *corr.* Malliacense 1*b*; Mallacense 3; Maliagense 4. f) quod *add.* 2. g) constructum 2. h) factum cognovimus *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. i) fertur 4. k) *om.* 3. l) *sic* 1*a*. *b*. 2. m) solemnitum 4, *corr. m. al.* n) s *suppl.* 1*b*. o) vellet hoc 4. p) retineri 4.

1) *Dialogi intelleguntur; cf. p.* 759, *n.* 4. 2) *De monacho orante et de Brachione abbate Gregorius infra c.* 37. *et* 38. *egit atque vice versa in c.* 38. *hoc c.* 20. *laudavit. Unde patet, finem a verbis* Hunc enim *huic capiti libro absoluto adiectum esse.* 3) *S. Sollemnis, qui Chlodovechi tempore Carnotensi ecclesiae praeerat, vitam a scriptore antiquo compositam, cuius sermo Fortunatiano non adeo dissimilis est, e codice proprio P. Ms.* 20. *et Trevirensi ediderunt Bollandiani* 25. *Sept. VII, p.* 68. *Vita illa Sigiberto quoque praesto fuisse videtur; cf. SS. VI, p.* 313. *ad a.* 6. *Chlodovechi:* Sollemnis Carnotensis episcopus claret, qui in praedicando Francis Christum non segniter institit. 4) *Maillé oppidum, inde ab a.* 1619. *Luynes appellatum, postquam dominus de Maillé per Carolum Albertum dux creatus est; cf. Longnon p.* 278. *Ibidem vetustae ruinae iam exstant; cf. Bourassé et Chevalier, 'Recherches sur les églises romanes en Touraine' p.* 78. 79. — *Corpus S. Solemnis Blesas translatum est atque in ecclesia S. Petri depositum, quae ab eo deinceps S. Solemnis nomen tulit cum parochiae titulo, donec hoc anno in cathedralem erecta, mutato nomine S. Ludovici dici coepit. Sacrum eius corpus, paucis ossibus exceptis, Calviniani saeculo superiori combusserunt. R.*

Interea advenerunt duo inergumini ex[a] basilica sancti Martini, qui, conlisis in[b] se palmis, clamare coeperunt, dicentes: 'Hic requiescit Sollemnis beatissimus in cripta[c] abdita. Reserate[d] igitur sepulchrum amici Dei. Quod cum reppereritis, velis tegite, lumen accendite cultumque[e] debitum[f] exibete. Erit regioni huic salubre, si quae loquimur adimpletis[g]'. Et haec dicentes, cum clamore magno effodere tellurem ungulis nitebantur. Tunc videntes incolae quae gerebantur, accepto sarculo, effodentes aperuerunt criptam, in qua[h] per seriem graduum discendentes, reppererunt[i] sepulchrum magnum, de quo testabantur illi[k] adhuc mente infirmi, hunc[l] esse sepulchrum Sollemnis[m] beatissimi. Qui mox sensu discesserunt[n] recepto. Post haec autem coeperunt ad eum diversorum morborum aegroti confluere et accepta sanitate redire incolomes. Sed et Litomeris[o][1] urbis ipsius[p] indigena, cum ab illius quartani[q] typi aegrotatione fatigaretur, acceptis ex hospiciolo suo cereis, surrexit cum uno tantum puero, accessitque ad locum. Fusa vero[r] oratione, accensis cereis manu[s] propria per totam noctem detentis, vigilias[t] celebravit. Dato igitur mane, redivit ad propria, nec ultra ab hoc morbo[u] frigorae[v] vel confractionis[2] ullius[w] pertulit gravitatem[x].

22. Fuit autem quidam religiosus et virtutibus et nomine Maximus[3] et, ut liber vitae[4] eius[a] docet, quam versu conscriptam[b] legimus, nostri fuit Martini discipulus. Qui occullere quod erat cupiens, apud Insulam Barbaram[5] monasterii Lugdunensis peregrinari expetiit. Manifestatus autem et ibi, ad patriam redire[6] disposuit. Denique dum Ararem[c] fluvium transire[d] cupiret, nave impleta dimergitur, ac ipse sacerdos pelago operitur, habens ad collum cum[e] euangeliorum libro[f] ministerium[g] cotidianum, id est patenulam parvam cum calice. Sed pietas divina non perferens perire quod suum est, ita de hoc periculo, Domino iubente, restitutus[h] est litori[i], ut nec vitae damna perferret nec rerum detrimenta[k] lugeret. Impletumque est illud[l] quod psalmographus, Spiritu sancto influente, cantavit: *Cum ceciderit iustus, non conlidetur, quia* Ps. 36, 24.
Dominus firmat manum eius. Et[m] iterum: *Non negabit Dominus animam iusti.* Prov. 10, 3.

Capp. 21. 22. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 21. a) de 4. b) in: 2. c) cripata 1*b*, *corr.* d) reserare 1*b*, *corr.* e) cultuque 3. f) ei *add.* (3). g) adimpleveritis (3) *et* 1*a*. *b e corr.* h) qua 4. i) apperuerunt 3. k) a. i. in m. 2. l) hoc 4. m) Sollemni 2. n) r. d. 4. o) *sic* 3. 4. *et De virt. S. Iul. c.* 50; Litthomeris *corr. m. al.* Litthomerus 1*a*; Lithomeris (1*b*. 2). p) *corr. m. al.* Pictavensis 1*a*; illius 3. q) quartā 3. r) *om.* 3. s) que *m. al. add.* 1*a*. t) vigiliis 3. u) *post* m. 5 *litt.* (adten?) *ras.* 2. v) frigoris 4 *et m. al.* 1*a*; vel *om.* 4. w) *m. al. del.* 1*a*; illius 3. x) gratiam 1*a*, *corr. m. al.*

Cap. 22. a) et *add.* 1*b*; eius edocet 4. b) conscripta 3. c) Ararim (2. 4). d) transiret 4, *corr.* e) *om.* 3. f) librum 1*b* *(corr.)*. 2. g) misterium 1*b*, *corr.* h) restiturus 3, *corr.* i) locūri? 1*a*, *corr.*; littore 1*b*. k) nutrimenta 1*b*, *corr.* l) prophecia đđ *pro* illud — cantavit 3. m) Et — iusti *om.* 3.

1) *Forte idem qui basilicam in parochia Paternacensi aedificavit; cf. De virtutibus S. Iuliani c.* 50; *Longnon p.* 285 *n.* 2) *Sic Mir. S. Martini IV,* 37*:* (febris) frangi consueverat. *Est remissio febris, quae V. Patr. VI,* 7. fractio *vocatur.* 3) *Quem Mabillon Baluziusque Maximum Insulae Barbarae abbatem habuerunt, cuius Eucherius in epistola ad Philonem presbyterum data (Migne, Patr. Lat. L, p.* 1213*) et Leidradus in epistola ad Karolum M. data (Migne, XCIX, p.* 873*) mentionem fecerunt, sed Tillemont et auctor Gall. Christ. IV, p.* 222*; XIV, p.* 190*, Maximum Insulae Barbarae et Cainonensem distingui volunt. Videsis AA. SS.* 20. *Aug. IV, p.* 55. 4) *Qui periit. Vitam quam Ruinart vidit a quodam monacho seu clerico Cainonensi collectam (codex Maioris-Monasterii nr.* 97*; cf. Delisle, 'Les mss. disparus de la bibliothèque de Tours' p.* 93*) pauca habuit praeter ea quae Gregorius tradidit.* 5) *Ile-Barbe insula in medio Arare sita; cf. Longnon p.* 199. 6) *Eucherius de Maximo ad Philonem scripsit haecce:* pervenit ad nos, quod velit ex eo discedere et fratres suos deserere, eo quod multi propter metum gentium oblationes suas subtraxerint, quas pro Dei intuitu dare consuerant.

Deinde ad castrum Cainonensim[a][1] urbis Turonicae veniens, monasterium collocavit. Quod castrum cum ab Egidio[b] obsederetur[2], et populus[c] pagi illius ibidem esset[d] inclusus, hostis[e] adversus[f] effossum a latere montis puteum, quem obsessi ad usum habebant bibendi, obturant[g]. Quod cum antedictus Dei famulus, qui tunc cum reliquis[h] infra castri munitionem[i] conclusus erat, cerneret videretque[k] populum consumi sitis[l] iniuria, orationem nocte[m] tota fudit ad Dominum, ut respiciens populum hostes inprobos effugaret et non pateretur, eos sitis ardore[n] consumi. Tunc, revelante sibi Spiritu sancto, ait ad plebem: 'Quisquis habet vasculum, eiciet[o] foris in platea et deprecetur[p] Dominum. Dabit enim[q] vobis hodie largitas[r] eius aquas in abundantiam, ut non deficiatis vos et parvuli vestri'. Haec eo dicente, subito nubes[s] texerunt caelum, et discendit imber magnus de caelo cum tonitruis[t] et corruscationibus super castrum, duplum populis[u] beneficium praebens, pluvia arcens sitim, fragoribus effugans hostem. Con- cf. Matth. 15, 37. pletaque[v] sunt vasa[w] omnium, et satiati[x] sunt cuncti. Sicque obtentu sacerdotis fugatis adversariis, populus salvatus a castro discessit. In monasterio autem loci illius plenus dierum transiit, ibique sepultus est[3]. Ad cuius sepulchrum saepius infirmi[y] sanantur. Puerulus autem unus ex[z] familia eclesiae Turonicae in valitudine[a] corruit. Is cum anhelus[b] occumberet ac in extremis positus putaretur spiritum exalare, ad eius basilicam deportatus, protinus, extincta febre, sanitati[c] est redditus[d]. Sed et puella de his mancipiis simili sorte febricitans, cum ante cancellos monimenti fuisset exposita, in ipsa die incolomitati est restituta. Ad[e] nos vero cum horum[f] notitia devenisset, puerum humiliatis capillis huic monasterio cessimus[g], puellam[h] vero mutata veste coetu[i] sanctimonialium coniungi praecepimus ad serviendum Deo.

23[a]. Requiescit haud procul ab hac basilica Iohannis[4] quidam presbiter, natione Britto[b], in summa religione degens, per cuius manus Dominus multa signa[c] sanitatum dignatus est operare[d]. Qui ob amorem[e] divinum ab[f] aspectibus se[g] hominum cohibens, parvulam oratorii cellulam[5] habebat ante ipsam Cannonensis[h] vici eclesiam. Ibi-

Capp. 22. 23. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 22. a) chasteau chainon *Pithoeus marg. adscripsit* 2; Caninonense 4. b) Aeg. (3). c) populi 3. d) & *add., sed eras.* 1*b*. e) hostes 1*b*. 2. f) h. effusum altare m. 3. g) obdurant 4. h) *litura sequitur* 3. i) municione 3; munitiora 4. k) que *om., sed* et *ante* c. *superscr.* 1*b*; que *postea add.* 3. l) consumi ::: (*ras.* ::s) iniur. 1*a*; c. in ini. 1*a**; iniuriā 1*b*, *corr.* m) t. n. 4. n) ardorem 1*b*, *corr.* o) eiciat foras 2. p) ad *add.* 4; Deum 3. q) que 3. r) largitus 1*b*, *corr.* s) *post* caelum *m. al. suppl.* 3. t) tonitruo et coruscatione 4. u) populi 4. v) Completoque *corr.* Completaque 4. w) o. v. 4. x) ti *m. al. suppl.* 1*b*. y) infirmis 1*b*, *corr.* z) e 4. a) valitudinem (4). b) anhelitus 1*a*, *corr.* c) ti *suppl.*, est *eras.* 4. d) redditur 4. e) Ad — Deo *om.* 3. f) hora 4. g) concessimus 4. h) puellam — Deo *om.* 2. i) coeto *corr. m. al.* coetui 1*b*.

Cap. 23. a) 30. 2; 24. *et sic deinceps ad c.* 26. 4. b) Brito 1*b*, *corr.* c) signa:, *ras.* s 1*b*. d) operari (2. 4). e) amore 3. f) *om.* 3. g) sed 1*b*, *corr.* h) *corr. m. al.* Cainonensis 1*a*. 2; Caninonensis 4.

1) *Chinon, ubi servatae sunt S. Maximi, vulgo S. Mexme, reliquiae ad a.* 1563, *quo a Calvinianis combustae fuerunt. R. Ecclesia Cainonensis a Brictione episcopo Turonense (a.* 401—441*) aedificata esse dicitur; cf. Greg. H. Fr. X,* 31. 2) *A.* 463. *Egidius contra Gothos 'inter Legere et Legerecino iuxta Aurilianis' pugnavit; cf. Marii Chron.* 3) *Vixit saeculo V. med.; colitur die* 20. *Augusti.* 4) *S. Radegundis ornamentum regale 'viro venerabili domno Iohanni reclauso in castello Cainone transmisit, ut oraret, ne iterum ad saeculum reverteretur et vestem cilicinam transmitteret, unde corpus suum limaret'; cf. V. S. Radeg. a Baudonivia conscriptam* §. 4 *(Mabillon, AA. SS. saec. I, p.* 327*). Itaque S. Iohannes saec. VI. med. vixit; colitur die* 5. *Maii.* 5) *Exstat hodieque sub titulo S. Radegundis oratorium hoc in capite memoratum; in quo visitur beati Iohannis tumulus, sed reliquiis vacuus, quas nempe Calviniani eodem a.* 1563. *combusserunt. R.*

que in viridiariolo[a], quem[b] manu propria excolebat, arbores lauri[c] plantaverat, quae nunc vastis colomnarum fomitibus iocundorum[d] frondium amoenitate tenduntur. Sub quarum umbraculo vir sanctus consedens[e], aut legebat aliquid aut scribebat. Cuius post obitum cum[f] arbores illae, ut diximus, patulis[g] diffusae ramis obumbrarent locum viridiarii, una ex his vetustate senescens exaruit. Tunc custus loci, effossam cum radicibus colomnam, incisis ipsis cum ramis suis scamnum adaptat, in quo interdum aut resederet lassus[h] aut aliquid secure[i] decideret, cum necessitas exegisset. Quod[k] cum per duos annos aut fere amplius scamnum in hoc usu[l] habuisset, tactus, ut credo, inspiratione divina dolore[m] cordis, ait: 'Vae mihi, quia peccavi, ut arborem[n], quam talis sacerdos propria manu plantavit, ego ad diversas necessitatum[o] utar incisiones'. Et haec[p] dicens, accepto sarculo, effossam[q] humum, incisis[r] scamni pedibus, posuit eum[s] sub terra[t] replevitque fossam[u] humo. Mirum[v] dictum[w]! Adveniente verno tempore, sicut reliquae[x] arbores flores ita et haec colomna, quae viri manu, ut ita dixerim[y], sepulta fuerat, rediviva in sospitate virescens, novos frondes emisit. Extant de ea hodieque virgulta[z] in quinum[a] senumque aut fere amplius pedum altitudine, quae annis singulis incrementum sumentes, a Domino sublevantur.

24. Apud ipsam vero urbem Turonicam beata Monigundis[a] obiit. Fuit autem ex[b] Carnotino[c] territurio. Quae[d] relinquens tam patriam quam parentes, ad hoc tantum Turonus[e, 1] expetiit, ut orationi vacaret. Per quam Deus crebro miracula[f] ostendere est dignatus. Nam si quis pusulam malam incurrisset[g], ad eam veniens[h], orationem[i] precabatur[k], confestimque[l] illa prosternebatur[m] ad supplicandum Dominum, et collegens folia[2] cuiuslibet holeris aut pomi, saliva inlinebat, faciensque crucem super ulcus, inponebat folium. Confestimque[n] ita omne[o] venenum evaniscebat, ut nihil[p] dignum leti aegrotus ultra perferret[q]. Quartanariis quoque et gulam dolentibus, data benedicta aqua, saepius medebatur. Ad cuius nunc sepulchrum assidue infirmi confluunt et sanantur. Nam quanti frigoras[r] passi, quanti a[s] pusulis malis, veneno incrassante, praemortui, quanti a[t] desinteria aegroti inibi sint[u] sanati, viritim non potest explicari. Sed quoniam[v] multa ex his in libro quem[w] de eius vita[3] conscripsimus memoravimus[x], quae deinceps gesta sunt tacere nequivimus. Probati[y] archidiaconi[4] nostri famula

Capp. 23. 24. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 23. a) viridiario 3. b) quod? *corr. m. s. XII.* quo 2; que 3; quod (4). c) lauros (3). d) iocundarum (3. 4). e) concedens 1*b*. f) ut 3. g) patulę 2. h) la::sus 1*b*, *corr.*; ut 2, *corr. m. al.* i) securim 2; securi 4 *et corr.* 2. k) Quo 3. l) uisu 1*b*, *corr.* m) dolere 2, *corr.* n) arbores 2, *corr.*; quam *post* t. *in marg. suppl.* 4. o) necessitates 4; utar *om.* 3, *ubi* abscidi *post* i. *suppl.* p) hoc 4. q) effossa (3. 4); humo (4). r) incisi 1*a*. *b*. 2. 3. s) illud 4. t) terrā 1*b*. u) fossa 3; humum 1*a*, *corr. m. al.* v) Miro 1*b*, *corr.* w) dictu (1*a*. 4). x) reliquię 4, *corr.*; arborꝰ 1*b*. y) *om.* 3. z) virgultae 1*a*. *b*. a) quinorum senorumque 2; in quibus sunt quinque aut fere 4.

Cap. 24. a) Moneg. (1*b*. 2. 3. 4). b) *om.* 3. c) Carnotina 3; Carnoteno (4). d) Qui 3. e) Turonis (2. 3); Toronos 4. f) miraculo 1*b*, *corr.* g) et *add.* (3), *m. al. superscr.* 1*b*. h) venienit 1*a*, *corr.* i) oratine 1*b*, *corr.*; oratione 3. k) p̄cebatur 1*a*, *corr.* l) que *om.* 4. m) se *add.* 2. n) que *om.* 3. o) omnem 3. p) d. n. 1*b*. 2. q) per *superscr.* 2. r) frigora 4. s) apud ulis *corr.* a pustulis 2. t) quanti : desenteriae ibi s. 1*a*; desinterie 3; desinterio 4; aegroti *et* in *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. u) sunt (3). v) in libro *add.* 3. w) quae 4. x) *superscr.* 1*b*. y) Probata 4.

1) *Basilicam scilicet S. Martini; cf. V. Patr. XIX,* 2. 2) *Cf. V. Patr. XIX,* 3: Tunc accepto pampini viridis folio, saliva linivit, fixitque super eum crucis beatae signaculum. Quod ponens super alvum iuvenuli, dolore paululum sedato, obdormivit in scamnum. 3) *V. Patr. XIX.* 4) *Qui Platoni archidiacono, a.* 591. *episcopo Pictaviensi facto, successisse videtur; cf. H. Fr. V,* 49; *Mir. S. Mart. IV,* 32.

graviter a quartano tipo quatiebatur et iam prope annum in hac[a] febre aegrotabat. Quae inter manus parentum deposita super tumulum sanctum[b], domui[c] incolomis est relata.

576. 25.[a] Senoch[b] abbatis vita dudum a nobis scripta fuit[1]. In quo libello multis eiusdem virtutibus memoratis[c] finem fecimus; sed quoniam ad eius tumulum virtus apparuit, sileri a nobis absurdum fuit. Nantulfus autem[d] puer nimia caecitate detentus et ipsam adhuc aduliscentiam aetatis primae ab hoc contagio deturpatam[e] iugiter deflens, huius sancti[f] expetiit tumulum, atque[g] prostratus et humili prece subnixus, flagitat, sibi eius suffragio lucem perditam revocari[h]. Quatriduo[i] in hoc[k] precatu[l] perdurans, reseratis oculis, inluminatus abscessit. Sed et nunc multi frigoriticorum[m] aliorumque morborum detenti incommodo, ut pallii[n] eius aut decerpserint fimbrias aut contigerint, mox sanantur. Hactenus de Turonicis.

26. Symeon[a. 2] vero confessor, qui in colomna pagi Anthiocensis[b] dicitur stetisse[c.*], frequenter incolis tribuit sanitates[d]. Et quia[e], ut legitur in eius vitae libro, nullam umquam mulierem post conversionem oculis attentis[f] inspexit; postquam vero colomnae editiori se sanctitate[g] fervens invexit, non modo extraneae mulieri, verum etiam nec propriae matri se videndum permisit[h], et nunc ergo locum ipsum ab huius[i] sexui[k] defensat accensu. Nam ferunt, quandam mulierem induta[l] fuisse veste virili et in basilicam[m] ingredi voluisse colomnae, tractans secum misera, agere[n] posse per indumentum quod
Gal. 6, 7. latere possit Altissimum, ignorans illud apostoli, quia[o]: *Deus non inridetur.* Elicet[p] ubi veniens ad templum erexit pedem, ut sanctum ingrederetur limen, protinus retrorsum ruens, cecidit et mortua est; satisque[q] fuit populis, ne haec[r] ultra[s] mulier ulla[r] praesumeret, cum in ista[t] cerneret ultionem pessime[u] inrogatam.

27.[a] Igitur sanctus Martialis episcopus[b] a Romanis[3] missus[c] episcopis**, in urbe[d]

*) in ecclesia quae vocatur Poenitentiae *m. al. add.* 1*a****.
**) cum duobus presbiteris *m. s. XII. add.* 2.

Cap. 24. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *Cap.* 25. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *Cap.* 26. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *Cap.* 27. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. 24. a) haec 1*b*, *corr.* b) *om.* 4. c) domum (3).

Cap. 25. a) *c.* 25. *om.* 3. b) Senoc 2, *corr.* c) memorati 1*a*. *b*. d) *om.* 4. e) deturbatam 2. 4, *in utroque corr.* f) scti 1*b*, *corr.* g) ad quem 4. h) revori 2, *corr. m. al.* i) Qui triduo 4; *sic e corr. m. s. XII.* 2. k) hac 4. l) prece persistens 4. m) frigoriti::corum, *ras.* ci 1*b*. n) palli *corr. m. al.* pallio 1*a*.

Cap. 26. a) Simeon (1*b*. 3. 4). b) Anthiocensi 2, *corr. m. al.;* Antiocensis 3; Antiochensis 4. c) stentisse 2, *corr.* d) sanitatis 2, *corr.*; sanitatem 3. e) qui aut 1*a*; quia ut, *sed* a *et* u *m. s. XII. in litura scr.* 2; quidem l. 3. f) intentis 4; inpexit 1*a*. g) sanctitati 2. h) pmisit 2. 3. i) eius 2. k) sexus (2. 3. 4). l) indutam 2. 4. m) basilica 3. n) re *suppl.* 2. o) ait *pro* quia 3. p) et *m. al. add.* 1*a*; Hae (*corr.* Haec) licet 1*b*; Ilico, *sed* I *et* o *m. s. XII. in litura scr.* 2; Et licet 3; Ilicet::| ubi 4. q) Datisque 3. r) *om.* 4. s) m. ultra 4. t) istam 1*a*. 4; cernerent 2. 4. u) pessimam inrogotam 2.

Cap. 27. a) *c.* 27. *et* 28. *om.* 3. b) e. a R. m. e. *corr. m. al.* ab apostoł a Roma missus 1*b*. c) missis 1*a*, *corr. m. al.* d) urbulem vicina *corr.* u. L. 2.

1) *V. Patr. c. XV; cf. H. Fr. V,* 7. 2) *Vita S. Simeonis, qua Gregorius usus est, iam latet, quamquam Bollandus complures collegit, AA. SS.* 5. *Ian. I, p.* 264 *sqq. Matri propriae Simeonem aspectum negasse atque mulierem veste virili indutam in columnam ingredi noluisse, in omnibus narratum est, sed quod Gregorius scripsit, feminam morte audaciam luisse, alias non legi.* 3) *V. H. Fr. I,* 30*:* Decio et Grato consolibus *(i. e. a.* 250*)* — — Lemovicinis Martialis est distinatus episcopus, *quod temporibus apostolicis gestum esse, Arbellot, 'Dissertation sur l'apostolat de S. Martial' aliique contenderunt, quos Chevalier, 'Origines de l'église de Tours' p.* 187, *acute impugnavit. Martialem ab Oriente in Gallias advenisse, Gregorius infra scripsit. Colitur die* 30. *Iunii.*

Lemovicina[a] praedicare exorsus est; eversisque[b] simulachrorum ritibus, repletam[c] iam credulitate Dei urbem, migravit a saeculo. Erant[d] tunc temporis[e] cum eo duo presbiteri[1], quos secum ab Oriente adduxit in Galeis[f]. Verum ubi completi sunt dies eorum, ut et ipsi vocarentur de hoc[g] saeculo, coniunctis sarcofagis in eadem cripta quam[h] sanctus episcopus[i] sunt sepulti. Et unus quidem parieti proximus, alter vero huic contiguus[k] erat[l]. Super terram tamen uterque stabat, sed non poterat alteri propter illum qui primus erat honore[m] inpendi, hoc[n] est non ibi[o] palla expandi[p] poterat[q], non lumen accendi. Quod cum incolae loci moleste ferrent, quodam mane accedentes ad criptam, invenerunt sepulchra e[r] diversis parietibus esse locata; et sic accessus liber ad utrumque sepulchrum patuit, et qualiter beatus antistis ut cultor Dei veneraretur, enituit[s].

28. Puella[a] quaedam, cui, nescio quo[b] exsistente peccato, manus una diriguit ac digiti palmae defixerant[c], ad eius sepulchrum advenit, confisa de virtute confessoris, quod possit eius intercessio manum aridam absolvere, cuius praedicatio populum vanis superstitionum[d] ritibus[e] inrititum[f] absolvit. Celebratis ergo vigiliis[g] in ipsa nocte festivitatis, dum adtente iuxta sepulchrum orat, manum suam directis digitis populo teste sanatam miratur adtonita.

[In[h] hac ergo solemnitate mutus] quidam eloquium emeruit[i] hoc modo. Hic etenim, ut cruda operatur rusticitas populorum, iuramentum mendax in[k] eclesia protulit[l]. Mox rigente lingua mutus effectus est, ita ut non vocis humanae, sed bidentis[m] mugitum[n] simulare videretur[o]. Adveniens autem ad huius confessoris tumulum, prosternitur ad orationem, sensitque, ut postea adserebat, tamquam si aliquis guttur eius tangeret; quod, ut[p] credo, virtus erat dominici confessoris. Erectusque[q], presbiterum[r] qui aderat nutu[s] deprecabatur, ut signum crucis faucibus clausis inponeret. Quod cum[t] presbiter fecisset, iterum prosternitur ad orationem; protinus elevatum[u], vocis officio reddito, omnia quae pertulerat[v] proprio patefecit eloquio.

Capp. 27. 28. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. 27. a) Lim. 4, *corr. m. al.* b) Eversasque 2, *corr. m. al.* c) repleta — urbe 2. 4. d) Erant — in Gallias *om.* 2. e) tempr̄ 1*a*. *b*. f) Gallias (4). g) de mundo coni. 4. h) *corr. m. al.* in qua 1*a*; *corr.* qua 1*b*. 2; cripta cum sc̄o ep̄o sepulti sunt 4. i) *corr.* apostol̄ 1*b*. k) contiguis 1*a*, *corr. m. al.*; congius 2, *corr. m. al.* l) erat super terram *distinguit* 1*a*. m) honor 4, *sic corr.* 1*b*. 2. n) hinc et non 4. o) sibi 1*a*. p) expatiandi 1*a*; expandi::: p. 4. q) poterant 1*b*, *corr.* r) *om.* (4). s) enicuit 1*a*, *corr. m. al.*

Cap. 28. a) Puellā 2, *corr.* b) *m. al. superscr.* 1*a*. c) defixi erant 4. d) superstitionē 2; superstitionem 4, *corr. m. al.* e) artibus 4. f) inretium 2, *corr.* g) li *suppl.* 2. h) In — mutus *om.* 1*a*. *b*. 2. i) meruit 4. k) in e. *om.* 4. l) pt. 2, *corr.* m) bi:dentis, *ras.* 1 2. n) balatum 4. o) et *add.* 1*b*. p) et 1*b*. q) Egressusque 1*a*. *b*. 2. r) prb̄. iterum 1*a*; prb̄m iterum 1*b*; prb̄ iterum 2. s) multum 4. t) *superscr.* 1*b*. u) elevatus 4. v) protulerat 1*a*; pertulat 2, *corr. m. al.*

1) *Qui in vetustiore Vita S. Martialis, quam Arbellot e cod. Paris. nr.* 3851 *A, saec. X, primus edidit, Austriclianus et Alpinianus appellati sunt, quorum alter in itinere in loco qui Else dicitur mortuus et a S. Martiale resuscitatus esse dicitur. Miracula quae Gregorius subiecit ex hac ipsa Vita fluxisse, Arbellot, 'Documents inédits sur l'apostolat de Saint Martial'. Paris.* 1860, *p.* 32, *statuit, sed e Gregorio potius vitae scriptor profecit, qui* bidentis mugitum *in* balantem ovium vocem, *sententiam* sensitque, ut postea adserebat, tamquam si aliquis guttur eius tangeret *in illam* tamquam si guttur eius aliquis tangeret ei visum est *mutaverit. Quamquam haec Miracula non adeo multo tempore post Gregorium composita esse concedo; v. quoque Chevalier l. l. p.* 187*: 'c'est là une pièce sérieuse et vraiment digne de l'histoire'. Miracula a.* 1388*. patrata ed. Arbellot, Anal. Boll. I, p.* 411.

29. Per sanctum enim Stremonium[a], qui et ipse a Romanis episcopis cum Catiano[b. 1] beatissimo[c] vel reliquis[d] quos memoravimus[2] est directus, primum Arverna civitas verbum salutis accepit, eoque[e] praedicante, salutare[f] mundi redemptoremque omnium Christum, Dei filium, credere coepit. Huius autem sepulchrum apud Iciodorensim[g. 3] vicum habetur; ad quod cruda [priorum[h]] rusticitas, licet sciens, quo quiesceret, nullum tamen ibi[i] exhibebat honoris cultum. Post longinqua[k] vero annorum curricula Cautinus[4], qui ipsius Arvernae urbis episcopus datus est, in diaconato suo eclesiam vici illius rexit. Igitur dum nocte[l] quadam in lectulo cellulae suae, quae[m] huic basilicae adhaerebat, decumberet, audivit psallentium, quasi parum[n] resonantibus vocibus; et surgens, vidit templum magno splendente[o] lumine. Obstupefactus[p] aspicit intrinsecus, — erat enim cellula illa in superiore[q] contra fenestras[r] templi[s] —, et vidit, et ecce circa tumulum multitudo albatorum[t] tenentium cereos et psallentium! Quod diutissime cernens[u], cum discessissent, statim, facto mane, iussit tumulum cancello vallari ac paleolis nitentibus obvelari, praedixitque, reverentiam[v] loco illi[w] inpendi. Ex hoc enim oratio super tumulum funditur, et auxilia antestitis inpetrantur. [Ego[x]] haec ab ipsius episcopi ore audivi.

30. Magna[a] enim gratia est, si sacerdotium digne custodiatur in actu. Si enim homini iniquo[b] ac persecutori iustitiae tantum contulit sacerdotium, ut[c] prophetiam meriretur[d], id est Caiphae[5], qui prophetavit unum[e] oportere mori de populo, ne gens tota periret; quanto[f] magis timentibus Deum et sanctae ac purae sacerdotium custodientibus tribui potest a maiestate divina[g], ut etiam iuxta Iacobum[6] prosit infirmis cum oratione visitatio[h] sacerdotis, et plerumque conferat praesidium sola tantum euglogiarum[i] porrectio eius ex manu secundum illud quod apud Arvernus[k] gestum in aduliscentia mea in veritate cognovi. Quidam presbiter solitarius iter carpens, ad[l] hospitiolum cuiusdam pauperis Limanici[m] mansionem expetiit. Qua[n] accepta, iuxta[o] morem sacerdotum nocte ab stratu suo consurgens, orationi adstetit; sed et homo, quem necessitas[p] conpellebat lignum ex silvis evehere[q], valde mature surrexit, et[r] sicut mos rusticorum habet, nec inchoante luce postulat cibum a coniuge, quae sine mora[s] porrexit. Acceptum[t] vero homo ille panem non prius comedit, quam a sacerdote benediceretur, aut ab[u] eo euglogias acciperet. Quibus acceptis, sumpsit et abiit. Cumque ad amnem[v]

Capp. 29. 30. 1*a*. 1*b*. 2. 3 *(l.* 17. *ad* 24. cognovi *des.)*. 4.

Cap. 29. a) Austremonium 3. b) Cationo 2, *corr.* c) presbitero 3. d) reliquus 2, *corr.* e) que *superscr.* 4. f) salutarem 1*b*. 3. g) Itiod. 1*b*; Iciodorensem 4. h) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. i) *om.* 4. k) longinquam 3. l) q. n. 3. m) qui 2. 3. n) paruum 1*b*, *corr.* o) splendere 3; splendens 4. p) obstu|pactus 1*a*, *corr. m. al.* q) superiori 3. r) fenestram 1*b*. s) *om.* 3. t) abb. 2, *corr.* u) cercens 3. v) reverencia loci 3. w) illo 1*b*, *corr. m. al.* x) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3.

Cap. 30. a) Magna — in v. cognovi *om.* 3; Magna — cust. in actu *om.* 4. b) inimico 4. c) ac 1*a*, *corr. m. al.* d) meriret *corr. m. al.* mereretur 1*b*; moreretur 4. e) unō 2. f) quantu 1*a*; quantū *corr. m. al.* quanto 1*b*. g) *om.* 4. h) visitatio::, *ras.* ne 2. i) eulogiorum 4. k) Arvernis 1*a* *(corr. m. al.)*. 4. l) ab opspiciolo 3. m) Ucanici 4. n) qui 1*b*, *corr. m. al.* o) i. m. s. *om.*, *sed lacuna signo indicatur* 4. p) necessit: 1*a*, *corr.* q) heveheret 3. r) *om.* 3. s) more 3. t) Accepto — pane 3. u) a *m. al. suppl.* 1*b*. v) ambem 1*a*, *corr. m. al.*

1) *V. supra c.* 4. 2) *H. Fr. I,* 30, *ubi etiam S. Stremonius Decio Grato coss. (i. e. a.* 250*) in Gallias missus esse dicitur. Eiusdem Vita a Labbe, Nova bibl. Mss. II, p.* 482, *edita, quam a S. Preiecto s. VII. scriptam esse, Arbellot, 'Documents inédits' p.* 48. *contendit, saec. demum XII. condita est (cf. Chevalier p.* 497 *sqq.), eaque fabulis scatet, ut Ruinart recte monuit. Qui scholae legendariae addicti sunt, sanctum temporibus apostolicis putant vixisse, id quod in Vita legitur. Colitur die* 1. *Novembris.* 3) *Issoire (Puy-de-Dôme); cf. Longnon p.* 500. *Abbatia S. Stremonio dicata ad a.* 1790. *stetit.* 4) *Cautinus, qui a.* 571. *obiit, a.* 551. *S. Gallo episcopo successit.* 5) *Cf. Ioann.* 11, 50. 6) *Iac.* 5, 15.

adhuc antelucanum venisset, inposito plaustro cum bubus in ponte, quod[a] super naves[b] locatum[c] erat, alio transmeare coepit in litore; verum, ubi in medio amnis devenit, audivit vocem dicentem: 'Merge, merge, ne moreris'. Cui respondit[d] vox alia[e], ait: 'Sine tua[f] enim admonitione quae proclamas fecissem, si res sacra meis[g] conatibus non obstaret. Nam scias, eum euglogiis sacerdotis esse munitum; ideo ei nocere non possum'. At ille voces audiens et personam nullius cernens ac[h] de se verba iactari cognoscens, consignans se cruce dominica, gratias Deo egit, quod ei pars adversa[i] praevalere non potuit. Tunc in litus ulteriore[k] progrediens, cum optato onere[l] domi[m] regressus est salvus.

31. Duos[a] fuisse[1] apud Arvernum[b], virum[2] scilicet et puellam, refert antiquitas[c], qui coniuncti coniugio, non coitu, et in uno stratu[d] quiescentes, non sunt ab[e] alterutrum polluti in voluptate carnali. Post multos vero annos, cum eis esset[f] latenter vita castissima, ex consensu pari vir tonsoratur[g] ad clericatum, puella vero religiosum induit vestimentum. Factum[3] est autem, ut, impletis diebus, puella migraret[h] a saeculo. Denique vir eius, praeparatam[i] sepulturam, exhibuit corpusculum ad sepeliendum. Cumque eam[k] sepulchro reconderet, arcanum, quod inter eos convenerat, elevatis[l] manibus[m] ad caelum, pandit[n], dicens: 'Gratias tibi, rerum omnium[o] artifex, ago, quod, sicut mihi eam conmendare dignatus es, ita tibi reddidi ab omni voluptatis contagio inpollutam'. At illa subridens, ait: 'Sile, sile, vir Dei, quia non est necesse[p], fatearis nostrum, nemine interrogante, secretum'. Post haec obtectam[q] operturio, recessit. Non post multum vero tempus[r] et ipse migravit a saeculo, sepultusque est[s] in locum suum. Erant[t] autem in una quidem[u] basilica[4], sed e[v] diversis parietibus utrumque sepulchrum habebatur[w], et unum[x] quidem ad meridiem, alterum[y] ad aquilonem[z]. Mane autem facto, inventa sunt pariter esse[a] sepulchra, quae usque hodie sic perdurant. Idcirco nunc incolae duos amantes vocitant et summo[b] venerantur[c] honore.

32. Fuit etiam in supradicta Arverna[a] urbe admirabilis sanctitatis Amabilis[5]

Capp. 30—32. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 30. a) qui (3. 4). b) navem (1*a*. 2). c) locatus 4. d) respđ 1*a*; respondens 2 *(sed* ns *m. s. XII. in litura scr.)*. 3. 4. e) et *add.* 1*b*. f) e. t. 1*b*; tuam 2, *corr.*; e. *om.* 3. g) eis 1*b*, *corr. m. al.* h) haec 4. i) dominaca 2, *corr.* k) ulteriorem 3; ulterius 4. l) onore 2, *corr.* m) domum 4.

Cap. 31. a) Duo 1*b*, *corr.* b) Arvernam 3. c) antiquitus 1*a*, *corr.* d) stratus uo q. 1*b*. e) ad 3; alterutro (4). f) essent 2, *corr. m. al.* g) tonsoratus 1*a*. (3). h) migravit 3. i) praeparata sepultura 4. k) ea sepulcrum 3. l) elematis 1*a*, *corr.* m) ad c. m. 3. n) pondit 1*a*, *corr. m. al.* o) a. o. 3. p) ut *add.* 2. q) opertam 3; obtecta 4. r) temporis 3. s) *m. al. superscr.* 1*a*. t) Erat 1*a*. 2 *(corr. m. al.)*. u) *om.* 3. v) in 4. w) h. *post* alterum *habet* 4. x) unus 1*b* *(corr.)*. 2. y) alter vero ad 2. z) a *suppl.* 1*b*. a) *om.* 3. b) summū 2, *corr. m. al.* c) verantur 2, *corr.*

Cap. 32. a) u. A. 3.

1) *Quos tempore Nepotiani episc. Arverni, i. e. saec. IV. ex., vixisse, Greg. H. Fr. I,* 47. *scripsit, ubi tota duorum amantium historiola repetita est:* Meminimus de his in libro Miraculorum. *Coluntur die* 25. *Maii.* 2) *Iniuriosus in H. Fr. l. l. vocatur. Erat ex senatoribus Arvernis.* 3) *Quae sequuntur fere ad verbum in H. Fr. l. l. exscripta sunt.* 4) *In libro vetusto de ecclesiis Arvernensibus (saec. X) corpora Iniuriosi et Scholasticae in ecclesia S. Illidii deposita esse dicuntur (cf. Longnon p.* 486, *n.* 7*), dum Gregorius nomen ecclesiae neque hic neque in H. Fr. memoriae tradit.* 5) *Legitur in libro de ecclesiis Clarom. a Savarone edito c.* 12*:* In ecclesia sancti Hylarii altare sancti Hylarii, ubi sanctus Amabilis in corpore requiescit. *Visitur eius sepulcrum in ecclesia S. Mariae Magdalenae de Croso in suburbio Claromontensi, quae, uti coniicere licet, eadem est quae olim S. Hilarii dicebatur, hodieque ecclesiae S. Amabilis Ricomagensis subiecta. Inde tamen a multis saeculis huius sancti viri corpus Ricomagum (Riom)*

quidam vici[a] Ricomagensis presbiter, qui virtutibus[b] magnis praecellens, saepe serpentibus dicitur imperasse. Nam ad huius tumulum[c] cum dux Victurius[d, 1] dispexisset orare, adfixo e regione equo, nequaquam poterat admovere[2]. Quem cum flagris stimulisque[e] urgueret, et ille quasi aeneus[f] staret immobilis, tandem aliquando dux a suis commonitus[g], qui, ut ita[h] dicam, ipsi pecudi[i] similis erat factus, ad orationem discendit. Cumque fideliter orasset[k], quo voluit ivit[l]. Ad huius[m] sepulchrum inerguminum vidi mundatum, periurantem diriguisse ut ferrum[n], crimen confessum, ilico absolutum.

33. Fertur etiam fuisse in ea urbe puella[a] quaedam religiosa atque devota Deo, quae in rure[b] conmanens, quo ab urbica populatione[c, 3] submota, liberius dignas Deo laudum hostias exhiberet; cotidie autem ieiuniis et orationibus insistebat[d]. Factum est igitur, ut migrans ab hoc mundo ad basilicam oppidi causa sepeliendi portaretur[e]. Verum ubi, levato feretro, corpus per viam ferri coepissent, adveniens grex[f] magnus columbarum super eam volare[g] coepit atque illuc volitando[h] sequi, quo haec a proximis ferebatur. Quam[i] in basilicam delatam, grex totus super tectum aedis ipsius[k] visus[l] consedisse[m]. Illaque sepulta, ad caelos evolavere[n] columbae. Unde non inmerito Georgia[o, 4] nuncu-
cf. Matth. 13, 8. pata, quae sic exercuit mentem cultura[5] spiritali, ut, adepto virginitatis sexagisimi[p, 6] fructus ut[q] proventu, egrediens e[r] saeculo caelestibus honoraretur exsequiis[s].

34. In basilica autem sancti Venerandi[7], quae sancti[a] Illidii est[b] proxima, trans-

Capp. 32—34. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 32. a) vig 4; Rigomagensis 3. 4. b) *litura sequitur* 3. c) *bis scr., sed corr.* 3. d) Victorius (2. 3. 4). e) que *om.* 3. f) aenus 1*b*, *corr. m. al.* g) cōmunitus 2. h) itā 3. i) pecudis 1*a*; pecude 2. k) adorasset 3. l) ibit 1*a*, *corr. m. al.* m) cuius 3. n) ferreum 4.
Cap. 33. a) puellā 1*a*. b) ruere 3. c) populositate 4. d) insistebant 2, *corr.* e) ferretur 4. f) rex 3. g) volitare 4. h) volando 4. i) Qua — delata 4. k) ipsus 4. l) est v. 4, *corr.* m) condissae 2, *corr. m. al.* n) evelare *corr.* evolare 1*b*. o) *m. al. add.* est 1*a. b*; n. est (3). p) ł centesimi *m. al. superscr.* 2. q) in 4; proventum 3. r) a 4. s) obsequiis 4.
Cap. 34. a) *om.* 2. 4; Illidi 2, *corr.*; Ilidii 3. b) e proximo 4.

translatum est, ubi ecclesiam abbatiali titulo insignem suo nomini dicatam habet. In theca ipsa, ubi sacrae eius exuviae servantur, inventa est aliquot ab hinc annis vetus haec inscriptio, marmoreae tabulae insculpta: HIC. IACET. CORPUS. S. AMABILIS. CONFESS. QUI. OBIIT. REGNANTE. . . . *(quam Le Blant omisit). Ricomagi, uti praecipuus oppidi patronus colitur die* 19. *Octobris, quo eius festum in variis martyrologiis memoratur, qua item die Surius eiusdem vitam exhibet, sed quae compluribus mendis respersa est. R. Ecclesia S. Madeleine de Cros circa a.* 1750. *destructa est; v. Longnon p.* 483. *Cf. AA. SS. Iun. II, p.* 465. 1) *Victorius circa a.* 474—485. *Arvernis praeerat; cf. Gl. Mart. c.* 44, *n.* 2) *Cf. quae de Gunthario abbate Greg. supra c.* 8. *scripsit.* 3) populatio *pro* populo *accipitur ut a Sedul. Carm. IV,* 275. 4) *S. Georgiae titulus saec. XVIII. in ecclesia S. Cassii etiam exstabat (ed. Le Blant nr.* 560*):*

Hoc iacet in tumulo sacrata Georgia Christi
Et divota bonis mente, fide, merito;
Ob quam magna patrem premeret cum turba procorum,
Illa Deum legit feliciore toro.

Cf. librum de eccl. Clar. ed. Savaro c. 9. *S. Georgiae corpus a.* 1653. *in ecclesiam S. Illidii translatum esse, Ruinart retulit. Colitur die* 15. *Februarii.* 5) *Graece* γεωργία. 6) *V. Mir. S. Mart. II,* 60. 7) *Basilica S. Venerandi* 20 *circiter passibus ab Illidiana et paullo amplius ab ecclesia S. Cassii dissita, etiamnunc superest in hortis monasterii Illidiani. R. Cf. librum de eccl. Clar. II,* 10*:* In ecclesia sancti Venerandi altare sancti Iuliani, — — altare sanctae Mariae, ubi sanctus Venerandus et sanctus Linguinus et sanctus Nepotianus et sanctus Avitus et sancta Clara et alii sex milia ducentorum in corpore quiescunt, quorum nomina Deus scit. *Basilica S. Venerandi a.* 1792. *publicata et vendita est; cf. Longnon p.* 489. *De sepulchris, quorum Gregorius c.* 34. 35. *mentionem fecit, v. Bordier II, p.* 448.

voluta cellula a parte occidentis fuit. In qua multa ex marmore Phario[a] sepulchra sculpta sunt, in quibus nonnulli virorum sanctorum ac mulierum religiosarum quiescunt[b]. Unde non ambigitur, eos esse christianos, quia ipsae historiae sepulchrorum[c] de virtutibus[d] Domini et apostolorum eius expositae sunt[1]. Eo quoque tempore, quo Georgius Vellavorum[e][2] civis[f] Arvernae urbis comitatum potiebatur, pars transvolutionis illius, quae per longinquae incuriae neglegentiam[g] pluviis erat infusa, super unum eorundem sarcofagum[h] ruit, operturiumque[i] eius inpulsum[k] in frustra[l] comminuit. In quo apparuit puella iacens, ita membris omnibus solidata[m], quasi nuper ab hoc saeculo fuisset adsumpta. Nam facies[n] manusque eius cum reliquis artubus integrae erant cum ingenti[o] caesaries[p] longitudine; sed credo, eam aromatibus fuisse conditam. Vestimentum autem[q], quod artus tegebat exanimes, agnarum[r][3] erat[s] inlaesumque, nulla[t] putredine resolutum ac nigredine quacumque fuscatum. Quid plura? Ita apparebat integra, ut dormiens potius quam mortua putaretur. Autumabant autem quidam nostrorum ob candorem vestimenti holosirici, in albis eam transisse. Aiebant etiam[u], anulos[v] murinulasque[w][4] aureas circa eam repertas et clam, ne episcopus sentiret, ablatas. Nulla tamen aetas[x] temporis nostri, cuius meriti generisque[y] aut nominis fuerit, aut opinione aut lectione[z] cognovit. Dum autem[a] hoc corpusculum per anni unius spatium detectum iaceret, nec esset qui respectum[b] humanitatis huic[c] adhiberet sepulchro tegumen[d], contigit[e], ut uxor[f] antedicti comitis viri[g] post obitum graviter aegrotaret, ac diuturna valitudine obtenta, oculorum lumine multaretur. Quae laxata a febre, vocat medicos, diversa adhibet studia, largitur et praemia; sed nullis[h] potuit modis[i] ab eisdem elicere medellam, donec tandem aliquando pietas Domini commota[k] respiceret[l]. Apparuit enim[m] ei persona quaedam per[n] visum noctis, dicens: 'Si vis visioni praestinae restaurari, perge quantotius[o] et requere lapidem mundum ac[p] sarcofagum puellae quiescentis, quod in basilica sancti Venerandi detectum habetur, citius tege. Mox[q], detectis visibus oculorum tuorum, clare cuncta prospicies[r]'. Quo facto, ut vas illud clausit operturio, protinus, apertis oculis, lumen recepit ex integro. Unde non ambigitur, esse eam nobilis meriti, quae[s] talia praestare potuit aegrotanti.

35. Sunt enim in hoc loco multa sepulchra, quae, ut diximus, fidelium esse probantur. Habetur enim ibi[a] tumulum[b] huic a laeva contiguum, longitudine, latitudine, altitudine omnique positione consimile[c]. In huius fronte superiore habetur scriptum: SANCTAE. MEMORIAE[d]. GALLAE[5]. Est et illud nihilominus sepulchrum[6] sculpti[e]

Capp. 34. 35. 1*a.* 1*b.* 2. 3. 4.

Cap. 34. a) Pario (1*b.* 4); ::ario 3. b) requ^i^escunt 1*b.* c) sepulchrum 1*b*, *corr.* d) vir|tibus 4. e) Vallavorum 1*a*; Vella:vorum 2. f) cuius 1*b*, *corr.* g) negligenciae 3. h) sarcofagorum 4. i) operterium. Quod eius 4. k) inpulsu 4. l) *sic* 1*a.* 2. 3. m) solita *corr.* soluta 3; solida tamquam si n. 4. n) fatiens, *expunct.* n 1*b*; eius *add.* 3. o) ingentis 4. p) caesarie 3; caesariei 4. q) eius quo *pro* a. q. 3. r) sanum 4. s) erant 1*b*, *corr.* t) n. — quacumque *om.* 4, *ubi lacuna signo indicatur.* u) enim 2. v) anulo 1*b*, *corr. m. al.* w) munerulas *corr.* murenulas, *om.* que 2. x) aetate 4. y) que *suppl.* 2. z) leccioni 3. a) *in marg. suppl.* 4. b) respectu (3. 4). c) hic 3. d) tug. 4, *corr.* e) contingit 1*b*, *corr.* f) a. c. u. 3. g) p. o. v. 2. h) nullus 3. i) ab e. m. 3. k) cōmotas 1*b*, *corr.* l) eam *add.* 4. m) ei enim 4; ei *om.* 2. n) in visu 4. o) quam totius 2. p) a sarcofago 1*a.* q) que *add.* 4. r) perspicies 3. s) qui 1*a.*

Cap. 35. a) *om.* 3. b) tumulus — contiguus 4. c) consimilis 4. d) momorię 4. e) sclupti 3; sepulti 4.

1) *Picturae saec. XVII. ex. etiam exstabant; cf. Longnon p.* 489. 2) *Velay. Quo tempore Georgius Arvernus comes factus sit, nescimus. Ruinart v. c. id circa a.* 569. *contigisse coniecit, sed ipsius calculi rationem perspicere nequimus.* 3) *i. e. niveum.* 4) *Colli ornamentum ad muraenae figuram; cf. Hier. Ep.* 24, 3. 5) *E Gregorio titulum Le Blant nr.* 558. *edidit. Galla die* 31. *Maii colitur.* 6) *Nulla iam exstant inter has basilicas sepulcra. R.*

meritis gloriosum, inter[a] egressum basilicae sancti Illidii[b] et ingressum templi beati Venerandi in edito[c] positum, in quo ferunt Alexandrum quendam[d] religiosum fuisse sepultum. De quo frequens infirmorum necessitas, eraso[e] pulvere, hausta delutione, extimplo consequitur sospitatem. Unde tam frequens exegitur medicamentum, ut pro assiduis beneficiorum commodis transforatum ab aspicientibus cernatur[f]. E regione autem huius[g] sepulchri, si ingrediaris per ostium in basilica[h] sancti Venerandi, dextra de parte sepulchrum parvulum[i] contemplabis[k] super terram situm, rusticiori formatum lapide, sed ignotum est omnibus[l], qui quiescat in eo. Nam haberi in eo divinum aliquid, res ipsa, quae[m] dicturus sum, pandit. Mendicus quidam, ut ipsi oculis nostris inspeximus, super eum[n] erat solitus[o] consedere; sed credo eum, ut fragilitas humana praebet, in aliquod[p] indignum facinus obvolutum, quia virtute quiescentis cum sonitu magno excussus, longe proiectus est, sepulchrumque medium crepuit, quod usque nunc[q] ita cernitur. Indignum sibi utpute[r] hominem humatus[s] exaestimans, qui super his artubus[t] deberet facere sessionem. In hac enim basilica et beatus martyr Liminius[u. 1] est sepultus, cuius agonis historia[v] cum ab incolis teneatur, nullus tamen ei cultus venerationis inpenditur. Sunt enim ibi[w], ut diximus, inlustrium meritorum viri[x], quorum nomina ignota[y] incolis, scripta tamen, ut credimus, retenentur in caelis[2].

36. Est ibi et sepulchrum ipsius[a] sancti Venerandi[3] episcopi, a quo haec aedes nomen accepit, sub analogio[4] conpositum[b], super quod caput per fenestellam quique

Capp. 35. 36. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 35. a) inte| regressum 1*a*, *corr. m. al.*; ante [e]gressum 1*b*. b) Hilidii 3. c) edit:o, *sas.* i 1*a*. d) quedam 3. e) erasi pulveris 4. f) cernitur 3. g) *om.* 3. h) basilicha 1*b*; basilicam 4. i) (parvu)lum *in marg. suppl.* 4. k) contemplaberis 4. l) hominibus quis requiescat 4. m) quam 4. n) illud 4. o) c. s. 2. p) aliquid 1*b*, *corr.* q) *in marg. suppl.* 4. r) ut putem 3; ut puto 4. s) humatūs 1*b*; humatum 3. t) actibus 4. u) Liminus 3. v) historiā 1*a*, *corr.* w) ubi? 1*a*, *corr. m. al.* x) *superscr.* 1*b*. y) ignoravi, *ras.* vi 2.

Cap. 36. a) s. V. i. 3. b) conposito 2, *corr.*

1) *Cf. H. Fr. I,* 33*:* Iuxta hanc urbem Liminius Antolianusque martyres requiescunt. *Liminius die* 29. *Martii colitur. S. Linguinus in libello de eccl. Clar. I,* 10. *commemoratur, qui num idem sit ac Liminius, dubium est; cf. AA. SS.* 29. *Mart. III, p.* 769. 2) *In capella quadam ecclesiae S. Illidii Ruinartii tempore haec inscriptio exstabat (Le Blant nr.* 563*):* HIC. REQUIESCUNT. CORPORA. SANCTORUM. QUORUM. NOMINA. DEUS. SCIT. 3) *S. Venerandum Greg. H. Fr. II,* 13. *hoc modo ex Paulino laudavit:* Apud Arvernus vero post transitum sancti Artemi V e n e r a n d u s ex senatoribus episcopus ordenatur. Qualis autem fuerat hic pontifex, testatur Paulinus, dicens: 'Si enim hodie videas dignos Domino sacerdotes vel Exsuperium Tholosae vel Simplicium Viennae vel Amando Burdigale vel Diogenianum Albigae vel Dinamium Ecolisnae vel V e n e r a n d u m Arvernus vel Alithium Cadurcis vel n u n c Pegasium P e t r o c o r i s'. *Quam Paulini epistolam a.* 409. *scriptam esse ratus, Nolano Lebrun (Prol. c.* 49*) tribuit, dum Ruinart rem in dubio relinquit. Sed rem accuratius perspicientem scriptor latere nequit: Est Paulinus Petricordiensis, quem Gregorius, Mir. S. Mart. I,* 2, *eundem ac Nolanum habuit. Id verba* vel nunc Pegasium Petrocoris *luce clarius indicant. Artemius autem, cui Venerandus successit, a.* 385. *legatus in Hispanias destinatus, sed in Arverna urbe aegrotans, post Nepotiani mortem episcopus institutus est. Cum Exsuperius, Simplicius, Amandus, qui ante Venerandum laudantur, Alithius quoque post ipsum appellatus Hieronymi Paulinique Nolani aequales fuerint, S. Venerandum circa a.* 430. *obiisse conicere licet. Transiit Gregorio teste 'in ipsa Domini natalis vigilia' (Dec.* 24*); sed apud Arvernos die* 18. *Ianuarii colitur. A.* 1311. *ab Arberto episcopo eiusdem reliquiae in ecclesiam S. Illidii translatae sunt, cuius rei memoria die* 22. *Dec. colitur. De quo v. AA. SS.* 18. *Ian. II, p.* 194. 4) *Aedificiolum supra sanctorum corpora constructum. Cangius.*

vult inmittit[a], precans[b] quae necessitas cogit, obtenitque[c] mox effectum, si iuste[d] petierit. Ibi et sanctus Neputianus[e] episcopus[1] requiescit[f], qui fuit in saeculo summae[g] vir sanctitatis, obtenens nunc cum Domini potentia, quae ei fuerint[h] inplorata. Saepe enim super haec sepulchra frigoriticorum oratio fusa desideratam[i] retenit[k] medicinam.

37. Magna enim fuerunt[a] mundi luminaria, quae ut sol radiis, ita mundum virtutibus inlustrabant[b]. Aiunt ergo[c], in quodam monasterio[d] fuisse monachum, qui cum apud alios iuxta regulas monasteriorum[e] orationi et lectioni insisteret, secretius tamen atque peculiarius[f] omnipotenti Deo sacrificia reddebat orationum. Nam post impletum in oratorio cursum elabebatur[g] clam a[h] praesentia fratrum, et abiens inter condensas rubos buxosque et ilices, ubi iam spes erat, quod a nullo nisi a solo inspiceretur Deo, prosternebat se in orationem. Verum postquam decumbens Dominum diutissime deprecatus fuisset[i], elevans[k] se ab humo, erectis ad caelum palmis atque luminibus, psalmorum tacite seriem recitabat; et in tanta conpunctione caelo erat intentus[l], ut rivi lacrimarum ab eius[m] oculis vehementer effluerent. Quod cum unus fratrum cautius prosequens praevidisset[n], abbati non siluit. Ille vero tentus[o], quando ad[p] haec agenda properaret, prosecutus est a longe, et prostratus solo, spectabat[q], quid fidelis discipulus exerceret. At vero adtentus[r] a longe, vidit miraculum magnum. Nam ab utraque parte oris eius flamma processerat, et in longo paulatim deducta, quasi funiculus[s] super eum[t] ascendit[2], coniunctaque simul pharum[u] magnum[v] effecit, quae[w] usque ad caelos videbatur scandere. Et quamquam comam in sublimi[x] producta excreveret[y], non tamen erat noxia capiti[z]. Stupens visu abba, conpressit[a] se paululum. Ille vero, conpleta oratione, ad monasterium rediit. Abba autem[b] per viam aliam est secutus, multis[c] postmodum obprobriis monachum arguens ad vanam[d] gloriam cohercendam, non tamen indicans quae vidisset.

38. Mysticum, ut opinor, hic ignis contenit[a] sacramentum, et tenebrae sensus mei eum[b] intellegere non[c] queunt, qualiter apparens[d] lumen tantum[e] praebet[f] nec quemquam[g] aduret[h]; unum[i] tantum scio, quod iustis aut super iustos apparent ista. Nam Moysi in rubo[3] reliquisque patribus apparebat in holocaustum. Beati quoque Martini prorumpens a capitis[k] vertice[l], caelorum ardua penetravit[4]. Nam et Brachionem[m] abbatem[n] saepius audivi referentem, sicut in libro vitae eius scripsimus[5], dum

Capp. 36—38. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 36. a) inmitti 3. b) deprecans 4. c) obtinebit 3. d) iusta 4. e) Nepotianus 2. 4; Nepocianus 3. f) requiescet 1*a*. g) v. s. 2. h) fuerit 1*b*, *corr. m. al.* i) detideratam 2; desiderata 3. k) obtinet 4.

Cap. 37. a) fuerant 4. b) inlustrabat 3. c) enim 3. d) monasterium 3. e) monasterium *corr.* monasterii 1*b*. f) pecularius 4, *corr. m. al.* g) elevabatur 4 *et m. al.* 1*a*. h) *m. al. superscr.* 1*a*. i) dep̄cabatur 2, *corr. m. s. XII.* k) elevatus ab 4. l) in tantus 2, *corr.* m) o. e. 3. n) pvid. 1*b*, *corr.* o) *corr. m. al.* intentus 1*b*; attentus 2. 4. p) haec ad 4. q) expectabat 4. r) intuens 4. s) fumiculus 1*b*, *corr.* t) caput eius *pro* e. 4. u) *om.* 4. v) magnam 4. w) qui 3. x) sublime 4; provecta 3. y) excresceret 2; moveret 4. z) et *add., sed eras.* 1*b*. a) compsit 4. b) aut 4, *corr.* c) tamen *add.* 3. d) venam 1*a*, *corr.*

Cap. 38. a) et *add., sed eras.* 1*b*. b) ēr 1*b*, *corr.* c) nequeunt 4. d) apparent 1*a*. *b*. 2. 3. e) tamen 3. f) praebeat 4. g) quam *corr.* quiquam 3. h) aduerit, *ras.* e 1*b*; adurat 4. i) unum — holocaustum *om.* 3; holocausto 4. k) capite 3. 4 *(m. rec. corr.)*. l) verticem 1*b*, *corr.* m) Pirichonem 4. n) abba 4, *corr. m. al.*

1) *Nepotianus Arvernorum episcopus post a.* 383. *et ante a.* 385, *quo Priscillianus interfectus synodusque Treverensis habita est, S. Illidio successisse videtur; cf. H. Fr. I,* 46. *Colitur die* 22. *Octobris. De corpore S. Nepotiani cf. supra p.* 768, *n.* 7. 2) *Supra c.* 20. 3) *Cf. Exod.* 3, 2. 4) *Cf. Severi Dial. II,* 2. 5) *V. Patr. XII,* 3.

in antedicti pontificis basilicam[a] nocturnas excubias[b] celebraret, et reliquiae sanctorum a peregrinis delatae super altare haberentur, subito globus ignis ab eisdem[c] emergens, usque ad camaram templi visus est conscendisse. Sed[d] non multis, ut ipse agebat, ostensus est. Sic et in dedicatione oratorii nostri apparuit, sicut[e] supra memoravimus[1].

39.[a] Sed nec illud est[b] absurdum credere, quod saepius per visiones expertas Dominus revelare dignatur, qualiter aut[c] honorentur[d] sancti, aut infirmi medicamina consequantur. Nam recolo gestum in[e] infantia[f], cum pater meus[2] ab infirmitate humoris podagrici[g] laboraret, et ardore febrium ac doloribus multis adtenuatus[h], lectulo decubaret, vidisse me in visu noctis personam dicentem mihi: 'Legisti', ait, 'librum Hiesu[i] Navae?' Cui ego: 'Nihil[k] aliud litterarum praeter notas[3] agnovi, in quorum nunc studio constrictus adfligor. Nam hic liber prorsus si sit ignoro'. Et ait: 'Vade', inquid, 'facitoque[l] hastulam parvulam ex ligno, quod[m] hoc nomen recipere[n] possit, scriptumque ex atramento sub paterni capitis fulchrum[o] colloca. Erit enim ei praesidium, si quod loquor impleveris'. Mane autem facto, matri quae videram indicavi; iubet impleri visionis praecepta. Quod cum fecissem, statim genitor ab infirmitate convaluit. Decurso quoque alterius anni curriculo, iterum ab hoc incommodo capitur. Accenditur febris, intumescunt pedes, dolore[p] pessimo nervos intorquet. Haec[q] perferente[r], dum cum magno gemitu in stratu[s] decumberet, vidi iterum personam in visione interrogantem mihi[t], si librum Tobiae cognitum nunc haberem. Respondi, quod non legerem[u]. Qui ait: 'Noveris, hunc fuisse caecum, cuius filius, angelo comite dum iter ageret, in flumine piscem coepit, cuius indice angelo cor iecorque sublatum, patris subfumicat[v. 4] oculos[w], qui statim, fugatis tenebris, lumen[x] recepit. Vade igitur tu et fac similiter, et accipiet refrigerium dolorum genitor tuus'. Haec[y] matri referens, confestim pueros ad amnem dirigit; piscis capitur, sublatisque de extis quae iussa fuerant, et prunis inposita[z]. Ad ubi primum fumus[a] odoris patrem attigit, protinus tumor dolorque discessit.

40. Germanus[5] autem gloriosus confessor in urbe Roma[a. 6] obiit. Exinde[b] vero

Cap. 38. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *Cap.* 39. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *Cap.* 40. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 38. a) basilica (3. 4). b) reliquias 3. c) eis 4. d) et *add.* 2. e) s. in s. commemoravimus 3.

Cap. 39. a) *caput deest* 3. b) a. est 4. c) ut 2, *corr. m. s. XII.* d) honorarentur 1*a*. e) *m. s. XII. superscr.* 2. f) infantia; :|cum 1*a*; mea *add.* 4. g) ci *m. al. suppl.* 1*a*. h) attenuatur 4. i) *superscr.* 2; ihū 4. k) inquid *in marg. inf. add.* 1*b*. l) facque cito ast. 4. m) quae 4. n) retinere 4. o) fulchro 4. p) dolorque pessimus 4. q) Haec — decumberet *in marg. inf. suppl.* 1*b*. r) perferens 4. s) stratū 2. t) me (2. 4). u) legerim (2). v) sub|micat 1*a*, *corr. m. al.* w) oculis 4. x) lum:: 1*b*. y) Hoc 4. z) inposuit 2. a) patrem *add., sed eras.* 2.

Cap. 40. a) *corr. m. al.* Ravenna 1*b*. 2; *sic Hericus.* b) Et inde 1*a*. *b*. 2. 3.

1) *Supra c.* 20. 2) *Florentius; cf. V. Patr. XIV*, 3. 3) *Cf. Ennod. V. Epiph. ed. Hartel p.* 333*:* Notarum in scribendo conpendia et figuras varias verborum multitudinem conprehendentes brevi adsecutus, in exceptorum numero dedicatus enituit. 4) διέτριψε (*linivit Vulg.*) τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ *Tob.* 11, 11. 5) *Cap.* 40. *Hericus, Mir. S. Germani* §. 41. 42 *(Duru, 'Bibl. de l'Yonne' II, p.* 134*) exscripsit, his verbis praemissis:* Denique et Gregorius Turonorum antistes, miraculorum curiosus indagator ac studiosissimus editor, nonnulla ad huius et per huius beatissimi patris memoriam patrata commemorat, quae suis quam nostris verbis intimanda maluimus, ne rei absque pretio operae permutatae quiddam fidei detrahamus. 6) *Obiit Ravennae prid. Kal. Aug., tricesimo episcopatus anno; cf. V. S. Germani, quae Constantio tribuitur, II, c.* 2*:* Sedit autem isdem domnus et apostolicus vir sanctissimus Germanus in episcopali cathedra annos 30, dies 25. Obiit vero plenus Spiritu sancto apud Ravennam Italiae civitatem pridie Kalendas Augusti, Valentiniano adhuc iuvene imperante cum Placidia matre. *De fide huius libelli dubitaverunt; cf. Schoell, De Britonum hist. fontibus p.* 24 *sqq.; Kohler, 'Étude critique sur la vie de S. Geneviève' p. LIX sqq.*

levatus, post dies sexaginta[1] ad civitatem[a] Audisiodoro[b] delatus, sepulturae mandatus[c] est[2]. Tempore autem Theudechildae[d. 3] reginae Numminus[e] quidam tribunus ex Arverno[f] de Francia[g] post reddita reginae tributa revertens, Audisiodorensim[h] urbem adivit causa tantum religionis. Provolutusque ad beati[i] sepulchrum, cum diutissime orasset, extractum[k] de vagina tigrem[4], lapidem qui[l] super venerabilem[m] sepulchrum habebatur, nemine vidente, percussit. De quo excussam[n] particulam modicam, tamquam aeneus diriguit, ita ut nullum membrum possit[o] ullatenus iudicare[p] aut vocem emittere. Videntes autem eum[q] pueri sic iacere, nesciebant, quid ei evenisset. Accedens vero unus eorum, cum eum interpellasset, nullum ab eodem responsum accepit. Tunc ille, ut erat rigidus, in corde suo intellegens se damnatum, vovet[r], dicens: 'Scio, me praesumptiosum extetisse, beatissime confessor, sed[s] devotio exegit[t], ut praesumerem. Et ideo, si me dignaris[u] absolvere et ad propria cum tua gratia redire permiseris, in basilica has reliquias[v] condens, festivitatem tuam devotissime annis singulis celebrare curabo'. Cuius clausum[w] murmur vir sanctus[x] intellegens, cum absolvit et abire permisit incolomem. Qui veniens[y], reliquias illas in eclesiam[z] posuit et sancti festa per singulos annos fideliter celebravit. Quodam autem tempore ad supradictam[a] basilicam, in qua[b] reliquiae conditae sunt, cum Avito* episcopo[5] accessimus[c]. Ubi[d] cum sanctus pontifex ieiunus ingressus fuisset hora quasi decima, omnes[e] qui cum eo eramus[f] odorem liliorum[g], rosarum naribus hausimus, quod nobis beati pontificis praestitum merito[h] non ambigimus[i]. Erat enim mensis[k] nonus. Actum in[l] vico Musciacas[m. 6].

*) cum Avito, avunculo meo[7], Arvernorum antistite accessimus *Hericus*.

41. Apud castrum enim[a] Divionensim[b] Helarius[c. 8] quidam ex senatoribus habi-

Capp. 40. 41. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 40. a) suam *add.* 4. b) Audisiodero 2; Autisiodoro 3; Autisiodorum 4. c) mundatus 1*a*, *corr. m. al.* d) Theudichilde 1*b*; Teudilgildae 3. e) Nonninus 4. f) Arverne 3. g) Frantia 1*b*. h) Ausi|diorensim 1*a*; Audisioderensim 2; Autisiodorensim 3; Autisiodorensem 4. i) beatum 4. k) extracto 4. l) de 3, *corr.* m) venerabile (4). n) excussa particula modica 4. o) posset (2. 4). p) movere 4, *m. al. superscr.* 1*b*. q) p. sic eum 2. r) vovit (2. 4). s) et 3. t) exigit 1*b*. u) digneris 2. v) *litura sequitur* 3. w) causum 3; numeru *add*, *sed del.* 2. x) sc̄i 4. y) cum *add.* 3. z) ecclesia (3); ęcclesia 4. a) supradicta basilica 3. b) hae *add.* 4. c) accensimus 1*a*, *corr. m. al.* d) ibi 3. e) om̄ps, *ras.* p 1*b*. f) oramus 1*b*, *corr.*; intravimus *Hericus*. g) l. rosarumque (rum *superscr.*) 2; aut *add.* 4. h) meritum 3. i) ambigemus 1*a*. k) e. in mense nono 4. l) in v. *om.* 4. m) Musiacas 2. 4.

Cap. 41. a) *om.* 4. b) Divionensem 2; Divionense 4. c) Hilarius 4.

1) *Pseudo-Constantio teste Kal. Oct. Autissiodori sepultus est, die* 62. *postquam Ravennae obiit; cf. Duru l. l. p.* 89. 2) *In basilica, quae ex ipso nomen traxit; cf. H. Fr. V,* 14 *ex.* 3) *Erat filia Suavegottae reginae, uxoris, ut videtur, Theoderici I; cf. Flod. H. Rem. II,* 1; *Longnon l. l. p.* 124. *Theudechildi partem villae Virisiaci 'usu fructuario per precariam' Mapinius Remensis episc. concessit. Alia est Theudogildis, uxor Chariberti regis, quae, marito defuncto, a Guntchramno in monasterium Arelatense missa est; cf. H. Fr. IV,* 26. 4) *Tigris = ensis, spatha; cf. Ducange VI, p.* 587. 5) *Arverno.* 6) *Forte Moissat (Puy-de-Dôme, arr. Clermont, cant. Vertaizon); cf. Longnon p.* 597. 7) *Id minime constat. Gallus Arvernorum episcopus Gregorii avunculus erat.* 8) *De quo v. Chron. S. Benigni (Analecta Divionensia ed. Bougaud, Divion.* 1875, *p.* 11*):* Ex altera vero parte iuxta sanctum Eustadium sepulcrum fuit sancti Hilarii senatoris coniugisque eius sancte Quiete. Hi fuerunt progenitores supra memorati Ioannis. Et quia prefatus Gregorius Turonorum in libro de inlustribus viris huius Hilarii, quis et qualis fuerit, pleniter meminit, hec tantum dixisse sufficiat. *Constat quidem, S. Iohannem Hilarii et Quietae filium fuisse, de quibus Vitae Iohannis scriptor (AA. SS. ed. Mabillon, Saec. I, p.* 633*) haec habet:* ortus sub territorio Lingonicae urbis — —, qui etiam generosissimis

tavit, habens coniugem, ex qua et filios[a] dicitur suscepisse. Sed omnem domum suam ita in[b] castitate atque omni puritate tam[c] animi[d] quam corporis excolebat, ut nullus ibi adulterium exercere praesumeret, essetque impletum in hac domo, quod dudum[e]
Hebr. 13, 4. sancto repletus[f] Spiritu apostolus praedicavit[g]: *Honorabile*[h] *conubium et thorus*[i] *inmaculatus.* Hic itaque tam inter dominos quam inter famulos castitate pollente, obiit vir ille. Qui qualis quantusque fuerit iuxta saeculi dignitatem, sepulchrum eius hodie[k] patefecit[l], quod marmore Phario[m] sculptum renitet[n]. Quo defuncto et iuxta[o] humanam consuetudinem sepulturae[p] mancipato, mulier, deducto anni circulo[q], aegrotavit obiitque atque abluta est. Et quoniam sepulchrum illud tam inmensum erat, ut ipsam[r] iuxta imperium viri susciperet, amotoque[s] operturio, dum locaretur in tumulo, subito elevata viri dextera coniugis cervicem amplectitur. Quod admirans populus, deposito secessit operturio, cognovitque, quae[t] eis castitas, quae[u] timor in Deum, quae etiam inter ipsos dilectio fuisset in saeculo, qui se ita amplexi sunt in sepulchro.

42. In hac enim basilica et sancta Florida[1] quiescit[a], quae, ut ferunt incolae, veste mutata, religiosa valde fuit. Est haud[b] procul et[c] alia basilica, in qua Paschasia[d. 2] sancta quiescit[e]. Haec fertur apparuisse structoribus basilicae sancti Benigni martyris, qui secus habetur, hortans, ut opus coeptum insisterent, scirentque se martyris adiutorio adiuvari. Quae in basilicam[f] suam regressa, nusquam conparuit.

43. In hoc loco et Tranquillus[3] beatus confessor requiescit[a], super terram sepulchrum habens, de quo magnum beneficium praestatur petentibus. Nam de mussulis[b. 4]

Capp. 41—43. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 41. a) filio 1*b*, *corr.* b) ita castissime 4. c) *postea add.* 3. d) anime 3 *(corr.)*; animę 4. e) d. s. r. S. *om.* 3. f) repletū 1*b*, *corr.* g) dicit 3. h) Honorare 1*a*. *b*. 2. 3. i) thoros inmaculatos 1*a*. *b*. 2; thoriis immaculatus 4. k) *om.* 2. l) patefacit (1*b*. 2). m) Pario (1*b*. 4); Fario 3. n) renidet 1*a*. *b*. o) et s. i. h. c. 4. p) m. s. 2. q) curriculo 4. r) ipsa 3. s) que *om.* (2. 3); amoto itaque 4. t) quia 3. u) qui 2. 4.

Cap. 42. a) quiescet 1*a*. b) et a. b. h. p. 2. c) *om.* 3. d) Pascasia 1*b*. 3; s. P. 2. e) quiescet 1*a*; iacet 2. f) basilica sua 3.

Cap. 43. a) quiescit 4. b) musculis 4.

parentibus est procreatus. Pater eius Hilarius nomine, mater vero Quieta vocitata est; *sed quin Helarius senator idem ac pater S. Iohannis fuerit, Cointius a.* 534. *in dubium vocavit. Iohannes, cuius Gregorius prorsus nullam mentionem fecit, a.* 419. *editus est, cum a.* 539. *centum viginti annos natus obierit; parentes, quorum dies festus* 28. *Nov., translatio* 1. *Iulii celebratur, iam a.* 439. *senectute graves erant; cf. Vitam c.* 2. 1) *Cf. Chron. S. Benigni l. l. p.* 11*:* iuxtaque cum *(scil. S. Benignum)* posita fuit sancta Florida. *Colitur die* 10. *Ianuarii. Cf. AA. SS. Ian. I, p.* 617. 2) *De S. Paschasia v. Gloria Mart. c.* 50, *ubi eadem fusius relata sunt, sed l. l. cautius scripsit:* Autumabant enim eius temporis homines, beatam ibi apparuisse Paschasiam. *De loco sepulturae v. Chron. S. Benigni p.* 15*:* iuxtaque illam criptam *(S. Benigni)* iacuit sancta Paschasia et ipsa martyrio per ignem consummata. *Basilica S. Benigni a Gregorio episcopo Lingonensi constructa, ab Willelmo abbate a.* 1001. *renovata est, ubi inter ceteras 'S. Paschasiae virginis et martyris' reliquias recondidit:* Hec a sancto Benigno edocta et baptizata, post eius martirium sevitia paganorum rapta est ad supplicium. Cumque immobilis in fide Christi persisteret, primo carceris afflicta squalore, postea pro confessione Deitatis sententia fuit multata capitali, ut quedam vitrea antiquitus facta et usque ad nostra perdurans tempora eleganti premonstrabat pictura *(Chron. S. Benigni p.* 143*). Colitur d.* 9. *Ianuarii, translatio die* 1. *Iulii celebratur. Cf. AA. SS. Ian. I, p.* 566. 3) *Cf. Chron. S. Benigni p.* 10*:* Cui *(S. Eustadio)* successit Tranquillus, qui quante sanctitatis fuerit, crebre sanitates infirmis ex eius tumulo prestite testantur, ut refert sanctus Gregorius Turonensis in se ipso expertus. Sepultus vero est ad dexteram partem sepulchri sancti martyris Benigni iuxta sanctam Paschasiam. 4) *Gall. 'de la mousse'.*

supernatis medicamina populi promerentur, unde ego valde experimentum tuli. Denique, cum manus meae minutis[a] effervissent[b] pussulis, et dolores pessimos ob[c] hoc graviter sustenerem, de hac[d] mussula tactis, quiescente humore, protinus retuli sanas.

44. Habet[a] et Burdegalensis urbis[b] patronos venerabiles, qui saepius se virtutibus manifestant[c], sanctum Severinum[1] episcopum[d] suburbano murorum summa[e] excolens fide. Et[f] licet iam dixerimus in prologo libri huius, ut ea tantum scriberemus, quae Deus post obitum sanctorum suorum, eis[g] obtenentibus, est[h] operare dignatus, tamen non puto absurdum duci[i], si de illorum vita memoremus aliqua, de quibus nulla cognovimus esse conscripta. Sanctus[k] igitur Severinus, ut ipsorum Burdegalensium[l] clericorum fidelis[m] relatio profert, de partibus Orientis ad eandem[n] distinatur urbem. Dum autem iter ageret, et eclesiam Burdegalensim[o] Amandus[2] episcopus regeret, apparuit ei Dominus in visu noctis, dicens: 'Surge et egredere in occursum[p] famulo meo Severino et honora eum, sicut honorari Scriptura sancta docet[q] amicum[r] Divinitatis. Melior est enim tibi[s] meritisque sublimior'. Exsurgens autem Amandus episcopus, accepto bacello[t] in manu sua, perrexit[u] in occursum eius, nihil de viro sancto sciens, nisi[v] quae Dominus revelasset[w]. Et ecce sanctus Severinus veniebat quasi in[x] obviam ei. Tunc adpropinquantes sibi ac propriis se nominibus[y] salutantes, ruunt pariter in amplexibus, deosculatique, fusa oratione, eclesiam cum magno psallentio sunt ingressi. Quem deinceps in tantum dilexit ac veneratus est Amandus episcopus, ut eum[z] in loco suo substitueret[a], ac ipse quasi iunior habebatur. Denique post[b] paucos annos obiit[c] beatissimus Severinus. Quo sepulto, Amandus episcopus recepit locum suum[d], quem ei non dubium est per oboedientiam[e] redditum, quam[f] in Dei sanctum exercuit. Ex hoc incolae cognita[g] eius sanctitate[h], patronum sibi adsciscunt, certi, quod, si quandoque urbem[i] aut morbus obrepat[k] aut hostilitas obsedeat aut aliqua quaerella percellat, protinus concurrentes[l] populi ad basilicam sancti[3], indictis ieiuniis, vigilias[m] celebrant, devotissime orationem[n] fundentes, et mox ab inminenti calamitate salvantur. Vitam tamen huius, postquam haec scripsimus, a Fortunato presbitero conscriptam[o] cognovimus[4].

45.[a] Habetur in hoc terreturio et sanctus Romanus[5] presbiter, quem, ut scripta

Capp. 43—45. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 43. a) meae in multis 4. b) efferbuissent 2. c) *om.* 1*b*. d) de hoc musculo tactas 4.

Cap. 44. a) Habetur 3. b) urbs 4. c) manifestat 3. d) in *add.* 4. e) summe 3. f) Et — conscripta *om.* 3. g) *om.* 2. h) operari d. est 4. i) dici 1*b*, *corr.* k) sc:s̄, *ras.* i 1*b*. l) Burdegallensium 1*a*. m) fidelium 2, *corr. inter scr.* n) e *m. al. suppl.* 1*a*. o) Burdegalemsim 2; Burdegalensem 3. p) occurso meo 3. q) docent 3; et *add., sed eras.* 1*b*. r) amicos 4. s) te 4. t) baculo 3. u) porrexit 1*a*, *corr. m. al.* v) nis euę *corr.* nisi quę 1*b*; n. quod 3. w) revelaret 3. x) *om.* (3). y) propriis sermonibus 2, *corr. m. al.* z) eo 3. a) substituerit 4. b) *bis scr.* 2. c) *in marg. suppl.* 4. d) sum 2, *corr. m. al.* e) obediencia traditum 3. f) quem in Deum 3. g) te *add., sed eras.* 1*a*. h) sc̄itatē 2. i) orbem 2, *corr.* k) ob:repat::, *ras.* b? *et* ur 2. l) concurentis 3. m) vigilus celebrant::, *ras.* ur 2. n) oracione 3. o) scripta 3.

Cap. 45. a) *postea add.* 2.

1) *Severinus Burdegalensis alius ac Severinus Coloniensis est, de quo Gregorius Mir. S. Mart. I,* 4. *Cf. quae Bollandiani de utroque scripserunt, AA. SS.* 23. *Oct. X, p.* 51. 2) *Saec. V. in. Delphino Burdegalensi episcopo Amandus successit, ad quem presbyterum Paulinus Nolanus ep.* 2. 9. 12. 36. *dedit. Ipsum Gregorius, H. Fr. II,* 13, *ex epistola Paulini Petricordiensis hoc modo laudavit:* Si enim hodie videas dignos Domino sacerdotes — — Amando Burdigale *etc. Colitur die* 18. *Iunii.* 3) *De basilica S. Severini, quam postea canonici S. Augustini obtinuerunt, in carminibus popularibus summis laudibus celebrata, cf. Longnon p.* 546. 4) *Vita S. Severini a Fortunato conscripta iam periit. Finem huius capitis postea additum esse, patet.* 5) *Romanum*

vitae eius edocent[a], Martinus eum noster sepulturae[b] locavit. Est autem sepulchrum eius contiguum Blaviensi[c. 1] castello super litus amnis Garonnae[d]. In quo saepe naufragio perituros virtutis suae salvat[e] occursu, proclamantibus inter fluctus torrentis[2] undosi: 'Miserere nostri, sanctae Romane[f] confessor Dei'. Sed[g] mox sedata tempestate, obtata[h] litora potiuntur. Nec[i] fas est tamen ullum[k] perire naufragio[l], qui eius basilicam amnis de medio contemplare[m] meruerit[n]. Quod et nos valde in grandi necessitate experti sumus. Nam cum imber creberrimus per multos defluens dies amnem Garonnam[o] extra litora eiecisset, atque, inpellente vento, validis fluctibus exundaret, elevarenturque fluctuum montes[p] validi[q], qui[r] non parvum intuentibus ingererent metum, exoratus[s] beatus confessor obtenuit, sicut credimus, virtutis suae suffragio, ut, conpressis[t] fragoribus, planum[u] praeberetur[v] fluminis alveum. Et sic ingressi navem, ripae alteri sine periculo sumus devecti.

46. Sunt etiam sub eiusdem territurii vico sepulti duo presbiteri, ut res ipsa declarat[a], aegregiae sanctitatis viri[b]. Nam eos post sepulchra vivere, ipsius rei miraculum quae geritur manifestissime docet. In una[c] quidem sunt sepulti basilicam[d], sed e[e] diversis parietibus. Nam unius eorum sepulchrum a parte austri, alterius habetur ad aquilonem. Igitur cum ad implendum officium clerici psallentium coeperint[g] exercere et, choris a se factis, Domino turba canora concinere, mixtitur[h] publico[i] vox utriusque psallentio; et unus quidem chorus unius vocis adiutorio additur[k], alius vero alterius vocis modolamine convalescit. Tantaque[l] est suavitatis[m] huius concentus, ut audientium saepe mulceat[n] adtentos auditos[o]. Probantur[p] et cum his plerumque indulgi[q] beneficia, si fidelis oratio praemittatur. Agitur enim in vico Vodollacensi[r. 3].

47. Haud secus et Reontio[a. 4] villa est, in qua cum[b] esset eclesia catholica, advenientibus[c] Gothis, ad suam[d] sectae inmunditiam eam transtulerunt. Est autem secus eam[e] domus magna. Cumque adveniret vigilia paschae, hic[f] cum hereticorum sacerdotibus parvulos in eclesia nostra tinguebant[g], ut, negato[h] scilicet sacerdoti[i] aditu[k] baptizandi, facilius ad hanc sectam populus implicaretur. Sed ille sagaci intentione, dum hi[l] in eclesia nostra[m] essent, hic, praeparato ministerio, in domo eorum baptizare coepit, illis in eclesia baptizantibus; sed praecurrente divina ultione de infantulis, quos ibi heretici tinxerant, id est bis denos, nullus ad clausum paschae[n] pertingere potuit vivens[o]. Quod videntes heretici et domum suam eclesiam fieri timentes, presbitero

Capp. 45—47. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 45. a) docent 1*a*, *corr. m. al.* b) *corr.* sepultura 2. c) Blavianensi 3. d) Caronnae 2, *corr. m. al.* e) salvato cursu 1*a*. 2. f) Romanę 2. 4. g) Et 4. h) obtato litore 4. i) Nefas, a *ex* e *corr.* 4. k) illum 1*a*, *corr. m. al.* l) naufragium 3. m) contempla(ri *m. al. suppl.*) 2. n) meruit 1*a*, *corr. m. al.* o) Garona 3. p) ventis 3. q) valde 4. r) qua *corr.* quae 2. s) exoratur 2, *corr.* t) conpssis 2, *corr.* u) planus — alveus 4. v) *sic* 1*b*. 2. 3; praeberet (1*a*. 4).

Cap. 46. a) declarat:, *ras.* a 2. b) uri 2, *corr.* c) unā 2. d) *sic* 1*a*. 2. e) et 3. f) est *add.*, *sed del.* 2. g) coeperent 1*a*; coeperunt 1*b*. 3. h) *sic* 1*a*. *b*. 3; miscetur (2. 4). i) *om.* 3. k) *corr. m. al.* augetur 1*a*. l) Tantaeque (3). m) suavitas 4. n) mulceant 3, *corr.* o) *sic* 1*a*. 3. p) Probatur 4; probantur. Et *distinguit* 1*a*. q) indulgeri 4. r) Vodallacensi 4.

Cap. 47. a) Reoncio 3; Recontio, *ras.* c 4. b) q; *add.*, *sed eras.* 2. c) advenientes Gothi 4. d) suae 4. e) et *add.* 4. f) hi 4. g) *corr. m. al.* tinguebat 1*a*. h) negatos 3. i) sacerdoto 2, *corr.* k) aditū 1*b*, *corr.* l) *om.* 1*b*; hic 3. m) nostra — illis in eclesia *om.* 4. n) *sic* 4; *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. o) vivus 3.

a S. Martino sepultum saec. IV. ex. obiisse necesse est. Sigibertus ad a. 385 *(SS. VI, p.* 303*) haec scripsit:* In Gallia sanctus Romanus Blaviensis obiit. *Colitur die* 24. *Novembris.* 1) *Blaye (Gironde). In monasterio S. Romani Rolandus, Oliverus, Turpinus sepulti esse dicuntur; cf. Longnon p.* 547. 2) Torrentes undosissimi *Augustinus, De civ. Dei XXII,* 11. 3) *Bouillac (Gironde, arr. Bordeaux, cant. Carbon-Blanc); cf. Longnon p.* 548. 4) *Rions (Gironde, arr. Bordeaux, cant. Cadillac); cf. Longnon l. l.*

suam eclesiam reddiderunt. De his vero quos ille baptizavit nullus eo tempore est defunctus, nisi quem Dominus post legitimam aetatem vocare dignatus est.

48. Infra terminum autem Beorretanae urbis in vico Sexciacensi[a. 1] sanctus Iustinus[b. 2] presbiter quiescit. Qui cum multis virtutibus polleat, saepius ad sepulchrum eius inergumini declamantes mundantur, |illuminantur[c] caeci, paralitici diriguntur.| Huius[d] merita[e] ac sanctitate propinquus est Similinus[f], qui eiusdem ordinis officium in eclesia habuit. Qui apud Tarvam[g. 3] vicum[h] huius[i] territurii quiescit, similibus florens virtutibus.

49. His urbe et termino sociatus sanctus Severus[4], et[a] ipse presbiter ordinatus, nobili stirpe progenitus. Nam in rure domus Sexciacensis, quod in eius possessione[b] subsistebat[c], eclesiam aedificavit[d]; exinde[e] iterum in alia villa aliud[f] aedificavit templum Dei, utrumque[g] tamen sanctorum reliquiis communivit. Cum autem dies dominicus advenisset, celebratis[h] missis uno in[i] loco, ad alium pergebat. Erat autem inter utrasque eclesias spatium quasi[k] milia viginti. Hoc ei[l] erat opus per singulas dominicas dies. Factum est autem quadam dominica, dum hoc iter tereret[m] et velocius, cornipedem calce verberans, properaret, caput eius ramus[n] mespoli[5] arboris percuteret. At ille iniuriam sentiens, ait: 'Arescere te[o] iubeat Deus, cuius nutu de[p] terra egressa es'. Et confestim aruit arbor usque in ipsis virtutis suae radicibus. Ille vero accedens quo ibat, celebrata[q] solemnia, fuit in eodem loco tribus diebus. Quarta autem die regressus, cum vidisset arborem aridam, ait: 'Vae mihi, qui[r] in amaritudine cordis[s] maledixi huic arbori. Ecce enim, qualiter aruit!' Et descendens, prostravit se ad radices eius et ait ad Dominum: 'Deus omnipotens, cuius nutu omnia[t] gubernantur, cuius[u] imperio non nata creantur, creata vivunt, mortua reformantur, cuius salubre praeceptum[v] tenentes, vivere nos post mortem corporis huius credimus per futuram resurrectionem, tu praecipe, ut revirescat[w] haec arbor et sit sicut antea[x]'. Et statim quasi per aliquam venarum dispositionem[y] humor a terra consurgens, per totos[z] arboris patulae ramos uberi inrigatione diffunditur, laxansque nodos arentes, prorumpentibus foliis, revixisse[a] ab adstantibus est mirata. Magna enim[b] fuit[c] virtus ac elymosina[d], ita ut[e], superius[f]

Capp. 47—49. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 48. a) Sexiacensi 4, *ut infra*. b) Iustissimus 3*a*. c) illuminantur — diriguntur 4 *solus habet*. d) Huic 3. e) meritis ac sanctitati 4. f) *sic* 4; Misilinus 1*a*. *b*. 2. 3: Similino *Index*. g) *sic* 4; Talvam 1*a*. *b*. 2. 3: *veram lectionem iam Longnon p.* 602. *coniectura assecutus est*. h) *om.* 4. i) *om.* 3.

Cap. 49. a) p. et i. 3. b) *sic* 4; s e s s i o n e 1*a*. *b*. 2. 3. c) duas *m. al add.* 1*a*. d) fabricavit 3. e) exinde — aliud aedificavit *om.* 1*a*. f) alia 4. g) verumque 1*a*, *corr.* h) ce|bratis 4. i) *superscr.* 1*a*. k) *om.* 3. l) ei: 1*a*; erat ei 3; egerat opus 4. m) terreret 1*a*. 3. n) mespoli ramo, o *e corr. m. s. XII.* 2; mespolis 3. o) *m. al, superscr.* 1*b*. p) egr. es de t. 4. q) celebratis sollemniis (4). r) quia 4. s) corde 1*b*, *corr.*; animi 2. t) universa 3. u) cuius — futuram resurrectionem *om.* 3. v) p̄cepta 2. w) revivescat 3. x) ante 1*b*. y) dispositione 3. z) totus 1*b*; totas 3. a) revixse 1*b*, *corr. m. al.* b) illi *m. al. add.* 1*a*; eius *add.* 4. c) v. f. 3. d) elymosinā 1*a*, *corr.* e) *m. al. add.* sicut 2. f) supra 4.

1) *Vicus iam ignotus est; cf. Longnon p.* 601. 2) *Cf. Martyr. Hieron. (AA. SS. Oct. tom. XIII, p. XII):* Begorra civitate depositio sancti Iustini *(in Corb. exemplari add.:* Magni, Isici, Phoci*). Acta quae exstant tam fabulosa sunt, ut quae ederentur Bollandiani indigna iudicaverint; cf. AA. SS.* 1. *Mai. I, p.* 48. 3) *Iam Tarbes. S. Similinus sub nomine Missolini Tarbiae colitur die* 24. *Mai.; cf. AA. SS. Mai. V, p.* 297. 4) *Eum primus Rosweydus Severum Sulpicium habuit, quem et presbyterum et Aquitanum fuisse, e Gennadio, c.* 19, *constat. Ille Tolosae (cf. Severi ep.* 3*) et Elusae, ut videtur (cf. Paulini ep.* 1*), et Primuliaci degebat, ubi etiam ecclesiam condidit; cf. Paulini ep.* 31. *Alteram quoque basilicam eamque minorem a Severo Sulpicio constructam esse, e Paulino intellegitur, ita ut Severum Gregorii scriptorem celeberrimum esse vel veri simile sit. Cf. AA. SS.* 1. *Aug. I, p.* 55; *Tillemont, 'Mém. pour servir à l'histoire ecclés.' XII, p.* 608. 5) *i. e. mespili.*

dictum est, de domibus suis eclesias faceret ac facultates[a] suas in cibos pauperum erogaret[1]. In una vero earum[b] sepulchrum suum deposuit, in quo[c] et sepultus est[2]. Solitus erat namque flores liliorum tempore quo nascuntur collegere ac[d] per parietes huius aedis appendere.

50. Unde, qualis fuerit[a] vita eius in hoc saeculo, ita Domino cooperante clarescit, ut evidentibus[b] nunc prodigiis designetur. Igitur lilium, quod diximus ab eo collectum atque in basilica sepulchri eius positum, praetereunte tempore, laxatis[c] deorsum florum foliis, arente coma marcescit; et ita siccatum videtur, ut, si contingatur[d] manu, putetur[e] in pulverem extemplo resolvi[f]. Totumque annum in hac ariditate perdurat. Adveniente vero die, quo confessor migravit a corpore, in[g] rediviva[h] viriditate resurgit. Videasque, foliis paulatim revirescentibus[i], ipsos flores attolli et sine ullo aquae ac telluris humore[k] in ea specie qua quondam fuerat renovari. Et sic beatus confessor profert novos flores e tumulo, qui cum sanctorum[l] reliquis ut palma floret in caelo.

51. Sub termino quoque vici Iuliensis[a, 3] sunt tres presbiteri consepulti et, ut fertur per antiquam[b] relationem, nullius consanguinitatis propinqui vinculo, nisi tantum in amore Dei socii et[c] caelo fratres effecti, qui unius loci spatium, sepulchris iuxta positis, assiduitate[d] miraculorum inlustrant. Qui cum[e] [per[f]] multorum annorum curricula in his ubi sepulti sunt loculis[g] quiescerent, scissum nuper pavimentum, quod calce atque comminuto[h] testo quasi silex durissima fusum erat, unius[i] sepulchri cacumen[k] apparuit. Quo paululum elevato, tellus[l] scissa apicem[m] alterius patefecit. Illoque emicante[n], secutus est tertius tumulus, qui nunc iuxta initium[o] ostensionis suae gradatim elevantur super terram. Sed nunc iam primus liber[p] a mole terrena liberum se visibus praestat humanis; duo adhunc[q] sequuntur, sed annis singulis proficiunt ad egressum. O mirabile[r] mysterium Deitatis, quod artuum[s] sepultorum puritatem manifestat saeculo, dum prodit[t] e pavimento, et praeparat ad[u] resurrectionem non vermi non morituro[v] dandos, sed luci solis claritati[w] aequandos[x] ac dominici corporis conformationi[y] clarificandos! Sunt autem haec sepulchra infra terminum, quod[z] superius diximus, apud[a] vicum Atoram[b, 4].

Capp. 49—51. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 49. a) faculcatates 3. b) suum (?) *add., sed eras.* 3. c) qua 4; et *om.* 3. d) a 4, *corr. m. al.*

Cap. 50. a) fuit 3. b) vid. 3. c) laxati 1*a*, *corr. m. al.* d) contigatur 2, *corr.* e) putaretur 1*a*. f) reflorui 3, *corr.* g) *om.* 3. h) redivivam viriditatem 4. i) *sic* 4; revirentibus 1*a*. 2. 3. k) humorē 3. l) sc̄is 4; reliquiis 1*a*. 2.

Cap. 51. a) Viliensis 3. b) antiqua relacione 3. c) e (1*a*. 3). d) assiduitatē 3. e) *om.* 3. f) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. g) locis 1*b*. h) comminuta testa 4. i) unus 2, *corr. m. al.* k) cacument 3. l) telles 3, *corr.* m) apice 3. n) enicante 1*b*. o) initio 2, *corr.* p) libera m. 1*a*. *b*. q) *sic* 1*a*. *b*. 2. r) admirabile (1*a*). s) artus 3. t) p̄dit 2, *corr.* u) p. resurrectioni 4. v) moritur 3. w) claritate 3. 4. x) aequandae 1*a*. *b*. 2. y) conformatione (4). z) quem 4. a) a. v. *om.* 3. b) *sic* 4; Atroam 1*a*. *b*. 2. 3: *veram lectionem iam Ruinart coniecit.*

1) *Eadem fere de Severo Sulpicio Paulinus ep.* 1. *et* 24. *scripsit.* 2) *Exstat in dioecesi Tarbensi monasterium S. Severi de Rostagno (Saint-Sever de Rustan, Hautes-Pyrénées, arr. Tarbes, cant. Rabastens) dictum, ut putant, a S. Severo hic memorato. Et quidem lilii revirescentis miraculum apud se patratum probant loci incolae, non ex veteri solum traditione, sed etiam quod sculptum fuerit super veterem concham, in qua sacrum beati viri corpus post primam eius elevationem saec. X. depositum est. Idem S. Severi corpus cum aliis reliquiis combusserunt Calviniani a.* 1573; *monasterium vero hactenus subsistit ord. Benedictino sub congr. S. Mauri addictum, ubi S. Severi festum celebratur die* 1. *Augusti. R. Cf. Longnon p.* 600, *et Curie-Seimbres, 'Recherches sur les lieux habités par Sulpice-Sévère, premiers monastères institués en Aquitaine, conjecturés pour St.-Justin-Pardiac et St.-Sever-Rustain'. Tarbiae* 1875. 3) *Aturensium civitas, vulgo Aire.* 4) *Est ipse vicus Iuliensis, qui vulgo Aire appellatur. Textu restituto Longnon v. c. coniectura refutatur, ui de Arue l. l. p.* 596. *cogitavit.*

52. Theomastus[a] quoque iuxta expositionem[b] nominis sui mirabilis[c] sanctitate[1] Momociacensis[d] urbis[2] fuisse fertur episcopus. De qua urbe[e] causa[f] nescio qua demotus[g], Pictavum oppidum petiit, ibique praesentem vitam, in bona perdurans confessione, finivit. Cuius quae sit mercis[h] in caelo, ad eius ostenditur tumulum; eumque inhabitare[i] paradiso, prodit virtus[k] egrediens de sepulchro. Illudque[l] in eo veraciter ostenditur, quod dominus Iesus Christus in euangelio Marthae dicit: *Qui credit in me, etiamsi* Ioann. 11, 25. 26. *moriatur, vivit. Et omnis qui vivit et credit in me non morietur*[m] *in aeternum.* Hic ergo super[n] terram sepulchrum habet ante ipsum atrium beati Helari[o, 3]. De quo[p] tumulo erasus a multis pulvis et[q] haustus ita dolori dentium febriumque[r] medetur, ut qui hauserit miretur effectum[s]. Nam ita haec[t] benedictio assiduae expetitur[u], ut iam in uno loco sarcofagum appareat transforatum.

53. Infra ipso[a] Pectavo[b] termino, quod[c] adiacet civitati Namneticae, id est in vico Ratiatense[d, 4], Lupianus[5] quidam in albis transiens requiescit[e]. Hic fertur a beato Hilario antestite donum baptismatis suscepisse; sed mox, ut diximus, migravit a corpore. Cui a Deo bonorum omnium largitore tanta est gratia adtributa, ut ad eius[f] sepulchrum caecus visum[g], paralyticus gressum, mutus mereretur eloquium.

54. Melanius[6] autem Redonicae[a] urbis episcopus post innumerabilium signa virtutum iugiter intentus caelo emicuit saeculo; super cuius sepulchrum miram[b] christiani fabricam celsitudine levaverunt, sed instinctu maligni, qui semper bonis adversatur operibus, quodam tempore ab igne conprehenditur. Palla etenim erat linea, quae sanctum confessoris tegebat sepulchrum[c]. Ilicet[d], ubi tignorum congeries, flamma dominante, truncatur, ruunt tegulae cum ligaturis et reliquo tecti[e] apparatu. Una tamen e trabibus, flammato capite, impetu ruinae propulsa[f], super tumulum sancti[g] ruit. Quae non modo succendere pallam, verum etiam conterere[h] inter se et lapidem sepulchri potuerat. Ruit insuper et inmensa multitudo carbonum. Alia[i] quoque vela, quae vel parietibus vel ostiis dependebant, ad primum flammae[k] flatum exusta sunt. Haec vero palla[l] non solum non[m] usta, verum etiam nec summo tenus ab igne decolorata[n]

Capp. 52—54. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 52. a) Thomaistus 2, *corr.;* Thomastus 4, *quod malim.* b) exposicione 3. c) admirabilis (3). d) Momociasensis 2; Homociacensis 4. e) urbi 3. f) *om.* 1*a. b.* 2. 3; *inter* de *et* motus *m. s. XII. suppl.* 2. g) demolitus 1*a*. h) *sic* 1*a. b;* meriris 3. i) in *add.* 4. k) iustus 2, *corr.* l) Illudque — in aeternum. Hic *om.* 3. m) moritur 2, *corr.* n) seper 3, *corr.* o) Hilarii 2. 4; Hylarii 3. p) qua 1*a*. q) ex 3. r) febrique 4. s) aff. 3. t) *superscr.* 2. u) expletur 3.

Cap. 53. a) ipsum Pictavum terminum 4. b) *sic* 1*b;* Pictavo 1*a*. 2; Pictavi 3. c) qui (3). d) Raciacense 3. e) requiescet 1*a*. f) *in marg. suppl.* 4. g) visu paraclit. 3.

Cap. 54. a) Redoni:ce, *ras.* e 1*b*. b) mira 4. c) tumulum 4. d) Iam tign. 4. e) tactu 3. f) propulsu 3; perculsa 4. g) sanctum 3. h) contegere 4. i) Ali 1*b*, *corr. m. al.* k) flante 3. l) non sunt non nullo *postea* (?) *add.* 3. m) *om.* 3. n) decorata 1*a*.

1) *i. e.* θαυμαστός. 2) *Iam ignota est; cf. Longnon p.* 620 *sqq. Sigebertus Momociacensis oppidi sacerdos in H. Fr. IX,* 29. *a.* 589. *commemoratus est.* 3) *Sepulchrum eius visitur in oratorio S. Bartholomaei prope S. Hilarii basilicam, et quidem celebre ob colicos dolores, quos in pueris sedare dicitur. R. Ecclesia S. Barthélemy a.* 1851. *destructa est; cf. Bordier III, p.* 416. *S. Theomastus die* 1. *Ianuarii colitur.* 4) *Rézé (Loire-Inférieure, arr. Nantes, cant. Bouaye), ut videtur; cf. Longnon p.* 567 *sqq. Adelphius episcopus Pictaviensis concilio Aurelianensi I. a.* 511. *ita subscripsit:* Adelphius episcopus ecclesiae Ratiatecae *(vel* de Ratiate*).* 5) *De Lupiano cf. AA. SS.* 1. *Iulii I, p.* 32. 6) *Melanius, cuius Vita AA. SS. Ian. I, p.* 328 *sqq. edita est, concilio Aurel. I. a.* 511. *interfuit. Obiit ante a.* 549, *quo Febediolus Redonensis episc. concilio Aurel. V. subscripsit. Teste Vitae auctore* 8. *Id. Nov. colitur, sed alii alium diem indicaverunt. Ecclesia S. Melanii Redonensis (S. Melaine), ubi sepultus erat, inde ab a.* 1845. *'Notre-Dame' vocatur; cf. Longnon p.* 308.

est. Igitur, expleto incendio, ingrediuntur populi cum heiulatu magno et usque ad sepulchrum antestitis properant, inter fletus et lacrimas[a] nova gaudia percepturi. Removent desuper tumulum ligna cum flammis[b], adprehensumque tumuli velum, excussis prunis, mirantur omnes inlaesum.

55.[a] Victurius[b. 1] [vero[c]] Cenomannorum episcopus magnis se virtutibus saepius declaravit. Nam ferunt, quadam vice, dum civitas ipsa[d] cremaretur incendio, et validis globis flammae huc illucque, inpellente vento, propellerentur, hic quasi pastor bonus non perferens, eclesiasticas[e] caulas ab insidia[f] satanae devastari, obviam[g] se turbini obtulit[h], elevataque manu, facto signo crucis econtra, ilico omne cessavit[i] incendium, liberataque civitas gratias pastori retulit, eo quod non permiserit res suas ab inminenti igne vorari[k]. Et ad huius sepulchrum saepius infirmi sanantur.

56. Martinus[2] Sanctonicae[a] urbis abba, Martini, ut ferunt, nostri discipulus, apud vicum urbis ipsius in monasterium[b. 3], quod ipse post magistri dogmata aedificavit, in pace quiescit. Ad cuius tumulum quidam e pagensibus manus contractas[c] deferens, retulit sanas. Alius, qui, exustis[d] humoris febre nervis[e], poplitibus intortis, gressum caruerat, ut ad sepulchrum sanctum[f] prostratus est, novum[g] robore[h] sumens, ariditate sublata, incolomis relevatus[i] est[k], multos ibi deinceps serviens annos. Huius sepulchrum Palladius[l. 4] episcopus cum non valuisset[m] cum multis, opitulante adiutorio confessoris[n], cum quinque abbatibus movit conposuitque quod[o] voluit.

57.[a] Suburbano[b] quoque urbis[c] huius Bibianus[d. 5] antestis[e] quiescit, cuius virtutum moles liber qui iam de eius vita scriptus tenetur enarrat. Nunc autem exoratus, crebro languentibus tribuit sospitatem. Unde videtur, ut de tantis miraculis vel unum

Cap. 54. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *Cap.* 55. 1*a*. 1*b* 2. 4. *Cap.* 56. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *Cap.* 57. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. 54. a) lacrimis 3. b) flammas 1*a*, *corr.*

Cap. 55. a) 60. 2, *et sic deinceps; caput om.* 3. b) Victorius (2. 4). c) *om.* 1*a*. *b*. 2. d) ista 2. e) ecclesiasticis 1*a*, *corr. m. al.* f) insidiis 4. g) obvium 4. h) tulit 1*a*, *corr.* i) cessit 4. k) vocari *corr. m. al.* vastari 1*a*.

Cap. 56. a) Sc̄o::nicae *corr.* Scanctonicae 2. b) monasterio 1*b*. c) contractus 2, *corr.* d) exhaustis humoribus 4. e) et *add.* 4. f) sancti 3. g) novum — relevatus est *om.* 2. h) *sic* 1*a*. *b*; roborem 3; robur resumens 4. i) *sic* 3. 4; revelatus 1*a*. *b*; *m. al. corr.* relatus 1*a*; *corr.* relevatus 1*b*. k) qualiter *m. s. XII. add.* 2. l) Paldadius 3. m) movere *m. al. add.* 1*b*. n) confessoribus 1*b*, *corr.* o) quo 4.

Cap. 57. a) *c.* 57. *om.* 3. b) In sub. 4. c) h. u. 4. d) *om., sed m. al.* Vivianus *superscr.* 1*b*. e) antis::tis 1*a*; antestitis 1*b*.

1) *Victorium, S. Martini discipulum, Victori patri in episcopatu Cenomannensi successisse, auctor V. S. Victoris, AA. SS.* 25. *Aug. V, p.* 147, *tradidit. Conciliis Andegavensi a.* 453. *et Turonensi I. a.* 461. *interfuit. Ad episcopos Lugdunensis tertiae litteras cum Leone et Eustochio (a.* 441—458*) dedit. A concilio Venetico a.* 465. *abfuit, unde qui interfuerant episcopi ad ipsum et Talasium epistolam synodicam scripserunt. Postquam a.* 41, *m.* 6, *d.* 10 *sedit, Kal. Sept. Fausto iuniore Longino bis coss., i. e. a.* 490, *Victorius obiisse dicitur in Gestis epp. Cenomannensium, Mabillon Anal. tom. III, p.* 70. *Cf. AA. SS.* 1. *Sept. I, p.* 220. *Inter schedulas monasterii S. Viventii Vergiacensis nuper repertas, quibus reliquiae olim obvolutae erant, una est de S. Victorio:* Hic sunt reliquias sancti Victuri episcopi. Festivitate Kalendis Septembris. *De quibus scriptura Merowingica scriptis Delisle v. c. egit, 'Bulletin d'hist. et d'arch. du diocèse de Dijon'* 1884, *p.* 130. 2) *Martinus saec. V. in. vixit; colitur die* 7. *Decembris.* 3) *Saliginense teste Cointio, Ann. V, p.* 387. *Iam Saujon prope Saintes, ubi ecclesia S. Martino dicata erat; cf. Longnon p.* 559. 4) *De quo v. Gl. Mart. c.* 55. 5) *S. Bibiani Vitam eandem forte, qua Gregorius usus est, ediderunt Bollandiani, AA. SS.* 28. *Aug. VI, p.* 462*; cf. 'Archiv' XI, p.* 249. *Ibi mater Maurela appellatur; puer, 'cum ad annos sedecim pervenisset, sancti Ambrosii Sanctonicae civitatis episcopi devoto se mancipavit obsequio'. Cui postquam successit, 'accidit, ut*

fari praesumam. Mulier enim, cuius manus aruerant, unguibusque iam sauciatae[a], contractis nervis, opus operandi perdiderant, ad beati sepulchrum[b] devota prosternitur, factaque oratione, manus[c] redintegratas, laxatis digitorum filis[d], ad agendas Domino gratias meruit elevare.

58. Troianus[1] item[a] pontifex ipsius civitatis huic coniunctus caelo, vicinus est tumulo. Magnae enim virtutis fuisse[b] dicitur hic sacerdos. Quodam vero tempore, dum[c] inter obscura[d] noctium tempora loca sancta, quae tunc in circuitu[e] urbis habebantur, uno tantum subdiacono comite circuiret, apparuit ei globus magnus luminis quasi de caelo descendens. Cognita autem vir Dei[f] re, ait comiti: 'Ne sequaris penitus, donec ego te vocem'. At ille terrae devolutus, spectabat haud[g] procul, quidnam miraculi ageret Dei[h] servus. Erat enim ager publicus[i], in quo consteterat[k]. Adpropinquante vero lumine, cucurrit sacerdos ad occursum eius, et usque ad terram se humilians, ait: 'Benedic, quaeso, mihi beate pontifex'. Cui ille qui advenerat ait: 'Tu mihi benedic, sacerdos Dei Troiane'. Et[l] dato sibi osculo, facta oratione, locuti sunt diutissime simul. Subdiaconus vero attonitus spectans, vidit lumen qui[m] apparuerat eadem qua venerat via reverti. Vocatum[n] [autem[o]] ad se [episcopus[o]] subdiaconum[p], ait: 'Accede nunc, ut explicemus coeptum iter ad visitanda sanctorum loca'. Tremens vero subdiaconus, ait: 'Quaeso, domine, ne dispicias humilitatem meam, sed indica mihi quae videris; animadverti enim[q], nescio quid fuisse divinum'. Cui ille: 'Dico tibi, sed tu nemini dixeris. Nam scito, ut[r], in quacumque die haec publicaveris, ab hoc mundo migrabis'. 'Sanctum', inquid, 'Martinum Turonicum vidi, et ipse locutus est mihi. Cave ergo, ne cui vulgare audeas arcana Dei'. Igitur sacerdos, impleto vitae huius cursu, obiit. Subdiaconus vero plenus dierum, aegre ferens, ut virtus sancti Troiani occuleretur[s], convocato episcopo cum clericis ac civibus[t] senioribus, omnia quae a[u] sancto audierat, et qualiter mysterium luminis viderat, quod manifestissime fidem Troiani Martinique gloriam patefecit, ex ordine reseravit[v] nec quicquam[w] ex his occuluit, adiciens haec[x]: 'Et ut[y] probetis, vera esse quae loquor, finito sermone, finem[z] facio vitae'. Et[a]

Cap. 57. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *Cap.* 58. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 57. a) sauciata 2; sociatae 4. b) sepulchri: 1*b*. c) *om.* 4. d) telis 4.

Cap. 58. a) T. p. sanctus ipsius 3. b) d. f. 1*b*. c) cum 3. d) scura *corr. m. al.* obscura 1*a. b.* e) circuitum 1*b*, *corr.* f) Domini 3. g) a 4. h) s. D. 3. i) bulbicus 3. k) consterat 1*b*, *corr. m. al.* l) Et — oratione *m. al. in marg. suppl.* 1*a*. m) quod (4). n) Vocato — subdiacono 4. o) *om.* 1*a. b.* 2. 3. p) subdiaconem 2. q) *eras.* 3. r) quod 4. s) occultaretur 2. 3 *(e corr.)*. t) cuicibus 1*a*, *corr. m. al.* u) *m. al. superscr.* 1*b*. v) reseravivit 3, *corr.* w) quicq 1*b*. x) ait 3; hoc 4. y) *postea suppl.* 3. z) fine 4. a) de *add., sed expunct.* 1*a*.

Gothorum tempore, rege Theodoro (a. 419—451*) dominante, Sanctonicis intolerabilis statueretur iniunctio'. Exstat etiam epistola suppositia Augustini ad Bibianum data, quam primum Mabillon, Lit. Gall. p.* 458, *in lucem vocavit. Incipit:* Litteras apostolatus vestri, carissimo filio nostro Troiano vestro diacono deferente, ad nos pervenisse, comperite. *Quem Troianum diaconum alium atque episcopum fuisse volunt, sed quaestio otiosa est, cum de litteris spuriis agatur. S. Bibiani basilicam ab Eusebio episcopo inceptam Emerius Sanctonensis Leontio Burdegalensi perficiendam commisit, qui una cum Placidina auro argentoque sanctas aedes ornavit. Qua de re Fortunatus carmen I,* 12. *composuit. Ecclesia Saint-Vivien iam exstat; cf. Longnon p.* 557.

1) *Troianus Sanctonensis episcopus Petro successit, qui a.* 511, *m. Iulio concilio Aurelianensi I. interfuit. Ipsi Sirmondus epistolam tribuit, quam Troianus quidam Eumerio Namnetensi 'de puero, qui an baptizatus esset nesciebat', scripsit (Conc. Gall. ed. Maur. I, p.* 1007*). De reliquiis Troiani cf. schedulam Vergiacensem l. l.:* Hic sunt reliquies sancti Troiano episcopo et confessore, *et Gall. Chr. II, p.* 1057*:* Eius sacrae reliquiae olim in capsa honorifice adservabantur, sed Calvinistae a. 1568, destructa maiori ecclesia, thesaurum reliquiarum expilarunt. *Colitur die* 1. *Decembris.*

his dictis, [statim[a]] clausis oculis obiit non sine admiratione adstantium. Magnae[b] enim, ut diximus, virtutis[c] fuit beatus Troianus antestis et honorabilis[d] inter cunctos cives[e] urbis suae. Hic fertur, dum esset in corpore, si novum, ut[f] adsolet, amphibolum[g. 1] induisset, cum quo processurus diucesis[h] circuiret, fimbriae huius vestimenti[i] a diversis diripiebantur; salubre omnis homo conputans, quicquid ab eo rapere potuisset. Qui sepultus[k] in terris, caelis[l] se vivere multis virtutibus manifestat. Nam[m] inergumini, frigoritici ceterive[n] infirmi plerumque ad eius tumulum exorantes, accepta incolomitate, recedunt.

59. Haud procul ab[a] huius confessoris aede erat[b] oratorium parvulum et in[c] angulo[d], unde arcus[e] oriebatur, erat magnum sarcofagum, in quo ferebatur sepultus[f] fuisse duos, sponsum scilicet et sponsam[2]. Qui post[g] baptismum[h] in albis positi, a saeculo discesserunt[i]. Hos[k] etiam adfirmabat antiquitas fuisse ex genere sancti Pectavensis[l] Helarii. Hoc[m] ergo sepulchrum tali in loco situm non modo pervium arcebat ingredientum[n], verum etiam, qualiter paries, qui ab stillicidio infusus fuerat, emendaretur, quia esset contiguus[o], inhibebat. Qua de causa Palladius[p] pontifex civitatis, qui ex genere quondam divitis Palladii[3] discenderat, removere eum[q] a loco summo nitebatur studio, ita ut[r], coniunctis amplius tricentis viris, cum funibus trahere et vectibus inpellere conaretur[s], positis iam[t] lapidibus[u], super quos hoc[v] sarcofagum locaretur. Denique inpenduntur totae[w] vires trahentium, sed non valent mutilare[x] sepulchrum. Frons cuncta sudore perfunditur, sed opus validum non impletur. Voces dantur[y] hortantium atque dicentium: 'Heia, age, trahe funem'; sed non movetur omnino sepulchrum. Quid plura? Lassantur omnes in opere, et intercedente nocte, petunt[z] cuncti dare[a] quietem. Elicet[b] ubi, transactis nocturnis tenebris, novum inluxit mane, anxius cogitatione sacerdos rogat iterum procedere suos ad oratorium[c], ipse anticipans cunctos[d]. Ingrediensque invenit eum[e] super ipsos quos conposuerat lapides omni firmitate subsistere. Admiransque Dominum glorificat[f], qui potenti virtute perfecit[g] quod manus humana nequiverat. Horum tamen nomina nulli sunt revelata.

60. Nicetius[4] quoque confessor in urbe Lugdunensi[a], vir[b. 5] totius sanctitatis,

Capp. 58—60. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 58. a) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. b) Magna 2, *corr. m. s. XII.* c) virtus 1*a*, *corr. m. al.* d) honorabiles 1*a*. 4. e) u. s. c. 4. f) *postea suppl.* 3. g) amphybalum 4. h) *sic* 1*a*. *b*; diucesus 3; dioceses 4. i) vestimentum 3. k) sepultis 2, *corr.* l) caeli se 1*a*. 3. m) Nam — recedunt *om.* 3. n) *sic* 1*a*. *b*; ceterique 2; et cęteri 4.

Cap. 59. a) ex 1*b*, *corr. m. al.* b) *m. al. post* parv. *suppl.* 1*b*. c) *om.* 3. d) anglo 2, *corr. m. al.* e) artus 2. f) *sic* 1*a*. *b*; *om.* 3. g) postquam 3. h) meruerunt *postea suppl.* 3. i) discesserant (3). k) Hoc 3. l) *sic* 1*a*. *b*; H. P. 3. m) Hoc — ingredientum *om.* 3. n) ingressum 4. o) cognitus 3. p) Paldadius 3. q) illud 4. r) aut 1*b*, *corr.* s) niteretur 3. t) *post* iam 6 *litt. ras.* 3. u) lapidibus 2, *corr.* v) hos 3; *om.* 4. w) tote:: 1*b*. x) multilare 3, *corr.* y) damnantur 4. z) petent 1*a*. *b*. a) dari 4. b) Et licet 1*b*. 3 *(e corr.)*; Ilicet (4). c) oratorio 1*b*, *corr. m. al.* d) cunctis 3. e) illud 4. f) glorificant 3; glorificavit 4. g) statuerat 4.

Cap. 60. a) Lugdon. 1*a*, *ut infra.* b) virtute sanct. 4.

1) *Martinus, paupere non vidente, intra amphibolum sibi tunicam latenter eduxit pauperique dedit; cf. Severi Dial. II,* 1. *Est vestis villosa; cf. Ducange ed. Favre I, p.* 232. 2) *Nulla est horum apud Santonas memoria, ignoratur quoque oratorii situs, sicut et ecclesiae S. Troiani, cuius nullum superest vestigium. R.* 3) *Palladiorum stirps in Galliis celeberrima a Sidonio laudibus elata est, qui Palladii rhetoris pompam (ep. V,* 3, *ed. Baret) celebravit et de Simplicio Bituricensi episcopo:* Uxor, *inquit,* illi de Palladiorum stirpe descendit, qui aut litterarum aut altarium cathedras cum sui ordinis laude tenuerunt *(ep. VII,* 5*).* 4) *De S. Nicetio v. Vit. Patr. VIII.* 5) *Quae Greg. H. Fr. IV,* 36 *ex hoc capite repetivit:* sanctus Nicetius — —

conversationis castissimae[a], caritatis eximiae, vita perfunctus est. Cuius elymosinae 573 Apr. 2.
atque humanitates[b] nec investigari[c] tantum nec enarrari a[d] nobis possunt. Qui postquam[e] beatum spiritum praemisit ad caelos, positus in feretro, ad basilicam in qua sepultus est[1] ferebatur. Et ecce unus puerulus[2] diuturna caecitate gravatus, cum reliquis plangens, adminiculo sustentante, sequebatur. Factum est autem, cum[f] gradiretur[g], perlata est vox in aure[h] eius, secretius dicens: 'Adpropinquare[i] feretro, et cum subter[k] ingressus fueris, protinus recipies visum'. Ille vero interrogat hominem, qui eum trahebat, quis[l] esset, qui haec verba in auribus eius inferret. Negat ille[m] quemquam videre, qui ei loquatur[n]. Cumque bis et tertio haec vox aures illius verberasset, cognovit aliquid novi[o] gerendum, et se ad feretrum postulat duci. Accedensque et inter albentium diaconorum[p] turba[q] perlapsus, quo iussus fuit ingreditur. Denique, ut nomen sancti invocare coepit, ilico reseratis oculis lumen recepit. Post haec puer erat assiduus in basilica ad sepulchrum sancti deserviens et lumen accendens[r]; sed a quibusdam civitatis maioribus obpraemebatur atque fatigabatur, ut nec victus alimoniam[s] possit habere. Cumque saepius haec[t] ad beatum inploraret[u] sepulchrum, apparuit ei sanctus per visum, dicens: 'Vade ad Gunthramnum[v] regem et ei quid[w] patiaris diligenter enarra. Ipse enim tibi praebet[x] vestitum[y] et alimentum, eripietque te de manu inimicorum'. Denique hac[z] admonitione firmatus puer, ad regem accedens, quae suggessit[a] obtenuit. Sed et nunc ad sepulchrum beati confessoris multa miracula[b] Christo auspice[c] tribuuntur. Nam[d] miserorum ibi catenae[e] rumpuntur, caeci inluminantur, daemones[f] effugantur, sanitati[g] redduntur paralytici, perferentes[h] accentus[i] febrium liberantur. In quo loco[k] tam frequenter[l] ostenduntur miracula, ut ex ordine scribi perlongum[m] sit[n]. Tamen retulit mihi vir fidelis[3], quattuor ibi caecos[o] ante paucos dies fuisse inluminatos, et 590.
hominem, quem clodum[p] olim noverat, incolomem nuper aspexit.

61. Dum enim quadam vice ad[a] occursum supradicti[b] pontificis ambulassem et[c] loca sancta Lugdunensim[d] oppidum circuirem, vir ille qui nos praecedebat ad cripta[e] beati Helii[f, 4] invitat ad orationem, dicens, quia: 'Magnus sacerdos in hoc loco quiescit'.

Capp. 60. 61. *1a.* *1b.* 2. 3. 4.

Cap. 60. a) castimę 2, *corr.;* sanctissime 3. b) humilitates 4. c) intestigari 2, *corr.* d) *m. al. superscr.* *1b.* e) quam *suppl.* *1a.* f) dum 4. g) *sic* *1a.* 3. h) aurem 4. i) re *eras.* 2; Appropinqua 4. k) subinter 3. l) qui *1b*, *corr. m. al.* m) se *add.* 4. n) loquebatur 2. o) *om.* 3. p) diaconum 4. q) turbam (4). r) accedens *1b.* s) alimonia 3. t) naec 3. u) implorasset 4. v) Guntramnum *1b*; Gontramnum 2, *corr.;* Gundtranum 3. w) quae 4. x) *sic* *1a. b;* praebebit (2. 4); praestet 3. y) vesti:m *1b*, *corr. m. al.* z) hec 3. a) subiecit 2. b) mirabilia *1b.* c) auctore 4. d) Nam — daemones effugantur *om.* 4. e) catena *1a*, *corr. m. al.* f) daemonas *1a.* g) sanitatem 3. h) perf. — tam frequenter *om.* 3. i) accessus (4). k) loca *1a*, *corr. m. al.* l) frequentia 4; et *add.* 3. m) longum *1a. b.* 2. 3. n) est, *om.* Tamen — aspexit 3. o) secus *1b*, *corr. m. al.* p) *sic* *1a. b.* 2.

Cap. 61. a) *om., sed in m. al. superscr.* *1b;* ad hoc cursum 2. b) supdicti *1b.* c) *m. al. add.* *1b.* d) Lugdonensi *1b*; Lugdunensi opidi 4. e) scripta 2. 3; cryptam 4. f) domini *add., sed expunct.* 3.

vir totius sanctitatis egregius, castae conversationis. Caritatem vero — — hic possibiliter in cunctis exercuit. 1) *Cf. de ea basilica V. Patr. VIII,* 5. 2) *Cf. V. Patr. VIII,* 5*:* Qui dum ferretur ad sepeliendum, caecus quidam se sub feretro flagitavit adduci, statimque ingressus, vultus diu lumine viduatus reseratis oculis adornatur, *quae ex hoc capite hausta sunt.* 3) *Is erat Agiulfus diaconus; qui a.* 590. *Roma rediens, Lugdunum visitavit. Constat, haec non multo post, quam Turonensem in urbem diaconus regressus est, scripta esse. Ceterum etiam hunc locum Gregorius V. Patr. VIII,* 6. *exscripsit:* Quando autem nobis haec retulit, iam quatuor exinde sanos factos ab hac infirmitate narravit. 4) *De S. Helio praeter ea quae Gregorius tradidit nihil notum est. Faustinum praecessisse dicitur, quem Cyprianus Ep.* 68 *(ed. Hartel p.* 744*) laudavit. Cf. Gall. Chr. IV, p.* 13.

Cumque, oratione facta, sancti tumulum admirarer et tacitus de meritis eius aliquid interrogare cogitarem, aspicio in ostium[a] esse scriptum[b], qualiter sepulchri violator cadaver spoliaret[c] exanime. Inquerens[d] vero causam, si haec vera essent, quae[e] in ostio picta cernebantur, vir mihi talia retulit: 'Sanctus Helius[f. 1] tempore paganorum in hac urbe fuit episcopus, qui defunctus, sepultus est a fidelibus. Nocte autem sequenti veniens quidam paganus, lapidem qui[g] sarcofagum tegebat revolvit, erectumque contra se corpus sancti conatur spoliare. At ille extensis lacertis constrictum[h] ad se hominem fortiter amplexatur et usque mane, populis expectantibus, tamquam constipatum loris, ita[i] miserum brachiis detenebat. Igitur iudex loci violatorem sepulchri iubet abstrahi ac legalis[k. 2] poenae[l] sententia[m] condemnari; sed non laxabatur a sancto. Tunc intellegens voluntatem[n] defuncti, facta iudex de vita promissione[o], laxatur et sic incolomis redditur'. O vere sanctam[p] ultionem pietate[q] permixtam! Retenuit hominem, ut argueret, sed tradi non permisit supplicio, quem iam reddiderat emendatum.

62. Leonis[3] autem Romani imperatoris[a] filia, cum ab spiritu vexaretur inmundo et per loca sancta duceretur[b], assidue clamabat nequam spiritus: 'Non hinc egrediar[c], nisi archidiaconus[d] Lugdunensis[e] adveniat; et nisi ipse me[f] de hoc vasculo quem[g] adquaesivi eiciat, nullatenus hinc sum egressurus'. Audiens haec imperator, diregit[h] suos in Gallias[i]. Quem[k] illi repertum suppliciter exorant, ut cum eis ad visitandam puellam Roma[l] dignaretur accedere. Ille vero contradicens et se indignum, per quem Christus miracula[m] ostenderet[n], esse vociferans, admonitus episcopi sui consilio[o], cum eosdem[p] missos[q] diregit, et[r] ad imperatorem veniens[s], cum honore suscipitur. Audiens autem de infirmitate puellae, se ad basilicam[t] beati[u] Petri apostoli confert; ibique[v] continuato cum vigiliis et orationibus triduano ieiunio, quarta die per invocationem domini nostri Iesu Christi et crucis vixillo[w] inmundum spiritum a corpore puellae depellet[x]. Qua sanata, tria ei centenaria auri imperator[y] offert; sed ille vir altioris[z] spiritus caducas divitias pro nihilo respuit, dicens[a]: 'Si', inquid, 'me tuis[b] muneribus locupletari[c] desideras, illud quod cunctae proficiet[d] civitati largire'. 'Tributum', ait, 'in tertio circa muros miliario civitatis[e], quod tuis debetur stipendiis, populis cede. Hoc utriusque[f] animabus salubre beneficium erit. Aurum vero tuum necessarium non habeo. Pauperibus illum[g] pro tua tuorumque felicitate dispensa'. Quod ille[h] non abnuens, aurum pauperibus erogat et tributum petitum civitati concedit. Unde usque hodie circa muros urbis illius in tertio miliario tributa non redduntur in publico. Post discessum vero beati archidiaconi ait imperator suis[i]: 'Si iste', inquid, 'Deum plus quam pecuniam dilegit, digne eclesia illa, cui[k] talis[l] minister obsequitur, nostris muneribus inlustratur[m]'.

Capp. 61. 62. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 61. a) *sic* 1*a*. 2; hostio 1*b*. 3; ostio (4). b) sculptum 4. c) expoliaret 1*b*. 4. d) Quaerens 4. e) qui 2, *corr. m. al.* f) dominus *add.* 3. g) *superscr.* 4. h) constrinctum 3. i) *om.* 4. k) legales 1*a*. l) paenę 1*a*; pone 1*b*. m) sentencie 3. n) sancti *add.*, *sed eras.* 2. o) promissionem 3. p) sc͞a 1*b*. q) pietati 4.

Cap. 62. a) f. i. 2. b) duceret 1*b*, *corr. m. al.* c) egredior 1*a*. 4. d) archidiaconi 1*b*, *corr. m. al.* e) Lugdon. 1*a*. *b*. f) *om.* 4. g) quę 1*b*; quod (2. 3. 4). h) direget 1*a*. i) Galliis 3. k) Qui ilico rep. 4. l) Romam (1*b*. 2. 4). m) miraculo 3. n) esse o. 3. o) eis *add.*, *sed eras.* 2. p) eisdem missis (2. 4). q) iter *add.* (3). r) *om.* 4. s) Directus *pro* v. 4. t) basilice 3. u) sancti 4. v) ubique 3. w) vexillum (2. 4). x) *sic* 1*a*. 3. y) imperator:, *ras.* e 1*b*. z) altiori spiritu 3. 4. a) dicensi inquid(?), *ras.* i in 1*b*. b) metum 1*b*, *corr.* c) locupletare 4. d) proficiat 4. e) civitatis — stipendiis *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. f) *sic* 3. 4; utrisque *rell.* g) illud 2. 4. h) *m. al. superscr.* 1*a*. i) sui 1*b*, *corr. m. al.* k) civitatis m. 1*a*, *corr. m. al.* l) talia 2, *corr.* m) illustretur 4.

1) *S. Helii crypta iam ignota est.* 2) *Cf. legem Constantii in sepulchrorum Romanorum violatores a.* 357. *latam, Cod. Theod. lib. IX, tit. XVII, l.* 4. 3) *Romae Leo nullus imperavit.*

Tunc capsam ad sancta[a] euangelia recludenda patinamque et calicem ex auro puro pretiosisque lapidibus praecepit fabricari. Quod miro perfectum opere, per hominem creditum diregit[b] eclesiae. Sed nuntius ille inter Alpes positus qui haec exhibebat, ad aurificis cuiusdam domum divertit. Cumque ab eo artifex sciscitaret[c], quid negotii gereret, rem secretius ac simpliciter[d] pandit. Et ille: 'Si', inquid, 'meo consilio conhibentiam praeberis[e], multa nobis haec ratio poterat[f] lucra deferre'. Ad haec ille, diabolo instigante, seductus et, ut fertur inter rusticos sermo vulgatus, quod[g] inhiante[h] auro ac[i] circumventionis fallacias inferenti saepius animi coniunguntur[k], statim huius consilii effectus est consentaneus. Tunc ille deceptor faciens similes de argento species, ut nihil aliud quam aurum purissimum putaretur, et sic opera, quae[l] cum gemmis filisque aureis fuerat[m] superposita, studiosissime cum clavis adfixit. Verum tamen calicem non comminuit, quia catacliza[n, 1] in ipso fuerant[o] solidata. Denique portitor cum hac fraude Lugduno[p] advenit, oblatisque muneribus, ab episcopo muneratur[q]. Regressusque[r] ad socium, aurum de speciebus figuratum recipere flagitat. Artifex vero adhuc non esse totum paratum pronuntiat, sed sub ipsa expliciturum se nocte pollicetur. Exacta[s] igitur[t] coena, cum in[u] cellula qua haec operabatur pariter resederent, concussa subito a terrae motu[v] super eos diruit, disruptaque terra[w] sub pedibus eorum ipsos[x] pariter cum pecunia degluttivit[y]; descenderuntque[z] viventes ac vociferantes in tartarum[a], ultusque est Deus velociter de fraude eclesiae suae. Ego vero has species in eclesia Lugdunensi saepissime vidi. Sit hoc populis documentum, ut nullus res eclesiae aut appetere aut fraudare nitatur; nam videbit Dei iudicium super[b] se[c] velociter inminere[d].

63.[a] Requiescit[b] suburbano murorum urbis ipsius mulier, quae dicitur collegisse calciamentum beati martyris Epipodi[c, 2], quod de pede eius cecidit, cum ad martyrium duceretur. Ad cuius tumulum saepius frigoritici ceterique infirmi[d] sanantur. Erasum de tumulo ipso pulverem hauriunt, incolomesque discedunt.

64.[a] Duos in[b] hac urbe fuisse[c] ferunt, virum scilicet et coniugem eius, senatoria[d] ex gente pollentes, qui absque liberis functi[e], heredem eclesiam dereliquerunt[f]. Sed vir prius[g] obiens, in basilicam[h] sanctae Mariae[3] sepultus est. Mulier vero per annum integrum ad[i] hoc templum degens, assiduae orationi vacabat, celebrans[4] cotidie mis-

Cap. 62. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *Cap.* 63. 1*a*. 1*b*. 2. *Cap.* 64. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 62. a) sanctam 1*a*. 2. 3. b) direxit 4. c) sciscitaretur 4. d) simplici::ter *ras.* us 2. e) *sic* 1*a*. *b*. 3; praebueris *rell.* f) poterit (2. 4). g) quo 3. h) *sic* 1*b*. 2; inhiente 1*a*. i) ac c. *om.* 3. k) coniunguntur statum, h. *distinguunt* 1*a*. 2; statum 3. l) qui 2, *corr.* m) fuerant 4. n) cataglipha 4. o) fuerat 4; solidate 3. p) Lugdune *corr. m. al.* Lugdunum 1*a*; Lugdunum 2. 4. q) munerantur 4, *corr.* r) que *om.* 3. s) exacta. Igitur *distinguunt* 1*a*. *b*. 2. 3. t) facta *m. al. add.* 1*a*; c. *om.* 4. u) *om.* 3. v) motus 2, *corr.* w) sub p. e. t. 4. x) i. p. *bis scr.* 3. y) *sic* 1*a*. *b*. 4. z) que *om.* 1*a*. a) tartaru: 1*b*; :ultusque, *ras.* M 4. b) v. s. se 2. c) *m. al. superscr.* 1*a*. d) immine 3.

Cap. 63. a) *c.* 63. *om.* 3 *(ubi* hic deest *in marg. add.)*. 4. b) in *add.* 2. c) Epipodii (1*a*); Epepodi 2. d) infirmis 1*b*.

Cap. 64. a) *om.* 4. b) *bis scr., sed corr.* 2. c) fuerunt v. 3. d) senatoriam 3. e) defuncti 4. f) rel. 4. g) primus 1*b*. h) basilica (2. 4). i) ab 1*a*. 3.

1) *i. e. cataclista* = κατάκλειστα. *Intelleguntur 'lapilli, solidius vasi inserti, opere inclusorio ac aurifabrili'; cf. Ducange ed. Favre II, p.* 217. *V. etiam Fortun., V. S. Mart. III,* 467: Cycladis aut qualis cataclyzis effora rasis? 2) *Passio SS. Epipodii et Alexandri (Ruinart, Acta Mart. ed. Rat. p.* 123*)*: ut remedium ab ea muliere, quae calceamentum martyris habebat, expeteret. Illa vero se medicinae nihil nosse respondit, sed, Domino miserante, martyris per exuvias hospitali ope allata, se plurimos curasse non negabat. Statimque ei Lucia benedictionem et hospitalis calicem salutis porrexit. *Cf. Gl. Mart. c.* 49. 3) *Iam ignota est; cf. Longnon p.* 198. 4) *Celebrare missam dici potest etiam laicus, si solummodo missae intersit. R.*

sarum solemnia et[a] offerens oblationem pro[b] memoria viri, non diffisa de Domini misericordia, quod haberet defunctus requiem in die qua Domino oblationem[c] pro eius anima delibasset, semper sextarium Gazeti vini[1] praebens in[d] sacrarium[e] basilicae sanctae. Sed subdiaconus nequam[f], reservatum gulae Gazetum, acetum vehementissimum[g] offerebat in calicem[h], mulierem[i] non semper ad communicandi gratiam accedente. Igitur cum fraudem hanc Deo placuit revelare, apparuit vir mulieri, dicens: 'Heu, heu, dulcissima coniux, in[k] quid defluxit labor meus in saeculo, ut nunc acetum in oblationem[l] delibem[m]? Cui illa: 'Vere', inquid, 'quia[d] caritati[n] tuae non inmemor semper Gazetum potentissimum obtuli pro requie tua in sacrario Dei mei'. Expergefacta autem[o] admirans visionem eandemque oblivioni non tradens, ad matutinum[p] secundum consuetudinem surrexit[q]. Quibus expletis celebratisque missis, accedit ad poculum salutare. Quae tam ferventem[r] acetum hausit ex calice, ut putaret sibi dentes excuti, si[s] haustum[t] segnius degluttisset. Tunc increpans subdiaconum[u], emendata sunt quae nequiter fuerant defraudata. Sed nec hoc miraculum sine operis boni meritum[v] gestum puto.

65. Catalaunensis vero urbis proprius[a] extat[b] patronus Memmius[2] antestis, qui cum adhuc maneret in corpore mortali, mortuum dicitur suscitasse. Ad cuius nunc sepulchrum saepius confractas miserorum catenas atque compedes vidimus; sed et nos propriae virtutem[c] eius experti sumus[d]. Quodam vero[e] tempore, dum in urbe illa commoraremus[f], puer unus ex nostris a febre corripitur, fatigatur vomitu ac cibum potumque[g] simul exhorret. Nobis vero magna consumptio generatur, quod huius pueri[h] infirmitas itineri nostro moras innecteret. Nec mora, basilicam sancti[3] adeo, sepulchro prosternor pro puero, effusis lacrimis deprecor, ut, qui laborantibus vinctis, disruptis compedibus, respectu pietatis plerumque consolationem exhibuit, huic[i] febricitanti

Capp. 64. 65. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 64. a) *om., sed m. al. corr.* offerensque 1*b*. b) pro moveri non 4, *in marg. corr.* c) oblatione 1*b* *(corr.)*; oblacione 3. d) *om.* 4. e) *sic* 4, *corr. m. al.* sacrario; sacrificium 1*a*. *b*. 2. 3: in sacrario Dei mei *Gr. infra scripsit.* f) nequaquam 1*a*. *b* *(corr.)*. 3. g) *bis scr., sed corr.* 2. h) *sic* 1*a*. *b*. i) mulier 3; muliere (4). k) inquit 1*a*. 4. l) oblacione 3; oblatione (4). m) debilem 1*a*. 3; debile 2. n) caritatis 2. 4. o) ē 3. p) matutinos 4. q) surgit 4. r) fervens 4. s) si — emendata sunt *om.* 1*a*. t) si haut|tū s. 2, *corr. m. s. XII.* u) subdiaconem (3). v) merito (1*a*. 4).

Cap. 65. a) proprias 1*b*, *corr.* b) *om.* 4. c) virtute 3. d) expertimus 1*b*, *corr. m. al.* e) *om.* 3. f) commoraremur (2. 3. 4). g) potu:que, *ras.* i 1*b*. h) puer 3. i) h. f. *om.* 4.

1) *De Gazetico vino vide quae Arndt v. c., H. Fr. VII,* 29, *supra p.* 309, *n.* 2, *adnotavit.* 2) *S. Memmius Catalaunensis episcopus 'de civitate Roma oriundus', qui Domitianum subdiaconum et Nautam nobilem puerum e mortuis resuscitasse dicitur, 'episcopatum suum* 80 *annis rexit' teste Vitae scriptore, quam ex Bosqueto Bollandiani, AA. SS.* 5. *Aug. II, p.* 11, *ediderunt. Cuius sepulchrum a.* 677, *die* 5. *Iulii, feria* 7. *primum inventum est; cf. AA. SS. l. l. p.* 7: In anno 2. sub imperio Dagoberti regis — ipse est, qui post longam pressuram reversus est ad propria regna —, in mense quinto, in quinta die mensis, secunda vigilia noctis. *Quod cum a.* 868, *d.* 25. *Mart. iterum inventum esset, Theudoinus Catalaunensis praepositus Almanno Altivillariensi monacho litteras dedit, ut vitam renovaret, 'quae diuturna vetustate et negligentia velut in pittaciis habetur paene consumpta'. Cui Almanus, epistola praemissa, vitam restauratam misit, in qua Memmium a S. Clemente in Gallias missum esse scripsit, dum et Vitae antiquae scriptor et Flodoardus, H. Rem. I,* 3, *ipsum a S. Petro delegatum esse malunt.* 3) *Basilica S. Memmii, vulgo Saint-Menge, saec. XII. abbatia S. Augustini facta, vico Saint-Memmie prope Châlons originem dedit, ubi sepulchrum S. Memmii iam exstat; cf. Longnon p.* 408.

medellae refrigeria ministraret. Mirum dictu! In ipsa nocte a[a] sancti[b] virtute visitatus[c] infirmus[d], mane facto incolomis surrexit a lectulo[e].

66. Lupum[1] antestitem[a] apud Tricassinorum Campaniae urbem sepultum, nulli habetur incognitum. Ad cuius basilicam[2] Mauri[b] cuiusdam servus, neglegentia admissa, confugit. Frendens[c] vero dominus eius de vestigio prosecutus[d], ingressus basilicam nec orationi[e] prostratus, blasphemias[f] in sanctum evomere coepit ac[g] dicere: 'En tu[h], Lupe, servum meum auferes[i], et propter te non licebit mihi in eum ultionem debitam[k] exercere?' Et iniecta manu[l], servum[m] trahere coepit, dicens: 'Non mittit[n] hodie[o] hic Lupus manum suam de sepulchro, ut eruat[p] te de manibus meis'. Haec dicente misero, extemplo lingua, quae in sanctum[q] blasphemias effudit, divinitus obligatur, atque mutatus[r] homo[s] debacchare coepit per totam[t] aedem, dans mugitum ut pecus, sermonem ut homo non proferens[u]. Cumque haec suis nuntiata fuissent, adprehensum duxerunt ad[v] domum suam. Uxor vero eius multa munera in basilicam[w] posuit; sed hic tertia[x] die cum gravi cruciatu vitam[y] finivit. Quo defuncto, mulier quae dederat recepit; servus tamen permansit ingenuus.

67. Huic antestiti famulabatur Aventinus[3] quidam religiosus, ad quem post huius

Capp. 65—68. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 65. a) *om.* 4. b) sancto 3, *corr.* c) visitatur 3. 4. d) *m. al. superscr.* 1*b*. e) lecto 3.

Cap. 66. a) antistem *corr. m. al.* antistitem 2. b) *corr. m. al.* Maurus 1*a*. c) Frendes 2, *corr.*; Videns 3. d) pers. 3. e) racione 3. f) blasphemans 1*a*. *b*. 2; blasfemans 3; plasphemias 4. g) et 3. h) *om.* 2. i) offeres 3; aufers 4. k) debitum? 1*a*, *corr.*; e. debitum 3. l) man⁹ 1*b*. m) *om.* 4. n) mittet (2); mitet 3. o) hic L. h. 3. p) te e. 4. q) sancto 3. r) mutatur 2, *corr.* s) *om.* 3. t) totum 1*b*, *corr.* u) pf. 1*b*, *corr.* v) in 3. w) basilica 3. x) certa 3. y) f. v. 3.

1) *S. Lupus Tricassinorum episcopus, cuius Vitam Bollandiani, AA. SS.* 29. *Iul. VII, p.* 51 *sqq. ediderunt, 'fuit ex urbe Leucorum familiae primus Hebricio genitus patre'. Qui postquam Pimeniolam, sancti Clari Arelatensis episcopi germanam, in matrimonium duxit, saeculo relicto, Lerinum celeberrimum monasterium, quod tunc Honoratus abbas gubernabat, petiit, ubi in ordinem monachorum receptus est; cf. Eucherium Lugdunensem ad S. Hilarium de laude eremi (Migne, Patr. lat. L, p.* 711*):* Haec reverendi nominis Lupum, qui nobis illum ex tribu Beniamin lupum retulit; *Sidon. ed. Baret VIII,* 5*; Carm. XVIII,* 111. *Episcopus Trecensis a.* 427. *factus, transcurso biennio, cum S. Germano contra haeresim Pelagianam ad Britanniam commeavit; cf. Lupi Vitam, AA. SS. l. l. Id Florentio Dionysio coss., a.* 429, *contigisse, e Prosp. Chr. intellegitur. Scripsit una cum Euphronio ad Talasium Andegavensem episcopum a.* 453. *ordinatum de solemnitatibus et de bigamis clericis. S. Lupum facile principem pontificum Gallicanorum (Sid. VII,* 2*), primum omnium toto qua patet orbe pontificum (Sid. VI,* 1*) fuisse, inter omnes constat: cuius non minima laus est Tricassinam urbem ab interitu liberasse, quem Attila in illam intendebat. Sidonio circa a.* 472. *episcopo creato epistolam gratulatoriam quae iam exstat (AA. SS. l. l. p.* 67*) misit, cui ille inter cetera haec rescripsit (Ep. VI,* 1*):* Cum, *inquit,* post desudatas militiae Lirinensis excubias et in apostolica sede novem iam decursa quinquennia *cet. Postquam* 52 *annos sacerdotio functus est (cf. Vitam l. l.), grandaevus obiit. Colitur die* 29. *Iulii; sepultus est in ecclesia S. Mariae. Qua a Normannis destructa, intra urbem monasterium S. Lupi conditum est; cf. Longnon p.* 334. 2) *S. Lupi basilica in epistola Nicetii ad Chlodosuintham data commemoratur.* 3) *Huius Vitam edidit Camuzatus in Promptuario Tricassino et Bollandus die* 4. *Febr. I, p.* 486, *ubi sub S. Cameliano, beati Lupi successore, floruisse dicitur et ab eo ecclesiae promtuariis praepositus. Hic vero extra urbem secessit, ut sibi paullo liberius vacaret; dein ad locum Insulam dictum, quod Oza fluvio (l'Oze) circumdaretur, ibique abbatis munere functus, tandem, S. Fidolo (S. Fale) sibi substituto, circa a.* 534. *in solitudinem prope Verrerias secessit, ubi a.* 537. *defunctus est. R.*

obitum captivi fecere[a] confugium. Quorum domino Aventinus pretium obtulit. Sed ille obligans se sacramento, ait: 'Numquam haec nisi in pago meo sum accepturus'. Deditque dexteram suam, quod, si hic pecuniam transmitteret, iste confestim captivus[b] a vinculo servitutis absolveret. Transmisso itaque[c] pretio[d], oblitus dominus fidei suae, dum captivos absolvere dissimulat, ipse ligatur. Nam statim[e] summitas digiti de manu quae[f] fidem fecerat dolere[g] graviter coepit. Deinde paulatim dolor adcrescens, per manum brachiumque totum extenditur. Quid plura? Truncatum[h] ad ipsam iuncturam cubiti brachium cum[i] cecidit, et hic spiritum exalavit. Uxor vero eius post haec voluit eos iterum ad servitium revocare; sed capitis dolore percussa, virum secuta est. Et sic hii[k] ingenuitate perpetua absque ullius scripturae munitione[l] manserunt.

68. Habet et Ebredunensis[a] urbs[b] patronum proprium Marcellinum[c, 1] antestitem, per quem, dum adhuc in corpore moraretur, multa Christus miracula operatus est. Hic enim fecisse dicitur lavacrum ad baptizandum, in quo natale[d] Domini[e] dominicae caenae aqua dicitur divinitus exoriri[f, 2]. De quo etiam ad aliud lavacrum, in quo consuetudo prisca baptizari[g] instituit, aqua defertur; non tamen cumulatur, ut de illis fontibus Hispaniae[h] supra[i] retulimus[3]. Ad huius ergo sancti sepulchrum[4] lychnus assidue lumen praebet[k]; sed accensus semel multis noctibus sine ullo additamento perdurat. Et plerumque contingit, ut extinctus a vento, divinitus iterum accendatur. Ex quo oleo[l] plerumque infirmi medicamenta suscipiunt[5].

69.[a] Fuit autem et[b] Marcellus[6] Deensis urbis episcopus magnificae sanctitatis, ad cuius nihilominus tumulum[7] lychnus accensus diuturno spatio lucere solet. Praestat ex eo oleo virtus Domini medicinam[c] infirmis.

70. Aquinsibus[a, 8] igitur[b] est concessus inclitus adleta[c] Mitrias[d, 9], vir in corpore

Capp. 67. 68. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *Cap.* 69. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *Cap.* 70. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 67. a) fecerunt 3. b) *sic* 1*a*. 3; servi *add.*, *sed del.* 3. c) que *om.* 4. d) p̄tiū 2, *corr.* e) summ. st. 4. f) *corr. m. al.* qui 1*a*; quem 3; qu:a, *ras.* i 4. g) dolore 1*a*. *b*. h) Truncantur 3. i) *om.* 4. k) in *add.* 4. l) monitione 4.

Cap. 68. a) Ebredon. 1*b*. b) urbis 1*b*, *corr.* c) Marcellum 4. d) natalem 3. e) *om.* 4. f) exauriri 3. g) baptizare 4. h) Hysp. 1*b*. i) sup̄ *fere pro* supra 1*b*. k) p̄mit 2, *corr.* l) loco 3.

Cap. 69. a) *c.* 69. *om.* 3. b) *m. al. superscr.* 1*a*. c) med|cinam 4.

Cap. 70. a) Aquensibus 4; *sic infra.* b) est i. 3. c) *sic* 1*b*. 3. d) Metrias 4.

1) *S. Marcellini Vitam antiquam Bollandiani, AA. SS.* 20. *Apr. II, p.* 750, *ediderunt. 'Africanae provinciae civis, primus sanctae Ebredunensium ecclesiae constitutus antistes, fuit non infimis, ut fertur, oriundus parentibus'. Cuius sodales S. Vincentius et Domninus laudantur. Ab Eusebio Vercellensi episcopus consecratus, die* 13. *Aprilis mortuus est; cf. Vitam l. l.:* ita ut cum transitus eius die Id. Apr. pro transmigratione veraciter excolatur, post octo dies, id est 12. Kal. Mai., depositio venerabilius adimpleatur. 2) *Idem miraculum Vitae scriptor tradidit:* cui adiunctum baptisterium parvo quidem opere, sed divino omnimodis effulget miraculo. Hic fons precibus beati — — irriguus ac indeficiens assidue manat. — — Cum ad sacram dominicae resurrectionis noctem conveniendum est, Domino largiente, ipse quoque ad mensuram certissimi loci profluit et septem sanctissimis diebus paschae in plenitudine sua manens, octavo die paulatim minui conspicitur. 3) *Gl. Mart. c.* 23. 4) *S. Marcellini ecclesia a Calvinianis incensa est; cf. Longnon p.* 456. 5) *De miraculis olei, 'quod luminaribus illius praeerat', cf. AA. SS. l. l. p.* 754. 6) *S. Marcelli Vitam circa a.* 800. *Vulfinus Deensis episcopus scripsit; fragmenta duo e breviariis ediderunt Bollandiani, AA. SS.* 9. *Apr. I, p.* 826. 7) *S. Marcelli basilica cum monasterio sibi adiuncto Cluniacensis ord. extra urbem sita, saeculo proxime elapso a Calvinianis destructa est. Inde monachi in urbem translati ibi hodieque perseverant. R.* 8) *Aix.* 9) *Mitrias die* 13. *Nov. colitur; cf. Peloutier, 'Discours sur la vie et le martyre de s. Mitre, patron de la ville d'Aix'. Aquis* 1876.

iuxta historiam actionis magnificae sanctitatis, et licet conditione[a] servus, liber tamen iustitiae[b]. Qui, ut ferunt legentes certaminis eius textum, peracto cursu boni operis, a saeculo victor abscessit, saepius se in caelis degere virtutibus manifestis ostendens. Tempore igitur quodam, cum Franco episcopus huius municipii eclesiam gubernaret, Childericus[c. 1], qui tunc primus apud Sigibertum[d] regem habebatur, villam eius conpetit[2], dicens, quia iniuste ab Aquinsi eclesia[e] retenerctur. Et dicto citius convenitur episcopus; datisque fideiussoribus, in praesentiam[f] regis adsistit, clamans et obsecrans, ut rex ab huius causae audientiam[g] praesentiam suam averteret, ne[h] caelesti iudicio condemnetur[i], addens: 'Scio enim virtutem Metrii[k] viri beati, quod velociter in[l] pervasorem suum inrogat ultionem'. Denique coniuncti[m] auditores[n] causam[o] discutiunt. Insurgit Childericus atque inproperans[p], criminibusque[q] exacervatum episcopum, quod res fisci ditionibus debitis[r] iniquo[s] ordine reteneret, extrahi eum[t] vi a iudicio iubet; et tentum, ablata[u] per iudicium praesentium villa, tricentis aureis condemnavit. Favebant ei[v] omnes, nec quisquam[w] contra voluntatem eius audebat[x] decernere, nisi quod eidem[y] libuisset. Denique condemnatus spoliatusque[z] sacerdos ad urbem redit, atque prostratus in orationem coram[a] sepulchro[b] sancti, dicto psalmi[c] capitello, ait: 'Non hic accenditur[d] lumen, neque psalmorum[e] modolatio canitur, gloriosissime sancte, nisi prius ulciscaris servos tuos de inimicis suis, resque tibi violenter ablatas[f] eclesiae sanctae restituas'. Haec cum lacrimis effatus, sentes cum acutis aculeis super tumulum proiecit; egressusque, clausis ostiis, similiter in[g] ingressu alias collocavit. Nec mora, corripitur pervasor a febre, decumbit lectulo, exhorret cibum, fastidit et potum, profert aestuans iuge suspirium. Cui etiam si ab ardore febris interdum sitis accederet, aquam[h] tantum, nihil aliud hauriebat. Quid plura? In hac aegrotatione integrum ducit annum; sed mens prava[i] non flectitur. Interea labitur caesaries cuncta cum barba[k], et ita[l] omne caput remansit nudum, ut putaris eum olim sepultum, nuper eiectum fuisse post funera de sepulchro. His et talibus miser adflictus[m] malis, sero recogitat[n], dicens: 'Peccavi, eo quod expoliaverim eclesiam Dei atque episcopo sancto[o] intulerim iniuriam. Nunc autem ite quantotius et, redditam[p] villam, sexcentos aureos super tumulum sancti[q] deponite. Est enim mihi spes, quod res reddita tribuat aegrotanti[r] medellam'. Quod audientes homines eius, accepta pecunia, fecerunt, sicut eis fuerat[s] imperatum. Reddiderunt agrum solidosque super sepulchrum servi Dei posuerunt. Sed cum hoc[t] fecissent, statim ille[u] in loco quo erat spiritum exalavit, lucratusque[v] est detrimentum animae per adeptionem adquesitionis iniquae. Episcopus autem obtenuit ultionem de inimico eclesiae, quam[w] promiserat futurum[x] per athletae Dei virtutem.

Cap. 70. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 70. a) ditione 1*a*. *b*. b) iustitia 4. c) :: Child., *ras.* cl 2. d) Sigob. 4. e) eccłam 1*b*. — retenetur 1*a*. f) praesencia regi 3. g) audientia (2. 4). h) n̄ 2, *corr.* i) condemnaretur 4. k) meriti 2. 3; Metrię 4. l) per in vasorem 1*b*, *corr.* m) coniuncta 1*b*. n) adiutores 1*a*. o) causa 1*b*. p) improperiis 4. q) *sic* 1*b*. 3*a*. 4; exacerbatum 2. 3*a*. 4. r) debitas 4. s) |niquo 1*a*, *corr. m. al.* t) cum *add.* 4. u) ablatum 3. v) enim 3. w) quisq; 1*b*. x) audiebat 1*b*, *corr.* y) eis 3. z) expol. 4. a) sancti c. sep. 3. b) sepulchrum 1*b*. 3. c) psalmo 3. d) accendetur — canetur (2). e) melodia *add., sed del.* 3. f) ablatus 1*b*, *corr.* g) *om.* 4. h) aqua 3. i) parva 1*a*. 3; *corr. m. al.* 1*a*. k) barbis 4. l) o. i. 4. m) adfictus 2, *corr.* n) recogitavit 4. o) suo 3. p) reddita (2. 4); reddite 3; villa 4. q) sc̄m 1*b*. r) egrotante 2. s) fuerant 1*b*, *corr.* t) haec 1*b*. u) ilico quo 3. v) que *om.* 4. w) quem 3. x) futuram 4.

1) *Childerici cuiusdam Saxonis Greg. H. Fr. VII,* 3; *VIII,* 18; *X,* 22. *mentionem fecit. De Francone nihil constat, nisi quod inter Avolum et Pientium sedisse ipsum certum est.* 2) *Competere est invadere; cf. H. Fr. IV,* 51: conpetitur rerum alienarum testamentorumque effractur.

71.[a] Aravatius[b, 1] vero Triiectensis episcopus tempore Chunorum[c], cum ad[d] inrumpendas prorumperent Gallias, fuisse memoratur. Qui et sepultus[e] refertur iuxta ipsum[f] pontem ageris publici[2], circa cuius sepulchrum quamvis[g] nix defluxisset, numquam tamen marmorem[h], quod super erat positum, humectabat. Et cum loca illa nimii frigoris gelu ligentur, et nix usque in trium et quattuor pedum crassitudine[i] terram operiat, tumulum ullatenus[k] non attingit[l]. Datur enim intellegi, verum Israhelitam[m] hunc esse. Nam illis inter[n] muros aquarum aquae[o] non sunt pernicies[p], sed salutis; et circa[q] huius iusti tumulum nix decidens[r] non humoris causa est, sed honoris. Videasque in circuitu montes niveos elevari, nec tamen attingere terminum monumenti; et non miramur, si terra operiatur nive, sed miramur, quod[s] attingere ausa non est locum beati sepulchri. Nam plerumque devotio studiumque[t] fidelium oratorio[u] construebant de tabulis ligneis levigatisque[v]; sed protinus aut rapiebantur vento aut sponte[w] ruebant. Et credo, idcirco ista[x] fieri, donec veniret, qui dignam[y] aedificaret fabricam[z] in honore antestitis gloriosi. Procedente[a] vero tempore adveniens in hac[b] urbe Monulfus[c, 3] episcopus, templum magnum in eius honore[d] construxit, conposuit ornavitque. In quo multo studio et[e] veneratione translatum corpus magnis nunc virtutibus pollet.

cf. Ioann. 1, 47.

72.* Cimiterium igitur apud Agustidunensim[a] urbem Gallica[b] lingua vocitavit[c, 4],

*) *Atramento pallido in marg. add.* 1a*: (a)d scm̄ Simplicium; *quibus m. s. XI. adiecit:* capitula haec ·V· scribe in vita sancti Simplicii episcopi.

Capp. 71. 72. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 71. a) 70. 2. b) *sic* 4; Arvacius 1*a*. 2. 3; Arvatius 1*b*; *corr. m. s. XII.* Servatius 2. c) Unorum 2; Hunorum 4. d) *om.* 1*b*. 3. e) sepulchrum 3. f) p. i. 2. g) quamlibet 4. h) marmor (2. 4). i) crassitudines 4. k) ullaneus 1*a*, *corr. m. al.*; la *suppl.* 2; nullatenus a. 4. l) attigit 1*b*, *corr. m. al.* m) Hisr. 3; h. I. 4. n) instar murus 4. o) aqua 1*b*, *corr. m. al.* p) pernetiei 4. q) arca 1*a*, *corr. m. al.* r) decedens 1*a*; descendens 3. s) m. quare (*del. et corr.* quomodo) a. 2. t) que *om.* 2. u) oratorium 2; oratoria 4 *et* 2 *corr.* v) vi *suppl.* 1*a*. w) spontē 2, *corr.*; ponte 4. x) hita 3. y) dignea 3. z) fabrica 3. a) Proceden|(ti *m. al. add.*) 4. b) hanc urbem 4. c) Hunolfus 4. d) honorem (3). e) et v. *om.* 3.

Cap. 72. a) Augustudunensim 3; Augustidunensem 4. b) Tallica 3. c) vocitatur 3.

1) *S. Aravatius Tungrorum episcopus tempore Chunorum, i. e. saec. V. med., vixit. De quo v. Greg. H. Fr. II,* 5: Hic vero ad Treiectinsem urbem accedens, modica pulsatus febre, recessit a corpore, ablatusque a fidelibus iuxta ipsum agerem publicum est sepultus. Cuius beatum corpus qualiter post multorum temporum spatia sit translatum, in libro Miraculorum scripsimus. *Inde a saec. IX. cum S. Servatione fere confusus est, qui a.* 347. *concilio Sardicensi* Σερβάτιος *subscripsit et concilio Seleuciensi a.* 359. *interfuit; cf. Severi Chr. II,* 44: Servatio Tungrorum episcopus. *Vitarum quae exstant S. Servatii scriptores e Gregorio hausisse, probe censuit Kurth, 'Deux biographies inédites de saint Servais', Leod.* 1881, *et 'Nouvelles recherches sur saint Servais'* 1884. 2) *Est via publica; cf. Severi Dial. II,* 3; Interim per aggerem publicum plena militantibus viris fiscalis raeda veniebat, *et Sidon. ep. IV,* 15 *(ed. Baret):* quamquam villa non paucis aggere a publico milibus abesset. 3) *Monulfus, quem S. Domitiano successisse ferunt, quin Triiectensis episcopus fuerit, Rettberg, 'Kirchengeschichte' I, p.* 553, *dubitavit. Sed res admodum certa est, postquam Le Blant nr.* 215. *hanc schedulam ecclesiae Carnotensis, litteris Merovingicis conscriptam, publici iuris fecit:*

† Hyc sunt pignora de coberturio domno
Monulfo Treiectinse ep̄o.

Vitas S. Monulfi duas, quas Bollandiani, AA. SS. 16. *Iul. IV, p.* 157, *ediderunt, nulla auctoritate pollent.* 4) *Coemeterium Graecis* κοιμητήριον, *i. e. requietis locum esse, notum est. Gregorius forte de vocabulo 'Polyandrion' ('polyandre de Saint-Pierre l'Estrier') cogitavit, quo 'multorum hominum' coemeterium designatur; cf. Le Blant I, p.* 9.

eo quod ibi fuerint multorum hominum cadavera funerata; inter qua[a] quod sint quorundam fidelium dignarumque Deo animarum sepulchra, frequens occulti[b] psallentii[c] mysterium docet, cum plerumque multis apparent[d], in ipso vocum[e] praeconio reddentes omnipotenti Deo gratiarum debitam actionem. Nam audivi, quod duo ex incolis loci, dum loca sancta orandi gratia circuire disponerent, audiunt in basilica[f] sancti Stephani[g, 1], quae huic coniungitur cimitirio, psallentium[h] sonum. Admirantesque dulcedinem[i] modoli, adpropinquant ad ostium templi, autumantes, a quibusdam religiosis vigilias celebrari. Ingredientes autem et orationi diutissime incumbentes, consurgunt, psallentii chorum conspiciunt, nihilque lucere per templum, nisi propria claritate cuncta prospiciunt splendere; de personis[k] vero nullum prorsus agnoscunt. Denique attoniti[l], stupore perculsi, unus de psallentibus accedit ad eos, dicens: 'Exsecrabilem rem fecistis[m], ut nobis arcana orationum Deo reddentibus adesse praesumeretis[n]. Discedite ergo et a domibus[o] vestris [non[p]] abscedite, alioquin [velociter[p]] ab hoc mundo migrabitis'. Ex quibus unus discedens abiit, alter vero, qui in loco remansit, post [non[p]] multos dies a[q] saeculo conmigravit.

73. In hoc cimitirio vidi[a] beati Cassiani sacerdotis magni sepulchrum[2], a multis infirmis erasum, quod pene transforatum eo tempore putabatur. Abluunt enim ex hoc pulvere[b] aegroti; sed[c] protinus virtutis magnitudinem[d] sentiunt. Ibi et Simplicius[e, 3] ipsius, ut aiunt, urbis[f] episcopus est sepultus, cui crimen adulterii saeva populorum obiecit insania.

74.[a] Sed[b] quia de his aliquid proloqui iuvat[c], prius de sancto Riticio[d, 4], quia

Capp. 72—74. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 72. a) iter quod *corr. m. al.* i. quam quod 1*b*; quam 3; quae (4). b) occulta 4. c) psallentium 2, *corr.* d) appareant (2. 3). e) voco 2, *corr.* f) basilicam 1*b*. 2. g) Stefani 3. h) psallentii 4. i) dulcedine 1*a*. k) propriis 3. l) attonitis ac st. perculsis 4. m) fecisti 1*b*, *corr. m. al.* n) praesumpsistis 3. o) a:omibus 4. p) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. q) migravit a. s. 3.

Cap. 73. a) *om.* 4. b) pulverem 4. c) et 4. d) magnitunis 3. e) Simplitium *corr. m. al.* Simplitius 1*b*. f) e. u. s. est 3.

Cap. 74. a) LXX:IIII, *ras.* X? 4. b) Sed — habendus est *om.* 3. c) iubat 1*a*. *b*. d) Atricio 4; Aricio 9.

1) *Hodieque haud procul ab Aedua urbe visitur coemeterium, ubi ingens lapideorum sepulcrorum numerus superest, cum ecclesia aut potius ecclesiae S. Stephani muris absque tecto. Ibi Petrus Ladoneus SS. Rheticii, Cassiani, Simplicii aliorumque Augustoduni episcoporum tumulos exstare scribit. R.* 2) *Vidit et illud S. Germanus episc. Autisiodori, cui cum S. Cassianus gloriam suam revelasset, eius sese ac plebem precibus commendavit beatus antistes, ut narrat (Pseudo-)Constantius, V. S. Germani II,* 1 *(ed. Duru, 'Bibl. hist. de l'Yonne' I, p.* 81*). In hoc autem coemeterio hodieque S. Cassiani sepulcrum habetur in oratorio ipsius nomini sacrato. At nulla ibi S. Simplicii memoria, cuius forte sepulcrum cum ceteris commixtum est. R. Sed Lempereur, 'Dissertations sur les tombeaux antiques qu'on voit à Autun ou dans les environs' p.* 23, *etiam S. Simplicii sepulchrum vidit, quod crucem ferebat; cf. 'Voyage litt. de deux Benedictins' I, p.* 162. *Acta S. Cassiani fabulosa ediderunt Bollandiani, AA. SS.* 5. *Aug. II, p.* 64. 3) *De quo c.* 75. *agitur.* 4) *'Reticius ab Augustoduno civitate' iudex in causa Donatistarum a Constantino datus, a.* 313. *concilio Romano interfuit; cf. Optati De Schism. Donat. libr. I,* 23. 'Ρετέκιος *ab imperatore in epistola ad Miltiadem papam data appellatur; cf. Euseb. H. eccl. X,* 5. *Interfuit etiam Arelatensi I. a.* 314*:* Reticius episcopus, Amandus presbyter, Philomatius diaconus de civitate Augustodunensium. *Hieronymo teste (De viris illustr. c.* 82*) sub Constantino celeberrimus in Gallits habitus est. Scripsit commentarios in Canticum Canticorum et aliud grande volumen adversum Novatianum. Cf. August. contra Iulianum I,* 7*; Tillemont, 'Mém. pour servir à l'histoire ecclés.' ed. Paris.* 1704. *tom. VI, p.* 27*; AA. SS.* 19. *Iun. IV, p.* 587.

prior obiit, sermo habendus est. Fuit enim[a] nobilissimis[b] parentibus et litterarum acumine clarus, qui, transacta aduliscentia, uxorem simili morum honestate praeclaram[c] sortitus est, cum[d] qua spiritalis dilectionis conhibentia, non luxoria copulatur. Concurrunt[e] elymosinae[f], vigiliae caelebrantur, et opus Dei per eos incessabiliter exercetur. Igitur longa post tempora mulier declinans caput ad lectulum, beati viri auribus extrema profert[g] verba, dicens: 'Deprecor, piissime frater[h], ut post discessum meum, percurso[i] aevi temporis[k], in illo quo ego collocor[l] sepulchro ponaris, ut quos[m] unius castitatis dilectio uno conservavit in thoro unius reteneat sepulchri consortio[n]. Haec effata[o], lacrimans spiritum[p] emisit ad caelos. At[q] Riticius episcopatum[r] Agustidunensis[s] urbis, populo elegente, sortitur[t]. Qui talem[u] se[v] praebuit in religione[w], ut morum bonitas pontificatus gratiae aequaretur, et ad diem obitus per diversos gratiarum spiritalium gradus plena perfectione[x] consummatione veniret. Quo abluto et super feretro[y] posito, movere non queunt officia[z] famulantum. Tunc in stupore mentis defixi, audiunt[a] a quodam sene, virum domina[b] coniurasse, ut eos uni[c] sepulchri amplitudo susciperet; sermone vero percurso[d], confestim sustollitur feretrum[e], adlatumque prope sepulchrum[f], resumit sacerdos spiritum[g]; adloquitur[h] sociam, dicens: 'Recordare, dulcissima coniux, quae[i] nobis[k] fueras deprecata. Nunc suscipe expectatum diu fratrem et coniungere artubus inpollutis, quos non luxoria polluit, sed castitas vera mundavit'. Haec eo dicente, mirum in modum commotum[l] sepulchrum, uno in loco ossa virginis[m] conglobantur; beatus vero sacerdos receptus in pacis somno, huius sepulchri tectus[n] est operturio[o. 1]. Huic Cassianus[p], cui[q] supra meminimus, successit. Post hunc Egemonius[r. 2] cathedram pontificatus adsumpsit.

75. Quo[a] decedente, beatus Simplicius[3] eclesiae ipsi[b] praeponitur. Fuit enim de stirpe nobili, valde dives in opibus saeculi, nobilissimae coniugi sociatus. His fuit castissima, obtegente saeculo, vita, soli Deo cognita, mortalibus tamen ignota. Erant

Capp. 74. 75. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 74. a) s̄ac̄s ritius *add.* 3. b) nobilissimus 4. c) praeclara 3. d) cum — copulatur *om.* 4. e) concurrent 1*b*. f) elemosimae 3. g) v. p. 4. h) pater 3. i) percusso 3. k) tempore 4. l) colloquor 1*b*, *corr.* m) quod 3. n) consortium (4). o) effatu 1*b*, *corr. m. al.* p) e. sp. 3. q) Atrititius 1*b*; At Rititiis 2; Ariticius 3; Atricius 4; Aricius 9. r) episcopatu 3. s) Agustidonensis 1*a*; Agustidonensi 1*b*, *corr. m. al.*; Augustudunensis 3; Augustidunensis 4. t) sortitus est 3. u) tam 1*a*, *corr. m. al.* v) *m. al. superscr.* 1*b*. w) regione 3. x) perfectionis 4. y) feretrum p. moverentque eum officia f. 4. z) offitio 1*b*. a) aiunt 4, *in marg. corr.* b) *in marg. add.* 1*a*; dominam (2. 4). c) unius 2. 4. d) percusso 2 *(corr.)*. 3. e) feretro 3; ablatumque 4. f) sepulcro 3. g) s̄pm̄ 2, *corr.* h) ad *add.* 4. i) quod 3; a *add.* 4. k) nos 2. l) commoto sepulchro 4. m) virginea 4. n) tecto 4. o) opertus 4. p) Casianus 1*b*. q) cuius 2. 4. r) Aeg. 4.

Cap. 75. a) Qđ sedente 1*b*, *corr.*; decidente 4. b) ipsius ponitur 3.

1) *Iuxta coemeterium capp. praeced. laudatum habetur ecclesia parochialis S. Petri de Strada, 'de l'Etrié', dicta, in qua visitur sepulcrum beati antistitis sub fornice parvo in muro ecclesiae cavatum, cum hac recenti inscriptione:* SC̄S RHETITIUS EP̄S AEDUENSIS CCCXIV. *R.* 2) *Cf. AA. SS. Ian. I, p.* 473. 3) *De quo v. Pseudo-Constantius, V. S. Germani I,* 1 *(ed. Duru l. l. I, p.* 50*):* Tunc Simplicius vir summae simplicitatis atque caritatis eiusdem civitatis episcopus, rumore adventus eius *(scil. Amatoris)* praeventus, ei cum ordine clericatus — — ire obvius non neglexit. *Cum Amatorem, qui S. Germanum praecessit, die* 1. *Maii a.* 418. *mortuum esse constet, S. Simplicium saec. V. in. vixisse, necesse est. Idem forte est, qui concilio Valentino a.* 374. *interfuit, sed alter Simplicius concilio Sardicensi a.* 347. *subscripsit; cf. AA. SS.* 24. *Iun. II, p.* 812; *Tillemont, 'Mém. pour servir à l'histoire ecclés.' ed. Paris.* 1705, *tom. X, p.* 675 *sqq.*

enim ambo iusti et in elymosinarum semina[a] ac vigiliarum tolerantiam[b] valde prumptissimi. Interea propter illam[c], ut diximus, saeculi[d] dignitatem Simplicius[e], decedente Egemonio, a populis elegitur; sed a Deo pro castitatis et sanctitatis gloria distinatur. Accepto quoque pontificatus ordine, beata soror, quae[f] prius fuerat non libidine, sed castitate viro coniuncta, non passa est ab stratu pontificis submoveri; sed in illa puritatis castitate quam[g] prius viri castissimi thorum adibat, secura de conscientia mentis sanctae, sciens se uri[h] non posse ab incentivi ignis ardore. Sed saeva daemonis invidia contra sanctos[i] Dei probrosa excitat[k] bella, et[l] quae[m] instinctu suo distruere[n] non potuit nititur verbis se[o] subdolis infamare. Quid plura? In illo dominici natalis die commoventur cives in scandalum et ad beatam virginem rapido cursu concurrunt, dicentes: 'Incredibile est, mulierem viro iunctam[p] pollui non posse, sed nec vir poterit artubus mulieris iunctus a[q] coitu abstenere. Sic etenim Salamonis[r] proverbia[s] proferunt: *Nemo*, ait, *tangens picem, mundus poterit*[t] *esse*. Neque[u] enim in sinu ignem quis gestiens[v] non cremabitur. Ergo videmus vos uno[w] in thoro recumbere, et[x] suspicari aliud[y] possumus, nisi misceamini simul?' His commota virgo sanctissima, adgreditur pontificem simili castitate[z] pollentem, replicatisque coram omni populo sermonibus quos audierat, puellam[a], quae tunc plenam, ut[b] adsolet, pro iniuria hiemis arulam[c] cum carbonibus retenebat[d], vocat[e]; expansoque[f] palleo, prunas ardentes suscepit, et fere horae[g] unius spatio tenens, sacerdotem evocat[h], dicens: 'Accipe mitem solito ignem, nequaquam tuis[i] velaminibus nociturum[k], ut ostendant in nobis hae[l] flammae, extinctas flammas esse[m] luxoriae'. Suscipiente vero pontifice, nihil nocitum[n] est velamen eius ab igne. Hoc miraculo populus, qui erat tunc incredulus, credidit Deo, et inter septem dies amplius quam mille homines sacri innovatione[o] lavacri sunt renati. Quos suscipiens eclesia, gaudens caelesti regno per hos milites copulavit.

cf. Eccli. 13, 1.

76.[a] Ferunt etiam in hac urbe simulachrum fuisse Berecinthiae[b], sicut sancti martyris Simphoriani[c] passionis declarat historia[1]. Hanc cum[d] in carpento pro salvatione agrorum ac vinearum suarum misero gentilitatis more deferrent, adfuit supradictus Simplicius episcopus, haud procul aspiciens cantantes atque[e] saltantes[f] ante hoc simulachrum; gemitumque pro[g] stultitia plebis ad Deum[h] emittens, ait: 'Inlumina, quaeso[i], Domine, oculos[k] huius populi, ut cognoscat, quia simulachrum Berecinthiae[l] nihil est'.

Capp. 75. 76. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 75. a) semine 4. b) tolerancia 3; tolerantia 4. c) *postea add.* 1*a*. d) d. s. 3. e) Simplicio d. Egemonius *corr. m. s. XII.* Egemonio d. Simplicius 2; Aeg. 1*b*. 4. f) qui 3. g) qua 4. h) u:ri, *ras.* i 1*a*. *b*; ut|ri *corr. m. al.* uri 2. i) scoř 1*a*. k) excitavit 2. l) ut — niteretur 4. m) q̊ instinctis uo d. 1*b*. n) distribuere 3. o) *om.* 4. p) iuntta 3. q) ab scorto 3. r) Solom. (2. 3); Salom. 4. s) verba 3. t) potuerit 1*b*. u) Neque — cremabitur *om.* 3. v) gestans 4. w) in u. 3. x) rec. aliud credere non poss. 4. y) aliquid 1*a*; *corr. m. al.* z) castitatem 1*b*, *corr.*; pollente 3. a) puella 3. b) *m. al. superscr.* 1*a*. c) *sic pr. m.* 1*a*, *sed m. al. corr.*: aud. arulam p. t. pl. — — h. c. c. r. v. puellam ex. d) retinebanib; (*del.* r.) retinebat 2. e) advocat 4. f) Expensoque 2, *corr. m. al.* g) ore unus (*corr.* unius) 1*b*; hora 2; u. h. 4. h) vocat 4. i) *in marg. suppl.* 4. k) noceatur 3. l) haec 1*b*, *corr.* m) *om.* 4. n) nocitus 3. o) invocacione 3.

Cap. 76. a) *om.* 4, *ubi c.* 76. *cum praecedente cohaeret.* b) Berecintiae *fere* 3. c) Simforiani 3; Symphoriani 4. d) enim 3; in *om.* 4. e) a. s. *om.* 3. f) psaltantes 3*a*. g) hoc 4, *corr. m. al.* h) Dnm̄ 1*b*, *corr.* i) q̅s̅ 1*b*, *corr. m. al.* k) h. p. o. 3. l) Berechithiae 1*a*.

1) *Cf. Passionem S. Symphoriani, Ruinart, Acta Mart. ed. Ratisp. p.* 125: Aedua civitas — — Berecynthiae, Apollinis et Dianae cultum speciali dilectione venerata est. Itaque ad Berecynthiae matris daemonum profanam sollemnitatem populorum multitudo convenerat. — — Symphorianus — — cum statuam Berecynthiae, quae carpento portabatur, agminibus stipata populorum, despectam adorare noluisset, publicae seditionis obtentu comprehensus tenetur. *Erat 'haec Gallorum rusticis consuetudo, simulacra daemonum candido tecta velamine misera per agros suos circumferre dementia', ut Severus, V. S. Mart. c.* 12, *testatur.*

Et facto signo crucis contra[a], protinus simulachrum in terram ruit, ac defixa solo animalia, quae plaustrum quo hoc vehebatur trahebant[b], moveri non poterant. Stupit[c] vulgus innumerum[d], et deam laesam omnis caterva conclamat; immolantur victimae, animalia verberantur, sed moveri non possunt. Tunc quadringenti[e] de illa stulta[f] multitudine viri coniuncti simul, aiunt ad invicem: 'Si virtus est[g] ulla[h] deitatis in[i] statua[i], eregatur[k] spontae, iubeatque boves, qui telluri sunt stabiliti, procedere. Certe si moveri[l] nequit, manifestum est, nihil esse divinitatis in[m] ea'. Tunc accedentes et immolantes unum de pecoribus, cum viderent[n] deam suam nullatenus posse moveri, relicto gentilitatis errore, inquesitumque antestitem[o] loci, conversi ad unitatem eclesiae, cognoscentes veri[p] Dei magnitudinem[q], sancto sunt baptismate consecrati.

77.[a] Sed quoniam[b] superiore capitulo[c] exposuimus, qualiter castitas diligentes Deum ornaverit, venit in memoriam, quae Felicem[1] Namneticum referentem, dum de his confabularemur[d], audivi. Aiebat enim, fuisse antestitem in civitate sua cum coniuge; sed cum ad honorem[e] sacerdotii accessisset[f], lectulum iuxta ordinem institutionis catholicae sequestravit. Quod mulier valde molestum tulit[g]. Cumque diebus singulis cum eo ageret, ut in uno stratu quiescerent, nec adquiesceret pontifex rem tam inprobam, quam canonum decreta non admittebant[2], quadam die accensa furore[h], ait intra se: 'Non puto esse absque aliqua conscientia viri mei, quod ab implexu eius taliter sum repulsa; sed ibo et videbo, ne forte alia mulier cum eo decumbat, pro cuius me[i] amore dispiciat'. Et statim adfuit in cubiculum episcopi, invenitque eum post meridiem[k] dormientem. Accedensque ante lectulum[l] eius, vidit agnum inmensae claritatis super pectus eius quiescentem. Tunc timore perterrita, velociter se a lectulo sancti[m] removit nec adiecit ultra quaerere, quid vir[n] Deo[o] plenus ageret in occultis; sed cognovit manifestissime, illud cum servis[p] Dei impleri[q], quod ipse Dominus suis fidelibus est[r] pollicere digna-
Matth 28, 20. tus, dicens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem*[s] *saeculi.*

78. Remigius[a. 3], inquam, Remensis urbis episcopus, qui, ut ferunt, septuaginta aut

Capp. 76—78. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 76. a) econtra 4. b) t. se movere 4. c) *sic* 1*a*. *b*. 3. d) innumerus et eam 3. e) quadraginti 1*b*; quadringente 2, *corr.*; v. de i. st. m. 3. f) *om.* 4. g) *m. al. superscr.* 2. h) valde 3. i) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. k) eregratur *corr.* erigiatur 1*b*. l) si movere se nequiverat 4. m) in ea *om.* 4. n) videntes 3. o) antistite (3). p) viri 1*b*. q) magnitudine 3.

Cap. 77. a) 76, *et sic deinceps* 4. b) in *add.* 1*b*. c) capitello 1*a*, *corr. m. al.* d) confabularemus 2, *corr. m. al.* e) honore 1*b*. f) accessissent 1*a*, *corr.*; accessisse 3. g) fuit 3. h) furorē 3. i) mei 1*b*; a. me 3. k) meridie 3. l) lectum 4. m) sancto 3. n) vero 2, *corr.* o) Dei 1*b*. 3; plenus — c. servis Dei *om.* 1*b*. p) servo 4. q) implere quid 1*b*. r) p. est 3; polliceri 4. s) consumacione 3.

Cap. 78. a) Remig&is 1*b*.

1) *Felix Namneticus episcopus, qui Gregorio ultimis vitae annis admodum infestus erat (cf. H. Fr. V,* 5. 50*), concilio Turonensi II. a.* 567. *et Parisiensi IV. a.* 573. *interfuit. Anno* 513. *natus, a.* 550. *episcopus factus, a.* 582. *mortuus est; cf. H. Fr. VI,* 15*:* Tunc cantaredarum cataplasmam nimium validam ponens, computrescentibus tibiis, anno episcopatus sui tricesimo tertio, aetate septuagenaria vitam finivit. *Obiit die* 6. *Ianuarii, 'memoria autem ipsius natalis hodierno die (scil.* 7. *Iul.), quo venerandae eius reliquiae e sepulcro sublatae, theca argentea inclusae sunt, ab ecclesia celebratur'; cf. Breviarium Namnet. in AA. SS.* 7. *Iul. II, p.* 470. *Cui carmina complura et epistolam Fortunatus scripsit.* 2) *Cf. conc. Turon. II, c.* 12, *a.* 567*:* Episcopus coniugem ut sororem habeat, et ita sancta conversatione gubernet domum omnem tam ecclesiasticam quam propriam, ut nulla de eo suspicio quaqua ratione consurgat. *Cf. quae Greg. H. Fr. I,* 44. *de Stremonio scripsit.* 3) *S. Remigii duae supersunt Vitae: altera brevis, Fortunato male tributa, qua Gregorius usus est, altera prolixior, quam Hincmaro debemus.*

co[a] amplius in episcopatu annos explevit et oratione sua defunctae cadaver puellae obtenuit suscitari[1], plerumque infirmis sanitatum gratiam porregit et in pervasoribus saepissime ultor exsistit. Erat enim haud[b] procul a basilica[c, 2] campus tellure[d] fecundus — tales[e] enim incolae olcas[3] vocant —, et hic datus basilicae sanctae fuerat[f]; quem unus ex civibus[g] pervadit[h], dispiciens hominem, qui eum loco[i] sancto contulerat. Qui cum ab episcopo ac loci abbate crebro conventus fuisset, ut quae iniuste pervaserat redderet, parvi pendens verba quae audiebat, pertinaci direpta defensabat intentione. Denique causa extitit et non devotio, ut Remensim urbem adiret; properat ad sancti basilicam. Arguitur[k] iterum ab[l] abbate pro pervasione campi; sed nihil dignum rationi[m] respondit. Explicitisque negotiis, ascenso equo, ad domum redire disponit[n]; sed obstat nisu[o] eius sacerdotis iniuria[p]. Nam sauciatus[q] a sanguine[4], diruit in terram[r]; obligatur[s] lingua, quae locuta fuerat, campum tolli[t]; clauduntur oculi, qui concupierant; manus contrahuntur, quae[u] adprehenderant. Tunc balbutiens et vix sermonem[v] explicare potens[w], ait: 'Deferte me ad basilicam sancti et quantumcumque super[x] me est[y] auri ad sepulchrum eius proiecite. Peccavi enim auferendo res eius'. Aspiciens autem dator campi hunc cum muneribus venientem[z], ait: 'Ne aspicias[a], quaeso, sanctae[b] Dei, munera eius, quae numquam[c] accipere consuisti[d]; ne sis, deprecor, adiutor eius, qui, inflammante concupiscentia, rerum tuarum nequam possessor exsistit'. Nec distulit sanctus audire vocem pauperis sui[e]. Nam homo ille, licet dedisset munera[f], rediens tamen[g] domum, amisit spiritum, recepitque eclesia res suas. Sed nec illud sileri[h] placuit[i], quod illud[k] gestum est tempore, cum lues inguinaria[5] populum primae Germaniae[l]

Cap. 78. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 78. a) *in marg. suppl.* 4. b) aut 1*b*. 3. c) basilicampus 1*b*, *corr. m. al.*; basilice c. 3; b. fundus *Flod.* d) telluris 2; palude 4. e) talem 4. f) fuerant 3, *corr.* g) civitatibus 1*a*, *corr.* h) pervasit 3. i) locum 3. k) arguetur 1*a*. *b*. l) *m. al. add.* 1*b*. m) racione respondet 3; ratione (4). n) disponi 3. o) nisui (1*b*. 4). p) iniuriā 1*b*. q) saciatus 4. r) terra 3. s) oblinguatur 1*b*. t) tollit 1*b*. u) qui 3. v) sermonexplicare 3. w) valens *Flod.* x) per 1*b*. y) *m. al. post* auri *superscr.* 1*a*. z) deferri *Flod.* a) accipias 1*a*. b) sc̄i 1*b*, *corr.* c) cupide *add. Flod.* d) consuesti:, *ras.* s 2; consuevisti (3. 4). e) *om.* 1*b*. f) ostendit sanctus Dei, se illa non acceptasse, dum *add. Flod.* g) pervasor *Flod.* h) silere 4. i) potuit 3. k) *om.* 1*b*; illo (2. 4). l) Germanae 4.

E brevi intellegitur, S. Remigium 22 *annos natum Remensem episcopum factum esse. Ipsi Sidonius epistolam IX,* 6 *(ed. Baret) scripsit. In litteris, quas Heraclio Parisiensi, Leoni Senonensi, Theodosio Autissiodorensi episcopis de Claudio presbytero Remigius direxit,* quinquaginta, *inquit,* et tribus annis episcopali sedi praesideo. *Plus quam* 70 *annos Remensi ecclesiae eum praefuisse, Gregorius testatur, unde Hincmarus vix errasse mihi videtur, qui c.* 60. *illi* 74 *annos tribuit, ita ut* 96. *anno mortuus esset. Eiusdem festivitas die* 1. *Octobris colitur, teste Gregorio, H. Fr. VIII,* 21*:* festivitas beati Remedii, quae in initio mensis octavi caelebratur. *Concordant Martyrologia, sed Hincmarus die* 1. *Octobris (c.* 66*) Remigium translatum, Id. autem Ian. (c.* 60*) mortuum esse vult. Anno* 535. *iam Flavius Remensis episcopus cancilio Arvernensi interfuit, unde a.* 532/533. *Remigium obiisse, communis opinio est. De ipso v. H. Fr. II,* 31. *Hoc Gregorii caput Flodoardus, H. Rem. I,* 20. 18, *exscripsit.* 1) *Cf. H. Fr. II,* 31*:* Est enim nunc liber vitae eius, qui eum narrat mortuum suscitasse. *Est vita brevis, quam edidi in Fortunati Opp. II, p.* 64, *ubi c.* 8. *haec leguntur:* Tunc sanctus Remedius, effuso lacrimarum hymbre, consurgens suscitavit mortuam, quam prius sanavit aegrotam. 2) *Basilica Remigiana etiamnunc superest, sed intra urbis muros ab aliquot saeculis inclusa, archimonasterii titulo aliisque praerogativis donata, ob beati pontificis corpus, quod ibi in magnificentissimo mausoleo incorruptum adservatur. Hanc incolunt monachi Benedictini e Cong. S. Mauri. R. Cf. Longnon p.* 391. 3) *Gall. 'ousche' vel 'oche'; cf. Ducange VI,* 707. 4) *Cf. H. Fr. V,* 5. 5) *A.* 543*; cf. H. Fr. IV,* 5*; V. Patr. VI,* 6.

devastaret. Cum autem omnes terrerentur huius cladis auditu, concurrit Remensium populus ad sancti[a] sepulchrum, congruum huius causae flagitare remedium. Accensis cereis lichnisque non paucis, hymnis psalmisque[b] caelestibus per totam excubat[c] noctem. Mane autem facto, quid adhuc precatui[d] desit, in tractatu rimatur[e]; repperiunt etenim, revelante Deo, qualiter, oratione praemissa, adhuc[f] maiori propugnaculo urbs[g] propugnacula munirentur. Adsumpta igitur palla[1] de beati sepulchro, conponunt in modum feretri; accensisque super cruces[h] cereis atque cereferalibus[i. 2], dant voces in canticis, circumeunt urbem cum vicis. Nec praetereunt ullum hospitium, quem[k] non hac circuitione concludant. Quid plura? Non post multos dies fines huius civitatis lues[l] adgreditur memorata. Verum tamen usque ad eum locum accedens, quo beati pignus accessit, et[m] si constitutum[n] cerneret terminum, intro ingredi non[o] modo non est ausa[p], sed etiam quae in principio pervaserat huius virtutis repulsu reliquid.

79. Bituriga[a] vero urbs primum a sancto Ursino[3], qui a discipulis apostolorum episcopus ordinatus in Galliis[b] distinatus est, verbum salutis accepit atque eclesiam Biturigis primum instituit[c] rexitque. Qui migrans a saeculo, in[d] campo inter reliqua

Capp. 78. 79. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 78. a) sanctum 3. b) palmisque 1*a*; non pau *repet., sed eras.* 2. c) excubant 2. d) p̄candi 4. e) remansit 2; rimantur 4. f) maiore a. 3 *cum Flod.* g) *sic* 1*a*. *b*. 3; urbis (2. 4). h) crucem 3*a*. i) ceroferalibus (3); ceroferariis 3*a cum Flod.* k) quod 4. l) lu:es, *ras.* c 1*a*. m) ac (1*b*. 4). n) constitum 1*a*. 2. o) *eras.* 1*a*. p) ausu 1*b*, *corr.*

Cap. 79. a) Biturica, *ut infra* 2; Biturigę 4. b) Gallias 4. c) instruit 3. d) in c. *om.* 3.

1) *Non solum superest illa palla quae in basilica Remigiana religiose adservatur, vulgo S. Remigii sudarium dicta, sed et perseverat illa pia consuetudo, eam* in modum feretri *compositam, cum ingruit aliqua necessitas, per urbis compita deferendi. Quam quidem consuetudinem a Gregorii nostri aevo interruptam non fuisse, probant vetera aliquot monumenta. Ex his est codex ms. ab Hincmaro bibliothecae Remigianae datus, ubi eiusmodi supplicatio in icone repraesentatur; alia eiusdem rei descriptio habetur in veteribus aulaeis quae similem supplicationem repraesentant. R.* 2) *Est candelabrum quod cereum fert; cf. Translat. S. Sebastiani nr.* 43*:* His thymiateria ac thurifera, aliis ceroferalia deportantibus; *Ducange ed. Favre II, p.* 274. 3) *Discipulum quendam septem episcoporum, qui Decio Grato coss. (= a.* 250*) in Gallias missi sunt, Bituricas urbem adgressum, 'salutare omnium Christum dominum populis nuntiasse', Gregorius, H. Fr. I,* 31, *retulit. Quem primum Bituricensem episcopum eundemque atque Ursinum fuisse, Faillon, 'Monuments inédits sur l'apostolat de Sainte Marie-Madeleine' II, p.* 411. *contendit. Itaque in Ursino ut in Saturnino (v. Gl. Mart. c.* 47*) Gregorius sibi minime constaret, eosdem episcopos modo tertio saeculo modo apostolico aevo tribuens. Sin vero discipulus* 7 *episcoporum pro S. Ursino minime habendus est, quod, cum Gregorius, H. Fr. I,* 31, *nomen nullum tradiderit, admodum verisimile est, scriptori error nullus dandus est. Quod ad Passionem S. Ursini pertinet, quam Faillon II, p.* 423. *primus edidit, multisque Gregorio vetustiorem probare conatus est, ante saec. VII. composita esse nequit, cum ex ipsis Gregorii verbis (sed librum in Gloria Conf. auctor ignoravit) pessime conglutinata sit. Gregorio teste (H. Fr. I,* 31*) Bituricenses Leocadio 'discum argenteum' obtulerunt, quem compilator sic explicavit:* cum magno vase argenteo, quod vulgo affertam vocant. *Sin autem, quomodo Vitae auctor senatoriam dignitatem per Gregorium Leocadio adscriptam interpretatus sit, accurate recognoveris:* Qui sub potestate Romani imperatoris constitutus in Burgundiam atque Aquitaniam potentissime principabatur. Et quia Romanis erat subiectus, ideo regem se non ausus erat appellare, *facile concedes, hanc interpretationem absurdiorem esse, quam quod homini Gregorio vetustiori tribui possit. Idem perspexit Chevalier, 'Les origines de l'église de Tours', ('Mémoires de la société archéol. de Touraine')* 1871, *p.* 139 *sqq. et* 474 *sqq.*

sepulchra populorum sepulturae locatus[a] est. Non enim adhuc populus ille intellegebat sacerdotes Domini venerare[b] eisque reverentiam[c] debitam exhibere. Unde factum est, ut, increscente terra, plantata desuper vinea[d] omnem memoriam de primo urbis sacerdote convelleret, et usque ad tempus illud quod[e] Probianus[1] episcopus urbis eius est subrogatus nullus de eo sermo haberetur. Fuit autem[f] quidam Agustus[2] nomine de domo Desiderati[g] quondam episcopi[3], cuius manus ac pedes ita contraxerunt[h], ut se non aliter nisi de genicul is[i] atque cubitis sustentaretur, si alicubi[k] processurus vellet incedere. Hic[l], inspirante Deo, de elymosinis devotorum apud Brivas[m, 4] vicum in honore sancti ac beatissimi Martini antestitis oratorium aedificavit; cuius cum in[n] eo reliquias detulisset, statim directis membris sanus effectus est. Deinde collectis secum paucis monachis, sub regula monasterii degens, semper in oratione vacabat. Unde factum est, ut in sequenti arcersitus[o] ab episcopo, abba ordinaretur in basilicam[p] sancti Simphoriani[q, 5], quam memoratus pontifex fabricaverat ante conspectum muri Biturigi. Nec tamen monachos quos prius congregaverat[r] relinquens, sed instituens eis praepositum, ipse utrasque cellulas gubernabat. Denique cum[s] apud hanc basilicam moraretur, apparuit ei sanctus Ursinus per visum noctis, dicens: 'Defossa humo, inquire corpusculum meum. Ego enim sum Ursinus, huius urbis primus episcopus'. Qui ait: 'Quo ibo aut ubi quaeram sepulchrum tuum, cum ignorem locum, ubi sis positus?' At ille, adprehensam[t] eius manum, duxit ad locum et ait: 'Sub horum[u] vitium radicibus corpus meum habetur[v]'. Expergefactus abba, narravit haec sacerdoti[w] suo; sed ille parvi pendens quae a presbitero dicebantur[x], nullum[y] inquirendi studium posuit[z]. Interea beatus Germanus Parisiacae urbis episcopus[a] adfuit, susceptusque ab episcopo, post cenam domus eclesiasticae cum se[b] sopori dedisset, apparuit [sanctus[c]] utrique per visum, episcopo simul[d] scilicet et abbati, duxitque eos ad locum sepulchri, deprecans, ut auferrent[e] eum a loco illo. Expergefacti[f] simul ad vigilias conveniunt in ipsa sancti Simphoriani basilica[g]; explicitaque[h] officia matutina, refert episcopus abbati quae

Cap. 79. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 79. a) locutus 2, *corr.* b) *sic* 1*a*. *b*. 3. c) reverencia 3; debeatam 1*b*, *corr.* d) vineā 3; o. *om.* 4. e) quo 1*b* (*m. al. superscr.*). 4. f) q. a. Aug. 4. g) Dis. 3. h) contraxerant (3); se c. ut 4. i) genuculis 2. k) alicui 1*a*, *corr. m. al.* l) His 1*a*. *b*. m) Brias 1*a*; Privas 4. n) *om.* 1*b*. o) *sic* 1*a*; arcensitus 1*b*; arcessitus 2. 4; arsersitus 3. p) basilica (2. 3. 4). q) Sinph. 1*b*; Simf. 3. r) gre *m. al. suppl.* 1*b*; congregavit 3. s) eum 1*b*. t) adp̄hensa 1*b*; apprehensa 4; e. manu 1*b*. 4. u) harum 4. v) habe::tur, *ras.* re? 1*a*. w) sacerdoti:, *ras.* s 1*b*. x) dicebatur 1*a*. *b*. y) nulli inquirendum 4. z) imposuit 4. a) sacerdos 4. b) si 1*b*, *corr. m. al.* c) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. d) *om.* 4. e) auferent 3; auferant 4. f) Expergefactus 3. g) basilicam (1*a*. 3). h) Explicatoque officio matutino 4.

1) *Probianus presbyter missus a domino Archadio concilio Aurelianensi IV. a.* 541. *interfuit. Successit Desiderato, qui concilio Aurelianensi V. a.* 549. *subscripsit. Ipse conciliis Parisiensibus II. a.* 551, *Sept. et III. post a.* 556. *adfuit. Procul dubio idem est, quem parvulum Fortunatus, V. S. Hilarii II,* 3, *intercessione S. Hilarii bonam valetudinem recuperasse memoriae tradidit. Cuius pater Franco, mater Periculosa erat.* Qui, *inquit,* Probianus civitatis apicem meruit obtinere pontificis et usque in hodiernum diem ad luminaria sui medici singulis annis vitae debitor tributa dissolvit. *Itaque post a.* 565, *quo Fortunatus in Gallias venit, diem obiit. De quo v. Gall. Christ. II, p.* 13. 2) *Cf. Martyr. Autiss.:* Bituricas Agusti confessoris; *AA. SS.* 7. *Oct. III, p.* 922. 3) *Desideratus Bituricensis episcopus inter a.* 549. *et* 551. *obiit. Colitur die* 8. *Maii. Vitam auctore abbate Boviensi, quam Bollandiani, AA. SS. Mai. II, p.* 303, *ediderunt, nullius auctoritatis est.* 4) *Iam urbis Bituricensis pars est, ubi 'rue de Brives' et ecclesia 'Saint-Martin de Brives' veteris vici nomen posteris tradiderunt; cf. Longnon p.* 465. 5) *Basilica S. Symphoriani, postea S. Ursini appellata, tempore revolutionis destructa est; cf. Longnon p.* 464.

viderat, confessusque est et ipse[a] vidisse similiter. Igitur insequenti[b] nocte accedentes illuc[c] cum uno tantum[d] clerico, qui cereum ferret, venerunt ad indicatum locum. Cumque fodentes[e] usque in[f] profundo, sepulchrum repperiunt[g]. Quo detecto amotoque[h] operturio, viderunt sanctum corpus tamquam dormientis hominis nulla putredine[i] resolutum. Quod[k] admirantes et iterum operturium[l] conponentes, indicarunt[m] episcopo data die quae viderant. Tunc ille, convocatis[n] abbatibus et clero[o], cum honore atque psallentio levaverunt beatum sepulchrum; et quia vectes illi quibus ferebatur valde longi erant, cum[p] venissent ad porticum, non poterant deflecti in ingressu eius, ut ad ostium aedis sine labore accederent. Tunc beatus Germanus elevata voce ait: 'Sanctae Dei sacerdos, si voluntas tua est in hac[q] basilica ingredi, sentiamus levamen adiutorii tui'. Et statim, amisso pondere, ita in summa levitate factum est sarcofagum, ut, relictis vectibus, pauci manibus ferrent quod usque ad locum illum multi detulerant. Et sic, celebratis missis, gaudente populo, iuxta[r] altare sepelitur, multis[s] se deinceps virtutibus[t] manifestans.

80. Fuit autem in ipso termino[a] Marianus[b, 1] quidam heremita, cui non erat alter cibus nisi poma agrestia[c]; et si ei aliquotiens a quibusdam mel delatum fuisset, aut si[d] ipse repperire[e] potuisset[f] in silvis, hoc ei[g] erat cibus. Qui cum plerumque visitaretur a plurimis[h], quodam tempore a quaerentibus non poterat[i] inveniri. Investigantes denique eum viri qui venerant, deprehenso vestigio, invenerunt locum in quo flexu[k] genu aquam hausit a[l] fluvio. Et exinde progressi, repperiunt eum sub unam[m] arborem malum iacentem mortuum. Unde celebre ferebatur in populo, eum elisum ex arbore spiritum exalasse; sed evidenter non est cognitum, quia a nullo refertur[n] visum. Tunc viri qui[o] advenerant elevantes[p], adtulerunt[q] ad vicum Evaunensim[r, 2]. Quo abluto[s] dignisque indutum vestibus sepelierunt in eclesia, festa obitus[t] eius per singulos caelebrantes annos; atque convenientes populi crebro ab infirmitatibus sanabantur. Quidam[u]

Capp. 79. 80. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 79. a) se *add.* 4; vidisset 3. b) sequenti 3. c) illud 3; cum *om.* 1*b*. d) cl. t. 3. e) *sic* 1*a*. *b*. f) *om.* 1*b*, *ubi* pr. *m. al. superscr.*; profundum (4). g) reperivit 1*b*, *corr. m. al.* h) que *om.* 4. i) putredinis 1*b*; solutum 4. k) Quod — iterum *m. al. in marg. suppl.* 1*a*. l) *om.* 1*a*. m) indicaverunt 4. n) convocatibus 3, *corr.* o) clericum h. 1*b*. p) *m. al. add.* 1*b*. q) hanc basilicam 4. r) iu *m. al. suppl.* 2. s) multi 1*b*, *corr.* t) tutibus *postea add.* 1*b*.

Cap. 80. a) tempore 2. b) Marinus 1*b*, *corr. m. al.* c) egresta 3. d) *om.* 4. e) recipere 3. f) & *add.*, *sed expunct.* 1*b*. g) erat ei 4. h) pluribus 2, *corr.* i) poterant 1*a*, *corr.*; invenire 3. k) *sic* 1*a*. *b*. 3. l) ex 3. m) una arbore malo 4. n) refertur:, *ras.* i 1*a*; iusum 1*b*, *corr.*; usum 3. o) *m. al. superscr.* 1*a*; *om.* 4. p) elevante 3. q) detulerunt 4. r) Ęvaunensem 2; Evaunensium 3. s) ablutum 4. t) obitās 2. u) Quidam — coepit excolere Bituriga *om.* 3.

1) *Marianus in Martyr. Usuardi die* 19. *Augusti, in Breviario Bituricensi die* 19. *Sept. celebratur. Bollandiani, AA. SS.* 19. *Aug. III*, 734, *duos fuisse coniecerunt, alterum, de quo Gregorius egit, alterum, quem auctor Breviarii laudavit. Is 'ingenuis parentibus Bituricae urbis procreatus cum per sex annos sub Faterio in monasterio Princiaco monachus extitisset, apud Spinolaium vicum per* 44 *annos eremiticam vitam duxit. Deinde cum post aliquod tempus Tetradius Bituricensis (saec. VI. in.) pontifex basilicam ipsius sancti dedicasset et eum presbyterii honore vellet insignire, abnuit. Terentia abbatissa partem barbae ipsius sancti in nitida capsula pro singulari praesidio super pectus suum recondit'. E Breviario Bitur., d.* 19. *Sept., quod edidit Labbeus, Nova Bibl. Mss. II, p.* 432. *Cf. 'Vie de s. Marien, solitaire d'Evaux'. Evaux* 1858. 2) *Vicus est dioecesis Lemovicensis, vulgo dictus Evaux (Creuse, arr. Aubusson), ubi sepultus fuit Marianus. Sacrum eius corpus in ipso pariete ecclesiae, quam hodie incolunt canonici regulares S. Augustini, depositum fuerat, sed exinde translatum fuit in capsam argenteam a Reginaldo de la Porte episc. Lemovicensi a.* 1300, *ut refert Bernardus Guido apud Labbeum, Nova Bibl. Mss. I*, 635. *R. Cf. Longnon p.* 466.

autem de vicinis anonas diu infectas aqua ac germine producto conflatas, facto igne super vimina contexta, torrere[a] parat ad pocula[b, 1] facienda. Accedens autem unus vicinorum eius, ait: 'Quid tu, o[c] homo, hoc deteneris in opere? An ignoras, quod solemnitas est beati Mariani[d]?' Qui cum furore[e] respondit: 'Putasne, o[f] tu qui haec loqueris, quid[g] homo elisus ex arbore propter conpendia gulae angelorum sit[h] relatus consortio, ut sanctus debeat adorari? Melius est enim opus necessarium in domo exercere, quam talem sanctum excolere'. Quod ille audiens, discessit et cum reliquis ad basilicam sancti abiit, relicto domi vicino in opere laborantem[i]. Nec mora, flante vento adprehendit[k], domus incendio exuritur omnis, nec quicquam de substantia restat hominis. Exinde elevati globi flammarum super hospitiola[l] aliorum, quae circumlocata erant[m], huius hominis aream[n], sepes[o], teguriola vel porcorum vel animalium reliquaque[p] quae ad eum pertenebant[q] flamma perussit[r]; nec quicquam[s] remansit huic misero, quod non fuisset igni succensum. Quod si evenisse quis fortuitu[t] putat, admiretur, quod nullum vicinorum circummanentium nocuit. Quid nunc agis, o cruda rusticitas, quae semper in Deum et eius amicos murmuras, ut tibi exinde damnum adqueras? Alterius igitur hominis malitia furis[u] boves abstulerat, qui, adprehenso vestigio et inter infusos aqua viarum tramites ac[v] profundas luti[w] voragines perdito, ad sancti recurrit sepulchrum, fusaque oratione, dum de basilica fuisset egressus, advertit hominem per agerem[t] publicum[2] venientem, qui boves illos ante se cum caballo ex itenere lassum[x] prosequens adducebat. Turbatus enim fuerat a[y] via, et quasi amens factus, in[z] illa parte de qua egressus fuerat mente turbata rediebat. Cognoscensque vir ille boves quos[a] perdiderat, hos recipiens, hominem absque calumnia redire permisit, quia cognovit haec[b] sibi per virtutem sancti Mariani praestitum, cum in[c] illa hora repperit perditum, qua eius adivit plenus fide sepulchrum. Quae postquam gesta sunt, dilegentiore cura confessorem Dei plebs coepit excolere Bituriga.

81.[a] Fuit in hoc territurio et[b] Eusicius[c, 3] vir virtutum, qui[d] tamquam heremita inter spinarum condensitatem ab hominum[e] se familiaritate removerat[f], qui aurum vel divitias mundi[g] huius tamquam stercora exhorrebat. Ad hunc cum diversi propter diversas infirmitates intuerent[h], plerumque ei infantes quibus fauces intumuerant deferebant[i]. Quod ille tactu blandissimo pertractans, aiebat, quasi spiritali ioco delectans: 'Merito', inquid, 'haec gula doloribus quatitur, quae[k] ingluttire non sinet[l]. Sed in

Cap. 80. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *Cap.* 81. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 80. a) terrore 4. b) poculū? 2, *corr.* c) *superscr.* 2. d) Martini 1*a*, *corr.* e) furorē 2, *corr.* f) *om.* 4. g) qui 1*a*; quod 4. h) siderelatus 2, *corr.* i) laborante (2. 4). k) adprehenditur (2); apprehenditur (4). l) hospitiū? *corr. m. al.* hospitia 2. m) *m. s. XII. add.* transilientes 2. n) area, *m. s. XII. add.* incenderunt 2. o) sep 2, *corr. m. al.;* seu 4; tuguria *corr.* tuguriola 2; .tug. (4). p) reliqua (q̄ *postea insert.*) ad 2; reliqua. quaeque ad 4; :quae ad, *ras.* a 1*a*. q) pertinent 2, *corr.* r) pervasit 4. s) quicq; 1*b*. t) *sic* 1*a*. *b*. u) fures 1*a*. v) ad 1*a*. w) luci 1*b*, *corr.* x) lassus 2, *corr.;* lasso 4. y) a v. *om.* 1*b*. z) f. nulla p. 4. a) quod 1*a*. b) hoc 4. c) *om.* 4.

Cap. 81. a) *om.* 2. b) *om.* 3. c) Eutius 1*b*. d) *om.* 4. e) hominem 3, *corr.* f) removeat *corr.* removit 2. g) h. m. 4. h) *corr. m. al.* inruerent 1*a*; inruerint 2; intuerentur 4. i) defferebantur 3; quos (2. 4). k) quem inguttire (*corr. m. al.* ingluttire) 1*b*; quae ingluti::re 2; quaciatur que in guturē *expunct.* 3; quae in gutture 3*a*; q (*corr. m. al.* que) gluttire 4. l) sinit (2. 4).

1) *i. e. cerevisiam.* 2) *Cf. supra* c. 71. 3) *Vitae S. Eusicii, quam Labbe, Nova Bibl. II, p.* 372, *edidit, scriptor e Gregorio iam hausit, sanctumque nonnumquam iisdem verbis quibus Fortunatus Radegundem celebravit. Fragmenta Vitae cuiusdam, quam posteriorem putarem, Duchesne I, p.* 534. *edidit. Miracula (Labbe l. l. p.* 463*) Vitae praecedentis scriptori debemus, qui ab 'Odulfo inter nobilissimos magno et clarissimo viro', ut Acta S. Eusicii describeret, commotum se esse fatetur.*

Trinitatis nomine signum crucis inponens, infirmas fauces a[a] doloribus et tumoribus liberabat. Quartanariis[b] vero tam praesens beneficium erat, ut aquam tantum[c] benedictam ad bibendum tribuens, continuo eos[d] redderet sanitati[e]. Habebant clerici eius dua[f] vasa apium. Cumque unus ex vicinis eius quartani tipi[g] vexaretur ardore, ad eum veniens, solitam ab[h] eodem accipiens medicinam, sanus est redditus; et redire domum cupiens, vasa illa eminus cernit in arbore. Inflammante[i] protinus cupiditate, quae radix omnium malorum esse describitur[1], cogitat ea[k] furtim auferre. Inventum[l] similem sibi satellitem, nocte ad[m] arborem illam[n] petit. Cumque in ea[o] ascendisset, ut socio[p] porregens vasa deponeret, ecce ab alia parte senex[q] advenit! Quo viso, ille qui ad terram erat fugam[r] petiit nec socio quid[s] caveret exposuit. Senex vero sub arbore stetit[t] et vas unum, quod fur porrexit, mutuo accepit. Cumque et alterum velit[u] auferre, ait sacerdos: 'Sufficiat[v] nunc, fili[w], iste; alterum vero ei qui eum[x] laboravit reserva[y]'. Qua[z] ille voce perterritus, se deorsum iactat. At ille adprehensum eum ad cellulam[a] deducens, ait: 'Cur', inquid, 'fili, diabolo praecedente tu sequeris? Nonne hesterno die ad me veniens benedictionem Domini accepisti? Si', inquid, 'ex melle delectabaris[b], ad[c] me petisses, et ego sine ullo inproperio et tuo inpedimento, ut tibi fuerat copia[d], tribuissem'. Tunc et aliis multis verbis[e] arguens eum, favum ei mellis largitus est et inlaesum abire[f] permisit, dicens: 'Cave, ne ultra repetas, quia furtum satanae pecunia
531. est'. Ad hunc ergo senem Childebertus[g] [rex] in Hispaniam[h. 2] abiens, venit; cumque ei quinquaginta aureos obtulisset, ait senex: 'Quid mihi ista proferes[i]? Eis qui ea pauperibus largiantur adtribue; mihi autem haec necessaria non sunt. Sufficit[k] mihi, ut pro meis peccatis Dominum[l] merear deprecare'. Et adiecit: 'Vade, et victoriam obtenebis et quod volueris agis[m]'. Tunc rex aurum[n] pauperibus erogans, vovet[o], ut, si eum Dominus cum sua gratia de itenere illo reduceret, in honore Dei basilicam in eo[p] loco aedificaret, in qua senis membra quiescerent. Quod postea adimplevit[3].

82. Maximus[4] Regensis episcopus atque confessor saepius se incolis in multis

Capp. 81. 82. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 81. a) *om.* 3. b) quartanarii 3. c) tantam 4, *corr. m. rec.* d) eis 4; redderent 1*a*, *corr.*; rederent 1*b*. e) sanitatem 4. f) duo 4. g) ripi? 2, *corr. m. al.* h) ad 2, *corr.*; solitā::: acc. 4. i) inflammantem 3. k) eam 3. l) Invento simili sibi satellite 4. m) *om.* 4. n) illa 4, *corr. m. rec.* o) eā 4. p) socium 3. q) senis, *ut infra* 4. r) fugum 1*b*; *postea add.* 3. s) qui 3. t) restitit 1*b*; stabat 4. u) vellet (2. 4). v) tibi *add.* 4. w) filii 1*a*. 3 *(ut infra)*; istud 4. x) illum 4. y) serva 3; conserva 4. z) Qu:a, *ras.* i 1*b*. a) cellula 3. b) delectaberis 1*b*, *corr. m. al.* c) a (4). d) cupido 4. e) urƀ 1*b*, *corr. m. al.* f) i. ire repmissit 1*b*. g) Chilbertus 3; rex *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. h) in Inspaniam 3. i) *sic* 1*a*. *b*; profers? quae ut paup. 4. k) suffecit 1*a*. l) dm̄ 4. m) ages (2). n) p. a. 3. o) vovit (2. 3. 4); domino *pro* ut 3. p) eodem 3.

1) 1. *Tim.* 6, 10. 2) *Cf. H. Fr. III*, 10. 3) *Prisciniacus super Charum fl. positus (cf. Vitam, Labbe Bibl. II, p.* 374*) locus primo appellabatur, ubi S. Eusicius degebat. Postea ex ipso sancto nomen Cellae Eusicii traxit, quae saec. XVII. Selles-Saint-Eurice, iam Selles-sur-Cher (Loir-et-Cher, arr. Romorantin) vocata est; cf. Longnon p.* 473. 4) *De Maximo Rhegiensi episcopo homiliam non multo post mortem sancti scriptam et Vitam a Dinamio patricio compositam edidit Surius, De probatis sanctorum historiis tom. VI, p.* 597 *sqq. Dinamii rectoris provinciae, cuius Gregorius, H. Fr. VI,* 7. 11, *mentionem fecit, epitaphium a nepote conditum ed. Peiper, Avitus, p.* 194. *Quem Urbicus Rhegiensis episcopus, veteribus chartarum voluminibus, 'quae ex eius operibus beatissimi Fausti antistitis praedecessoris solertia devota collegerat', revolutis, commovit, ut vitam scribendam susciperet. S. Maximus 'in vico proprio, cui Decomeco vocabulum est', natus, Lirinense monasterium petiit, ubi Honorato abbati successit. Episcopus Rhegiensis factus, conciliis Rhegiensi a.* 439, *Arausicano I. a.* 441, *Vasensi a.* 442. *subscripsit; cf. Maassen, 'Quellen des kanonischen Rechts' I, p.* 952 *sq. Sepultus est in ecclesia beati Petri, a se ipso condita,*

virtutibus manifestat; ad[a] cuius sepulchrum non solum caeci inluminantur, sed etiam et alia morborum genera eius virtutibus depelluntur. Nuper autem quae[b] gesta cognovi referam. Puerulus erat quasi annorum trium, adhuc ad matris dependens ubera. Hic a[c] febre correptus, dum genetricis manibus baiulatur[d], taliter est addictus, ut nec papillam[e] [sugere[f]] nec alium cibum sumere possit[g]. Interea dum per triduum graviter agens amatorum baiularetur in ulnis, ait quidam ex famulis: 'Utinam ad sepulchrum beati Maximi hic parvulus deferretur. Confidimus enim de eius meritis, quod possit eum sanitati praestinae restaurari[h]'. Qui dum defertur[i] inter amatorum manus, spiritum[k] anhelus emisit[l]. Quod cernentes parentes eius, flentes ac clamantes, proiecerunt eum ante sepulchrum beati Maximi confessoris. Clausisque ostiis, reliquerunt corpus exanime. Nocte vero in lamentatione deducta[m], cum redditus terrae[n] dies alius inluxisset, reseratis aedis sacratae ostiis, infantulum[o] erectum se[p], per cancellos sepulchri trahentem se[q] atque ambulare conantem aspiciunt. Nondum enim ei erat aetas perfecta, ut recte possit incedere. Quod admirantes parentes gavisi[r] sunt; suscepit[s] eum mater maesta cum gaudio ac domi[t] restituit sanum. Ipsum autem iam[u] puerum adultum vidi[v], qui nobis haec retulit[w].

83. Valerius[1] beatus confessor Consorannensium[a] primus episcopus hoc se revelavit modo. Nam oratorium super se constructum prius habuit, sed per[b] incuriam ruens, oblivioni datum est, quo in loco quiesceret[c]. Hoc tantum ab incolis ferebatur, quod fuisset ante sanctum altare sepultus[d]. Adveniens autem Theodorus[e] episcopus[f. 2], oratorium ipsum in maiori spatio ampliatum, magnam[g] effecit[h] basilicam[3]. Deinde sanctum venerabilis viri corpus inquerens[i], repperit duo sepulchra, sed nesciebat, quis[k] esset sacerdotis illius e duobus. Tunc convocato clero[l], vigilias tota celebrat nocte, deprecans, ut sibi[m] beatus confessor, quo[n] in loco iaceret, exponeret. Implevitque duas ampullas vino et posuit[o] super unum[p] quodque tumulum, dicens: 'In quo[q] Falerna fuerint[r] ampliata, ipsam[s] manifestum est[t] esse Valeri antistitis sepulturam'. Data vero

Capp. 82. 83. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 82. a) a 1*b*. b) *superscr.* 2. c) *om.* 2. d) baiulabatur 4. e) papilla 3. f) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. g) posset (2. 4). h) restaurare (2. 4). i) refertur 4. k) spiritus 3. l) amisit 4. m) ducta 4. n) terris 4. o) infantem 3. p) super c. 1*a*; sep c. 1*b*; se *eras.* 2; *om.* 3. q) *om.* 4. r) gavi^si^ 4. s) que *add.* (4). t) domui 4. u) *om.* 3. v) vide? 1*a*, *corr.*; vidit 1*b*. 2. w) retuli 1*b*, *corr. m. al.*

Cap. 83. a) Consoranensium (1*b*. 2. 4). b) *m. al. superscr.* 1*a*. c) requiesceret 1*b*. d) sepultum 3. e) Teodorus 1*b*. 3. f) *om.* 1*b*. g) magnum 1*b*, *corr.* h) fecit 4. i) *om.* 2. k) quod 4. l) clericos 1*b*; vigiliae 1*a*. m) si 3. n) qui 3. o) s. unum quoque p. tumulo 3. p) s. utrumque t. 4. q) qua 3. r) fuerant 2, *corr.* s) (ipsa ē *in litura scr.*) m. 4. t) *om.* 3. 4.

quae postea Maximi nomine appellata est. Cui et in coenobio et in episcopatu gubernando Faustus successit; unde Sidonius in Eucharistico ad eundem, Carm. 18, 112:

fuerit quis Maximus ille,
Urbem tu cuius monachosque antistes et abbas
Bis successor agis.

Colitur die 27. *Novembris; cf. Vitam l. l. p.* 605: feliciterque commigrat in caelos V. Kal. Dec. *V. Panegrossi, 'Memorie sulla vita di s. Massimo, vescovo di Riez'. Roma* 1865. 1) *Glycerius episcopus Consoranicae civitatis, qui S. Valerio successisse fertur, concilio Agathensi a.* 506. *subscripsit. Valerius die* 5. *Iulii colitur; cf. AA. SS. Iul. II,* 227. *Consoranis urbs nomen accepit Saint-Lizier (Ariége, arr. Saint-Girons), cf. Longnon p.* 593. 2) *Eleutherius archidiaconus directus a Theodoro episcopo ecclesiae Consoranicae concilio Aurelianensi V. a.* 549. *interfuit.* 3) *Forte eadem basilica, quae postea 'Saint Lizier' dedicata est; cf. Longnon l. l.*

luce egressus de basilica, ostia[a] sigillis munita[b], dedit membra sopori. Surgens autem ad horam tertiam, venit ad sanctam basilicam, reseratis[c] ostiis, cum clero et populo. Repperit ampullam unam parumper vinum[d] habentem; aliam vero in tantum ore patulo exundare, ut totum beati pontificis ablueret monimentum. Per hoc enim cognovit sacerdos, quis esset Valeri[e] episcopi tumulus. Sed evidentius adhuc scire cupiens, detegit monumentum, amotoque operturio, repperit venerabile corpus valde integrum, de quo non caesaries decidua[f], non[g] barba fuerat[h] diminuta, neque aliquid in cute[i] corruptum aspiciebatur aut tetrum; sed erant omnia inlaesa, ac si nuper fuissent recondita, tantusque odor suavitatis flagrabat a[k] tumulo, ut non dubitaretur[l], ibique[m] quiescere Dei amicum. Lauri etiam folia sub se habebat strata, de qua[n] adsumens episcopus, multis infirmis praebuit medicinam. De vestimentis igitur[o] eius reliquias sumpsit; rursumque operto tumulo, venerandum[p] deinceps antestitem honoravit, multaque miracula de his pignoribus cernens in posterum[q. 1].

84.[a] Beatissimus vero Silvester[2] Cavillonensim[b] rexit[c] eclesiam, qui quadragesimo secundo anno sacerdotio[d] ministrato, plenus dierum atque virtutum migravit ad Dominum. Habuit enim lectulum funibus subtilibus innexum; sub quo cum semel atque iterum infirmi sive quartanarii sive variis febribus oppressi subderentur[e], statim virtute divinitus indita sanabantur. Idcirco hoc[f] lectulum in eclesiae sacrario deportatum, simili virtute nitescit. Multi enim, sicut oculis[g] propriis inspexi, abscissis[h] de fune illo particulis, in longinquo deferebant, ipsisque super infirmos locatis, sanitatis adesse beneficium contuebant[i]. Nam[k] mater mea, ab hoc decisa particula, ut puellae a frigoris[l] febricitanti collo dependi fecit, morbo extemplo depresso, puellam sanam aspexit.

85. Fuit in hac[a] urbe et Desideratus[3] presbiter, quem ego apud monasterium Gurthonensim[b. 4] vidi, virum sanctitate magnificum[c], qui saepius frigoriticis[d], dolore dentium laborantibus aliisque morbis orando finem inposuit. Non[e] enim usquequaque reclausus[f] erat, hoc est non egrediebatur e[g] cellula, sed qui voluisset videbat eum[h] in cellulam[i]. Hic, ut diximus, eximiis[k] inlustratus virtutibus emicuit saeculo. Quod audiens benedictus Agricola[5] episcopus, misit archidiaconum[l] suum, ut beatum urbis cimiterio

Cap. 83. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *Capp.* 84. 85. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. 83. a) ostiis 1*b*; ostio — munito 4. b) relinquens *m. s. XII. add.* 2. c) que *add.* 4. d) vini 4. e) *sic* 3. f) deciduā 1*a*. g) nec 3. h) *om.* 1*b*. i) cutum 3. k) *corr. m. al.* e 1*a*; ac 1*b*. 2. l) dubiret 4, *corr. m. al.* m) que *om.* (2. 4); *eras.* 1*a*; requiescere 3. n) quibus (4). o) *om.* 3. p) venerando 4. q) posterium 1*b*, *corr.*

Cap. 84. a) *c.* 84—89. *om.* 3. b) Cavalonensem 4. c) rex 1*b*, *corr. m. al.* d) s. — a. virtutum *om.* 4. e) *corr.* subderent 1*a*. f) hic lectulus — deportatus 4. g) *om.* 1*b*. h) abscisis 1*b*. i) contuebantur (2. 4). k) et *add.* 4. l) frigoribus (2); frigore 4.

Cap. 85. a) *post* hac 3 *litt. ras.* 1*b*. b) Gurthonense 2. c) magnificium 1*b*, *corr.* d) vel *add.* 4. e) Nam 1*a*. *b*. f) clausus 4. g) a 4. h) enim 1*a*, *corr. m. al.* i) cellula (1*b*. 4). k) eximiis *e corr.* 1*a*; eximius 1*b*. l) archidiaconem 2. 4.

1) *'Iacere autem dicitur sub pavimento saxeo prope cornu sinistrum ecclesiae S. Lizerii'. Sammarth.; cf. AA. SS.* 5. *Iul. II, p.* 227. 2) *Silvester Cabillonensis episcopus a.* 517. *conciliis Epaonensi et Lugdunensi I. subscripsit. Colitur die* 20. *Nov.* 3) *Desideratum, quem ante ante a.* 580. *mortuum esse patet, die* 17. *Martii colitur.* 4) *Gourdon (Saône-et-Loire, arr. Chalon, cant. Mont-Saint-Vincent). Monasterium Gurthonum saec. XVI. cum ecclesia Puy coniunctum est; cf. Longnon p.* 218. 5) *Agricola Cabillonensis episcopus conciliis Aurelianensibus IV. et V. a.* 541. *et* 549, *Parisiensi II. a.* 551, *Lugdunensi II. a.* 567. *interfuit. Per Avolum presbyterum concilio Aurelianensi II. a.* 538. *subscripsit. Gregorio (H. Fr. V,* 45*) teste a.* 580, *episcopatus anno* 48, *aevi* 83. *obiit. Itaque a.* 497. *natus, a.* 532. *episcopus factus est. De quo Greg.:* Multa, *inquit,* in civitate illa aedificia fecit, domus composuit, ecclesiam fabricavit,

deferret; sed resistentibus monachis, quae[a] iussus fuerat non implevit[b]. Post haec aedificato exsinodochio[c] leprosorum sacerdos suburbano[d], in eius basilicam collectis abbatibus et omni clero, beatum corpus transtulit et in basilica[1] superius memorata summo studio sepelivit. Qui se nunc vivere cum Christo magnis virtutibus manifestat*.

) 1a *haec addit:* 87. Fuit[2] et in Tornoderensi[3] pago in parochia Lingonicensi vir sanctitate precipuus Iohannes abba[4], iuxta sui nominis etthimologiam divina gratia praeventus[5]. Denique fertur, quia, cum monasterium aedificare vellet qui Reomaus[6] nuncupatur, et fratres nimiam aquae poenuriam paterentur, repperit puteum inmani pro- (V. S. Ioan. c. 4) funditate altum, ubi pessimus serpens basiliscus habitabat. Hic itaque, divina invocatione perempto serpente ac mundato puteo, puteo[c] fratribus potabilem reddidit. De qua aqua et nos, cum Lugdunum[7] pergeremus, a fratribus illius monasterii[f] benigne suscepti, causa miraculi hausimus; cuius etiam haustum plurimi frigoritici[g] curantur. Fertur et de prefato[h] viro tale miraculum. Quidam[8] fratricida pro enormitate cri- (Transl. S. Ioan. c. 7) minis ferreis circulis alligatus, praeceptum est ei, ut septem annis loca sanctorum peragrando circuiret. Hic cum Romam venisset, revelatione divina comperit, non aliter se posse absolvi, nisi ad sancti corporis reliquias Iohannis Reomaensis abbatis perveniret. Hic ergo passim lustrando loca tandem devenit ad basilicam, ubi[i] aud longe a monasterio[9] sacratissimum corpus eius locatum (V. S. Ioan. c. 14.)

Cap. 85. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. 85. a) qui 1*a*; quod (2). b) explevit 2. c) xenodochio 2. d) in suburbano 2. 4. e) *m. al. expunxit* 1*a**. f) monasterio? 1*a**, *corr.* g) frioritici 1*a**. h) pretato 1*a**, *corr.* i) ubi: 1*a**.

quam colomnis fulcivit, variavit marmore, mosevo depinxit. *Cuius cubicularius, ut Fortunatus, Vita S. Germ. c.* 6, *narrat, virtute S. Germani sanatus est. 'Corpus S. Agricolae primo sepultum in ecclesia S. Marcelli Gilbardus episcopus reverenter extumulatum decenti ac honesto loco reposuit a.* 878, *quo eodem anno Iohannes papa VIII. sanctitate miraculis testificata conspicuum sanctorum numero adscripsit'; cf. AA. SS.* 17. *Mart. II, p.* 514. 1) *Forte ecclesia Cabillonensis Saint-Jean de Mezel; cf. Longnon p.* 218. 2) *Mirum est, quod adhuc nemo animadvertit, hoc caput a librario Gregorio multo posteriore interpolatum esse. Neque elocutio Gregoriana est neque in codicibus reperitur, uno Bernensi* 1a* *excepto, qui e Parisiensi* 2204 = 1a *exscriptus est. Huc accedit, quod totum fere caput e Vita et Translatione S. Ioannis confectum est. Hanc quidem auctori suppari debemus, sed Translatio ante Karolum M. imperatorem composita esse nequit. Itaque certo certius constat, ipsum librarium* 1a* *hoc caput conscripsisse atque genuino textui inseruisse. Qui ad Sequanum Lingonensem abbatem progressus, cum magistrum illius, Ioannem scilicet Reomaensem, omissum esse aegre ferret, lacunam non inepte explevit, optime instructus, qui in itinere Lugdunensi monasterium quoque Reomaense visitavisset. Idem indici praemisso Ioannem abbatem inseruit, sed non suo loco; habetur enim post sanctum Paulinum ab ultimo tertius.* 3) *Cf. supra c.* 11*:* Infra terminum autem Ternoderensis castri, qui adiungitur Lingonicae civitati. *'Parochia Lingonicensis' pro dioecesi dictio a Gregorio ita aliena est, ut Longnon p.* 37. *hoc tantum exemplum proferre potuerit. Etiam Tornoderensem 'pagum' Gregorius potius terminum appellasset; cf. Longnon p.* 27. 4) *S. Ioannis Vitam a scriptore coaevo compositam Mabillon, AA. SS. ord. Bened. saec. I, p.* 633, *edidit.* 5) *Cf. Vit. c.* 2*:* praeventus gratia et misericordia Dei divinis sublimatus virtutibus. 6) *Moutiers-Saint-Jean (Côte-d'Or, arr. Semur, cant. Montbard); cf. Longnon p.* 214. 7) *Qui haec scripsit, si Lugdunum profecturus ad monasterium Reomaense venerit, ipsum in aquilonia huius loci regione degisse necesse est. Sed forte Lugdunum Clavatum (Laon) hic intellegitur.* 8) *Hoc miraculum in Translatione S. Ioannis c.* 7, *in qua iam Betto Karolo M. imperante Lingonensis episc. commemoratus est, narratur. Sed de itinere Romano hominis scelesti ibi nihil habetur.* 9) *Est vicus Corporis-sancti, Corsaint; cf. Longnon p.* 214.

86. Magnae enim virtutis[a] fuit et ille Sequanus[1] Lingonici abba territurio[b], qui vivens saepe homines a vinculo diabolici nexus absolvit[2] et post obitum ad sepulchrum suum ergastulari catena revinctos liberos meritis suis abire permisit. Denique Gunthramnus[c] rex cornu[3], cuius voce vel Molosos[d, 4] collegere vel illa corneorum arboreorum[5] armenta effugare consueverat, furto ablatum perdidit. Quae res multos in vinculis coniecit, nonnullos facultate privavit. Ex quibus tres viri memorati confessoris monumento[e] petierunt; quod[f] rex conpertum, iussit eos catenis atque conpedibus necti. Factumque[g] est ita. Media vero nocte lux in basilica humanae[h] luci clarior oritur; dissiliunt ferrearum pedestrium repagula, catenarumque[i] disruptis bacis[6], vincti laxantur. Quo audito[k] rex exterritus, velociter[l] eos liberi arbitrii potestate donavit.

87. Marcellus vero Parisiacae urbis episcopus, qui quondam, ut in[a] eius vita[b, 7] legitur, serpentem inmensum hoc depellit ab oppido, et nunc in ipsius civitatis vico quiescit. Ad cuius tumulum cum Ragnimodus presbiter, qui nunc eius municipii habetur sacerdos[8], quartano tipo veniens decubasset totaque die ieiunio et oratione[c] vacasset[d], facto iam vespere obdormivit. Expergefactus vero post paululum a somno, incolomis surrexit a tumulo[e].

88. Ingrediente autem Chilperico[a] rege in[b] urbem Parisiacam, sequenti die, postquam rex ingressus est civitatem, paralyticus, qui in portico[c] basilicae sancti Vincenti[c],

Transl. 1. 1. est. Ibique orationibus ac vigiliis incubans, vinculis omnibus absolutus
V. S. Ioan. 1. 1. est. Vixit autem hic iustus et vir leligiosus(!), sicut legislator Moyses, centum viginti annorum, cuius nec oculus caligavit, nec dens motus est. Fuit autem institutor viri memorabilis[9], de quo infra narrabimus[10].

Capp. 86—88. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. 86. a) virtus 1*a*, *corr. m. al.* b) territurii 2; territorii (4). c) Gundramnus 1*b*. d) Molosus *corr.* Molosos 1*b*. e) monumentum (2); monumenta 4. f) Quo — comperto 4. g) que *superscr.* 1*a*. h) humana 4; luce 1*b*. 4. i) catenarum disruptisque bogis v. 4. k) auditu 1*a*. l) velociores 1*a*.

Cap. 87. a) *m. al. superscr.* 1*b*. b) vi:ta, *ras.* n 1*b*. c) orationi 4. d) vacaret 1*a*, *corr. m. al.* e) tumulum 1*a*.

Cap. 88. a) Chilpirico 1*a*. b) *om.* 4. c) *sic* 1*a*. *b*.

1) *S. Sequani Vitam ab auctore vetusto, qui hoc Gregorii caput ignoravit, conscriptam Mabillon, AA. SS. I, p.* 263 *sqq., edidit. Monasterium quod condidit Segestrum (sic Ado in Martyr.) vel Sicaster (sic Karolus Crassus in diplomate a.* 887*) iam S. Sequani (S. Seine) vocatur; cf. Longnon p.* 215. *Obiit, antequam hic liber a Gregorio conditus sit; colitur die* 13. *Kal. Oct.* 2) *Cf. V. S. Sequani l. l.:* Si quando ad eum spiritibus vexati immundis veniebant, usque adeo se cum eis saluberrimis ieiuniis et orationibus affligebat, quousque inventorem malorum excluderet. 3) *Varro, De L. L. IV,* 24*:* Cornua dicebantur, quae nunc tubae vocantur, eo quod ea quae iam sunt ex aere tunc fiebant ex bubulo cornu. *Cf. Verg. Aen. VIII,* 2. 4) *Cf. V. Patr. XII,* 2. 5) *Cf. Verg. Aen. I,* 190*:* hos tota armenta secuntur — — capita alta ferentis cornibus arboreis. *Sunt cervi.* 6) *Cf. Mir. S. Mart. I, c.* 23. 7) *S. Marcelli Vita, quam S. Germano Fortunatus dicavit, edidi, Opp. Pars II, p.* 49. *Miraculum, quod Gregorius laudavit, c.* 10. *relatum est:* Tunc beatus Marcellus caput eius baculo ter percutiens, misso in cervice serpentis orario, triumphum suum ante civium oculos extrahebat. *S. Marcellus, de cuius tempore nihil constat, S. Prudentio successit. Colitur die Kal. Nov. Cf. Laporte, 'Vie de s. Marcel'. Paris.* 1863. 8) *Cf. Mir. S. Mart. II,* 12*:* Ragnimodus tunc diaconus, nunc episcopus, in servitium eius accessit. *Successit S. Germano a.* 576. 9) *S. Sequani Lingonici abbatis, de quo in capite* 86. *agitur; cf. V. S. Sequani, Mabillon, AA. SS. I, p.* 264. 10) *Verba:* de quo infra narrabimus *Gregoriana minime sunt.*

in qua beatus Germanus[1] requiescit in corpore, resedebat[a], diregitur. Mane autem facto[b], expectante populo, gratias[c] beato antistiti referebat. Nam saepe ibi et gressus paralyticorum et caecorum visus virtute sancti restituuntur[2]; et raro advenit eius solemnitas, quod ibi eius virtus non ostendatur.

89. Est ibi et sancta Genovefa[a. 3] in basilica sanctorum sepulta apostolorum, qui[b] in corpore posita tantum in virtute praevaluit, ut mortuum[4] suscitaret. Ad cuius tumulum saepius petitiones datae suffragium obtenent[c]; sed et frigoriticorum febres eius virtute saepissime restinguntur[d].

90. In Dolense[a] autem Biturigi[b] terminum[c] vico beatus Lusor, Leucadi[d. 5] quondam senatoris filius, requiescit[e], qui fertur in albis migrasse[f] a saeculo. In cripta vero positus super pavimentum, sepulchrum[6] habens ex marmore Phario[g] mirabiliter exculptum[h]. Factum est autem, ut quadam vice sanctus Germanus Parisiacae urbis epi-

Capp. 88. 89. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *Cap.* 90. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 88. a) sedebat 4. b) *om.* 1*b*. c) gratia 4, *corr.*

Cap. 89. a) Geno::ve.fa, *ras.* fe 1*b*; Genofeva 4. b) quae (2. 4). c) obtinetur 4. d) restinguitur 4.

Cap. 90. a) Dolen:se, *ras.* s 1*a*; Indolens 1*b*; Dolensi 4. b) Biturici 2. c) territorio 3; territorii 4. d) Leucadii 4. e) requiescet 1*a*. f) migrasset 3. g) Pario 4. h) excuptum 1*b*.

1) *S. Germani Vitam Fortunatus conscripsit, quae Gregorio iam nota erat; cf. H. Fr. V,* 8*:* Quis tamen strenuus virtutes illius, quas in corpore fecit, sollicite vult inquirere, librum vitae illius, qui a Fortunato presbitero conpositus est, legens, cuncta repperiet. *S. Germanus a Nectario Augustodunensi episcopo abbas ad S. Symphorianum adscitus, postea Childeberti suffragiis Parisiensis episcopus electus est (cf. Vit. c.* 3. *et* 12*). Interfuit conciliis Parisiensibus III. et IV. a.* 557. *et* 573. *atque Turonensi II. a.* 567. *Ad Brunichildem a.* 573. *litteras dedit, ne Sigibertus fratri bellum inferret. Obiit die V. Kal. Iun. (cf. Vit. c.* 76*) a.* 576, *ut ex H. Fr. V,* 8. *intellegitur. Cuius epitaphium ex Aimoino ed. Le Blant nr.* 205. *Basilica S. Vincentii, 'in qua sepulchrum habetur beati antistitis' (cf. H. Fr. VIII,* 33*), a.* 558. *a Childeberto constructa, postea S. Germani nomen accepit.* 2) *Cf. Epitaphium (Le Blant l. l.):*

Huius opem ac meritum mutis data verba loquuntur,
Redditus et caecis praedicat ore dies.

3) *S. Genovefae Vitam nuper edidit Kohler, 'Étude critique sur le texte de la vie latine de Sainte-Geneviève'. Paris.* 1881. *Quam etsi* 18 *tantum annis post mortem S. Genovefae se scripsisse auctor profitetur, tamen praeter alia eaque gravia momenta et elocutio obstat, quae vix saeculo VII. vetustior mihi videtur esse. Notum est, S. Genovefam a S. Germano Autissiodorensi in Britanniam proficiscente consecratam esse, id quod V. Genovefae auctor iisdem verbis ac Pseudo-Constantius in V. S. Germani narravit. Sed de ratione, quae inter utrumque intercedat, vix quidquam affirmarem; certe constat, in V. S. Genovefae Sulpicium Severum fere ad verbum exscriptum esse. Sepulta est in basilica SS. Apostolorum vel S. Petri Parisiensi, quam Chlodovechus cum Chrodechilde construxerat; cf. H. Fr. II,* 43. *Haec enim Gregorius, postquam Chrodechildem in eadem basilica conditam esse scripsit, adiecit:* Nam basilicam illam ipsa construxerat, in qua et Genuveifa beatissima est sepulta. *Colitur die* 3. *Ianuarii.* 4) *Cellomerem; cf. V. S. Genofevae c.* 7, *Kohler l. l. p.* 31. 5) *Leocadius Bituricensis senator christianis, qui a discipulo quodam septem episcoporum conversi erant, domum suam praebuit, in qua Deo servirent; cf. H. Fr. I,* 31*:* Leocadium quendam et primum Galliarum senatorem, qui de stirpe Vecti Epagati fuit, quem Lugduno passum pro Christi nomine memoravimus, repererunt. *Unde coniicere licet, Lusorem, filium eiusdem, qui die* 1. *vel* 4. *Nov. colitur, saec. III. ex. vel IV. in. vixisse.* 6) *In ecclesia parvula vici Dolensis (Déols, arr. Châteauroux) sepulchrum S. Lusoris ('saint Ludre') etiamnunc exstat, quod in 'Esquisses du dép. de l'Indre' auct. Tremblais et de la Villegile (Chateauroux* 1854*) ab Isidoro Meyer depictum est; cf. Longnon p.* 466.

scopus ad hoc tumulum vigilias celebraret, haud procul formulam[1] habens, in qua genua, cum necessitas cogeret, deflectebat. Factum est autem in una vigiliarum nocte, dum psalmos lectiones[a] Daviticae decantarent, stationis labore[b] lassi clerici quasi pro aliquo relevamine[c] se super sepulchrum sancti, defixis ulnarum conpagibus, sustentarent. Contremuit ilico[d] beati tumulum[e] confessoris, et sibi iniuriam inrogari, praesenti vibratione[f] fatetur. At[g] Germanus pontifex pavore[h] perterritus, amoveri desuper praecepit[i] somnolentos, dicens: 'Absistite, o signes, procul[k] a tumulo, ne sancto Dei molestia inferatur[l]'. Quibus amotis, tremorem illum deinceps non senserunt. Sed nec illud placuit praeteriri[m], quod cuidam pauperi idem Lusor beatus per visum apparuit praecepitque, cellulam emundari[n], in qua, ut ferunt, infantiae vagitus exegerat. Sed cum pauper ille bis commonitus[o] agere iussa[p] differret, apparuit ei tertio, dicens: 'Si feceris quae praecipio, unum triantem pro oboedientiae famulatu recipies'. Ille vero consurgens, cellulam[q] scopis mundatam, ablutam aqua[r] herbisque[s] respersam, stabat attonitus, pollicitam promissionem operiens, donec nutu Dei advertit triantem in pavimento lucere, quem collegens laetus abscessit.

91. Est et[a] apud[b] urbem Trevericae suburbano[c] sanctus Maximinus[2] magnus cum Domino populi illius advocatus, ad cuius tumulum saepe cernuntur miracula gloriosa. Tempore enim Theodoberthi[d] regis[3] Arboastis[e] quidam presbiter cum Franco quodam[f] intendebat[g], rege praesente. Ac dum haec agerentur, rex loca urbis sancta, quae sub urbis illius vicis habentur, causa visitabat orationis. Cum autem videret rex prosecutionem[h] presbiteri esse callidam, conversus ad eum[i]: 'Si vera sunt', inquid, 'quae prosequeris, hoc super tumulum Maximini[k] antistitis sacramento confirma!' 'Audeo', ait, 'haec', presbiter, 'quae praecipis adimplere'. Et[l] statim ponens manus super sanctum sepulchrum[m], dixit: 'Huius sancti virtute oppraemar, si aliquid falsi loquor de his quae prosecutio[n] mea contra hunc Francum insistit'. Fremente autem barbaro et quasi contra sanctum Dei[o] furibundo, egressi sunt de basilica. Cumque per viam pariter pergerent, subito dilapsus presbiter solo pessumdedit et mortuus est. Laudavitque deinceps barbarus[p] virtutem sancti, cui prius detraxerat. Sicque archidiaconus[q] urbis ipsius, cum a Nicetio episcopo pro adulterii[r] crimine pulsaretur, sacramento se ad huius sancti sepulchrum purificari expetiit. Ingressusque primum criptae[s] limen, restetit quasi stupens; dehinc descendens per gradus, ad alium[t] ostium venit[u]. Cumque ad

Capp. 90. 91. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 90. a) *sic* 1*a*. *b*. 2. b) laborem 3. c) rel:ebamine, *ras.* i 2, *corr. m. s. XII.* d) ibi quo beatum 3. e) tumulus 4. f) ibi ratione 4. g) Et 4. h) terrore 1*a*. i) precipit 4. k) *om.* 2. l) inferatis 2, *corr.* m) p̄terire 4. n) emudari 4. o) commotus 2. p) defferret i. 3; deferret 1*a*. q) cellula sc. mundata, abluta — respersa 4; a. *om.* 2. r) aquā 2. s) herbulisque 4.

Cap. 91. a) *om.* 3. b) aliud 1*b*; T. u. 4; Trevericam *e corr. m. s. XII.* 2. c) suburbanum 4. d) Theodoberti (1*b*. 2. 4); Theodeberti 3. e) Arboastes 4. f) quidem 3. g) contendebat 4. h) *sic* 4 *et m. s. XII.* 2; pers. 1*a*. *b*. 2. 3. i) ait *add.* 2. k) Maximiani 1*b*, *corr.* l) Estantim 3, *corr.* m) sepulchri 3. n) prosecutione 1*a*. o) *postea add.* 1*b*. p) v. s. b. 3. q) archidiaconum 1*b*. r) adulteri 2, *corr.*; adulterio 3, *corr.* s) criptam (in limine *e corr.*) 3. t) aliud 2. 4. u) pervenit 3.

1) *De formula v. V. Patr. XIX,* 2. 2) *S. Maximinus, quem Gregorius H. Fr. I,* 37. *ex Hier. chron. laudavit, Agroetio successisse videtur. Cuius tempore Athanasius ad Treveros in exilium missus est. Concilio Sardicensi a.* 344. *cum interfuerit, in synodo Arianorum Philippopolitana anathematizatus est. S. Maximini Vitae, quae exstant, nihil valent; cf. Rettberg, 'Kirchengesch.' I, p.* 186. *Colitur die* 29. *Maii. Huic Paulinus successit; cf. Diel, 'Der h. Maximinus und der h. Paulinus, Bischöfe in Trier, oder Geschichte Triers im* 4. *Jahrh., mit besond. Rücksicht auf den Kampf der Kirche mit dem Arianismus'. Trev.* 1875. 3) *Quo tempore Aridius Treveris erat (cf. H. Fr. X,* 29*), qui Gregorio de Vita S. Nicetii retulit.*

tertium accedere velit[a], protinus febre correptus, gressum amplius figere non audens[b], crimen quo[c] inputabatur, in discrimine mortis positus[d], est confessus, deprecans populum, ut pro se vel sancti antistitis vel episcopi sui suffragia[e] flagitaret. Sed statim ut confessus fuit ab inpulsu febris erutus, sui antistitis est in caritate receptus.

92.[a] Nicetius autem, ut supra diximus[1], ipsius urbis episcopus, elymosinae, caritatis[b] sanctitatisque totius refulsit merito, dum in corpore commoratus est. Hic a saeculo migrans, ad basilicam sancti Maximini praecessoris sui sepultus est. Ad cuius nunc[c] tumulum vinctorum catenae franguntur, inergiam incursionis diabolicae patientes, extrusisque[d] daemonibus, liberantur, caecorum[e] oculi plerumque, remotis tenebris, lumine infunduntur. Iam[f] de periuriis[g] quid dicam? Si quis enim ibi falsum iuramentum proferre ausus fuerit, ilico divina ultione[h] corregitur; nec quisquam haec vel loqui audet[i], si, conscientia torquente, reum se esse cognoverit, quod ibi sacramentum praesumat exsolvere.

93. Medardus[2] vero gloriosus confessor iuxta urbem Sessionas[a] quiescit[b]. Ad cuius sepulchrum saepe conpedes miserorum confractos[c] aspeximus. Post scriptum de mirabilibus eius librum[3] mulier[4] manu debilis devote expetiit beati praesidia sacerdotis. Denique cum reliquis[d] vigilias fide integra caelebrat[e], confisa, ab eius virtute manus humore ligatas posse dissolvi, qui infelicium catenas potentia virtutis exemeret[f. 5]. Factum est autem, dum missae caelebrarentur, resolutis[g] nervorum arentibus[6] ligaturis, gratias confessori[h] referens, ad sanctum altare accedens, gratiam benedictionis accepit incolomis. Et quia, priusquam templum aedificaretur, erat super sepulchrum[i] sancti

Cap. 91. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *Cap.* 92. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *Cap.* 93. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 91. a) vellet (1*b*. 2. 4). b) audiens 1*b*, *corr.*; valens 3. c) quod 3. 4; impetebatur 4. d) positum 1*a*, *corr. m. al.* e) suffragias 2, *corr.*

Cap. 92. a) *c.* 92. *om.* 3. b) sanctitatis caritatisque 1*b*. c) *om.* 1*b*. d) que *ras.* 1*a*; *om.* (4). e) caecolum 1*a*, *corr.* f) Hic 4. g) periuris 4. h) iustitia 4. i) audiet 1*b*, *corr.*

Cap. 93. a) Sessionis (1*b*. 2); Suessionis 4. b) requiescit 4. c) confractas 3. 4. d) reliquiis 3. e) *ras.* brat 1*b*. f) exemerat 1*b*. 2. g) esolutis 3. h) confessoris 3. i) suum *add.*, *sed eras.* 1*b*.

1) *V. Patr. XVII, ubi plura de S. Nicetio scripsi.* 2) *S. Medardus natus erat patre Franco, quem Ratbodus Nectardum appellavit, matre Romana (Vit. c.* 2*), a Ratbodo Protagia vocata. Viromandensium urbis pontifex creatus (ib. c.* 10*), sedem Noviomagum transtulisse dicitur, unde arcessitus Radegundem reginam consecravit; cf. Fortun. V. S. Radeg., c.* 12. *Episcopatu quindecim annos functus est; cf. V. S. Med. c.* 10*:* Ubi conversatione caelesti ter quinus annorum curriculis sanctimunia ipsius officii sacerdus extetit praeciosus. *Obiit tempore Chlotharii regis, qui ipsum 'cum summo honore apud Sessionas civitatem sepelivit'. Quare in indice huius libri 'Sessionum episcopus' perperam appellatur. Quo anno mortuus sit, non conveniunt, cum alii ut Cointius a.* 545, *alii ut Ruinart a.* 560. *statuerint. Sed cum Gregorius, H. Fr. IV,* 19, *S. Medardi mortem rebus inter a.* 556. *et* 558. *gestis inseruerit, mihi quidem a.* 557. *vero calculo magis respondere videtur. Ultimis Chlotharii annis (— a.* 561*) sanctum decessisse, inde coniicere licet, quod rex basilicam, quam 'super eum fabricare coepit', non complevit, sed Sigiberto filio perficiendam reliquit. Colitur die* 8. *Iunii. De cuius reliquiis in schedula Vergiacensi agitur; cf. 'Bulletin d'histoire — de Dijon.'* 1884. 3) *Vita quae exstat S. Medardi Theodoberti demum tempore (post a.* 596*) a scriptore confecta est, qui iam e carmine Fortunati profecit. Is Sigiberto vivo S. Medardum eiusque miracula cecinit; cf. Carm. II,* 16. *Quod apud Gregorium sequitur miraculum, Fortunatus quoque l. l. v.* 105—122. *narravit.* 4) *Cf. Fortunati Carm. II,* 16, 105—122*:*

Inclusos digitos morbo numerante tenebat
Nec poterat ducto pollice fila dare.

5) *De homine per S. Medardum a ferreis vinculis soluto Fort. l. l.* 77—92. *et Vitae auctor c.* 14. *egerunt.* 6) *Cf. Fort. II,* 16, 117*:* Arida nervorum sese iunctura tetendit.

cellula[a] minutis contexta virgultis et, dedicato templo, haec fuit amota, dignum[b] est, ut[c] de ipsius ligni tenuetate magnum aliquid[d] proferamus. Nam saepius de eo hastulae[1] factae parumper acutae dolori dentium remedia contulerunt. Haec audiens Charimeris[e, 2], qui nunc[f] referendarius Childeberthi[g] regis habetur[h], dum de hoc dolore[i] laboraret[k], basilicam sancti expetiit, ut sumpturus ex ligno a virtute sancti medicinam[l] mereretur accipere. Sed veniens, ostium repperit obseratum. Confisus[m] ergo, quia virtus beati ubique sit praesens, extracto[n] cultro, hastulam excutit ab ostio. Statimque ut dentes attigit, noxius dolor abscessit. Habetur[o] apud nos et baculus eius, de quo plerumque infirmi medicamina sunt experti[p].

94. Albinus[a, 3] autem confessor, cuius nuper vitae[b] liber[4] a Fortunato est conscriptus presbitero, obtenet et ipse, inpertiente merito[c], suum ostendi miracula[d] ad
Mart. 1. sepulchrum. Aderat igitur dies[e] solemnitatis, in quo paralyticus[f] membris[g] omnibus debilis, evectus plaustro, ante vitriam absidae, qua[h] sancta concluduntur membra, sedebat. Datusque sopori, vidit virum ad se venientem et dicentem sibi: 'Quousque dormitas et sanus fieri non desideras?' Qui[i] ait: 'Utinam merear sanus fieri!' Dixitque ei vir: 'Cum signum ad cursum horae tertiae audieris insonare, surge continuo et ingredere basilicam ad quam venisti. Futurum est enim, ut ipsa hora beatus Martinus cum Albino contribule[k, 5] ingrediatur basilicam[l], ut, oratione facta, ad eius solemnitatem Turonus[m] accedere debeat. Si enim eo momento adpraesens[n] fueris, sanus effi-

Capp. 93. 94. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 93. a) cellulā 1*b*, *corr.* b) que *add.* 3. c) *om.* 3. d) aliquod 4. e) Carimeris 1*b*; Charimerus 3; Charimerius 4. f) tunc 1*b*. g) Childeberti (1*b*. 3. 4). h) erat 1*b*. i) lo *suppl.* 3. k) labora::ret 2. l) medicamina 4. m) Confusus 1*a*, *corr.* n) et tracto 3. o) h. et baculum e. a. n. 1*b*; baculum 1*a*. p) expecti 2, *corr. m. al.*

Cap. 94. a) A. a. c. *litteris maioribus exarata sunt* 4. b) l. v. 4. c) m. ut s. ostendat 4. d) miraculum 3. e) in die 3. f) paraliticīs 2. g) o. m. 2. h) quā 1*a*, *corr.* i) Qui — sanus fieri *m. al. in marg. suppl.* 1*a*. k) contribuli 4. l) basilica 3. m) Turonis (3); Turonos 4. n) praesens affueris 4.

1) *Cf. infra c.* 103. 2) *Charimeris referendarius a.* 588. *Agerico Viridunensi episcopo 'cum consensu civium regali auctoritate' successor datus est (cf. H. Fr. IX,* 23*), unde patet, hunc librum ante a.* 588. *compositum esse; cf. supra p.* 457. 3) *S. Albinus Veneticae regionis indigena (Vit. c.* 5*) annorum circiter* 35 *Tincillacensi monasterio abbas datus est, quod per* 25 *annos gubernavit; cf. Vit. c.* 8. *Episcopus electus* 20 *annos et* 6 *menses ecclesiae praefuit. Concilio interfuit Aurelianensi III. a.* 538*; quarto a.* 549*, die* 28. *Oct. Sapaudus abbas pro ipso subscripsit. Obiit Kalendis Martii anno octogesimo (cf. Vit. c.* 20*), a Chr. n. a.* 550. *et in basilica S. Petri Andegavensis sepultus est; cf. Breviarium monasticum S. Albini, Mabillon, AA. SS. saec. I, p.* 12. *Eutropius eiusdem successor, qui a.* 550. *Glannafoliense monasterium dedicavit (cf. V. S. Mauri c.* 48, *Mabillon l. l. p.* 292*), una cum Germano Parisiensium episcopo et comprovincialibus S. Albini membra in basilicam S. Germani Autissiodorensis, quae postea S. Albini vocata est, transtulit; cf. V. S. Albini c.* 19*; Breviarium l. l. Quod inter a.* 555—557. *factum esse, inde intellegitur, quod S. Germanus a.* 555. *episcopus factus est et Eutropius circa a.* 557. *obiit ante concilium Parisiense III, cui iam Domitianus interfuit. Iste Fortunatum, qui in Tincillacensem locum profectus erat, 'ad sancti Albini gaudia festa' traxit; cf. Carm. XI,* 25*; Vit. c.* 1. *Vitam S. Albini, quam idem Fortunatus conscripsit, edidi, Opp. Pars II, p.* 27. *Cf. Mazelin, 'S. Aubin, év. d'Angers, sa vie, son pélerinage à Moeslains'. Bar-le-Duc* 1871. 4) *Vitam S. Albini Domitiano dicatam esse, postquam iam Luchi coniecit, ex Escorialensi codice probavi. Is ante a.* 572. *obiit, quo Audoveus Andegavorum episcopus chartae Domnoli Cenomannensis episcopi subscripsit; cf. Pardessus nr.* 178. *Itaque, postquam Vita 'nuper' composita est, plus quam* 16 *anni praeterierant.* 5) *Cf. Sidon. ep. VIII,* 4 *(ed. Baret):* Promotum — — nostrum nuper effectum vestris orationibus contribulem.

ceris[a]'. Nec moratus ille, commoto signo, accedit ad[b] tumulum sancti. Cumque Davitici carminis laudationem clerici canere coepissent, odor suavitatis in basilicam[c] sancti advenit; et hic, directis pedibus, incolomis est erectus. Quod non a paucis, sed a[d] plerisque visum regio testatur alumna. Sic et apud Croviensim[e. 1] vicum mulier a nativitate caeca, invocans nomen sancti, ipsa die inluminata est.

95. Fuit in regione Nicensi Hospitius[a. 2] magnus Dei famulus, qui multis virtutibus praeditus, ab hoc mundo migravit. Cumque sepeliretur, quidam iuxta ipsum sepul- 581.
chrum manum ponens parumper pulveris elevavit, quod in lenteo involvens rudi secum sustulit. Progressusque[b] postridie[c] navem, quae Massilia[d] ire parabat[e], offendit in litore; sed hic[f] Lirinensim[g. 3] monasterium expetere cupiebat. Viri igitur quorum erat navis Iudaica erant ab stirpe progeniti. Qua exsistente causa, noluit vir indicare naucleriis[h] quae ferebat. Denique postquam progressi contra Lirinensim[i] monasterium devenerunt, navis in medio pelagi restetit, flantibusque[k] ventis, nulla[l] movetur in parte. Stupentibus vero Iudaeis, quid hoc esset, homo ille veritatem aperuit, dicens: 'Reliquias beati Hospitii mecum habeo et nunc Lirinum[m] adire desidero[n], quod vobis indicare metui[o]. Nunc autem scio, quia eius virtute retenetur navis vestra; nec hinc movere[p] prorsus poterit[q], nisi consensum illuc praebeatis, quo ego ire disposui'. Quod audientes viri, stupore permoti, mutatis velis, flante vento secundo, virum[r] in insula Lirinense[s] depositum, quo[t] voluerunt libere[u] abierunt.

96. Ecce quales quantasque suis[a] congregat divitias mundi paupertas, ut eis non solum quae voluerint[b] Redemptor, qui cuncta ex nihilo condidit, tribuat, verum[c] etiam ipsa eis elementa iubeat famulari. Nam recolo, me audisse ante hos annos, extetisse quendam in heremo regionis cuiusdam, ad quem requerendum cum frater e proximo prumpta devotione venisset, exceptus est ab eo plena animi[d] caritate. Tunc ingressi parvulum[e] quodadmodo[f] tugurium, oratione facta, resederunt. Conferentesque plurima de verbo Dei, surgit senex a sellula[g], ingreditur hortulum, holera decerpit ad cibum. Accensoque[h] foco, ponit lebetem[i. 4] ligneam super ignem, impletamque[k] aquam cum

Capp. 94—96. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 94. a) efficieris 2. b) *om.* 4. c) basilica (3). d) *superscr.* 1*a*. e) Crovientium 1*b*; Creviensim 3.

Cap. 95. a) Hospicius (1*b*). 3; Ospitius 2: *item infra.* b) pgr. 1*b*, *corr.* c) post triduo 1*b*; post tridie? *corr. m. al.* post triduum 4. d) Massiliam (4). e) parabat̃ 1*b*, *corr.* f) hec 2, *corr.*; *om.* 4. g) Linirense 2; Lirinense (3); Lyrinense 4; *item infra.* h) nauclerius 3; naucleris (4). i) Lirinensi 1*b*. k) flatibusque 3. l) nullā m. in partem 4. m) Liniro 3. n) desiderio 1*b*, *corr.* o) merui 2, *corr.* p) moveri (3. 4). q) poturit 3, *corr.* r) viro — disposito 4. s) *sic h. l. etiam* 2; Linense 1*a*, *corr.*; Lerinense (3). t) quod 1*b*. 3. u) liberi 3.

Cap. 96. a) quantasque virtutes c. m. 4. b) voluerit 2, *corr.* c) verum — famulari *om.* 3. d) anima castitate 3. e) parvulus 1*a*, *corr. m. al.*; parvum 3. f) t. q. 1*b*. g) sellulā 2, *corr.* h) Accenso quoque 4. i) *corr. m. al. in marg.* caldariam 1*a*. k) que *om.* (3); impletaque aqua 4; aqua 1*a*.

1) *V. Mir. S. Mart. IV*, 17. 2) *De S. Hospitio Gregorius H. Fr. VI*, 6. *complura scripsit:* Fuit, *inquit*, apud urbem Nicensim eo tempore Hospicius reclausus magnae abstinentiae, qui constrictus catenis ad purum corpus ferreis, induto desuper cilicio, nihil aliud quam purum panem cum paucis dactalis comedebat. *Haec ex homine quodam Andegavensi comperit, qui surdus ac mutus a S. Hospitio sanatus est. Obiit a.* 581, *colitur die* 21. *Maii in tabulis ecclesiasticis. Baronio teste (Martyr.* 21. *Maii, not.) in ecclesia cathedrali Niciensi corpus S. Hospitii asservatur coliturque die* 15. *Octobris. Cf. Ravesc, 'Cenni storici sulla penisola e santuario di s. Ospizio, con alcuni tratti di sua vita'. Nizza* 1848. *Locus, ubi reclausus degebat, est Saint-Sospir prope Villefranche (Alpes-Maritimes, arr. Nice), ubi etiam saec. XVII. in. rudera monasterii S. Hospitio dicati exstabant; cf. Longnon p.* 461. 3) *Monasterium celeberrimum in insula Saint-Honorat situm.* 4) *Cf. I. Reg.* 2, 14: Et mittebat eam in lebetem vel in caldariam.

holeribus[a], urguensque[b] ignem, ita vehementer fervere[c] cocgit[d], ut putaretur aenea esse. Haec quoque[e] videns vir qui advenerat, stupore commotus, interrogat, quid hoc esset. Respondit senex: 'Multis iam in hoc heremo annis[f] inhabito, sed semper in hac caldaria[1] cibos, Domino iubente, ad reficiendum fragilem[g] corpusculum praeparavi. Coctisque[h] cibis, redditis Deo debitis hymnis, uterque ex huius vasculi ministerio sunt refecti. Haec olim audivi. Nam nuper vidi abbatem, qui eum Ingenuum[i] nominabat, adserens, eum infra[k] Agustidunensim[l] terminum commoratum fuisse et saepius in hoc vasculo vel holus[m] vel crumelum[n, 2] coctum cum illo sumpsisse. Confirmabat autem cum iuramento, vidisse se caldariam flammis superpositam validissime[o] fervere, et ita semper fundum eius humidum extetisse, ut putaretur iugiter ab aliquo humectari[p].

97. Avitus[3] abba Carnoteni pagi, quem Pertensim[a, 4] vocant[b], saepius inminere[c] dissolutionem sui corporis, Spiritu sancto revelante, praedixit. Qui recedens a corpore, honorifice apud Aurilianensim[d] urbem humatus est; super quem fideles christiani eclesiam[5] construxerunt. Post cuius obitum[e] anniversarius adsumptionis[f] eius dies cum summo coleretur honore[g], unus e civibus, aliis ad missarum spectanda solemnia euntibus, accepto rastro vineam pastinare[6] direxit, increpitusque a multis, cur huic festivitati deesset, redire noluit, dicens: 'Et hic quem colitis operarius fuit'. Verum, ubi ingressus vineam primo ictu terram aperuit, protinus, retorta[h] cervice, facies eius ad tergum

Capp. 96. 97. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 96. a) ole 3. b) que *om.* 4. c) re *postea add.* 1*a*. d) cepit 2. e) autem (3). f) annos 2, *corr.;* habito 3. g) fragile (4). h) Cunctisque 3. i) Ingenium 2; Ing::um 3, *corr.* k) intra (1*b*. 2. 3). l) Augustidunensim 1*a*, *corr.;* Agusti[du]nensem 2; Augustudunensim 3; Augustidunensem 4. m) osos 4. n) cromerum 4. o) vadidissime 3. p) humectare 3.

Cap. 97. a) *sic* 1*a*. *b*. 3. b) vocat 2, *corr.* c) inmineret 3. d) Aurel. 2. 3. 4. e) cum *add.* (1*b*. 3). f) d. ass. e. 4. g) honorē 1*a*, *corr.* h) retorto 3.

1) *Cf. p.* 809, *n.* 4. 2) *Herbae genus hactenus ignotum, cuius mentio est in Not. Tir. p.* 112. *Forc.* 3) *Duos Avitos fuisse abbates et Miciacensem et Perticensem, Mabillon, AA. SS. saec. I, p.* 613, *vult, qui e Gregorio et Adone opinionem suam probabat. Quod ad Adonem spectat,* 15. *Kal. Iul. Avitum 'presbyterum et confessorem',* 14. *Kal. Ian. Avitum 'abbatem' celebravit, quos diversos fuisse, necesse minime est, cum altero die mors, altero translatio indicata esse possit. Ado quidem presbyterum et abbatem distinxit, sed illi vitam eremiticam tribuit, quam abbatem degisse certum est. Quae res utut se habet, Gregorius unum tantum eumque abbatem Avitum H. Fr. III,* 6 *(ubi edd.* Miciacense *add., sed in codd. deest) et V,* 19. *laudavit, qui h. l. Pertensis pagi abbas dicitur. Is primum monasterio quod Menate dicitur in territorio Arvernensi adscriptus, cum Carilefo Miciacense monasterium in territorio Aurelianensi, cui tunc S. Maximinus abbas praefuit, petiit, sed vitam eremiticam praeferentes, 'monasterii Segoloniae abditissimis sese contulerunt locis'. Maximino defuncto, Avitus Miciacensis monasterii abbas electus est, quod iterum cum Carilefo reliquit, ut 'vastas loci Perthici solitudines' expeterent, ubi in loco Piciaco (postea Cella S. Aviti, iam Saint-Avit, Loir-et-Cher, arr. Vendôme, cant. Mondoubleau; cf. Longnon p.* 331*) consederunt; cf. Vitam S. Aviti in AA. SS.* 17. *Iun. tom. III, p.* 355. *A.* 524. *Chlodomeri consilium dedit, ne Sigimundum 'infra terminum Aurilianensem in custodia positum' occideret; cf. H. Fr. III,* 6*; V,* 19, *ubi 'sacerdus' vocatur. In indice huic libro praefixo 'confessor Aurelianensis' dicitur, quia ibi sepulto ecclesia dicata erat; cf. H. Fr. VIII,* 2*:* Erat enim ibi *(scil. Aurelianis)* basilica sancti Aviti abbatis, cui in libro Miraculorum meminimus. *Cf. Torquat, 'Histoire de s. Avit, de l'église et du chapitre de Saint-Avit' ('Mém. de la soc. archéol. Orléanais'* 1853, *II, p.* 323*).* 4) *Le Perche Latine Perticus vocatur, unde Longnon p.* 155, Perticensem *h. l. scribendum esse, coniecit.* 5) *Ecclesiam S. Aviti a.* 1670. *publicatam iam seminarium magnum Aurelianense occupat; cf. Longnon p.* 344. 6) Unus civium vineam pergebat excolere, *V. S. Aviti (AA. SS.* 17. *Iun. tom. III, p.* 359*), quae post Gregorium scripta est, etsi, scriptorem coaevum fuisse, Bollandiani censuerunt,*

conversa[a] est. Tunc tremens, spectantibus[b] populis, cum fletu magno basilicam[c] sancti[d] ingreditur. Post paucos vero dies, orans in eodem loco assidue, directa cervice, convaluit.

98. Cyprianus[a, 1] abba Petrocorici[b] oppidi magnificae sanctitatis vir fuit, per quem Deus multa[c] miracula in hoc mundo operare[d] dignatus est. Nam manu[e] debiles frequenter redintegravit, paralyticis gressum, caecis restituit visum tresque leprosos inunctos oleo praestinae reddidit sanitati. Sed et nunc crebro super infirmos sanitates ostendit, si fideliter[f] eius tumulum expetant aut exorent.

99. Sed et ad Eparchi[a, 2] Equolenensis urbis reclausi sepulchro[b] saepius infirmi sanantur. Nam et frigoriticorum febres et alia incommoda eius meritis restinguntur. Caecus vero de Petrecorico[c] territurio, ut se[d] sepulturae illi proiecit[e], fusa oratione, lumen recipere meruit. Comes[3] autem antedictae urbis Equolesinensis[f], fure invento ac[g] suppliciis dedito, patibulo condemnari[h] praecepit. At ille cum duceretur ad mortem, invocare huius sancti nomen coepit, et adductus ad stipitem, fusa oratione super terram, patibulo adpensus relictus est. Quod cum monachi praesensissent, simul proiecti ad tumulum[i] sancti, orare coeperunt, dicentes: 'O sanctae confessor, si tibi vita superstis esset in saeculo[k], eruere potueras[l] hunc pauperem de manu mortis, sicut

Capp. 97—99. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 97. a) reversa 2. b) expectantibus 4. c) bis. 4. d) *om.* 3.

Cap. 98. a) Ciprianus 1*b*. 2. 3; *om.* 4. b) Petro corrici 4. c) *om.* 4. d) *sic* 1*a*. *b*. 2. 3. e) manus (1*b*. 3). f) ad *add.* 4.

Cap. 99. a) Eparci 2, *corr.*; Ebarchi 3; Equolonensis 1*b*; Sed et de parcitiae . colesinensis 4; *cf. H. Fr. IV*, 50. b) sepulcrum (3). c) Petrocorrico 4. d) *om.* 3; ut sep. i. se pr. 4. e) subiecit 1*b*. f) Equolonensis 1*b*; Equolenensis 2; Ecolesinensis 3; Colesinensis 4. g) ad 4. h) condemnare 4. i) tũmulum 2. k) sc̄o 1*b*, *corr. m. al.* l) putueres 2, *corr.* poteras 1*b*. 3.

1) *S. Cyprianus SS. Amandi et Sori socius fuisse dicitur in monasterio Genoliacense tempore Savali abbatis et Chlotharii regis; cf. fragmentum Vitae S. Amandi, Labbe, Nova Bibl. Mss. II, p.* 481, *et Vitam S. Sori ib. p.* 668. *Colitur die* 9. *Decembris. Cypriani nomen oppidum Saint-Cyprien (Dordogne, arr. Sarlat) retinet; cf. Longnon p.* 588. 2) *S. Eparchius ex urbe Petragorica originem traxit, patre Felice sive Oriolo, matre Principia genitus. Iuvenis ab avo Felicissimo comite cancellarius factus, postquam* 15 *annos hoc negotium egit, saeculo renuntians, in Sedaciacum monasterium se recepit, ubi a Martino abbate monachica veste indutus est. Monasterio clam relicto, ut eremum peteret, Engolismam profectus est, ubi Abthonius episcopus ipsum retinuit. Itaque prope hanc urbem cellulam sibi aedificavit, unde iam suburbium quoddam Engolismense Saint-Cybar appellatur; cf. Longnon p.* 553. *Postquam* 39 *annos in reclusione explevit, die* 1. *Iulii (cf. V. S. Eparchii c.* 19*) a.* 581 *(cf. Greg. H. Fr. VI,* 8*) obiit. Erravit Greg. l. l., qui ipsi* 44 *reclusionis annos tribuit, cum Abthonius, quo sedente Eparchius Engolismam advenit, ante a.* 541. *episcopus non electus sit. Eo enim anno Lupicinus concilio Aurel. IV. per Egerium presb. subscripsit. Quae cum ita sint, Vitae S. Eparchii a scriptore coaevo compositae maior fides tribuenda est; cf. Mabillon, AA. SS. saec. I, p.* 270. 3) *Hanc historiam Gregorius ex H. Fr. VI,* 8. *repetivit, sed ipsi, ut Longnon bene monuit, memoria defecisse videtur, cum, quod in H. Fr. Eparchio vivo gestum esse scripsit, id ipso iam mortuo contigisse hoc loco retulerit; cf. verba:* Quod cum monachi praesensissent, simul proiecti ad t u m u l u m sancti, orare coeperunt. *Rem in H. Fr. accuratius narratam esse, ex V. S. Eparchii c.* 9, *intellegitur:* Pro cuius vitae obtentu vir beatissimus deprecatus est. *Vitae scriptor nomen et comitis et monachi, qui, ut rei eventum exspectaret, a S. Eparchio missus est, memoriae tradidit: ille Chramnulfus, hic Gratianus appellabatur. E Chramnulfo Gregorius (cf. H. Fr. VI,* 8*:* Haec ego ab ipsius comitis ore cognovi*), e Gratiano Vitae auctor (cf. c.* 9*:* haec gesta de eius ore cognovimus*) rem compertam habuit. Constat, c.* 99. *Gl. Conf. post c.* 8. *l. VI. H. Fr. scriptum esse.*

plerumque tali[a] addictos supplicio liberasti; sed[b] nunc non diffidimus de tua oratione, ut quod vivens fecisti in saeculo possis[c] renovare sublimatus in caelo'. Et, data nocte, misit[d] abba usque ad furcam. Accedente autem monacho, statim, disruptis ligaminibus, terrae[e] dilapsus est; et sic sustentatus a monacho, vivens adducitur ad monasterium[f], haustumque[g] parumper vinum, convaluit, vitamque[h] cum iudice obtenta, liber abscessit.

100. Post transitum autem Felicis[1] Biturigi[a] episcopi, cum ad eius tumulum[2], quod marmore scalptum[b] Phario[c] super terram erat positum, caecus quidam lumen oculorum, fugatis tenebris, recepisset, cognovissetque plebs amicum Dei, quem in corpore positum, obsistentibus mundanis caliginibus, cognoscere adplene non meruit, coepit in orationum assiduitate eius limina penetrare. Sed quoniam, ut diximus, sarcofagum marmoreum viliore lapide obtectum erat, sagacitas civium et praesertim[d] episcopi[3] meliore sarcofagum operturio texit, id est ex marmore Heracleo[e. 4]. Amoto ergo viliore[f] lapide, post annum fere duodecimum[g] invenerunt corpus beati confessoris ita inlaesum, ut nulla dissolutio in corpore, nulla putredo repperiretur[h] in veste; sed ita erant cuncta integra, ac si [ipsa[i]], ut ita dixerim, hora tumulo putarentur ingesta. Sed nec ibi quidem misericordia Domini defuit[k], ut lapis repulsus[l] non remaneret inglorius. Ferunt enim, quod multi[m] erasi potatique ex eo pulveris modicum, tam a quartanis quam tertianis sive cotidianis febribus celeriter liberantur.

101. Fuit et[a] Iunianus[5] reclausus infra Lemovicini[b] urbis territurium, qui vivens multa populis ostendit miracula; sed et nunc ad sepulchrum eius saepe morbi curantur. Nam vidi multos, quos dinumerari[c] putavi longum, qui caecis oculis ibidem evecti lumen receperunt, paralyticique directi sunt. Testisque est ipse populus hodieque[d], qui cum sanitatem recipiunt, statim se tributarios loco illi faciunt[e] ac[f], recurrente circulo anni, pro redditae[g] sanitatis gratia tributa dissolvunt. Ex quibus plurimi sunt[h], qui ad basilicam sancti Martini nostri antistitis pertinere videntur.

Capp. 99—101. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 99. a) *bis scr., sed eras.* 2. b) nunc autem non 3; sed et nunc 4. c) possi 2, *corr. m. s. XII.* d) simul 3. e) *om.* 1*b*. f) monasterio 2, *corr.* g) Haustoque — vino 4. h) vita 3; vitaque (4).

Cap. 100. a) Bituric 2, *corr.;* Bituri 3; Siturici 4. b) scaltum 1*b*; sculptum 4. c) Fario 3; Pa:ri: 4. d) p̄serti 4. e) Eracleo 3. 4. f) violiri *corr. m. al.* viliori 1*b*. g) duodecim 4, *corr. m. al.* h) repperietur 2, *corr.* i) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3; eadem *post* hora *add.* 2. k) adfuit, *ras.* d 1*a*. l) repussus 1*b*, *corr.* m) multa 3, *corr.*

Cap. 101. a) *om.* 4. b) Lemovicino? 2, *corr. m. s. XII;* Lemovicinę u. terminum qui 4; *cf. supra p.* 511, *l.* 6. c) dinumerare (2. 3. 4). d) que *om.* 3. 4. e) facunt 1*a*, *corr. m. al.* f) ad 4. g) reddita 3. h) *om.* 3.

1) *Felix, cuius ad ordinationem S. Germanus Bituricas accessit (cf. V. S. Germani c.* 63*), post a.* 565. *Probiano successit; v. supra c.* 79. *Interfuit concilio Parisiensi IV. a.* 573. *A.* 581. *Remedius concilio Matisconensi I. subscripsit. Felici, qui die* 1. *Ianuarii colitur, Fortunatus carmen III,* 20. *'in turrem eius' scripsit.* 2) *Quiescere dicitur in ecclesia collegiata S. Austregisili de Castro in suburbio Bituricensi, sed nullo cultu publico celebratur. R.* 3) *Remedio a.* 584. *Sulpicius successit (cf. H. Fr. VI,* 39*), de quo hic agitur. Is a.* 585. *concilio Matisconensi II. interfuit.* 4) *Cf. Greg. De cursu stell. c.* 14. *de theatro quod in Heraclea habetur:* omne opus eius ex lapide uno completum est; est autem marmore Heracleo vestitum; *et Gl. Mart. c.* 64. 5) *Vitam S. Iuniani, quem ne cum Iuniano Nobiliacensi confundas caveas, ediderunt Bollandiani, AA. SS.* 16. *Oct. VII,* 2, *p.* 848. *Cum Amando solitarius factus, 'in vastae solitudinis agro cuiusdam viri nobilissimi sanctae memoriae Ruricii pontificis, cuius nominis vocabulum Commodoliacus dicitur, resedit'. Postquam* 40 *annos in eremo degit, obiit, cui Ruricius iunior seu Proculus basilicam iussit fieri. Cf. Arbellot, 'Notice sur le tombeau de s. Junien'.* 1846.

102. Pelagia[1] vero genetrix beati[a] Aredii[b, 2] abbatis, cui[c] supra meminimus[3], valde religiosa, cum argueretur febribus et esset in transitu, petiit filium, dicens: 'Quaeso, fili dulcissime, ne me ante diem quartum[d] sepeliatis, ut venientes famuli famulaeve[e] omnes videant corpusculum meum, nec ullus frustretur[f] ab exsequiis meis de his quos[g] studiosissime enutrivi'. Et haec dicens, emisit[h] spiritum. Abluta iuxta morem[i] collocatur in feretro atque in eclesia deportatur. Quarta vero die, priusquam sepeliretur, tantus odor suavitatis eflagravit a corpore, ut omnes admirarentur. De[k] nocte vero globus[4] ignis magnus apparuit, qui ab oriente consurgens ac per caeli circulum currens, 586. super eclesiam stetit, in qua corpus defunctae iacebat. Ex hoc enim ita cunctam aedem subitus[l] splendor obtexit, ut putarent, se diem medium contemplare[m]. Et[n] statim inergumini multi exclamaverunt, dicentes, quia: 'Martinus venit ad transitum Pelagiae'. Succedente vero dominica die, postquam sepulta est, posuerunt cereum ad Sept. 1. caput eius, dicentes: 'Parum nobis est cera[o], et iam nox prolixior habetur; cum ad matutinum[p] consurgimus, tunc accendatur cereus iste'. Et clauso ostio, abierunt. Expleto quoque somno, ingressi basilicam, invenerunt cereum ardentem, quem extinctum reliquerant; sed et sanitates infirmorum saepius aguntur ad huius relegiosae sepulchrum.

103.[a] Tumulum[b] erat in vico Parisiorum[c] haud[d] procul a loco, in quo senior, ut aiunt, eclesia nuncupatur[e], nullo operto[f] tegumine; ibique in lapide habebatur scriptum: HIC REQUIESCIT CRISCENTIA[g] SACRATA DEO PUELLA[5]. Sed nulla aetas recolere poterat, quale ei fuerit[h] meritum vel quid egisset[i] in saeculo. Nuper autem a quodam clerico hoc epytaphium legitur. Instigante vero[k] fide, suspecti[l] sunt habiti[m] homines, quod aliquid cum[n] divina maiestate virgo potuerit[o] obtenere. Dum vero in hac suspitione penderent[p], quidam, quem ardor tertianae febris cum gravi tremore vexabat, erasi a tumulo parumper[q] pulveris haurit[r], moxque, sedato tremore, convaluit. Vulgatumque verbum plerumque profuit multis in hac infirmitate detentis. Succedente deinde tempore, monitarius urbis [ipsius[s]] graviter[t] aegrotare coepit, cui in visione puella apparuit, dicens: 'Vade', ait, 'quantotius et tumulum Criscentiae[u] virginis

Capp. 102. 103. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 102. a) beata 2, *corr. m. al.* b) Aridii 4. c) cuius 4. d) *om.* 3. e) f. aut famulae 3; meae *pro* o. 1*b*. f) fraudetur 3. g) quo 3. h) emisso spiritu 4. i) more 3. k) Donecte vero 1*b*, *corr. m. al.* l) subito 3. m) intuere 1*b*; contemplari (4). n) Estatim 2. 3. o) caerę 4. p) matutinos 4.

Cap. 103. a) *om.* 4. b) Tumulus 4. c) Paras. 3. d) aut 1*a*. 3. e) non:cupantur 1*b*, *corr.* f) opertus tegmine 3. g) Crescentia, *ut infra* 2. 4; Grisancia 3. h) fuerat (3. 4). i) egisse 3. k) autem 1*b*. l) suspicati 3. m) habet *corr. m. al.* hebeti 1*a*; hilli, *ras.* h 2; ab eo *pro* h. 3; hebetes 3*a*. n) *om.*, *sed m. al. superscr.* a 1*b*. o) poterit 4. p) penderet 4. q) parum (3); parum|:: 4. r) hausit 4. s) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. t) graviu⁹ 2. u) Crisentiae 3.

1) *In chronico Gaufridi Vosiensis cap.* 13. *legitur:* Apud S. Aredium S. Pelagia mater eius *(Labbe, Nova Bibl. II, p.* 287*). Unde patet, eam in monasterio Atanensi fuisse sepultam, quod diserte tradit Bernardus Guido in opusculis histor. (Labbe, Nova Bibl. I, p.* 631*). R.* 2) *De S. Aridio v. supra p.* 459. 3) *Supra c.* 9. 4) *Annus, quo S. Pelagia obiit, ex hoc loco intellegitur. Gregorius enim, H. Fr. VIII,* 42*:* Fulgor, *inquit,* per caelum in modum serpentes cucurrisse visus est, *et Fredegarius IV,* 6*:* Eo, *inquit,* anno signum apparuit in caelum globus igneos decedens in terram cum scintellis et rugeto. *Id a.* 586. *contigisse, e Gregorio constat. Pelagia, quae d.* 31. *Oct. a.* 578. *Aridii testamento subscripsit, die* 26. *Augusti colitur, qui a.* 586. *lunae sacer erat. Postquam die* 30. *Augusti sepulta est, 'succedente dominica', i. e. d.* 1. *Sept., cereum accensum repererunt. De qua v. AA. SS.* 26. *Aug. V,* 824. 5) *Titulum e Gregorio ed. Le Blant nr.* 203, *qui seniorem ecclesiam habuit eam quam Chlodovechus SS. Apostolis construxit.*

tege. Erit tibi[a] hoc adiutorium, ne[b] a morbo quo captus es[c] diutius fatigeris[d]'. At ille confisus, calces[e] inquerit, oratorium desuper construit[f], protinusque ab infirmitate laxatur. Sed ut virtus[g] virginis[h] in maioribus efferretur[i] honoribus, cuidam ex urbe dens indoluerat, ita ut, intumescente[k] maxilla, vix vel tenues[l] cibi parumper capere possit[m]. Pergit fide plenus ad tumulum, factaque hastula[1] una de parte acuta, ut in humanis usibus ad purgandos[n] dentes fieri solet, super sepulchrum puellulae[o] ponit. Statimque ut exinde[p] dentem quae[q] dolebat attigit, omnis dolor obstipuit. Ex hoc enim accepto experimento, quos hic dolor vexat, huius virtutis[r] ut expetunt praesidia, mox sanantur.

104.[a] Beata vero Radegundis[2], cui[b] initium[c] libri martyrum[d] meminimus[3], post
587. Aug. 13. emeritos vitae labores ab hoc mundo migravit. De cuius transitu accipientes nuntium[4], ad monasterium Pectavensis[e] urbis accessimus, quod ipsa instituerat. Repperimus autem eam iacentem in feretro, cuius sancta facies ita fulgebat, ut liliorum rosarumque sperneret pulchritudinem[5]. Stabant[f] enim circa feretrum multitudo inmensa sanctimonialium ad numerum circiter ducentarum, quae per illius praedicationem conversae, vitam sanctam agebant[g], quae secundum saeculi dignitatem non modo de senatoribus, verum etiam nonnullae de ipsa regali stirpe hac religionis[h] forma[i] florebant. Stabant autem plangentes atque dicentes: 'Cui[6] nos orfanas, mater sancta[k], relinques[l]? Cui nos desolatas conmendas? Reliquimus parentes facultatesque ac[m] patriam et te secutae sumus[n]. Cui

Cap. 103. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4. *Cap.* 104. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. 103. a) h. t. 4; t. a. h. 1*b*. b) nec 4. c) *superscr.* 2. d) fatigaberis 4. e) c. i. *om.* 3; inq̄ret 1*a*; inquaerat 1*b*. f) construxit 3. g) *om.* 2. h) *m. s. XII. add.* tumidus 2. i) efferetur 1*a*. *b (corr.)*. k) tumescente 3. l) tenuis (2); cibos 4. m) posset (2. 3). n) purgando 3; dente 1*b*, *corr.* o) puellae 4. p) inde, *m. al. suppl.* ex 1*b*. q) qui (2); quem 4. r) virtute 4; ut *om.* 3.

Cap. 104. a) *c.* 104. *om.* 3. b) cuius (4). c) in initium 1*b*; initium *corr.* in initium 2; initio (4). d) martyrium legimus p. meritos l. v. 1*b*. e) Pict. 1*b*. 4. f) Stabat (2. 4). g) gerebant 4. h) relionis 2, *corr. m. al.* i) norma *e corr.* 1*b*. k) *om.* 1*a*. *b*; te *pro* s. 2. l) *sic* 1*a*. m) et 4. n) ::sumus 1*b*.

1) *Hastulae Gregorius supra c.* 93. *et S. Theodulfi Vitae auctor (Mabillon, AA. SS. saec. I, p.* 347*) mentionem fecerunt:* Ex quo quisquis dolorem patiens dentium hastulam praecidisset et de loco doloris parum sanguinis fluere fecisset, statim sanitatem salutis exoptatam percipere merebatur. 2) *S. Radegundis a.* 12. *Childeberti regis, i. e. a Chr. n.* 587, *die* 13. *Augusti, feria quarta obiit et post triduum sepulta est; cf. H. Fr. IX,* 2*:* Obiit autem mense sexto, tertia decima die mensis, sepulta post triduum. Quae autem ibi ipsa die virtutes adparuerunt, et qualiter fuerit funerata, in libro Miraculorum plenius scribere studui. *Vide etiam V. S. Radegundis a Baudonivia conscriptam* §. 26 *(ed. Mabillon, AA. SS. saec. I, p.* 333*):* Nam gloriosus transitus eius sic contigit: Quarta feria primo Idus Augustas, quod fecit idem mensis dies 13, clausi sunt eius oculi et obscurati sunt nostri. 3) *Gl. Mart. c.* 5. 4) *Cf. Baudoniviam l. l.* §. 27*:* Quando eius sancta anima de hoc saeculo migravit ad Christum, non erat ibi pontifex loci. Ambulavit nuntius ad virum apostolicum dominum Gregorium Turonicae civitatis episcopum, et advenit. Sed quantum praesens vidit oculis, antequam eam sepeliret, de eius virtutibus in libro miraculorum quem composuit inseruit. *V. Greg. H. Fr. IX,* 2*:* fuique et ego praesens ad eam sepeliendam. 5) *Cf. Baudoniviam l. l.:* Cum autem venit ad locum, ubi sanctum corpus iacebat — quod ipse postea cum sacramento lacrimans dicebat, quod in specie hominis angelicum vultum viderat — facies illius velut rosa et lilium fulgebat. 6) *Cf. Sulpic. ep. III:* Tunc vero maeror et luctus omnium et vox una plangentium: 'Cur nos, pater, deseris aut cui nos desolatos relinquis?' *V. Patr. XV,* 4*:* Plangebant enim dicentes: 'Cui nos, pater sanctae *(scil. S. Senoch)*, relinques?' *V. Patr. XIX,* 4*:* flebant valde, dicentes: 'Et cui nos, mater sancta *(S. Monegundis)*, relinques? Vel cui conmendas filias?'

nos relinques[a] nisi perpetuis lacrimis et numquam finiendo[b] dolori? Ecce usque nunc maior[c] nobis erat hoc monasterium quam villarum aut civitatum spatia. Qui[d] quocumque loco accedebamus, contemplantes gloriosam[e] faciem tuam, ibi inveniebamus aurum, ibi argentum; ibi suspiciebamus florentes vineas segitesque[f] comantes; ibi prata diversorum florum varietate vernantia. A te carpiebamus[g] violas, tu nobis eras rosa rutilans et[h] lilium candens. Tua nobis verba quasi sol resplendebant et quasi luna tenebris conscientiae nostrae lucidam veritatis lampadem accendebant. Nunc autem contenebrata est nobis omnis terra, angustatum est spatium huius loci, dum tuam[i] faciem non meremur aspicere. Heu nos derelictas a sancta matre! Felicesque illas[k] qui te superstite ab hoc saeculo migraverunt! Et scimus quidem[h], choris sanctarum virginum et Dei[l] paradiso esse coniunctam, sed cum ex hoc consolamur, illud nobis[m] est lamentabile, quod te corporeis oculis intuere[g] non possumus'. Haec et alia inter lamenta dicentibus, cum a[h] lacrimis temperare[1] non valeremus[n], conversus ad abbatissam[2], aio: 'Sinite[o] parumper ab his fletibus et ea potius quae sunt necessaria pertractate[p]. Ecce frater noster Maroveus huius[q] urbis episcopus non est coram[3], eo quod illum causa visendarum parochiarum elongaverit. Nunc autem habete consilium, ne sanctum corpusculum iniuriam patiatur, et gratiam[r], quam Deus beatis artubus praestetit, auferatur, dum tempus sepulturae defertur[s]; accelerate debitas exsequias, ut sepulchro cum honore reddatur'. Ad haec abbatissa respondit: 'Et quid faciemus, si episcopus urbis non advenerit? Quia locus ille quo sepeliri debet non est sacerdotali benedictione sacratus'. Tunc cives et reliqui viri honorati, qui ad exsequias beatae reginae convenerant, imperant parvitati meae, dicentes: 'Praesume de caritate fratris tui et benedic altare illud[4]. Confidimus enim de eius benevolentia, quod molestum non ferat quae[t] feceris, sed magis[u] gratiam referat[v]. Praesume, precamur, ut caro sancta sepulturae reddatur'. Et[w] sic ab his iniunctus, altare in cellula ipsa sacravi. Verum ubi sanctum corpus moventes psallendo deducere coepimus, mox inergumini declamantes et sancta[x] Dei confitentes, torqueri[y] se ab ea fatebantur. Transeuntibus autem nobis[z] sub muro, iterum caterva virginum per fenestras[5] turrium et ipsa[a] quoque muri propugnacula voces proferre ac lamentare desuper coepit, ita ut inter sonos[b] fletuum atque conlaesiones palmarum nullus possit[c] a lacrimis temperare[1]; sed et ipsi[d] quoque clerici, quorum erat psallendi officium, vix inter singultus[e] et lacrimas antefonam potuerant[f] ex-

Cap. 104. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. 104. a) *sic* 1*a*. b) finiendis doloribus 4. c) maius (4). d) Quia 4. e) f. t. gl. 1*b*. f) segesque 2, *corr.* g) *sic* 1*a*. *b*. 2. h) *om.* 4. i) *bis scr., sed corr.* 1*b*. k) illae quae 4. l) te *add.* 4; paradisum 2, *corr.* m) est n. 1*b*. n) valerem 4. o) Sinete 1*a*; Desinite 2. p) *m. al. in marg. suppl.* 1*a*. q) u. h. 4. r) gratia (2). s) differatur 4. t) si f. — referat *in marg. suppl.* 2. u) ad *add.* 4. v) re *suppl.* 2. w) Et sic *om.* 4. x) sanctam (2. 4). y) torqueris 1*a*, *corr.* z) nos 2, *corr. m. al.* a) ipsis — propugnaculis 4. b) sonus fluctuum a. conlisionem 4. c) posset (2. 4). d) ipse 2, *corr.* e) singultum 4. f) potuerunt 2.

1) *Cf. Verg. Aen. II,* 8: quis talia fando
Myrmidonum Dolopumve aut duri miles Ulixi
Temperet a lacrimis?

2) *Agnetem; cf. Mir. S. Mart. IV,* 29. 3) *Cf. p.* 814, *n.* 4. 4) *Cf. Baudoniviam l. l.:* Triduo expectatus est pontifex, quia vicos circumiebat; sed quia non venit, supradictus vir apostolicus de caritate fisus, — — in basilica sanctae Mariae nomine condita, ubi sacra virginum corpora de monasterio suo conduntur, eam cum digno sepelivit honore; *cf. H. Fr. IX,* 42. *S. Mariae basilica iam S. Radegundis vocatur; cf. Longnon p.* 564. 5) *Cf. Baudoniviam l. l.:* quia instituerat, ut nulla vivens foras monasterii ianuam egrederetur; *v. Caesarii regulam ad virgines c.* 1 *(Migne, Patr. Lat. LXVII, p.* 1107*).*

plicare. Dehinc accedimus ad sepulchrum. Nam providentia abbatissae capsam ligneam[a] fecerat, in qua corpus aromatibus conditum incluserat, et ob hoc fossa sepulturae spatiosior erat[b], ita[c] ut, ablatis duorum sepulchrorum[d] singulis spondis, ac de latere iuncta capsa[e] cum sanctis artubus[f] locaretur. Tunc, facta[g] oratione, discessimus, reservantes episcopo loci, ut ab[h] eo, celebrata missa, tegeretur operculo. Redeuntes[i] vero ad monasterium, ducebat nos abbatissa cum virginibus per loca[k] singula, in qua sancta [regina[l]] aut legere consueverat aut orare, lugens[m] ac dicens: 'Ecce ingredimur in cellulam, et matrem amissam non repperimus[n]! Ecce spartum, in quo flectens genua cum lacrimis Dei omnipotentis[o] misericordiam precabatur, et a nobis non videtur! Ecce librum, in quo legebat, et vox spiritali sale condita non verberat aures nostras! Ecce fusa[p], in quis[q] per[r] longa ieiunia et profluas lacrimas nere[s] erat solita, et almi sanctitate[t] digiti non cernuntur!' Haec illis dicentibus, renovantur lacrimae, suspiria proferuntur, et ipsa quoque viscera ab affectu plorantium resolvuntur in fletum[u]. Tantusque[v] maeror[w] pectus meum obsederat, ut a lacrimis non desisterem, nisi scirem, beatam Radegundem[x] ablatam monasterio corpore, non virtute; et[y] adsumptam a mundo, collocatam in caelo.

105.[1] . . . .

106. . . . .

107. . . . .

Cap. 104. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *Capp.* 105—107. *desiderantur.*

Cap. 104. a) lineam 1*a*. b) e:t 1*a*, *corr. m. al.* c) *superscr.* 2. d) sepulchrum 1*b*, *corr. m. al.* e) capsę 4. f) artibus 1*b*. g) finita 4. h) ab eo *om.* 4. i) Redeunte 2, *corr. m. al.* k) *om.* 4. l) *om.* 1*a*. *b*. 2. m) lug:ens 1*a*. n) reperimur *corr.* reperimus 1*b*. o) omnipotenti 4. p) *corr. m. al.* fusas 1*b*. q) quius 2. r) post 4. s) l. nec recte sol. 1*a*. *b*. 2. t) sanctitatis 4. u) fletu 1*a*. v) Tantisque 1*b*, *corr. m. al.* w) memor 4, *corr. m. al.* x) Radigundem 1*a*; Red. 1*b*, *corr.*; Radegundam 4. y) et — caelo *om.* 4.

1) *Capita* 105. 106. 107, *quae in indice capitum huic libro praefixo ita inscripta sunt:*

105. De Tetrico episcopo.
106. De sancto Orientio episcopo.
107. De Quiteria virgine,

in nullis quos videre licuit codicibus mss. reperta sunt. Quae aut perierunt aut numquam scripta fuerunt. Id quidem malo, cum etiam in libro tertio H. Fr. id ipsum caput desideretur, in quo Gregorio de S. Tetrico agendum fuisset; cf. H. Fr. IV, 16: Erat ibi tunc sanctus Tetricus episcopus, cui in superiore libellum memoriam fecemus. *Itaque conicere licet, Gregorium post c.* 104. *SS. Tetrici, Orientii, Quiteriae miracula inserere voluisse, sed, indice iam suppleto, a conscribendis capitibus morte impeditum esse. Etiam Miracula S. Martini Gregorium imperfecta reliquisse, supra dixi, p.* 455.

De S. Tetrico egi in V. Patr. VII, 4 *n. S. Orientius, qui die* 1. *Maii colitur (cf. Epternac. Martyr.:* Ausi civitate in Gallia sancti Orientis episcopi), *Commonitorii libros duos scripsit, quos Migne, Patr. Lat. LXI, p.* 977 *sqq. edidit. A Fortunato Orientius poeta christianus inter Sedulium et Prudentium hoc modo laudatur (V. Mart. I,* 17*):*

Paucaque perstrinxit florente Orientius ore.

Vitas duas, quas Bollandiani, AA. SS. 1. *Mai. I, p.* 60, *ediderunt, vix magni aestimem. In priore de tempore S. Orientii haec scripta sunt:* Et cum, praestante Domino, vitam longam in seculo produceret, accidit, ut ab imperatore Aetius patricius et Littorius ad debellandum Gothorum regem cum exercitu mitterentur *(Prosp. a.* 439*). Cf. G. Bascle-de-Lagrèze, 'Vie de s. Orens, pélerinage de St.-Orens de Lavedan', Pau* 1847, *et Couture, 'Les reliques de s. Orens, évèque d'Auch' ('Rev. de Gascogne'* 1875, *XVI, p.* 249*).*

De S. Quiteria vix quidquam certi scimus. Vitam, vel potius 'vetera figmenta', ne Bollan-

108.[a] Fuit[b] vir vitae Paulinus[1] Nolanae urbis [episcopus[c]] ex nobili stirpe ortus. Tharasiam[d], [cum ad plenissimam venisset aetatem], similem sibi sortitus est coniugem, habens divitias multas, et tam in fundorum possessione[e] quam in praesidio domorum valde dives erat ac locuples. Sed cum primum aures eius euangeliorum lectio illa penetravit, in quo[f] Dominus adolescentem pro divitias[g] arguit, dicens: *Vade, vinde*[h] *omnia quae habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo; et veni, sequere me.* Matth. 19, 21 *Facilius est*[i], *camillum*[h] *per foramen acus*[k] *transire, quam divitem introire in regnum* ib. 24 *Dei*, statim vinditis[h] omnibus quae habebat, pauperibus erogavit[2]. Exoneratus a cunctis cupiditatibus, Magistrum liber sequitur, per haec se putans paradisi divitias[l] locupletari, si videretur nihil de transitoriis possedere. Cui maiestas divina tribuit, ut quod inpossibile dixerat per euangelium, hic[m] possibiliter adimplere mereretur[n] per[o] acto. Quadam vero die venit ad eum qui stipem peteret, et ait coniugi: 'Vade et da ei quod habet necessarios[p]'. Quae[q] respondit: 'Non[r] est nobis amplius quam unus panis'. Cui ille: 'Vade', inquid, 'porrege eum; Dominus enim dabit nobis victum'. Sed illa quasi strinua[s] reservari cupiens, ne aliquid deesset, porregere noluit. Interea advenerunt quidam dicentes, missos se[t] a dominis suis, ut illi annonae ac vini deferrent[u] speciem; sed[v] pro[w] hoc se moratos, quod orta tempestas unam eis cum tritico abstulerit navem. Tunc vir Dei conversus ad mulierem, ait: 'Intellegi[x], te[y] nunc pauperi unum panem fuisse furatam, et ideo hanc navem esse mersam[z]'. Perrexit ergo cum coniuge quasi peregrinaturus[a] in alia regione, nihil habens[b] praeter statum proprium. Post multum vero tempus, cum ab incolis regionis suae requireretur, nec possit[c] penitus repperiri[d], negotiator de civitate illa ad hanc urbem advenit, qua vir beatus caelesti Domino serviebat. Cumque vidisset eum, statim proieciens se solo et pedes sancti amplexans[e], ait: 'Hic est beatus Paulinus toto vulgatus orbe, qui multum a suis civibus quaesitus, prorsus non potuit inveniri'. Et narrans omnes actiones eius, obstipuerunt haec audientes. Nec mora, decedente sacerdote[3] apud Nolanam[f] urbem, ipse[g] in loco episcopi subrogatur. Habebat autem eclesia illa multas divitias, implevitque in eum[h] c. 408.

Cap. 108. 1*a*. 1*b*. 2. 4.

Cap. 108. a) 105. *et sic deinceps* 1*a*. 2; *om.* 1*b*; 104. 4; *c.* 108. *om.* 3. b) Beatus autem Paulinus 4. c) *om.* 1*a*. *b*; *m. s. XII. add.* 2; ex n. st. *om.* 4. d) Tharasia 4; c. ad pl. v. aet. *om.* 1*a*. *b*. 2. e) possessionem 2. f) qua 4. g) divitiis 4. h) *sic* 1*a*. i) enim *add.* 1*b*. k) acis 1*b*, *corr. m. al.* l) divitiis (4). m) hoc 4. n) mere *suppl.* 2. o) in facto 4; actum (1*b*. 2). p) necessarium 4. q) qui 1*b*. r) n. e. *bis scr., sed corr.* 1*b*. s) strenue 4; reservare 2. 4. t) esse *add.* 1*b*. u) deferent 1*a*, *corr. m. al.* v) se 2, *corr.* w) per 1*b*; in 4. x) *sic* 1*a*. *b*. y) *superscr.* 1*b*. z) demersam 4. a) peregrinatus 2, *corr.* b) *om.* 4. c) posset (2). d) repperire 1*b*. e) amplexens 2, *corr. m. s. XII.* f) Nolanem 1*a*. g) ipso 4. h) eo 4.

diani quidem dignam iudicaverunt, quam ederent; cf. AA. SS. 22. *Mai. V*, 171. *S. Quiteriae sarcophagus in Aturensi vico (Aire-sur-l'Adour) nuper repertus est; v. 'Le tombeau de s. Quitterie' ('Bull. de la com. hist.-archéol. d' Auch'* 1861, *II, p.* 62*) et Minasi, 'Le sarcophage de S. Quitterie' ('Rev. de l'Art chrét.'* 1875, *B, II, p.* 123*).*

1) *Meropius Pontius Anicius Paulinus a.* 353. *vel* 354. *Burdigalae natus, ab Ausonio litteris institutus est. Postquam a Therasia uxore ad fidem christianam conversus est, praediis venditis atque pecunia pauperibus erogata, circa a.* 408. *Nolanus episcopus electus est. Obiit a.* 431, *die* 22. *Iunii; cf. Uranii Ep.:* Obiit S. Paulinus episcopus 10. Kal. Iul. Basso et Antiocho vv. cc. consulibus. *Cuius opera ed. Migne, Patr. Lat. tom. LXI. De quo v. Buse, 'Paulin Bischof von Nola'. Ratisp.* 1856. 2) *Cf. Sulpicii V. S. Mart. c.* 25. 3) *Paulinus Paulo successisse videtur; cf. Ep.* 32*:*

Plebs gemina Christum Felicis adorat in aula,
Paulus apostolico quam temperat ore sacerdos.

Matth. 19, 29. Dominus, quae[a] per euangelium promittere est dignatus, quia: *Qui reliquerit omnia propter me, centuplum in hoc saeculo accipiet; in futuro autem vitam aeternam possedebit.* Verum, adsumpto[b] episcopatum, semper se humilem proferebat, quia sciebat, se apud Deum[c] excelsum futurum[d], si[e] humilitatem sectatus fuisset. Pecunia[f] vero de reditibus eclesiae, quae[g] manus eius adtingebat, confestim pauperibus erogabatur[h]. Castissima enim coniux eius non discedebat ab eo. Erat autem vir sanctus mirae[i] prudentiae et rethoricis litteris eruditus. Quod opus eius, de quanto ad nos pervenit, valde patefacit[k]. Nam cum ad diversos tam versu quam prosa scripserit[l], de virtutibus beati Martini[m] sex versu conscripsit libros[1]; scripsit et alios versiculos in laude[n] eius. Viditque eum in corpore positum et oculum suum ab eo inluminatum recepit[2]. Qui tantum in virtute[o], multiplicata gratiarum spiritalium[p] charismata, resplenduit, ut in obitum[q] suum ipsum Martinum Genuariumque[r.3] Italicum, priusquam spiritum redderet, corporeis oculis contemplaret[s]; prius enim ab eo de hoc mundo migraverant. Et quia de huius beati vita nihil legeramus[t], idcirco ea quae per relationem fidelium cognovimus, dum de elymosinis[u] proloqui voluimus, memoramus; de transitu autem eius[v] est apud nos magna lectio, ideo eum[w] ex ordine prosecuti non sumus. Ecce quid tribuit elymosina[x]! Ecce quales thesauros sanctis suis, qui[y] se in pauperibus dilegunt[z], Deus indulget! [Sicut[a]] e contrario avaritiae malo[b] inhiantibus quae[c] nequiter
Matth. 13, 12. concupiscunt aufert iuxta illud euangelii sancti oraculum, quia: *Qui habet, dabitur ei,*
ib. 25, 29. *et abundabit; qui autem non habet, quod videtur habere auferetur*[d] *ab eo.*

109.[a] Sic[b] et quodam loco[c] in portu maris gestum fuisse, multorum confirmat relatio. Quidam[d] pauper et senex, marsupiis[e] oneratus, venit ad litus maris; et accedens ad portum, petere[f] elymosinam a naucleriis[g] coepit atque ille[h] qui prior carinae erat inportunior adsistebat, dicens: 'Da mihi aliquid'. Tunc ille commotus ait: 'Absiste, quaeso, decrepite, et noli[i] nobis quaerere quicquam, [quia[k]]: nihil enim hic aliud praeter[l] lapides habemus'. At ille ait: 'Si lapides dicis esse, quae in tuis ditionibus

Cap. 108. 1*a*. 1*b*. 2. 4. *Cap.* 109. 1*a*. 1*b*. 2. 3. 4.

Cap. 108. a) quod 4. b) adsumptum 1*b*; episcopatu 4. c) Dn̄m̄ 2. d) fore 4. e) similitatem *corr. m. al.* si h. 1*a*. f) Pecuniā 1*b* *(corr.)*. 4. g) quā 4. h) erogabat 4. i) verae 4. k) patefecit (4). l) scribserit, *ras.* s 1*a*; scriberet (2). m) Marnis *(corr. m. al.* Martinis*)* exiversu 1*b*. n) laudem 1*b*. o) virtete 2, *corr.* p) spiritali charismate 4. q) obito suo 4. r) Ianuariumque, *om.* I. 4. s) contemplaretur (4). t) legamus 2, *corr.*; egeramus 4. u) si *m. al. suppl.* 2. v) *om.* 1*b*. w) enim 2. x) elemosynā 4. y) *corr.* cui 4. z) digunt *(corr.)* — inhiantibus *in inf. marg. suppl.* 1*b*. a) *om.* 1*a*. *b*. 2. b) male 4. c) qui 4. d) aufertur 4.

Cap. 109. a) *om.* 1*b*. 4. b) Hic 4. c) modo 3; *om.* 4. d) quaedam 1*b*, *corr. m. al.* e) marsupium 3. f) petire 1*a*. 2. g) naucleris (3. 4). h) illi 4. i) a *add.* 4. k) *om.* 1*a*. *b*. 2. 3. l) h. p. l. 3.

1) *Gregorius iterum Paulinum Nolanum cum Petricordiensi confudit, qui quinquaginta fere annis post vixit, Perpetui scilicet Turonensis episcopi tempore; cf. Mir. S. Mart. I,* 2. 2) *Cf. Sulpicii V. S. Martini c.* 13*:* Paulinus magni vir postmodum futurus exempli, cum oculum graviter dolere coepisset, et iam pupillam eius crassior nubes superducta texisset, oculum ei Martinus penicillo contigit pristinamque ei sanitatem, sublato omni dolore, restituit. 3) *Haec Gregorius ex Ep. Uranii presb. Pacato data hausit; cf. Migne, Patr. Lat. LIII, p.* 859*:* At ille: 'Sed ego nunc fratres meos Ianuarium atque Martinum dico, qui modo mecum locuti sunt, et continuo ad me venturos se esse dixerunt'. E quibus Ianuarius episcopus simul et martyr Neapolitanae urbis illustrat ecclesiam, Martinus autem vir per omnia apostolicus, cuius vita ab omnibus legitur, Galliarum episcopus fuit. *Eandem epistolam Gregorius infra his verbis laudavit:* de transitu autem eius est apud nos magna lectio.

navis haec contenet, omnia vertantur in lapides[1]. Et[a] statim cunctum navis onus, quod mandi potuit, in saxo[b] conversum est. Ego enim ex his et dactilos vidi et olivas aspexi marmore duriores. Nam cum in lapidis[c] duritia[d] conversa fuissent, numquam tamen colorem[e] quem habuerunt[f] perdiderunt, nisi eadem formae[g] eademque species erat[h]. Dominus autem navis paenitentia motus, inquesitum senem nusquam[i] potuit repperire; et, sicut ferunt, per multas civitates de his quae in saxo[k] mutata fuerant ad videndum direxit, ut scilicet exemplum esset omnibus, ne similia perpetrarent. Ecce[l] quid agis[m] inpudens avaritia[l]! Fecisti hominem pauperem, qui non porrigendo pauperi putavit se posse fieri ditiorem.

110.[a] Quid[b] etiam et alii contigerit[c], qui per adulteria multiplicare terrena studuit lucra, non sileam. Quidam apud[d] Lugdunensim[e] urbem vix laborans, ut unum triantem possit[f] habere, accensus[g] auri exsecrabilis[h] sacra[i] famis[i], voluit per eum saeculi ora[k] replere iuxta illum[l] Prudenti[m] nostri versiculum[n, 2]:

Auri namque famis[o] parto conqueritur[p] auro.

Igitur de hoc[q] triante vinum conparat, admixtisque aquis[r], iterum[s] per argenteos venundatum, duplat[t] pecuniam. Hoc iterum atque[u] iterum agit[v] et tam diu turpis lucri secutor[w] est factus, usquequo[x] centum solidos de hoc triante lucraret[y]. Sed iudicium Dei confutavit lucra diaboli. Congerens vero avarus negotiator aurum in sacculo, possessurus pecuniam unius horae momento, alterius negotiatoris nundinas[z] adit. Extractumque triantem, quasi aliquid negotiaturus, conloqui cum socio coepit. Erat enim sacculum ex pelle Phoenicia[a, 3], sicut his manu[b] gestare mos est. Et[c] ecce subito adveniens milvus, rapit eum pedibus atque decerpere temptat, putans[d] a colore partem aliquam carnis esse. Sed cum nihil pinguedinis sentiret in eum[e], evolans super alveum Araris[4], de quo hic aquas hauriens vino miscuerat, laxatum sacculum deiecit in flumine. At ille, adprehensis capillis, elidens se ad terram spargensque pulverem super caput suum, aiebat: 'Vae mihi, qui[f] iudicio Dei oppraessus, perdidi pecuniam, quae cf. Apoc. 18, 19.
inique fuerat adgregata! nam ex uno triante centum erexi solidos. Nunc, perditis centum solidis, unus mihi tantum remansit trians. Vae mihi, sicut feci, sic[g] recepi; et qui de nihilo eos habui, ad nihilum redisse[h] conspicio!' Talis pecunia, diabolae, tua[i] est, per tale lucrum deducis tibi oboedientibus[k] in tartarum. Tale enim commertium et in praesenti damni[l] notam ingerit et in futuro diversarum poenarum genera parit. Absistite ab his, quaeso, qui haec legitis, absistite et nolite talibus participes esse! Sint[m] lucra vestra divinae maiestatis gratia; sint[m] exercitia vestra Scripturae Sanctae doctrina! Fiat congregatio[n] vestra in marsupiis pauperum, quae aeternae gehennae flagrantem[o]

Capp. 109. 110. 1*a*. 1*b*. 2 (*cf. n.* q). 3. 4.

Cap. 109. a) Estatim 2. 3. b) saxa 2; saxum (3. 4). c) lapides 2. 3. d) duritiam (1*b*). e) calorem 2, *corr. m. al.;* quam 3. f) habuerant (2. 3). g) forma (2. 4). h) erant 3. i) nūquam 1*a*. k) saxa 4. l) Ecce — *c.* 110. non sileam *om.* 3. m) agens? 2, *corr.*

Cap. 110. a) *om.* 4. b) Quod? 1*b*, *corr.* c) contingerit 1*b*, *corr.* d) *om.* 3. e) Lugdonensim 1*a*. *b*; Lugdunensis, *om.* u. 3. f) posset (2). g) accessus 3. h) execrabili 3. i) fame 4. k) ore 3. l) illud 3. m) Prudentii 1*b*. 2. 4. n) consilium 3. o) fames 2. 4. p) parto fit maior ab auro *Pr.* q) *desinit* 2. r) (a *postea add.*) quis 4. s) que *add.* 1*a*. t) duplicat 4. u) aque 3. v) ait 1*b*, *corr. m. al.* w) exsecutor 4. x) usque dum 4. y) lucraretur 4. z) nundias 1*a*. a) Phoenica 1*b*; Foenicia 3; Phoenitia 4. b) his manus 3; s. Hispanis 4. c) *om.* 4. d) putas 1*b*, *corr. m. al.* e) eo 4. f) quia 4. g) hita 3. h) redidisse 1*a*; reddisse 3. i) tuum 3. k) oboedientes 4. l) damna ing. 4. m) Sin 3. n) congatio 1*b*. o) flagrans 4.

1) *V. Verg. Aen. III,* 56*; Greg. H. Fr. IV,* 46. 2) *Hamartigenia v.* 257, *cf. V. Patr. c.* 6. 3) *De colore Phoenicio cf. Plin., H. nat. XXI,* §. 164. 4) *La Saône.*

restinguat incendium! et hoc ipsum a[a] Domini est misericordia poscendum, non[b] propria virtute quaerendum, qui nobis praestare dignetur illorum intercessione sancta, quorum hic liber sacra prodit miracula, ut non solum de terrenis divitiis, sed etiam de talentis verbi sui bonam facientes rationem, multiplicationis mercede recepta[c], audire Matth. 25, 21. mereamur ab ipso: *Euge, serve bone, quia super*[d] *pauca fuisti fidelis, super*[d] *multa te constituam; intra in*[a] *gaudium Domini tui*[e].

Cap. 110. 1*a*. 1*b*. 3. 4.

Cap. 110. a) *om.* 4. b) a *add.* 4. c) recepti 3. d) supra 3. e) EXPLICIT *add.* 1*a*; FINIT LIBER MIRACULORUM *add.* 1*b*; *versu vacuo relicto, Clausulam quae dicitur de Pippino librarius subiecit* 4; *cf. supra p.* 465.

GEORGII FLORENTII GREGORII EPISCOPI TURONENSIS LIBER DE MIRACULIS BEATI ANDREAE APOSTOLI.

EDIDIT

MAX BONNET.

De actis Andreae Graecis qui scire volent quae hodie sciri possunt R. A. Lipsium adeant, qui in eo libro quem inscripsit 'Die apokryphen Apostelgeschichten und Apostellegenden (Braunschweig 1883*)' t. I, p.* 543 *sqq. egregie de illis disputavit. In Latinum ea pridem conversa esse idem p.* 548. *contendit; ipse translationis particulas quasdam nuper repperi. Haec acta Latina in Gregorii manus venerant, qui, quomodo ad conficiendum librum suum qui est de miraculis Andreae iis usus sit, satis aperte in praefatione exposuit. Quanta autem fuerit illa* multitudo verbositatis *quam Gregorius a se amputatam ait, sciet qui contenderit cum c.* 1. *acta Graeca a Tischendorfio edita (Acta apostolorum apocrypha p.* 132 *sqq.).*

Quaesitum est, num vere, ut fertur, Gregorii esset liber hic de miraculis Andreae. Nam neque ipse eum inter libros suos commemorat et unus tantum, quod sciam, codex manu scriptus (4b noster) nomen eius prae se fert; nam de codice Parisiaco 17007. *erravit Lipsius l. s. p.* 138*;* Gregorius Turonensis *ibi, ut in cod. Paris.* 1864. Gregorius Turonensis de miraculis sancti Andreae apostoli *(cf. supra p.* 474, 10*), item similia in nonnullis aliis, inscripta sunt non huic libello, sed libri qui est in Gloria Martyrum capiti* 30. *aut praemisso aut subsequenti. Sed iam Theodorum Ruinart (praef.* 77*) et post eum alios, velut qui de Gregorio scripserunt in Historia litterarum Francogallicarum (t. III, p.* 386*) et G. Monod ('Études critiques' I, p.* 39*), stilus et scribendi ratio, ut ait Ruinart, vix (aut ne vix quidem) dubitare siverunt*[1]. *Ego ne codicem 4b quidem testem adhibuerim, nam a docto et acuto aliquo librario Gregorii nomen e c.* 37. *erutum quam a reliquis omnibus omissum esse credibilius est. Sed hoc ipsum, quod sine nomine liber traditus est, maximo mihi argumento esse videtur, recte eum Gregorio tribui. Quem enim prisca illa aetate falsarium tam vafrum aut tam simplicem fuisse putabimus, ut Gregorii dicendi et disponendi genus studiosissime et sollertissime imitaretur et libri Gregoriani qui est in Gloria Martyrum tamquam sui mentionem inferret, ipsum nomen reticeret? Nam forma libelli capitulis, prologo, epilogo instructi eadem est, quae ceterorum librorum quos de Miraculis scripsit, et senten-*

1) *Solus W. Arndt dubitare se dixit supra p.* 2, 3 *(cf.* 13, 18*), quoniam, qui Iuliani alumnus fuerit, non potuerit Andreae se vovere (c.* 38*). At sciret illud falsarius qui tam penitus Gregorium nosset, nec potuit omnino in hoc libello* alumnus, *ut s. Iul.* 50, *p.* 584, 8, *proprie pro* nutricio *(cf. p.* 6, 35*) poni.*

tiae insunt simillimae (velut c. 38. *p.* 846, 6 *sqq., cf. Gl. Mart.* 106. *p.* 561, 25 *sqq., s. Iul.* 50. 584, 7 *sqq., al.; c.* 37. *p.* 846, 2 *sqq., cf. Gl. Conf.* 108. *p.* 818, 16, *al.). Sermo autem tam similis est illi quam ovo ovum, et plurimae insunt maxime usitatae Gregorio locutiones; cf. Prol. p.* 827, 12. nulli credo latere *cum s. Iul.* 13. *p.* 569, 27; *p.* 827, 17. *et* 19. fastidium *et* detrahentium *cum Gl. Conf.* 6. *p.* 752, 24; *p.* 827, 18 *sq.* quod et . . . et *cum s. Mart. II,* 19. *p.* 615, 34; *c.* 1. *p.* 827, 21. post . . . triumphum *cum H. Fr. II,* 34. *p.* 97, 20; *Gl. Mart.* 4. *p.* 489, 16; 26. *p.* 503, 17; *p.* 827, 22. praedicare . . . fuissent *cum Gl. Mart.* 4. *p.* 489, 21; *p.* 828, 7 *sq.* catenae . . . scissa est *cum H. Fr. VIII,* 33. *p.* 349, 7; *Gl. Mart.* 103. *p.* 557, 16; *s. Mart. II,* 35. *p.* 622, 8; *III,* 41. *p.* 642, 23; *Vit. Patr.* 7, 3. *p.* 689, 9 *al.; p.* 828, 12. carceris vincti *cum H. Fr. VIII,* 33. *p.* 349, 6; *X,* 6. *p.* 413, 26; *Vit. Patr.* 7, 3. *p.* 689, 3; *c.* 6. *p.* 830, 28 *sq.* daemonas *(etiam recto casu* 36 *ut p.* 836, 23. Macedonas) *cum H. Fr. VI,* 8. *p.* 253, 28; *s. Mart. I. Prol. p.* 585, 48; *Vit. Patr.* 2, 5. *p.* 672, 31; 14, 2. *p.* 718, 50; 17, 5. *p.* 732, 49; *Gl. Conf.* 60. *p.* 783, 36; *c.* 7. *p.* 831, 2. obsequium funeris *cum H. Fr. II,* 13. *p.* 81, 6; *V,* 8. *p.* 199, 11; *Gl. Mart.* 75. *p.* 538, 5 *(paulo aliter s. Mart. I,* 5. *p.* 591, 12); *c.* 11. *p.* 832, 14. attoniti *(si hoc verum est)* praestolamur *cum Vit. Patr.* 17, 3. *p.* 730, 17; *c.* 12. *p.* 833, 12. sinite ab *cum Gl. Conf.* 104. *p.* 815, 14; *c.* 14. *p.* 834, 4. laqueo extorquere *cum Gl. Mart.* 28. *p.* 504, 23 *et* 29; *c.* 18. *p.* 836, 19. nolite . . . nolite *cum H. Fr. IV,* 48. *p.* 183, 19; *VI,* 4. *p.* 246, 19, *al.; c.* 20. *p.* 837, 26. in sublimi elevatus *cum H. Fr. III,* 6. *p.* 114, 5; *V,* 18. *p.* 215, 3; *Gl. Mart.* 33. *p.* 508, 33, *al.; c.* 23. *p.* 839, 38. petentibus *cum H. Fr. X,* 13. *p.* 421, 20; *Gl. Mart.* 82. *p.* 543, 36; *s. Mart. I,* 2. *p.* 588, 1; *II,* 32. *p.* 621, 20; *Vit. Patr.* 3, 1. *p.* 673, 9; *Gl. Conf.* 43. *p.* 774, 20; *c.* 24. *p.* 840, 39. inpositis necessariis *cum H. Fr. VI,* 11. *p.* 256, 3; *Vit. Patr.* 14, 2. *p.* 719, 23; *Gl. Conf.* 19. *p.* 759, 2; *c.* 25. *p.* 841, 26. neque . . . possunt *cum H. Fr. II,* 29. *p.* 90, 10; *II,* 31. *p.* 92, 9; *c.* 35. *p.* 845, 22. moras innecteret *cum H. Fr. VII.* 9. *p.* 296, 1; *X,* 27. *p.* 439, 11; *Gl. Mart.* 89. *p.* 548, 14; *Gl. Conf.* 1. *p.* 748, 29; 19. *p.* 758, 31; 65. *p.* 786, 22; *et permulta alia. Contra ne quis proferat talia, qualia sunt c.* 18. *p.* 835, 41. cum vi, *quoniam illud* vi *sine praepositione ponere Gregorius consuerit, aut ib. p.* 836, 5. solummodo, *quia id praeterea non reperiatur, etiam aliis verbis velut* instar, quatenus, frustra *singulis per tot volumina locis usus est,* cum vi *etiam Gl. Mart.* 77. *p.* 540, 3. *scripsit. Sensibus quibusdam non satis aptis et conclusis non offendentur, qui reputabunt, talia inveniri etiam in ceteris libris, qui secundis ac tertiis curis a Gregorio pertractati sunt, hunc, properante calamo conscriptum, sine nomine scriptoris emissum, minus studii poposcisse. Itaque ne manifestas quidem corruptelas, velut c.* 18. *p.* 836, 34. populum, *a Gregorio ex Actorum Andreae exemplo quo utebatur receptas esse negaverim; errorem qui est c.* 23. *p.* 839, 28 *et* 31. *de lenone sine dubio ipsi tribuendum censeo; etiam p.* 839, 38. petentibus *et p.* 840, 3. innocentes *aliud agens dixit. Cf. etiam p.* 843, 44 *sqq. — Post Gloriam Martyrum Miracula Andreae scripta esse, certum est, quoniam c.* 37. *p.* 846, 1. *haec leguntur:* ferunt hoc oleum . . . decurrere, sicut in primo Miraculorum scripsimus libro *(Gl. Mart.* 30. *p.* 506, 1 *sq.).*

Praeter Acta Andreae Latina Gregorius, ut prologus et c. 37. *p.* 846, 2 *sqq. et libri qui est in Gloria Martyrum complures loci docent, Passiones Andreae et reliquorum apostolorum noverat, de quibus cf. Lipsius l. s. a p.* 117. *ad* 178; *quarum in corpus quoddam, non multo post ipsius aetatem confectum, cum Gregorii liber de miraculis Andreae receptus esset, quod corpus, Abdiae falso nomine ornatum, inde ab anno* 1552. *saepe editum est, factum est, ut plerique ex illa Pseudabdiana sylloge librum Gregorianum excerptum esse arbitrarentur; in quem errorem incidere sane non potuissent, nisi ita, ut infra memoravi, is qui primus Abdiam edidit eundem interpolavisset.*

Traditus est liber de miraculis Andreae tum solus inter alia opera, ut in codd. 1*a.* 1*c.* 4*a, tum cum sylloge illa coniunctus, ut in* 2*a.* 2*b.* 4*c.* 5, *tum in Passionariis*

quibusdam, velut codd. 3a. 3b; etiam 4b olim pars fuit codicis maioris (nam fol. 1. signatum est CCCC), quod Passionale fuisse videtur, sequuntur enim tria alia scripta de sanctis.

Usus sum libris hisce, quos ipse contuli praeter eos quos ab aliis collatos esse adnotavi:

Ordinis A.

1a) Parisiacus Lat. 18104 (Notre Dame 50), saec. IX, a f. 72. ad f. 86'. Revulsa sunt quae post protinus (p. 844, 20) sequebantur.

1b) Parisiacus Lat. 5339 (Colbertinus 5425, Regius 4179. 2. 2), saec. X, a f. 32. ad f. 54.

1c) Bernensis 48, saec. X, a f. 60. ad f. 72'. Compluribus locis inspexit, contulit ea quae desunt in 1a summa cum benignitate Hermannus Hagen.

2a) Guelferbytanus inter Weissenburgenses 48, saec. IX, a f. 36'. ad f. 57'. Hermannus Usener, quae est eius in me benevolentia, non rogatus, a Paulo Sonnenburg adiutus, meum in usum contulit; dubitationes quasdam O. de Heinemann bibliothecae praefectus liberalissime dissolvit.

2b) Parisiacus Lat. 12604 (S. Germani a Pratis 489, Corbeiensis 472), saec. XII, a f. 19. ad f. 33.

3a) Montipessulanensis 30 (Boherii A. 24, Passionale S. Benigni Divionensis), saec. XII, a f. 226'. ad f. 234.

3b) Montipessulanensis 1 (S. Mariae Claraevallensis), saec. XII. aut XIII, certe codice 3a recentior, tom. I. a f. 179. ad 188.

Ordinis B.

4a) Vaticanus Lat. 1274, saec. XI, a f. 78'. ad f. 119'. Ipse c. 1. et 2, reliqua omnia A. Holder-Egger officiosissime et accuratissime contulit. Desunt c. 25. 26. 27. et pars 28.

4b) Parisiacus Lat. 12603 (S. Germani a Pratis 488, antea 789. et 613), saec. XII, a f. 1. ad f. 10.

4c) Valentianensis 471, saec. XII, tom. III. a f. 21'. ad f. 36. Compluribus locis inspexit gratissimo studio Cromback bibliothecae praefectus. Descripsit eiusdem rogatu Lebeau v. d. a c. 25. ad 30.

5) Friderici Nauseae codex, quem 'opera Udalrici Grisaei ex libraria satis pulverulenta erutum' ait. Hunc, intercedente Umpfenbachio, W. Velke bibliothecarius summa cum cura, sed frustra, quaesivit Moguntiae, ubi Nausea eo usus erat, is autem satis magna cum fide reddidisse videtur, ut eius exemplum pro ipso codice esse possit.

Sunt aliquot praeterea codices manu scripti, quibus continentur Miracula Andreae, sed non ita multi sunt. Non videtur fere extra Galliae fines libellus ille propagatus esse. Romae quidem inter bibliothecarum Vaticanae et reliquarum, quas perscrutatus sum, innumeros codices, quorum in permultis passio Andreae inest, is quem modo dixi 4a solus Miracula continet; nam Vaticanus 1198, saec. XIV, excerpta tantum habet, unius praeterea exempli vestigia in bibliothecae Vallicellianae tomo XX, saec. XIV, f. 90, extrema verba c. 38. servata sunt. Item Neapoli frustra quaesivi, neque uberrimi catalogi bibliothecarum Mediceae et Laurentianae Florentinarum, Marcianae Venetae (nam quae Valentinelli, Bibl. ms. S. Marci Venet. t. II, p. 209, refert e cod. 35. saec. XV. 'miracula S. Andreae' vix brevissima excerpta esse possunt), Casinensis (cf. tamen memoratas a Lipsio p. 135. particulas in cod. 146. f. 9. servatas, Bibl. Casin. III, 1, p. 295), alii, ullum memorant praeter unum cod. 132. Bibl. Aedil. Florent. Eccles., saec. XI, p. 146 b, qui desinit in c. 26 (cf. Bandini, Bibl. Leop. Laur. t. I, p. 266). Vindobonae, quo Lazius duos Pseudabdiae codices comportaverat, neutrum hodie neque alium Miraculorum Andreae codicem ms. adservari, testatus est, quem eius rei causa per litteras adieram, Ioannes Huemer vir humanissimus. Ber-

nensem autem 1c, ut plerosque Bernenses, e Gallia Bernam devectum esse, probabiliter conici, H. Hagen confirmavit. Eandem Bruxellensium 1821 (saec. X) et 5524 (saec. XIII) patriam esse, verisimile est. Bibliothecas Turicensem et Einsidlensem Miraculis Andreae carere, H. Wirz amicus meus rettulit, Sangallensem Idtenson praefectus vir humanissimus, Lugdunensem Batavorum Scato de Vries iuvenis ornatissimus, ab ipso W. N. du Rieu edoctus. In Germaniam denique unum tantum exemplum olim delatum et non ita saepe descriptum esse videtur, nam codex Guelferbytanus, qui est inter Helmstadienses 497[1], ex illo Weissenburgensi descriptus est, et eorum alter saltem, quibus W. Lazius usus est, proxime cum illis cognatus erat, de altero difficile est iudicare; nam, praeterquam quod passim Lazius librorum omnium memoriam pessime corrupit, si c. 11. p. 832, 18 sq. et c. 24. p. 841, 10. codicem ordinis B, non coniecturas suas adhibuit, at neque c. 16. p. 835, 9. lacunam ex eo explevit, neque c. 29. p. 843, 32. speciosam codicum B interpolationem arripuit, neque ceteris locis illo usus est, ubi A et B inter se discrepant. Monacenses autem, quos Guilelmus Meyer, ab amico meo Friderico Ohlenschlager rogatus, summa cum liberalitate diligentissime excussit, omnes, cum inter se simillimi, tum codicibus 1. et 2, sed multo magis 2, ita coniuncti sunt, ut, sicubi ab iis recedant, interpolationibus id aut corruptelis factum esse, minime incredibile sit. Sunt autem hi: 3788. Augustanus, saec. XI. aut XII; 9564. Oberaltaichensis; 12641. Ranshofensis; 13074. Ratisbonensis; 14775. Emmerammensis; 22245. Windbergensis, saec. XII. Solus cod. 5, quem unde Grisaeus eruerit nescimus, alteri familiae adnumerandus est. Postremo, quaedam me, fateor, dum opusculum sine nomine traditum quaero, praeterire potuisse.

Intra Galliam paulo plures Miraculorum codices adservantur; quorum quos praeter supra memoratos cognovi hoc loco nominavi: Parisiaci Lat. 17002, saec. X, f. 186, qui deficit inde a c. 29, et est ordinis B (totum excutiendi non est facultas facta); 5272 (f. 24), 12606 (f. 158), 16735 (f. 121), 17007 (f. 121), saec. XII; 5265 (f. 15), 10864 (f. 42), saec. XIII; 3809 A (f. 224), 3820 (f. 198), 11759 (f. 260), saec. XIV; 14651 (f. 140) saec. XV. De his, cum olim ipse eos inspicere supersedissem, quaedam ab H. Omont, pleraque ab R. Devèze liberalissime relata refero. Andecavensis nr. 717 (f. 59), saec. X, ordinis A est ac mutilus. Atrebatensis nr. 112. et nr. 309, saec. XI, decurtatus est uterque et corruptus et interpolatus. Cameracensis nr. 758 (f. 20), saec. XII, A ordinis est; nr. 767 (t. I, f. 5), saec. XII, excerpta tantum habere videtur. Eos quos post Parisiacos nominavi benevole inspexerunt bibliothecarum praefecti a me rogati. Praeterea Duacenses duo sunt memorandi nr. 310, saec. XIII, et nr. 843, saec. XV. Multas alias bibliothecas Miraculorum libro carere, aut catalogi me aut praefecti, velut Carnotensis, Aurelianensis, Insulanus, docuerunt.

Ediderunt Miracula Andreae

1) Fridericus Nausea in eo libro quem inscripsit Anonymi Philalethi Eusebiani in vitas, miracula passionesque apostolorum Rhapsodiae, Coloniae a. 1531, a f. 8′ ad f. 22′.

2) Wolfgangus Lazius, qui eandem fere syllogen ita inscripsit: Abdiae Babyloniae episcopi de historia certaminis apostolici libri X, Basileae, ex officina Io. Oporini a. 1552 (praefatus est a. 1551). Is prologum sustulit, exordium novum confecit, pleraque verba misere interpolavit, denique cum Miraculis Passionem Andreae alteram coniunxit; cf. 'Revue critique' a. 1880. I, 453. et Lipsius l. s. t. I, 562; II, 414. Lazii librum Ioannes Faber Parisiis a. 1566, R. Laurentius de la Barre in Historia christiana veterum patrum, ibidem a. 1583, excudendum curaverunt; denique I. A. Fabricius in Codice apocrypho Novi Testamenti, quem Hamburgi edidit a. 1703, iterum a. 1719, eundem librum expressit et utili adnotatione instruxit. Is etiam a. 1566. 1569. 1576. Coloniae et a. 1571. Parisiis Pseudabdiam typis exscriptum esse testatur (Cod. ap. t. II, p. 400).

1) Etiam in cod. Guelferb. 509 (Helmst. 475) Actus et passio S. Andreae apostoli leguntur; v. Heinemann, 'Handschriften d. h. Bibliothek zu Wolfenbüttel' I, p. 367. G. W.

Fabricii autem codicem apocryphum et in eo t. I, p. 286. ad 327. Miracula Andreae D. Giles descripsit Londini a. 1852.

3) *Theodorus* Ruinart *cum reliquis Gregorii operibus, Parisiis a. 1699, p. 1261 sqq., sed ita, ut prologum tantum et indicem capitulorum cum initiis eorum atque ultimam partem, quam Lazius corruperat, e codice 4b, collato 1b, describeret, de reliquis ad Abdiam legentes relegaret. Ruinarti exemplum repetivit Migne, Patrologiae Lat. t. LXXI, p. 1099 sqq.*

4) *H. L.* Bordier, *'Les Livres des Miracles et autres opuscules de Grégoire de Tours', Parisiis a. 1857 sqq., t. IV, p. 33 sqq., e codicibus 1b et 4b cum Fabricii exemplo collatis.*

Restat, ut de huius editionis ratione pauca adiciamus. Apparet ex ipsa codicum nostrorum cognatione, qualem supra indicavimus, silentio praetereunda fuisse, quaecumque aut singuli codices aut alterutrius ordinis (A et B dico) una pars (velut 1, 2, cet.) contra eiusdem ordinis vel singulos libros cum altero ordine concinentes exhiberent, nisi forte, quod haud raro accidit, aut corruptela aut interpolatio tam proclivis esset, ut eam compluriens factam non absurdum videretur arbitrari. Attuli tamen passim singulorum codicum lectiones, quae eiusmodi essent, aut ut nulla corruptelae aut interpolationis causa appareret, aut casu quamvis miro ab singulis verum servatum aut coniectura repertum videri posset; quorum quae commendabilia iudicabam, iis apposui asteriscum. Interpolatio autem praecipue saeviit in soloecismos et barbarismos tanta omnium librariorum concordia, ut, quaecumque eius generis vitia hic illic servata sunt, non solum memoranda, sed pleraque recipienda essent; his locis numeros tantum eorum codicum quos secutus sum adscripsi, reliquorum varias interpolationes pro emendationibus positas silentio praetermisi. Porro probanda fuerunt, quae utriusque ordinis A B concentu nituntur; disceptandum autem inter A et B aut utriusque ordinis partes dissentientes, sed ita, ut varia lectione adnotata cum legentibus iudicium communicaretur. In summa, quid esset antiquitus traditum, non quid a Gregorio scribi potuisse aut oportuisse mihi videretur, exprimere volui. Sed pleraque in codice nostrorum archetypo sana fuisse puto; nam multa, de quibus olim dubitaveram, postea, similibus reliquorum librorum Gregorianorum locis confirmari, animadverti. Pauca, quae a Gregorio scripta esse contra librorum fidem conicio, in imis paginis adnotavi.

In praepositionibus assimilandis vel non assimilandis, in litteris e, ae, i, ò, u, ci, ti, h, *in vocibus quales sunt* fili, hii, arcessire, inquid, *et aliae similes, quid singuli codices exhiberent referre longum erat. Codices 1, sed praecipue 1a, quibuscum plerumque faciunt etiam ceterorum optimi, ita secutus sum, ut, observata optimorum Historiae Francorum codicum consuetudine, inter illos disceptarem et, quae reliqui libri bonae frugis habere viderentur, adnotarem, interdum e vestigiis quibusdam verum restituendum esse significarem, velut c. 7. p.* 831, 12. expoli *ex illo* expoliavi; *c. 12. p.* 832, 41. venirunt *ex* veniunt; *c. 15. p.* 834, 24. reteneantur *ex* teneantur; *c. 20. p.* 837, 36. immulationem *ex* aemulationem; *alia. Codices 2 ac praesertim 2a certa lege emendati sunt (solus 2a* adulescens *et* cunque, *constanter 2* navim *et* nave*); quo pluris eorum testimonium in barbarismis faciendum videtur. Cod. 4a in* h *littera saepe peccat, eiusdem* disscessit, sosspitati, *talia, propria sunt. Contra* b *et* v *iam in archetypo saepe confusas fuisse hi loci testantur: c.* 1. *p.* 828, 8. travis; *c.* 13. *p.* 833, 27. rogabat 4; *p.* 833, 33. sanavit 1*a; c.* 17. *p.* 835, 16. exclamabat 1*b; p.* 835, 21. sanavit 1*a; c.* 20. *p.* 837, 29. levabat; *p.* 838, 5. orabat; *c.* 28. *p.* 843, 4. praedicavit; *p.* 843, 12. narrabit 1*a; alii. Quare etiam c.* 24. *p.* 840, 32. praedicavit *scribendum conicio. Item* dampnare, contempnere *in archetypo scriptum fuisse videtur.*

In nominibus propriis, quae omnibus nota sunt, ut Matthaeus, Thessalonica, *talibus, item iis quae accuratius persequi nihil attinebat, ut* Trofime, Lisbius, *semel*

aut bis discrepantiam codicum adnotavi; in iis, quorum forma incerta est, et aliquantum interest nosse, qualem Gregorius usurpaverit, velut Aegeas *(cuius de forma longiore cf. Lipsius l. s. t. I, p.* 564; *in Miraculorum cod.* 1 *et* 2 *eam e Passione, quae cum esset pervolgata, omnibus librariis nota erat, interpolatione inlatam puto), omnia adnotavi.*

Libri qui est in Gloria Martyrum c. 30. *in archetypo cum Miraculis Andreae coniunctum fuisse, ex indice codd. A et B inter se comparatis certo efficitur; nos non adiecimus, quia ab optimis codicibus nostris nunc abest, in aliis (velut 3b) ita sequitur, ut sit alius liber, non huius libri capita* 39. *et* 40; *praesertim autem, quod in hoc ipso volumine p.* 505, 25 *sqq. illud caput suo loco legitur.*

Montepessulano mense Septembri 1884. *Max Bonnet.*

INCIPIUNT[a] CAPITULA LIBRI DE MIRACULIS BEATI ANDREAE APOSTOLI.

Index. 1*a*. 1*b*. 2*a*. 2*b*. 4*a*. 4*b*. 5.

Index. a) *Indicem om.* 3; incip. — ap. *om.* 1*b;* in Christi nomine inc. 1*a*. b) Matheo 1*b*. 2. 4. c) Myrmidonia 1*b*; Mermidona 2*b*; Mirmidonia 4*a*; Mirmydona 5. d) Sostrato 1*b*. 2. 5. e) Gratiano *B*. f) Nicia 4*b*. g) Exuo 4. h) ipsius 4*b*. 5. i) Medeve 2*a*; Medeae 2*b*. k) Cyrino 4*a*. l) revelationem 4*a*. m) pass. suae 5. n) Trophimae 1*b*; Trofime *B*. o) 4. p) a 1*a*. q) Nicolao 1*b*. 4*b*. 5; Nicholao 2. 4*a*. r) Antiphanisco 1*b*; Antiphane (Anth.) 2. 4*b*. 5; Antiphanae 4*a*,

Inclita sanctorum apostolorum trophea[a] nulli credo latere fidelium, quia quaedam exinde euangelica dogmata docent, quaedam apostolici actus narrant, de quibusdam vero extant libri, in quibus propriae actiones eorum denotantur. De plerisque enim nihil aliud nisi passionum scripta suscipimus. Nam repperi librum de virtutibus sancti Andreae apostoli, qui propter nimiam verbositatem a nonnullis apocrifus dicebatur[2]; de quo placuit, ut, retractis[b] enucleatisque tantum virtutibus, praetermissis his quae fastidium generabant, uno tantum parvo volumine admiranda miracula clauderentur, quod et legentibus praestaret gratiam et detrahentium auferret invidiam, quia inviolatam fidem non exegit multitudo verbositatis, sed integritas rationis et puritas mentis[c].

1. Igitur post illum dominicae ascensionis nobile[a] gloriosumque triumphum cum beati apostoli praedicare verbum Dei per diversas regiones dispersi fuissent, Andreas apostolus apud Achaiam provinciam adnuntiare dominum Iesum Christum exorsus est, Matheus autem apostolus, qui et euangelista, Mermidonae[b] urbi verbum salutis adnuntiavit. Sed incolae civitatis dure[c], indignae ferentes quae de[d] Redemptoris nostri virtutibus audiebant ac sua nolentes destruere[e] templa, adpraehensum beatum apostolum, erutis oculis, circumdatum catenis, in carcere[f] detruserunt, ut, interpositis paucis diebus, interficerent[g]. Venit autem angelus Domini ad Andream apostolum dicens: 'Surge et vade ad Mermidonam[h] civitatem et erue fratrem tuum Matheum de squalore carceris quo tenetur'. Cui ille ait: 'Domine, ecce, viam nescio, et quo ibo?' Et ille: 'Vade', inquit, 'ad litus maris, et invenies ibi navem, in qua[i] statim ascende. Ego enim ero dux itineris[k] tui'. Fecit Andreas iuxta verbum Domini et invenit in litore navem, ascendensque in eam, flantibus ventis congruis, prospere navigavit ad urbem, ingressusque

Index. 1*a*. 1*b*. 2*a*. 2*b*. 4*a*. 4*b*. 5. *Praef. Cap.* 1. 1*a*. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5.

Index. a) proconsulae 1*b*; proconsuli 2. b) Aegeatis 1. 2. c) proconsulae 1*b*. d) De — huius *om.* 1*b*. 2. 4*a*. 5; *rasura in qua alt. m.* Epilogus scriptoris finem facientis 4*b*. e) aucto 1*a*. f) 38. De r. e. 39. De c. s. 1*b*. 2*b*. 4*a*; *om., sed vacant versus novem,* 2*a*; 39. *et* 40. *cum rasuris, ubi alt. m.* Passio beati apostoli Andree *et* hymnus de sancto Andrea apostolo 4*b*; 38. De r. e. 5. g) calculoso 4*a*. h) *addunt:* Expliciunt capitula. Incipit prologus 2*b*; Incipit prologus super miracula (in miraculis 3*b*) sancti Andree apostoli 3; Incipit prephatio de miraculis beati Andree apostoli 4*a*; Prefatio Gregorii episcopi Turonensis in libro miraculorum beati Andreae apostoli 4*b*.

Praef. a) tropea 1*a*. 2*a*. b) retractatis 3. 4*b*. 5. c) *addunt:* Explicit praefatio 1*a*; Incipit liber 2*b*; Explicit prologus 3, *et* Incipiunt miracula 3*a*; Incipit textus eiusdem de virtutibus 4*a*; Explicit prologus. Incipit textus ipsorum miraculorum 4*b*.

Cap. 1. a) 1. 4*a*. b) Myrmidoniae 1*b*; Mirmidoni 3; Mirmidone 4*a*; Myrmidonae (Mirmyd.) 4*b*. 5. c) duri 1*a*. 4*b*. 5; durae 2. 3*b*; duris 4*a*. d) *om.* 1*b*. 4. e) distruere 2*a*. f) 1. 3. g) interficeretur *A*; eum *add.* 4. h) Myrmidoniam 1*b*; Mirmidonam 3; Mirmydonam *B*. i) quam 2. 5. k) iteneris 2*a*.

1) *Cf. supra p.* 826, 6 *sqq.* 2) *Cf. supra p.* 821, 11 *sqq.*

portam civitatis, venit ad carcerem. Videns autem Matheum apostolum in squalore carceris cum vinctis aliis resedentem, amarissime flevit, et facta oratione simul, ait Andreas: 'Domine Iesu Christe, quem fideliter praedicamus et ob cuius nomine[a] tanta [cf. Matth. 11, 5.] perferimus, qui caecis visum, surdis auditum, paraliticis gressum, laeprosis munditiam, mortuis vitam inmensa clementia largire dignatus es, aperi, quaeso, oculos servi tui, ut [cf. Act. 16, 26.] eat ad adnuntiandum verbum tuum'. Et statim locus ille contremuit, et lux magna refulsit in carcere, et oculi beati apostoli restaurati sunt, et cunctorum catenae confractae [ib. 16, 24.] sunt, et travis[b], in qua pedes eorum coartati erant[c], scissa est, et omnes magnificabant Deum, dicentes, quia: 'Magnus est Deus, quem praedicant servi eius'. Tunc educti per beatum Andream de carcere, abiit unusquisque ad propria sua, Mattheus autem recessit a loco illo. Denique Andreas apostolus praedicabat incolis verbum domini[d] Iesu. Cognoscentes autem homines illi de carceris vinctis quae acta fuerant, adpraehensum Andream, ligatis pedibus, trahebant per plateas civitatis. Iam enim capilli capitis eius evellebantur, et sanguis defluebat[e] a capite, et oravit ad Dominum, dicens: 'Aperi, quaeso, Domine, oculos[f] cordis eorum, ut cognoscant te Deum[g] verum et desistant ab [ib. 7, 60. Luc. 23, 34.] hac iniquitate; et ne statuas illis hoc in[h] peccatum, quia nesciunt quid faciunt'. Et statim timor magnus factus est super habitatores civitatis illius, et dimissum[i] apostolum, dicebant: 'Peccavimus in te, nescientes quid faceremus[k]. Rogamus ergo, domine, ut remittas[l] nobis delictum et demonstres nobis viam salutis, ne descendat ira Dei super civitatem hanc'. Haec enim dicentes, prostrati erant solo ante pedes Andreae. Quibus ille erectis praedicabat dominum Iesum Christum et miracula quae fecit in hoc mundo, et qualiter ipsum mundum iam pereuntem proprio cruore redemit. At[m] ille credentes baptizati sunt in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, accepta peccatorum[n] remissione.

2. Andreas autem recedens ab eo loco, venit in regionem suam[1]. Cumque deambularet cum discipulis suis, accessit ad eum caecus quidam et ait: 'Andreas[a] apostole Christi[b], scio, quia potes mihi reddere visum, sed nolo eum recipere, nisi[c] depraecor, ut iubeas his qui tecum sunt conferre mihi[d] pecuniam, de qua[e] vestitum habeam sufficientem et victum'. Cui beatus Andreas: 'Vere', inquid, 'cognosco, quia non est haec vox hominis, sed diaboli, qui non sinit homini[f] isti recipere visum'. Et conversus tetigit oculos eius, et confestim recepit lumen et glorificabat Deum. Cumque indumentum haberet vile et hispidum, ait apostolus: 'Auferte ab eo vestimenta sordida et date ei[g] indumentum novum'. Expoliantibus se paene omnibus, ait apostolus: 'Quod sufficit, haec[h] accipiat'. Et sic, accepto vestimento, gratias agens, rediit ad domum suam.

3. Demetrii autem primi civitatis Amascorum[2] erat puer Aegyptius, quem amore unico diligebat. Orta autem in eum[a] febre, spiritum exalavit. Denique, audita[b] Demetrius signa quae faciebat beatus apostolus, venit ad eum, et procidens cum lacrimis ante pedes eius, ait: 'Nihil tibi difficile confido, minister Dei. Ecce enim puer meus,

Capp. 1—3. 1*a*. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5.

Cap. 1. a) 1*a*. 2*a*. 4*a*. b) trabes 1*b*. 2. 3. *B*. c) coartaverant 5. d) Dei (*om.* Iesu) 1*a*. 2. 3. e) defluebatur 4*a*. f) oculis 1*a*. g) v. D. 3. 4*a*. h) *om.* 2. 3. i) 1. 3*a*. k) fecerimus 3. 5; facere debeamus 4. l) dimittas 5. m) At — remissione *om.* 3. n) rem. pecc. 4*a*. 5.

Cap. 2. a) 1. b) Dei 2*a*. 3. 5. c) nisi tantum te 4; tantum 5. d) m. — vest. *rasura et lacuna octonarum litterarum* 1*a*. e) et de qua 2; *scr.* de qua et? f) 1(*a*). *b*. 3. 4*a*. g) e 1*a*; *om.* 2. 3. h) hoc 1*a*. 2. 3. 4*a*.

Cap. 3. a) eo 1*b*. 2*b*. 3. *B*; ea 2*a*. b) 1. 3*a*. 4*a*. (5).

1) *Id est Achaiam, cf. supra p.* 827, 23*; cf. etiam n.* 2. 2) *De mira hac locorum serie cf. Lipsius, l. s. t. I, p.* 587 *sqq. et* 610, *qui acute coniecit, confusionem subesse olim factam inter Achaeos Sarmatas et Graecos.*

quem unice diligebam, mortuus est, et rogo, ut adeas[a] domum meam et reddas eum mihi'. Haec audiens beatus apostolus, condolens lacrimis eius, venit ad domum in qua puer iacebat, et praedicans diutissime ea quae ad salutem populi[b] pertinebant[c], conversus ad feretrum, ait: 'Tibi dico, puer, in nomine[d] Iesu Christi, filii[e] Dei, surge et sta sanus'. Et confestim surrexit puer Aegyptius, et reddidit illum domino suo. Tunc omnes qui erant increduli crediderunt Deo et baptizati sunt ab[f] apostolo sancto.

4. Puer[1] quidam Sostratus[a] nomine christianus venit secretius ad beatum Andream, dicens: 'Mater mea concupivit formam speciei meae et iugiter me insectatur, ut commisceam[b] ei. Quod ego infandum[c] execrans refugi. At illa, felle commota, adiit[d] proconsulem, ut crimen suum proiciat in me. Et scio[e], cum accusatus fuero, quia[f] nihil ad haec respondebo; satius enim duco vitam amittere quam matris detegere crimen. Nunc autem tibi haec confiteor, ut digneris pro me Dominum exorare, ne innocens caream praesenti vita'. Haec[g] eo dicente, venerunt ministri proconsulis arcersientes[h] eum. Beatus vero apostolus, facta oratione, surrexit et abiit cum puero. Mater autem instanter accusabat eum, dicens: 'Hic, domine proconsul, oblitus maternae pietatis affectum, stuprose in me conversus[i], vix potui eripi, ne ab eo violarer'. Cui ait proconsul: 'Dic, puer, si vera sunt ista quae mater tua prosequitur'. At ille tacebat. Iterum atque iterum proconsul interrogabat, et nihil[k] respondit. Durante autem eo in silentio, proconsul habebat cum suis consilium, quid ageret; mater autem pueri coepit flere. Ad quam beatus Andreas apostolus ait: 'O infelix, quae fletus emittis amaritudinis ob stuprum, quod in filium agere voluisti, quam[l] in tantum concupiscentia praecipitavit, ut unicum amittere filium, libidine inflammante[m], non metuas'. Haec eo dicente, ait mulier: 'Audi, proconsul; postquam filius meus haec agere voluit, homini huic adhaesit et non discessit ab eo'. Proconsul autem de his ira commotus, iussit puerum in culeum[n] parricidae recludi et in flumine[o] proici, Andream autem in carcere[p] retrudi, donec, excogitata[q] supplicia, et ipsum perderet. Orante autem beato apostolo, terrae motus magnus cum tonitruo[r] gravi factus est, et proconsul de sede cecidit, et omnes terrae decubuerunt; mater vero pueri percussa[s] aruit et mortua est. Tunc proconsul prostratus pedibus sancti apostoli, ait: 'Miserere pereuntibus, famule Dei, ne nos terra deglutiat'. Orante autem beato apostolo, cessavit terrae motus, fulgora quoque ac tonitrua quieverunt. Ipse autem circumiens eos qui turbati iacebant, cunctos reddidit sanos. Proconsul vero suscipiens verbum Dei, credidit in Domino[t] cum omni domo sua, et baptizati sunt ab apostolo Dei.

5. Gratini[a] quoque Senopinsis[b] filius, dum in balneum[c] mulierum lavaretur, a daemone, perdito sensu, graviter cruciabatur. Gratinus[d] autem misit epistolam ad proconsulem, in qua rogabat, ut Andream exoraret ad se venire. Sed et ipse adpraehensus febre, graviter aegrotabat, uxor vero eius ab etrope[e] intumuerat. Deprecante igitur proconsule, Andreas, ascenso vehiculo, venit ad civitatem. Cumque introisset in

Capp. 3—5. 1*a*. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a* 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5.

Cap. 3. a) eas ad 3; eas 4*a*; eas in 4*b*. b) populis 1*a*. c) pertinebat 1*a*. 4*a*. d) domini (nostri 3) *add*. 3. 4. e) f. D. *om*. 3. 4. f) a s. ap. 3*b*; ab ap. *cum rasura* 2*a*; ab ap. (*om*. sancto) 4.

Cap. 4. a) Sustratus 4 *constanter*. b) 1. 4*a*. c) nefandum 4. d) adit 1*a*; abiit ad 4*a*. 5. e) scio quia c. a. f. n. 3. 5. f) *om*. 4*a*. g) haec enim 2. h) arcensientes 1*b*; arcessientes 2*a*. (*b*); accersientes 3. *B*. i) 1. 4. k) *add*. ille *B*; ei 2. l) quae 4. m) inflammantem 4*a*. n) aculeum 1*a*; aeculeo 1*b*; culleum 2*a*. 3. 4*b*; eculeum 4*a*. 5. o) 1*a*. 3. 4*b*. p) 1. 5 q) 1. 4*a*. r) 1. 3. *B*. s) percussa:::: 2; percussa est 4*a*. t) in Deum 1. 2; in Dominum 3; *om*. 5.

Cap. 5. a) Gr. — fil. *om*. 1*a*; Gratiani 1*b*. 4*a*. b) Senopensis 2. 4*b*; Sinopinsis 3. 4*a*. c) 1. 4. d) Gratianus *B*. e) idrope 1*b*; ydrope (hydr.) *alii*.

1) *Cf. Lipsius l. s. t. I, p.* 400 *sq.*

domum[a] Gratini[b], conturbavit spiritus malus puerum, et venit et procidit ante pedes apostoli. Quem ille increpans: 'Discede', inquit, 'humanae generis inimice, a famulo Dei'; et statim multo[c] clamitans[d] discessit ab eo. Et veniens ad stratum viri, ait: 'Recte aegrotas incommode[e], qui, relicto proprio toro, misceris scorto. Surge in nomine (cf. Ioan. 5, 14.) domini Iesu Christi et sta sanus et noli ultra peccare, ne maiorem aegrotationem in- (cf. 1. Ioan. 2, 16.) curras'; et sanatus est. Mulieri quoque dixit: 'Decepit te, o mulier, concupiscentia oculorum, ut, relicto coniuge[f], aliis miscearis'. Et ait: 'Domine Iesu Christe, deprecor piam misericordiam tuam, ut exaudias servum tuum et praestes, ut, si haec mulier ad caenum[g] libidinis quod priùs gessit fuerit revoluta, non sanetur omnino. Certe, si scis, Domine, cuius potentia etiam futura praenoscuntur, quod se abstinere possit ab hoc flagitio, te iubente sanetur'. Haec eo dicente, disrupto per inferiorem partem humorem[h], sanata est cum viro suo. Beatus autem apostolus fregit panem et dedit ei. Quae gratias agens, accepit et credidit in Domino cum omni domo sua; nec deinceps illa aut vir eius scelus quod prius admiserant[i] perpetrarunt[k]. Misit quoque postea Gratinus[l] magna munera sancto apostolo per famulos suos. Ipse postmodum secutus est cum uxore, prostratique coram eo, rogabant, ut acciperet munera eorum. Quibus ille ait: 'Non est meum haec accipere, dilectissimi, sed potius vestrum est ea indigentibus erogare'. Et nihil accipit ex his quae offerebantur.

(cf. Matth. 8, 28.) 6. Post haec ad Niceam[a] proficiscitur, ubi erant septem daemones inter monumenta commorantes, sita secus viam. Homines quoque praetereuntes meridie[1] lapidabant et multos iam neci[b] mortis[c] adfecerant[d]. Veniente autem beato apostolo, exiit ei obviam tota civitas cum ramis olivarum, proclamantes laudes atque dicentes: 'Salus nostra in manu tua, homo Dei'. Et exponentes[e] omnem rei ordinem, ait beatus apostolus: 'Si creditis[f] in dominum Iesum Christum, filium omnipotentis Dei, cum Spiritu sancto unum Deum, liberabimini[g] eius auxilio ab hac infestatione daemoniorum'. At illi clamabant, dicentes: 'Quaecumque praedicaveris credimus[h] et obaudemus[i] iussioni tuae, tantum ut liberemur ab ista temptatione'. At ille gratias agens Deo pro eorum fide, iussit ipsos[k] daemonas[l] in conspectu omnis populi eius[m] adsistere; qui[n] venerunt in similitudinem[o] canum. Conversus autem beatus apostolus ad[p] populum, ait: 'Ecce daemonas[l], qui[n] adversati sunt vobis; si autem creditis, quod in nomine Iesu Christi possim eis imperare, ut desistant a vobis, confitemini coram me'. At illi clamaverunt dicentes: 'Credimus, Iesum Christum filium Dei esse, quem praedicas'. Tunc beatus (cf. Matth. 12, 43.) Andreas imperavit daemonibus, dicens: 'Ite in loca arida et infructuosa, nullum paenitus hominum[q] nocentes neque accessum habentes, ubicumque nomen Domini fuerit[r] invocatum, donec accipiatis debitum vobis[s] supplicium ignis aeterni'. Haec eo dicente, daemonas[l], dato rugitu, evanuerunt ex oculis adstantium, et sic civitas liberata est. Baptizavit autem illos beatus apostolus et instituit eis episcopum Calestum[t], virum sapientem et inrepraehensibiliter custodientem quae a doctore susceperat.

Capp. 5. 6. 1*a*. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5.

Cap. 5. a) domo 1*b*. b) Gratiani 4. c) multum 2. 3. *B*. d) clamans *B*. e) incommodo 3. 4*b*. f) coniuge:: 1*a*; coniuge et 4*a*. * g) scaelus 1*b*; scaenum 5. h) 1. i) admiserat 1*a*. k) perpetraverunt 3. 4. l) Gratianus 4.

Cap. 6. a) Nicheam 1*a*. b) nece 2. 3. 4*b*. 5; neces 4*a*; *om.* 1*b*. c) morti 1*b*; *om.* 3. 4*b*. d) adficerent 1*a*. e) 1. 2. 4. f) credideritis 3. 4*a*. g) liberamini 2. h) credemus 1. 3. 4*b*. i) obaudiemus (obed. 5) 1*b*. 3. *B*; oboedimus (obed. 2*b*) 2. k) ipsas 1*a*. l) daemones (dem.) 1*b*. 2. 3. *B*. m) huius 4*a*; *om.* 3. 4*b*. 5. n) quae 1*a*. o) 1*a*. 3*b*. 5. p) ad p. *om.* *B*. q) hominem 1. 2*b*. *B*. r) inv. fu. 3. 5. s) *om.* 4*a*. 5. t) Calestium 1*a*; Calixtum 1*b*. 2*b*. 3*b*; Calistum 2*a*. 3*a*. 5; Caelestem 4.

1) *Cf. H. Fr. VIII*, 33, *p.* 348, 25. *et* 50.

7. Denique adpropinquans[a] portam Nicomediae, ecce efferebatur mortuus in grabatto, cuius pater senex servorum sustentatus manibus vix obsequium funeris[b] valebat inpendere. Mater quoque hac aetate gravata, sparsis crinibus, sequebatur heiulando cadaver, dicens: 'Vae mihi, cuius usque ad hoc tempus aetas producta[c] est, ut funeris mei apparatum in filii funus expendam'. Cumque haec et his similia deplorantes cadaver vociferando prosequerentur, affuit apostolus Dei, condolensque lacrimis eorum, ait: 'Dicite mihi, quaeso, quid huic puero contigit, ut ab hac luce migravit[d]?' At illi[e] prae timore nihil respondentes[e], a famulis apostolus haec audivit: 'Dum esset', inquiunt, 'iuvenis iste in cubiculo solus, advenerunt subito septem canes et inruerunt in eum. Ab his igitur miserrime discerptus, caecidit et mortuus est'. Tunc beatus Andreas suspirans et in caelum oculos erigens, cum lacrimis ait: 'Scio, Domine, quia daemonum eorum fuit insidia[f], quos expuli[g] a Nicea urbe. Et nunc rogo, Iesu benigne, ut resuscites eum, ne[h] congaudeat[i] adversarius humani generis de eius interitu'. Et haec dicens, ait ad patrem: 'Quid dabis mihi, si restituero tibi filium tuum salvum?' Et ille: 'Nihil eo habeo[k] praetiosius, ipsum enim dabo, si ad vitam surrexerit te iubente'. Beatus vero apostolus iterum, expansis ad caelum manibus, oravit, dicens: 'Redeat, quaeso, Domine, anima pueri, ut, isto resuscitato, relictis cuncti[l] idolis ad te convertantur, fiatque eius vivificatio salus omnium pereuntium, ut iam non subdantur morti, sed tui effecti, vitam mereantur aeternam'. Respondentibus fidelibus: 'Amen', conversus ad feretrum ait: 'In nomine Iesu Christi, surge et sta super pedes tuos'. Et statim, ammirante[m] populo, surrexit, ita ut omnes qui aderant voce magna clamarent: 'Magnus est Deus Christus, quem praedicat servus eius Andreas'. Parentes enim[n] pueri multa munera dederunt filio suo, quae beato apostolo obtulit; sed ille nihil ex his accepit. Puerum tantum secum usque ad Macedoniam abire praecipiens, salutaribus verbis instruxit.

8. Egressus inde apostolus Domini navem conscendit, ingressusque Helispontum[a] fretum, navigabat, ut veniret[b] Bizantium. Et ecce commotum est mare, et incubuit super eos ventus validus, et mergebatur navis. Denique, praestolantibus cunctis periculum mortis, oravit beatus Andreas ad Dominum, praecipiensque vento, siluit; fluctus autem maris quieverunt, et tranquillitas data est. Ereptique omnes a praesenti discrimine, Bizantium pervenerunt.

9. Inde progressi, ut venirent Thracias[a], apparuit eis multitudo hominum a longe cum evaginatis gladiis, lanceas manu gestantes, quasi volentes in illis[b] irruere. Quod cum vidisset Andreas apostolus, faciens crucis[c] signum contra eos, ait: 'Oro, Domine, ut decidat pater eorum, qui haec eos agere instigavit. Conturbentur virtute divina, ne noceant sperantes[d] in te'. Haec eo dicente, angelus Domini cum magno splendore praeteriens, tetigit gladios[e] eorum, et corruerunt proni in terra[f]. Transiensque beatus apostolus cum suis, nihil est nocitus; omnes enim, proiectis gladiis, adorabant eum. Angelus quoque Domini discessit ab eis cum magno lumine claritatis[g].

10. Sanctus vero apostolus pervenit ad Perintum[a] civitatem Traciae maritimam et invenit ibi navem, quae in Machedoniam properaret. Apparuit enim ei iterum angelus Domini et iussit eum ingredi navem. Tunc praedicans[b] in navi verbum Dei, credidit nauta in dominum Iesum Christum et omnes qui cum eo erant, et glorificabat

Capp. 7—10. 1*a*. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5.

Cap. 7. a) 1. 2. 4. b) funeri 3*b*. 4*b*. c) perducta 3. 4. d) migraret *A*. e) 1. 2. 4*a*. f) 1. 2 3*a*. 4. g) expoliavi (in *add.* 4*b*) Nicea 4. h) ne: (*fuit* nec) 4*b*. i) gaudeat *B*. k) pr. h. 1. 3. l) cunctis 1*b*. *B*; cuncti: 2*b*. m) admirante 2. *B*. n) vero 3; autem *B*.

Cap. 8. a) Helespontum 1*b*. 2*b*; Hellespontum 2*a*. 3. 5; Hellesponticum 4*b*. b) venisset 4*a*.

Cap. 9. a) Tratias 2*a*; Trachias 3. 4*a*; Thraciam 5. b) 1*a*. 4*a*. c) s. cr. 3. 4*. d) 2. e) gladia 1*b*. f) 1. g) *om.* *A*. 4*b*.

Cap. 10. a) Berinthum 2. 3. 5; Berintum 4*a* *et altera m. in lacuna* 4*b*. b) 1. 2. 4.

apostolus sanctus Deum, quod nec in mari defuit qui audiret praedicationem eius aut qui crederet filium Dei omnipotentis.

11. Fuerunt autem duo viri in Philippis[a] fratres, et uni quidem erant duo[b] filii, alteri filiae duae, quibus erat facultas magna, eo quod essent valde nobiles. Dixitque unus ad alterum[c]: 'Ecce sunt nobis opes eximiae, et non est de civibus qui dignae copuletur generationi nostrae; sed veni, et fiat nobis una domus ex omnibus. Filii mei accipiant filias tuas, ut opes nostrae facilius coniungantur'. Placuit hic sermo fratri, et inito foedere, obligaverunt hanc convenentiam[d] per arrabone[e] quod[f] pater puerorum misit. Dato igitur die nuptiarum, factum est verbum Domini ad eos, dicens: 'Nolite coniungere filios vestros, donec veniat famulus meus Andreas. Ipse enim vobis quae agere debeatis ostendet'. Iam enim thalamum[g] praeparatum erat et convivae vocati, et omne[h] apparatum nuptiale in promptu tenebatur. Tertia vero die advenit beatus[i] apostolus, et videntes eum, gavisi sunt magno[k] gaudio, et occurrentes ei cum coronis, processerunt[l] ante pedes eius et[m] dixerunt: 'Te amoniti[n] praestolamur, famulae Dei, ut venias et adnunties nobis quid faciamus[o]. Accepimus enim verbum operire te, et, ne ante coniungerentur filii nostri, quam tu venires, indicatum est nobis'. Erat tunc (cf. Matth. 17, 2.) vultus beati apostoli tamquam sol relucens, ita ut omnes admirarentur, et honorarent Deum[p]. Quibus ait apostolus: 'Nolite, filioli, nolite seduci, nolite decipere hos iuvenes, quibus potest fructus apparere iustitiae; sed magis paenitentiam agite, quia deliquistis in Dominum, ut proximos sanguine velletis[q] coniugio copulare[r]. Non nos nuptias aut (Gen. 2, 24. cf. Marc. 10, 6—9.) avertimus aut vitamus, cum ab initio Deus masculum iungi praecipisset et feminam, sed potius incesta damnamus'. Haec eo loquente, commoti parentes eorum, dixerunt: 'Oramus[s], domine, ut depraeceris pro nobis Deum tuum, quia nescientes fecimus hoc (cf. Act. 6, 15.) delictum'. Adolescentes autem videntes vultum apostoli splendere tamquam vultum[t] angeli Dei, dicebant: 'Magna et inmaculata est doctrina tua, vir beatae, et nesciebamus; verum[u] enim cognovimus, quia Deus loquitur in te'. Quibus sanctus apostolus ait: 'Custodite sine pollutione quae audistis, ut sit Deus vobiscum, et accipiatis mercedem operis vestri, id est sempiternam vitam, quae nullo clauditur fine'. Haec dicens apostolus et benedicens eos, siluit.

12. Erat quidam iuvenis in Tesalonica[a] nobilis valde ac dives opibus Exuos[b] nomine. Hic venit ad apostolum, nescientibus parentibus suis, et procidens ad pedes eius, rogabat eum, dicens: 'Ostende mihi, quaeso, famule Dei, viam veritatis. Cognovi enim, quod verus minister sis eius qui te misit'. Sanctus vero apostolus praedicavit ei dominum Iesum Christum, et credidit adolescens, adherens sancto apostolo nihilque[c] de parentibus meminens neque de facultatibus aliquam[d] inpendens sollicitudinem. Parentes autem requirentes eum, audierunt, quod in Philippis cum apostolo moraretur, et venientes cum muneribus, rogabant, ut separaretur ab eo; sed nolebat, dicens: 'Utinam nec vos has opes haberetis, ut mundi cognoscentes auctorem, qui est verus Deus, (cf. Matth. 3, 7.) erueretis animas vestras ab ira futura'. Sanctus quoque[e] apostolus descendit de tristico et praedicabat eis verbum Dei; sed non audientibus, rediit ad puerum et clausit ostia domus. At illi, convocata cohorte, venerunt[f], ut incenderent domum illam in qua erat

Capp. 10—12. 1*a*. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5.

Cap. 11. a) Philippi 4*a*. b) filii duo 1. 2. 4*b*. c) alterem 5. d) convenientiam 2*a*. 3. 4; conventionem 5. e) arrabonem 1*a*. 3. *B*; arrabon 2. f) quem 4*b*; quam 5. g) 1. 2. 4*a*. h) 1. 4*a*. 5. i) *om.* 1. 3. k) g. m. 3. 5. l) prociderunt 1*b*. 3. 5; procidentes 4*a*. m) atque 5; *om.* 4*a*. n) ammoniti 1*b*. 2*b*. 3. 4; admoniti 2*a*; attoniti 5*. o) faciemus 1*b*. 2*b*. p) eum 4*a*. 5. *Lazius* *. q) velitis 1*a*. 4*a*; voluissetis 1*b*. r) copulari 1*b*. 4. s) te *add.* 3. 5. t) *om.* *A*. u) vere 2. 3.

Cap. 12. a) Thesalonica 2; Thessalonica 3. *B*. b) Exoos 1*b*. 5; Exuor 2; Exuus 3; Adimathae 4*a*; Exous 4*b*. c) que *om.* 3*b*. 4. d) aliqua i. sollicitudine 4*a*. e) vero *B*. f) veniunt 4.

iuvenis, dicentes: 'Intereat puer, qui reliquid parentes et patriam'. Et adhibentes fasces caractae scyrpique et facularum, coeperunt succendere domum. Et cum iam flamma fereretur[a] in altum, arreptam[b] adolescens ampullam[c] aquae, ait: 'Domine Iesu Christe, in cuius manu omnium elementorum natura[d] consistit, qui arentia inficis et infecta facis arescere, qui ignita refrigeras et extincta succendens[e], tu extingue hos ignes, ut tui non tepescant, sed magis accendantur ad[f] fidem'. Et haec dicens, exparsit[g] desuper aquam ex[h] ampulla, et statim omne incendium ita supitum est, acsi non fuisset accensum. Quod videntes parentes pueri, dicebant: 'Ecce iam filius noster magus effectus est'. Et adhibentes scalas, volebant ascendere in tristico[i], ut eos[k] interficerent gladio. Dominus autem excaecavit eos, ne viderent ascensum scalarum. Cumque in hac perversitate durarent, quidam Lesemachus[l] e civibus ait: 'Ut quid, o viri, casso vos labore consumitis? Deus enim pugnat pro viris istis, et vos non cognoscitis? Sinite[m] ab hac (cf. Exod. 14, 25.) stultitia, ne vos caelestis ira consumat'. Haec eo dicente, conpuncti omnes corde, dicebant: 'Verus est Deus, quem isti colunt, quem et nos persequi temptavimus'. Haec eis dicentibus, cum iam tenebrae noctis advenissent, subito lumen effulsit, et omnium oculi inluminati sunt. Ascendentesque ubi erat apostolus Christi, invenerunt eum orantem; prostrati quoque[n] in pavimento, clamabant dicentes: 'Quaesumus, domine, ut ores pro servis tuis, qui errore seducti sunt'. Tanta enim omnes conpunctio cordis attigerat, ut diceret Lysemachus[o]: 'Vere Christus est filius Dei, quem praedicat servus eius Andreas'. Tunc erecti ab apostolo, conroborati sunt in fide, tantum parentes pueri non crediderunt. Qui exsecrantes adolescentem, regressi sunt in patriam, subdentes omnia quae habebant publicis ditionibus. Post dies autem 50 unius horae momento expiraverunt; et post haec, pro eo quod diligerent omnes viri civitatis adolescentem propter bonitatem et mansuetudinem eius, omne patrimonium[p] ei concessum est a publico, et erat possidens cuncta quae habuerant parentes eius. Non tamen ab apostolo discedebat, sed fructus praediorum in pauperum necessitatibus et curis indigentium expendebat.

13. Rogavit autem adolescens beatum apostolum, ut proficiscerentur simul in Thesalonica[a], et cum venissent ibi, congregati sunt omnes ad eum; gaudebant[b] enim[c] videntes puerum. Tunc, congregatis omnibus in theatrum, praedicabat eis puer verbum Dei, ita ut sileret apostolus, et admirarentur[d] prudentiam eius. (cf. Luc. 2,47.) At illi clamaverunt, dicentes: 'Salva filium Carpiani civis nostri, quia valde aegrotat, et credimus in Iesum quem praedicas'. Quibus ait beatus apostolus: 'Nihil est inpossibile apud Deum; (cf. Luc. 1,37.) sed tamen, ut credatis, adducite eum in conspectu nostro, et sanabit illum dominus Iesus Christus'. Tunc pater eius abiit ad domum suam et[e] dixit ad puerum: 'Hodie sanus eris, fili dilectissime Adimathe[f]'; hoc enim erat nomen pueri[g]. Qui ait ad patrem: 'Vere[h] enim effectum[i] est somnium meum; nam ego vidi per visum virum hunc, qui me sanum redderet[k]'. Et haec dicens, induit vestimenta sua, surrexitque a grabatto et pergebat ad theatrum cursu veloci, ita ut non possit[l] a parentibus adsequi. Et procidens ad pedes beati apostoli, gratias agebat pro sanitate recepta. Populi autem stupebant, videntes eum post viginti tres annos ambulantem, et glorificabant Deum, dicentes, quia: 'Non est similis deo Andreae'. (cf. Es. 46, 9.)

Capp. 12. 13. 1*a*. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5.

Cap. 12. a) 1*b*. 2*a*. 4*a*. b) 1. 4*a*. c) 1. 2*b*. 4*a*. d) c. n. 4. e) succendis 2. 3. *B*. f) a 4. g) sparsit 1. 3. 4*b*; expersit 5. h) de 5. i) 1. k) eum 4. l) Lisimachus 1*a*. 4*b*; Lysimachus (Lisym.) 2; Lisimacus 3. 4*a*. 5. m) desinite 3. 4*b*. n) que 3. 4*a*. o) *cf. n.* 1; *hic* Lysimachus 5. p) omnem patrimoniam *(sed prima m. corr.)* 1*b*.

Cap. 13. a) 1. b) et g. 1*b*. 2. 3. c) *om. A.* d) admiraretur 1*a*. 2. 3*a*. (*b*?) 5*; mirarentur *Lazius*. e) *om.* 1*a*. 3. f) Adymate 3; Adimanthe 4*a*. 5; Adimante 4*b*. g) puero 3. h) verum 2. 5*. i) effectus 4*a*. k) reddiderit 1*b*; reddet 2*b*; reddit 3. l) 1. 2*a*. 4*a*. 5.

14. Unus autem e civibus, cuius filius habebat spiritum inmundum, rogabat beatum apostolum, dicens: 'Sana, quaeso, vir Dei, filium meum, quia male a daemonio vexatur'. Daemon vero, sciens futurum se eici, seduxit puerum in secretum cubiculum et suffocavit eum, laqueo extorquens animam eius. Denique pater pueri, cum invenisset illum[a] mortuum, flevit multum et ait amicis suis: 'Ferte[b] cadaver ad theatrum; confido enim, quod poterit resuscitare ab hospite qui praedicat Deum verum'. Quo delato et posito coram apostolo, narravit ei, qualiter interfectus esset a daemone, dicens: 'Credo, homo Dei, quod etiam a morte per te possit resurgere'. Conversus autem apostolus ad populum, ait: 'Quid vobis proderit, viri Thesalonicenses, cum haec fieri videtis[c], si non creditis[d]?' At illi dixerunt: 'Ne dubites, vir Dei, quia, isto resuscitato, omnes credimus[e]'. Haec illis dicentibus, ait apostolus: 'In nomine Iesu Christi, surge, puer'; et statim surrexit. Et stupefactus omnis populus, clamabat[f] dicens: 'Sufficit; nunc credimus cuncti Deo illi quem praedicas, famule Dei'. Et deducentes eum ad domum cum facibus et lucernis, eo quod iam nox advenisset, introduxerunt eum in domum suam, ubi per triduum instruxit illos de his quae Dei erant.

15. Venit ad eum quidam vir de Philippis[a] Medias[b] nomine, cuius filius in debilitate[c] nimia aegrotabat, et ait ad apostolum: 'Depraecor, o[d] homo Dei, ut restituas mihi filium meum, quia debilitatus est corpore'. Et haec dicens, flebat valde. Beatus
cf. Luc. 8,50. vero apostolus abstergens genas[e] eius et caput manu dimulcens, dicebat: 'Confortare, fili; tantum crede, et inplentur voluntates tuae'. Tunc adpraehendens manum eius, ibat in[f] Philippis. Cumque ingrederetur portam civitatis, occurrit ei senex, rogans pro filiis, quos pro culpa ineffabili Medias carcerali supplicio detruserat, et erant ulceribus putrefacti. Conversus autem sanctus apostolus ad Median[g], dixit: 'Audi, homo; tu deprecaris, ut sanetur filius tuus, cum apud te vincti retineantur[h], quorum iam sunt carnes exaese. Et ideo, si praeces tuas ad Deum[i] vis proficisci, absolve prius miserorum catenam, ut et filius tuus a debilitate laxetur; nam video inpedimentum ferre precibus meis malitiam[k] quam exerces'. Tunc Medias procidit ad pedes eius, et deosculans, ait: 'Absolvantur hii duo et alii septem, de quibus nihil audisti, tantum ut sanetur filius meus'. Et iussit eos in conspectu beati apostoli exhiberi[l]. At illi, inpositis[m] eis manus, et per triduum abluens vulnera eorum, sanitati restituit libertatique donavit. Postera vero die ait ad puerum: 'Surge in nomine domini Iesu Christi, qui me misit, ut medear[n] infirmitati tuae'. Et adpraehensa manu[o] eius, levavit eum; qui statim surrexit et ambulabat, magnificans Deum. Vocabatur enim puer Philionedis[p], qui viginti duobus annis fuerat debilis. Clamantibus autem populis et dicentibus: 'Et nostris medere infirmis, famule Dei Andreas[q]', ait vero[r] apostolus ad puerum: 'Vade per domos aegrotantium et in nomine Iesu Christi, in quo sanatus es, tu iube eos exurgere'. At ille, admirantibus populis[s], abiit per domos infirmorum, invocatoque Christi nomine, restituebat eos sanitati. Credidit autem[t] omnis populus, offerensque[u] ei munera, rogabant, ut audirent verbum Dei. Beatus vero apostolus praedicans Deum[v] verum, nihil de muneribus accipiebat.

Capp. 14. 15. 1*a*. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5.

Cap. 14. a) eum 1*a*. 3. b) aferte 1*a*. c) videritis 1*b*. 3. 4. d) crediderítis 3. 4. e) credemus 2*b*. 3. 4. f) clamavit 1*a*.

Cap. 15. a) Phylippis 2*a*. 4*b*. b) Medeas 3. c) debilitatem nimiam 4*a*. d) *om.* 2*a*. 4. e) genuas 4*a*. f) ad 1*a*. g) Mediam 1. 2*b*. 4; Medeam 3. h) teneantur 1*b*. 3. i) Dominum 1*b*. 2*a*. 5. k) militiam 3*a*. 4*a*. l) exhibere 4*a*. m) 1*b*; inpositis . . manibus 1*a*; imponens (inp.) 2. 3. 4*a*. 5; *scr.* inpositas? n) mederaer 1*b*; mederer 4. o) manum 4*a*. p) Philionides 3; Philomedis 4*a*; Phylionedis 4*b*. q) 1*a*. 2*b*. r) *om.* 2*a*. 3. 4*b*. 5. s) plurimis 2*b*; cunctis 3; *om.* 1. 2*a*. t) vero 3*a*; ergo 3*b*; *om.* 1. 2. u) offerentesque 3. v) v. D. 3*b*. 4*a*.

16. Denique Nicolaus[a] quidam e civibus exhibens carrucam deauratam cum quattuor mulis candidis equisque eiusdem numeri et coloris, obtulit beato apostolo, dicens: 'Haec accipe, famulae Dei, quia nihil repperi inter res meas his amabilius, tantum ut sanetur filia mea, quae nimio cruciatu vexatur'. Cui subridens beatus apostolus ait: 'Accipio quidem munera tua, Nicolae[b], sed non haec visibilia. Nam, si pro filia quae[c] praetiosum[d] in domo tua habebas offeres[e], quanto magis pro anima debes? Ego enim hoc a te accipere cupio, ut homo ille interior agnoscat verum[f] Deum factorem (cf. Rom. 7, 22) suum creatoremque omnium, qui terrena respuat et aeterna desideret, qui caduca neglegat, diligat[g] sempiterna, qui illa quae videntur abnuat[h] et ea quae non videntur contemplatione spiritalis intentiones advertat, ut, cum his exercitatu sensu vigueris, vitam aeternam consequi merearis, filiamque[i] hic sanitati redditam, etiam in illa[k] aeternitatis gaudia[l] perfruaris'. Haec eo dicente, persuasit omnibus, ut, relictis idolis, Deum verum crederent. Filiam quoque ipsius Nicolai sanavit ab infirmitate qua tenebatur, et omnes magnificabant eum[m], percurrente per totam Machedoniam fama de virtutibus quae[n] faciebat super infirmos.

17. Sequenti vero die docente eo, ecce quidam adolescens exclamavit voce magna, dicens: 'Quid tibi et nobis, Andreas[a] famule Dei? Venisti, ut nos a propriis sedibus (cf. Marc. 1, 24.) exturbaris?' Tunc beatus apostolus, vocatum[b] ad se iuvenem, ait: 'Enarra, auctor criminis, quod sit opus tuum'. Et ille: 'Ego', inquid, 'in hoc puero ab adolescentia eius inhabitavi, suspicans, quod numquam ab eo recederem. Die autem tertio audivi patrem illius dicentem amico suo: "Vadam ad hominem famulum Dei Andream, et sanabit filium meum". Nunc autem timens cruciatos quos[c] nobis inferis[d], veni, ut egrediar ab eo coram te'. Et haec dicens, prostratus solo ante pedes apostoli, exiit a puero, et sanatus est et surgens glorificabat Deum. Tantam enim gratiam Deus praestitit sancto apostolo, ut sponte omnes venirent ad audiendum verbum salutis et dicerent: 'Enarra nobis, homo Dei, quis est verus Deus, in cuius nomine nostros curas infirmos'. Sed et philosophi veniebant et conquirebant[e] cum eo, et nemo poterat resistere doctrinae eius. (cf. Act. 6, 10.)

18. Dum[a] autem[b] haec agerentur, surrexit quidam inimicus praedicationis apostolicae et venit ad proconsulem Virinum[c], dicens: 'Surrexit homo iniquus in Thesalonica[d], qui templa deorum praedicat destrui, caerimonias respui et omnia priscae legis decreta convelli. Unum deum tantum praedicat coli, cuius se etiam famulum protestatur'. Haec audiens proconsul, misit milites cum equitibus, qui eum exhiberent in conspectu eius. Qui venientes ad portam, didicerunt, in quam[e] domum commoraretur apostolus. Ingredientes autem, cum vidissent vultum eius fulgore nimio resplendere, timore perterriti, ceciderunt ante pedes eius. Beatus vero apostolus narrabat audientibus, quae de eo proconsuli nuntiata fuissent. Et venientes populi cum gladiis et fustibus, volebant milites interficere; sed prohibuit eos sanctus apostolus. Proconsul enim veniens, cum non invenisset apostolum in civitate qua praeceperat, fremuit ut leo et misit alios viginti. Et ipsi ascendentes in domum, cum vidissent beatum apostolum, turbati, nihil dixerunt. Tunc proconsul haec audiens, iratus valde, misit multitudinem militum, qui eum[f] cum[g] vi adducerent. Quibus visis, apostolus dixit: 'Numquid

Capp. 16—18. 1*a*. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5.

Cap. 16. a) Nicholaus 2*b*. 3. 4*b*. b) Nicolau 1*a*; Nicole 2*a*; Nicholaae 3*a*; Nicholae 3*b*. 4*b*; *scr.* Nicolaus? c) quod 3. 4*b*. d) praeciosa (pret.) 2. 5. e) offers 2. 3. 4. f) D. v. 1. 3. g) s. d. 2. 3. (4). h) abnuat et ea q. n. videntur *om. A*. i) 1. 2. 4*a*. k) illo 2. 4*b*. 5. l) gaudio 2. 3. 4*b*. 5. m) *scr.* Deum? n) quas 3. 4*b*.

Cap. 17. a) 1. 2. b) 1. 2*b*. 4*a*. c) quae 3*a*. (*b*?). d) infers 1*b*. 2. 3. *B*. e) conquerebant 4*b*; conquaerebant 5.

Cap. 18. a) Cum 1. 3. 5. b) haec autem 3. 4*b*. 5. c) Virum 4*a*; Quirinum *Lazius*. d) Thesalonicam 1*b*. e) 1*a*. 4. f) eos 1*a*. g) cum vim 4*a*; vi 3; *om*. 1*b*.

propter me venistis?' Et illi: 'Propter te', inquiunt, 'si tamen tu es magus, qui praedicas deos non coli'. Quibus ille ait: 'Ego magus non sum, sed sum[a] apostolus Dei[b] mei Iesu Christi, quem praedico'. Dum haec agerentur, unus militum arreptus a daemone, evaginato gladio, exclamans dixit: 'Quid mihi et tibi, Virine[c] proconsul, ut mitteres me ad hominem, qui non solummodo[d] extrudere ab[e] hoc vase, verum etiam suis me virtutibus incendere potest? Utinam venires ad occursum eius et nihil mali ageres contra illum'. Cum autem haec dixisset, daemonium[f] egressum[g] est a milite. Miles igitur[h] cecidit et mortuus est. Interea venit proconsul cum magno furore, et stans secus sanctum apostolum, eum videre non poterat. Cui ille dixit: 'Ego sum quem quaeris, proconsul'. Et statim aperti sunt oculi eius, et vidit illum et indignans ait: 'Quae est haec insania, ut contemnas iussionem nostram et ministros nostros subicias dicioni tuae? Vere enim te magum atque maleficum esse manifestum est. Nunc autem feris te subiciam pro contemptu deorum et nostro, et tunc videbis, si te possit eripere crucifixus, quem praedicas'. Cui beatus apostolus ait: 'Oportet te cre- cf. Ioan. 17, 3. dere, proconsul, Deum verum et quem misit filium eius Iesum Christum, praesertim cum videas unum de tuis militibus interisse'. Et prostratus ad orationem sanctus apostolus, cum diutissime preces fundisset[i] ad Dominum, tetigit militem, dicens: 'Surge, suscitat te Deus[k] meus Iesus Christus, quem praedico'. Et statim surrexit miles et stetit sanus. Cumque populus adclamaret: 'Gloria Deo nostro!' proconsul ait: 'Nolite credere, o[l] populi, nolite credere magum[m]'. At illi clamabant dicentes: 'Non est haec magica[n], sed est doctrina sana et vera'. Proconsul dixit: 'Hominem[o] istum ad bestias tradam et de vobis scribam caesari, ut velociter pereatis, quia contemnitis leges eius'. Illi autem volentes eum lapidibus obruere, dicebant: 'Scribe caesari, quia Machedonas[p] receperunt verbum Dei et, contemptis idolis, Deum verum adorant'. Tunc iratus proconsul, recessit ad praetorium[q], et facto mane intromisit feras in stadium et iussit trahi et proici beatum apostolum in stadio. Quo adpraehenso, trahebant per capillos, inpellentes fustibus, proiectumque[r] in harena dimiserunt aprum ferocem et orribilem; qui ter circuivit sanctum Dei et nihil nocuit. Videntes autem haec populi, dederunt gloriam Deo. Proconsul vero iussit iterum dimitti taurum; qui a triginta militibus adductus et a duobus venatoribus inpulsus, Andream non attigit, sed venatores discerpsit[s] in frustra[t], et dans mugitum, cecidit et mortuus est. Et statim adclamavit populus dicens: 'Verus Deus Christus'. Dum haec agerentur, angelus Domini visus est descendisse de caelo et confortabat[u] sanctum apostolum in stadio. Denique proconsul fervens ira iussit leopardum ferocissimum dimitti; qui dimissus reliquid populum[v], et ascendens ad sedem proconsulis, arripuit filium eius et suffocavit eum. Tantaque insania consulem[w. 1] obtinuerat, ut nihil de his aliquid aut[x] doleret aut diceret. Tunc beatus apostolus conversus ad populum, dixit: 'Cognoscite nunc, quia verum Deum colitis, cuius virtute bestiae superatae sunt, quem nunc Virinus proconsul ignorat. Sed ego, ut facilius credatis, etiam filium illius in nomine[y] Christi, quem praedico, suscitabo, ut confundatur stultissimus[z] pater eius'. Et prostratus terrae[a], diutissime oravit, adpraehensa-

Cap. 18. 1*a*. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5.

Cap. 18. a) *om.* 3*b*. 4*a*. 5. b) Domini 3. *B*. c) Verine *(sed prima m. corr.)* 1*b*. d) non modo 1. 2; non solum 3*b*; nullo modo 5. e) ad 1*a*. f) daemon 3. 4*b*. g) egressus 3. 4. h) enim 5. i) 1*a*. (5). k) Dominus 3 4. l) *om.* 3*b*. 4. m) mago 3. 4*b*. 5. n) magia 4*a*. 5. o) h. i. bestiis 2. 5. p) Machedones (Maced.) 1. 3. *B*. q) a praetorio 4*a*. 5. r) proiectoque 3*b*. 4*b*. s) in f. d. *B*. t) 1. 2*b*. 3*b*. 4*a*. u) confortabatur 1*a*. v) apostolum 3*b* *(rasura effectum) et Bordier; cf. supra p.* 822, 34. w) proconsulem 1*a*. 3; proconsule 4*a*. x) *om.* 3. 4*a*. y) Iesu *add.* 2*a*. 3. 5. z) improbitas stultissima patris 4. a) in terram *B*.

1) *Cf. supra p.* 102, 13. *cum adnot.*

que manu suffocati, suscitavit eum. Haec videntes populi, magnificaverunt Deum et voluerunt Virinum interficere, sed permissi non sunt ab apostolo. Virinus autem confusus discessit in praetorium suum.

19. His ita gestis, adolescens quidam, qui erat iam cum apostolo, indicavit matri suae quae acta erant et arcessivit eam, ut veniret ad occursum sancti[a]. Quae accedens, procidit ad pedes eius et quaerebat, ut audiret verbum Dei. Cui cum satisfactum fuisset depraecatione[b], rogavit, ut accederet ad agrum eius, in quo serpens mirae magnitudinis erat, qui totam regionem illam devastabat. Adpropinquante autem apostolo, sibila magna emittens[c], erecto capite, venit in[d] obviam. Erat enim longitudo eius quinquaginta cubitorum, ut omnes qui aderant metu terrerentur et terrae decubarent. Tunc sanctus Dei ait ad eum: 'Abde caput, funeste, quod erexisti in principio ad perniciem generis humani, et subde te famulis Dei ac morire'. (cf. Gen. 3, 1 sqq.) Et statim serpens emittens gravem rugitum, circumdedit quercum magnam, quae propinqua erat, et obligans se circa eam, evomens rivum veneni cum sanguine, expiravit. Sanctus vero apostolus pervenit ad praedium mulieris, in quo parvulus, quem serpens perculerat, mortuus decubabat. Et videns flere parentes eius, ait ad eos: 'Deus noster, qui vult vos[e] salvos fieri, (cf. 1. Tim. 2, 4.) misit me huc, ut credatis in eum. Nunc autem abeuntes, videte mortuum interfectorem filii vestri'. At illi dixerunt: 'Nihil dolemus de morte fili, si ultionem ex inimico videmus'. Illis vero abeuntibus, dixit apostolus ad uxorem proconsulis: 'Vade et suscita puerum'. Ad illa nihil dubitans, venit ad corpus et ait: 'In nomine Dei[f] mei Iesu Christi, surge, puer, incolomis', et statim surrexit. Parentes autem eius redeuntes cum gaudio, quod vidissent serpentem mortuum, invenerunt filium viventem, et prostrati coram pedibus apostoli, gratias agebant.

20. Sequenti vero nocte visum vidit beatus apostolus, quem etiam fratribus enarravit, dicens: 'Audite, dilectissimi, somnium meum. Videbam, et ecce mons magnus erat in sublimi elevatus[a], qui nihil super se de terrenis rebus habebat, nisi tantum luce resplendens, ita[b] ut mundum putaretur inluminare. Et ecce adstiterunt mihi dilectissimi fratres Petrus et Iohannes apostoli; et Iohannes quidem, extensa manu Petro apostolo, levabat[c] eum in vertice[d] montis, et conversus ad me, rogabat ascendere post Petrum, dicens: "Andreas[e], poculum Petri bibiturus es". (cf. Matth. 20, 22.) Et extensis manibus, ait: "Adpropinqua mihi et extende manus tuas, ut coniungantur manibus meis, et caput tuum capite meo societur". Quod cum fecissem, inventus sum brevior esse Iohanni; et post haec ait mihi: "Vis cognoscere imaginem huius rei quam cernis, vel quis[f] sit qui tibi loquitur?" Et ego aio: "Desidero ista cognoscere". Et ait mihi: "Ego sum Verbum crucis, in qua pendebis in proximo propter nomen eius quem praedicas". Et multa alia mihi dixit, quae nunc silere oportet; prodebuntur[g] tamen tunc cum ad hanc immolationem[h] accessero. Nunc autem conveniant omnes qui susceperunt verbum Dei, et commendem[i] illos domino Iesu Christo, ut eos in doctrina sua inmaculatos custodire dignetur. Ego vero iam resolvor a corpore et vado ad promissionem illam quam mihi pollicere dignatus est Regnator caelorum et terrae, qui est filius omnipotentis Dei, cum Spiritu sancto verus Deus, permanens in saecula sempiterna'. Haec audientes fratres, flebant valde et cedebant[k] palmis[l] facies suas cum gemitu magno. Denique convenientibus cunctis, ait iterum: 'Scitote, dilectissimi, me discessurum a vobis, sed credo in Iesum, cuius verbum praedico, quia custodiet vos a malo, ut non divellatur ab inimico haec messis,

Capp. 18—20. 1*a*. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5.

Cap. 19. a) apostoli *add.* 3. 4. b) de praedicatione 3. 5; *om.* 1*b*. c) mittens 1*a*. 4*a*. d) ei 3. 4; *om.* 2. 5. e) nos 2*a*; omnes 4; *om.* 3. f) Domini 3. 4.

Cap. 20. a) elatus *A*. b) *om.* (4). 5. c) levavit 3*a*. 4*. d) verticem 1. 2. 3*b*. e) 1. 2*b*. (4*b*). f) qui 1. 2. g) 1. 2. 4*a*. h) aemulationem (em.) 2. i) commendabo 3. 4*b*. k) caedebant *B*. l) palmas 1*a*.

cf. 1. Petr. 5, 9. cf. Matth. 13, 30. quam in vobis serui[a], id est cognitio et doctrina Iesu[b] Christi domini mei. Vos autem orate iugiter et state fortes in fide, ut, evulsam Dominus omnem zizaniam[c] scandali, tamquam triticum mundum in horreo vos caelesti congregare dignetur'. Et sic per dies quinque docebat eos et confirmabat in praeceptis Dei. Post haec autem expansis manibus oravit[d] ad Dominum, dicens: 'Custodi, quaeso, Domine, gregem hunc, qui iam tuam cognovit salutem, ut non praevaleat illi[e] malignus, sed quae, te iubente, me dispensante[f], suscepit, inviolatum[g] custodire mereatur in saecula saeculorum'. Et haec dicens[h], omnes qui aderant responderunt: 'Amen'. Et accipiens panem, gratias agens fregit et dedit omnibus, dicens: 'Accipite gratiam quem[i] vobis tradit per me famulum suum Christus dominus Deus noster'. Et osculans singulos atque commendans Domino, in Thesalonica[k] profectus est, ibique biduo docens, discessit ab eis.

21. Multi autem ex Machedonia fideles profecti sunt cum eo, quorum fuerunt duae naves. Quaerebant autem omnes, ut illam navem in qua apostolus vehebatur conscenderent, desiderantes eum audire loquentem, scilicet ut nec in mari eis deesset verbum Dei. Quibus ait apostolus: 'Novi desiderium vestrum, dilectissimi, sed navis haec parvula est. Ergo pueri cum inpedimentis in maiore[a] conscendant nave[b], vos vero in ista quae minor est nobiscum properabitis'. Et dato eis Anthimo[c], qui consolaret[d] eos, iussit aliam conscendere navem, quam prope sibi semper iussit adesse, ut et ipsi viderent eum et audirent verbum Dei. Dormiente autem eo[e] parumper, quidam vento modico inpulsus, cecidit in mari. Anthimus autem excitavit eum, dicens: 'Succurre, doctor bonae; periit autem[f] unus de famulis tuis'. Expergefactus autem cf. Marc. 4, 35. apostolus, increpavit ventum, et siluit, et mare tranquillum est redditum. Homo vero qui ceciderat, unda famulante, ad navem devectus est. Cuius manum[g] Anthimus adpraehensam[g], levavit eum in navi, et omnes admirati sunt virtutem apostoli, quod[h] cf. Luc. 8, 25. etiam et mare oboediebat ei. Duodecima igitur die Patras Achaiae civitatem adpulsi sunt, egressique navem, in quodam diversorio morabantur.

22. Denique cum[a] eum multi rogarent, ut in domibus eorum ingrederetur, dixit: 'Vivit Dominus, quia non vadam, nisi quo praeceperit Deus[b] meus'. Et nocte dormiens, nihil revelationis accepit. Altera vero nocte, cum esset ex hoc tristis, audivit vocem cf. Ios. 1, 5. dicentem sibi: 'Andreas[c], ego semper tecum sum et non te derelinquo[d]'. Haec autem audiens, glorificabat Deum[e] pro hac visione. Lisbius vero proconsul admonitus est per visum, ut susciperet hominem Dei. At ille misit ad hominem qui eos hospitio reciperat et rogavit, ut adduceret sibi beatum apostolum. Quod cum ille audisset, venit ad proconsulem, et ingressus cubiculum eius, vidit eum iacentem clausis oculis quasi mortuum. Pungensque latus illius, ait: 'Surge et enarra nobis quae tibi contigit[f]'. Et ille: 'Ego', inquid, 'sum qui execrabam[g] viam quam doces et misi milites cum navibus ad proconsulem Machedoniae, ut vinctum te transmittens mihi, morte[h] damnarem. Sed naufragia perferentes, numquam potuerunt accedere quo iussi sunt. Cumque in hac intentione durarem, ut distruerem viam tuam, apparuerunt mihi duo viri Aethiopes[1],

Capp. 20—22. 1*a*. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5.

Cap. 20. a) 1. 2*a*. 4*a*. 5. b) d. m. I. Ch. 4*a*. 5. c) 1. 3. 4*a*. d) orabat 3*b*. 5. e) illa 1*a*; ille 2. f) dispensantem 4*a*. g) inviolata 3. 5; que *add.* 1*a*. h) 1. 2. 4*a*. i) quam 2. 3. *B*. k) 1.

Cap. 21. a) maiora 1*a*; maiorem 2. 3. 4*b*. 5; maiori 4*a*. b) navim 2. 3*a*; navem 3*b*. *B*. c) Antimo 2. 4*a*. d) 1. 2*b*. 4*a*. e) eum 4*a*. f) enim 3. 5; *om.* 4. g) 1. 4*a*. 5. h) quia 1. 3.

Cap. 22. a) cum m. eum 2. 3; eum cum m. 4*a*; cum m. 5. b) Dominus 1*a*. 3*b*; Dominus Deus 4*a*. c) 1. (4*b*). d) derelinquam 3. 5. e) Dominum 1. 2. 4*b*. f) contigerint 1. 2. 5; contigerunt 3. g) 1. 2. 4*a*. h) morti 2. 4*a*. 5.

1) *Cf. Acta Ioannis ed. Zahn p.* 124, 3*; Acta Thomae ed. Bonnet p.* 45, 23*; Ducange s. v.* daemon meridianus.

qui me flagris cedebant[a], dicentes: "Non possumus hic iam ullam potestatem habere, quia venit homo ille quem persequi cogitabas. Et nunc in hac nocte, in qua adhuc potestatem habemus, ulciscimur nos in te". Et sic graviter caesum[b], recesserunt a me. Nunc autem tu, vir Dei, deprecare Dominum, ut dimittens mihi hoc delictum, saner[c] ab infirmitate qua teneor'. Haec eo coram omni populo narrante, beatus apostolus praedicabat assidue verbum Dei, et credebant omnes. Proconsul vero sanatus, credidit et conroboratus est in fide.

23. Igitur Trofimae[a], quae quondam concubina proconsulis fuerat et alio iam viro sociata erat, reliquid virum suum et adherebat[b] apostolicae doctrinae et ob hoc plerumque in domo[c] proconsulis veniebat, in quam[d] iugiter docebat apostolus. Iratus autem vir eius venit ad dominam suam, dicens: 'Trofima recolens scortum, quod cum domino meo proconsule agere consueverat, ei nunc iterato commiscetur'. At illa succensa felle, ait: 'Idcirco ergo me reliquid vir meus et iam sex mensibus non coniungitur mihi, eo quod diligat ancillam suam'. Et vocato procuratore, iussit eam scorto damnari. Nec mora, deducitur ad lupanar ac lenoni donatur. Sed nihil horum Lisbius[e] sciebat, requirens tamen eam, ab uxore deludebatur. At illa ingressa lupanar, orabat assidue, cumque venissent qui eam contingerent, ponebat euangelium quod secum habebat ad pectus suum[1], et statim omnes vires perdebant[f] accedens[g] ad eam. Quidam vero[h] inpudicissimus veniens, ut inluderet ei, resistente autem[i] ea, disrupit vestimenta eius, et cecidit euangelium ad terra[k]. Trofimae vero lacrimans, extensis ad[l] caelum manibus, dixit: 'Ne patiaris me, Domine, pollui, ob cuius nomine[m] diligo castitatem'. Et statim apparuit ei angelus Domini, et iuvenis[n] caecidit ante pedes eius et mortuus est. At illa confortata, benedicebat et glorificabat Dominum[o], qui non permiserat eam deludi. Sed postmodum in nomine Iesu Christi resuscitavit puerum, et omnis civitas cucurrit ad hoc spectaculum. Uxor vero proconsulis abiit ad balneum cum procuratore suo. Cumque lavarentur simul, apparuit eis daemon teterrimus, a quo percussi ambo ceciderunt et mortui sunt. Et ecce planctus magnus factus est, et nuntiatum est apostolo et proconsuli, quod uxor eius cum lenone[p] mortua erat. Tunc beatus Andreas[q] haec audiens, ait populo: 'Videte, dilectissimi, quantum praevalet[r] inimicus, nam Trofime[s] propter pudicitiam damnaverunt scorto. Nunc autem iudicium Dei adfuit, et ecce materfamilias, quae eam in lupanar poni iussit, cum lenone[p] suo percussa in balneum[t], cecidit et mortua est'. Haec eo dicente, ecce advenit nutrix eius, quae prae senectute manibus deportabatur aliorum, scissis vestibus, cum clamore magno, et deposita coram apostolo, rogare coepit, dicens: 'Scimus, quia dilectus Dei es, et quaecumque petieris Deum tuum (cf. Matth. 21, 22.) praestat[u] tibi. Nunc autem miserere mei[v] et resuscita illam'. Condolens beatus apostolus super lacrimas mulieris, conversus ad proconsulem, ait: 'Vis, ut resuscitetur?' Cui ille: 'Absit', inquid, 'ut vivat, quae tantum flagitii[w] commisit in domo mea'. Et apostolus: 'Noli', ait, 'sic agere; miserere enim nos oportet petentibus[x], ut misericordiam consequamur a Deo'. Haec eo dicente, perrexit proconsul ad praetorium; sanctus vero

Capp. 22. 23. 1*a*. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5.

Cap. 22. a) caedebant 2. 4*b*. 5. b) caeso 2*a*. 4*b*; caesus 5. c) sanet 3. 4*b*.

Cap. 23. a) Trophime 1*b*. 2*b*; Trophyma 3*a*; Trophima 3*b*. 4*b*. 5; Trofima 4*a*. b) adhaerebat 2*a*. 5. c) 1. 4. d) 1*a*. e) Lysbius 1*b*. 3; Libius 2*a*. f) *hoc loco interpungunt* 1. 2. *B*. g) accedentes 3*; accessit 4*a*. 5; *add.* autem 1*b*. 4*b*; vero 5. h) quidam vir 1*b*. 4*b*; q. iuvenis 2; vir q. 4*a*; quidam 5. i) *om.* 3. 4*b*. k) 1*a*. 4*a*. 5. l) m. ad c. 3. 5. m) 1*a*. 3. n) iuvenes 2*a*. o) Deum 5*. p) procuratore 4; *cf. supra p.* 822, 35. q) apostolus 1*a*. 5; And. ap. 3*a*; ap. And. 3*b*. r) 1. (3). s) Trophimae 1*b*. 5; Trofimam (Troph.) 2*b*. 3(*a*). *b*. 4. t) balneo 1. 3. 5. u) praestabit 3. 4. v) ei *A*. w) flagitium 1*b*? 2. 3*b*. 5. x) paenitentibus (pen.) 3. 4.

1) *Cf. infra p.* 842, 28.

apostolus iussit corpus exhiberi in medium, et accedens, ait: 'Rogo, benigne domine Iesu Christe, ut resuscitetur haec mulier, et cognoscant omnes, quia tu es dominus Deus solus misericors et iustus, qui non pateris innocentes perire'. Et conversus, tetigit caput mulieris, dicens: 'Surge in nomine Iesu Christi Dei mei'; et statim surrexit mulier. Quae, dimisso vultu, flens et gemens, respiciebat in terram. Cui apostolus: 'Ingredere in cubiculum tuum et esto secretius orans, donec conforteris a Domino'. Cui illa respondit: 'Facito me prius cum Trofime[a] pacificam, in qua[b] tantum mali congessi'. Sanctus apostolus dixit: 'Noli timere, non enim meminit Trofimae[c] malorum neque ultionem expectat, sed gratias agit Deo in omnibus quae accesserit[d] ei'. Et vocata Trofimae[c], pacificavit eas[e] cum Calisto[f], uxore[g] proconsulis, quae resuscitata erat. Lysbius vero in tantum proficit in fide, ut quadam die accedens ad apostolum, omnia ei confiteretur peccata sua. Cui sanctus apostolus dixit: 'Gratias ago Deo, fili, quod times futurum iudicium. Sed viriliter age et confortare in Dominum[h] quem credis'. Et tenens manum eius, deambulabat in litore.

24. Post deambulationem[a] vero cum sedisset, sedebant et singuli qui cum eo erant super arenam, audientes verbum Dei. Et ecce cadaver enectum[b] in mari proiectum est ante pedes apostoli in litore. Tunc sanctus Andreas[c] apostolus exultans in Domino, ait: 'Oportet hunc resuscitari, ut cognoscamus, quid[d] in eum adversarius est operatus'. Et fusa oratione, tenens manum mortui, erexit illum, et statim revixit et loquebatur. Cumque nudus esset, dedit ei tunicam, dicens: 'Dic nobis ordinem[e], expone[f] omnia quae contigerunt tibi'. At ille respondit: 'Nihil tibi occultabo, quicumque sis homo. Ego sum Sostrati[g] filius civis Machedonis[h], qui nuper ab Italia adveni[i]. Sed cum redissem ad propria, audivi doctrinam[k] surrexisse novam, quam nullus hominum prius audivit, sed et signa prodigiaque ac medelas magnas fieri a quodam doctore, qui se veri Dei adfirmat esse discipulum. Ego autem, cum haec audissem, properavi, ut eum videre possim[l]; non enim aliud arbitrabam[m], nisi ipse esset Deus qui talia ageret. Cumque navigarem cum pueris et amicis meis, subito orta tempestas, commoto mari, obpraessi fluctibus sumus. Et utinam simul proiecti fuissemus, ut et illi resuscitati fuissent a te sicut et ego!' Et haec dicens, volvebat multum in corde suo et arbitrabatur, quod ipse esset apostolus quem quaerebat. Et procidens ad pedes eius, ait: 'Scio, quia tu es famulus Dei veri[n]. Rogo pro his qui mecum fuerunt, ut et ipsi, te inpertiente, vitam mereantur, ut cognoscant Deum[o] verum, quem praedicas'. Tunc sanctus apostolus repletus Spiritu sancto, praedicabat ei constanter verbum Dei, ita ut miraretur puer super doctrina[p] eius. Et expansis manibus, ait: 'Ostende, quaeso, domine, et reliquorum cadavera mortuorum, ut et ipsi cognoscant te Deum[q] verum et solum'. Haec eo dicente, statim apparuerunt 30 et 9 corpora ad litus, unda famulante, devecta. Tunc, flente iuvene, omnes simul flere coeperunt, prostratique ante pedes apostoli, rogabant, ut et isti resuscitarentur. Sed et Philopater[r] — hoc enim erat nomen pueri[s] — dicebat: 'Genitor meus per bonam[t] voluntatem, inpositis necessariis, cum magna pecunia misit me huc. Nunc autem, si audierit quae mihi contigerunt, blasphemat[u] Deum tuum et doctrinam[k] eius refutat[v].

Capp. 23. 24. 1*a*. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5.

Cap. 23. a) Trophimae 1*b*; Trofima (Troph.) 2*b*. 3(*a*). *b*. 4; Trophime 5. b) quam 3. 5. c) Trophimae 1*b*; Trofime (Troph.) 2. 5; Trophima (Trof.) 3(*a*). *b*. 4. d) acciderint 2; acciderunt 3. 5; accesserunt 4*a*; accesserint 4*b*. e) eam 1*b*. 2. 3*b*. *B*. f) Calixtae 1*b*; Calista 3*a*; Calixta 3*b*. 4*b*; Calistam 4*a*. g) uxorem 4*a*. h) Domino 2*a*. *B*; Deum 2*b*.

Cap. 24. a) deambulatione 4*a*. b) necatum 1*b*. 2; enecatum 3. 4. c) ap. Andr. 5; Andr. *om.* 4. d) quae 2. 3. 4*a*. e) per ord. 3. f) et exp. 3. 5; atque exp. 4. g) Sostrat 1*a*; Sustrate 4. h) Macedonii 2*a*; Macedoniae 3; Macedonis *B*. i) veni *B*. k) doctrina 4*a*. l) 1*a*. m) 1. 2*b*. 4*a*. n) vere *B*. o) v. D. 3. 4*a*. 5. p) doctrinam 1*b*. 2. 5. q) v. D. et s. 1*a*. 4*a*; D. s. et v. 2. 3. r) Phylopater 3*a*. 4*b*. s) puero 3. t) bona voluntate 4*a*. u) blasphemabit 1*b*. 3. 4. v) refutabit 1*b*. 3. 4.

Sed absit, ut ita fiat'. Flentibus autem omnibus, rogavit apostolus, ut congregarentur corpora simul; sparsim enim proiecta fuerant. Congregatis igitur omnibus in unum, ait apostolus: 'Quem vis prius resuscitari[a]?' At ille dixit: 'Warum[b] conlactaneum[c] meum'. Tunc flexis in terram genibus palmisque extensis ad caelum, diutissime oravit, cum lacrimis dicens: 'Iesu bone, resuscita hunc mortuum, qui cum Philopatore[d] nutritus est, ut cognoscat gloriam tuam, et magnificetur nomen tuum in populis'. Et statim surrexit puer, et admirabantur omnes qui aderant. Apostolus autem iterum super singulos orationem fundens, ait: 'Quaeso, domine Iesu, ut et isti resurgant, qui de profundo aequoris sunt delati'. Tunc iussit fratribus, ut unusquisque tenens mortuum diceret: 'Resuscitat te Iesus Christus, filius Dei vivi'. Quod cum factum fuisset, suscitati[e] sunt 30 et[f] 8[g], et glorificaverunt Deum qui aderant, dicentes: 'Non est similis tibi[h], Domine'. Lys- cf. Ps. 85, 8. bius vero multa munera obtulit Philopatori, dicens: 'Non te contristet amissio facultatum, nec[i] recedas a famulo Dei'. Et erat semper cum apostolo, intendens omnibus quae dicebantur ab eo.

25. Erat enim mulier Caliopa[a] nomine[1], quae homicidae coniuncta, conceptum suscipit inlicitum[b]. Ubi vero tempus pariendi venit, artabatur doloribus magnis et partum proferre non poterat. Quae ait sorori suae: 'Vade, quaeso, et invoca Dianam deam nostram, ut misereatur mei. Ipsa enim habet studium obstetricandi[c]' Faciente autem sorore quae sibi imperata fuerant, venit ad eam nocte diabolus, dicens: 'Quid me casso invocas, cum tibi nihil prodesse possim? Sed magis vade ad apostolum Dei Andream in Achaia[d], et ipse miserebitur sorori tuae'. Surrexit igitur mulier et venit ad apostolum et narravit ei omnia haec. At ille nihil moratus venit in[e] Chorinthum[f] ad domum mulieris aegrotantis; erat enim[g] Lysbius proconsul cum eo. Videns vero beatus apostolus mulierem gravium dolorum cruciatu torqueri, ait: 'Recte haec pateris, quae male nupsisti, quae doloso[h] concipiens, dolores intolerabiles sustines. Insuper consuluisti daemonia, quae neque ulli neque sibi prodesse possunt[2]. Crede nunc Iesum Christum, filium Dei, et proice puerperium. Verumtamen mortuum egredietur quod indigne concepisti'. Credidit mulier, et egredientibus cunctis de cubiculo, proiecit partum mortuum; et sic a doloribus liberata est.

26. Cum autem multa signa et prodigia faceret beatus apostolus in Chorintho, Sostratus, pater Philopatoris, admonitus per visum, ut apostolum visitaret, venit in Achaia[a], et cum non invenisset eum, pervenit in[b] Chorintho[c]. Cumque cum Lysbio et aliis deambularet, cognovit eum Sostratus, sicut ei iam per somnium erat ostensus[d], complexusque pedes eius, ait: 'Miserere mei, quaeso, famulae Dei, sicut et filio meo[e] misertus es'. Philopater autem ait apostolo: 'Hic est pater meus quem cernis. Nunc autem interrogat, quid eum oporteat agere'. Et beatus apostolus ait: 'Scio, quia pro cognoscenda veritate ad nos venerit[f]. Gratias agimus domino nostro Iesu Christo, qui se credentibus revelare dignatur'. Leontius autem, servus Sostrati, ait ad eum: 'Vides,

Cap. 24. 1*a*. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5. *Capp.* 25. 26. 1*a*. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*b*. 4*c*. 5.

Cap. 24. a) resuscitare 5. b) Wicarum 3; Waharam 5. c) collectaneum 2*b*. 5. d) Philupatore 1*a*; Phylopatore 3*a*; Phylopater 4*a*; Phylopatre 4*b*. e) suscitavit 2*b*; suscitata sunt 4. f) *om.* 2. 3. 5. g) VIIII 1*a*. 2; novem 1*b*. 3; octo *Lazius;* corpora *add.* 2*a*. 4. h) tui 3*b*. 4. i) non *A*; neque 4.

Cap. 25. a) Capalio 5. b) *quae sequuntur usque ad p.* 842, 32. in *om.* 4*a*. c) obsetr. 1. d) Achaiam 4*c*. 5. e) ad 1*a*; *om.* 3*b*. *B*. f) Chorintum 1*b*. 2; Corinthum 3*a*. g) autem 1. 2. 3*b*. 4. h) dedolose 1*a*; de doloso 1*b*. 4*c**; a doloso 2*a*; dolos(a)e 3*b*. 4*b*. 5.

Cap. 26. a) 1. 3. b) *om.* 2. 4*c*. c) Chorintum (Cor.) 2*a*; Corinthum 3. 4. 5. d) ostensum 4. e) mei 1*a*. f) venit et 3. 4*b*; venerit et 4*c*.

1) *Cf. Lipsius l. s. t. I, p.* 401. 2) *Cf. Sulpicii Severi Vit. Mart.* 14, 7.

domine, qua luce refulgeat vultus hominis huius?' Cui ille: 'Video', inquid, 'dilectissime, et ideo non discedamus ab eo, sed simul cum illo vivamus et audiamus verba vitae aeternae'. Et sequenti die obtulit apostolo munera multa; sanctus vero Dei dixit ad eum: 'Non est meum accipere aliud ex vobis, nisi vos ipsos lucri faciam, cum crediderítis in Iesum, qui me[a] misit euangelizare in hunc locum. Si pecuniam desiderassem, Lysbium diciorem repperissem, qui me multo[b] ditare potuerat; nam vos in his conferte mihi, in quibus vobis proficiat ad salutem'.

27. Post dies autem paucos iussit sibi balneum praeparari[a], et cum venisset lavandi gratia, vidit senem daemonium habentem et trementem valde. Quem[b] dum admiraretur, alius puer adolescens egressus de piscina, procidit ad pedes apostoli, dicens: 'Quid nobis et tibi, Andreas[c]? Venisti huc, ut destruas[d] nos a sedibus nostris?' Erectus autem, adstante populo, dixit apostolus: 'Nolite timere, sed credite in Iesum[e] salvatorem nostrum'. Clamantibus autem omnibus: 'Credimus quae[f] praedicas', increpavit utrumque daemonem, et egressi sunt a corporibus obsessis, dimissique vel senex vel adolescens, redierunt ad propria sua. Beatus vero apostolus lavans, disserebat, quia: 'Inimicus generis humani ubique insidiatur, sive in lavacris sive in fluminibus. Et idcirco nomen Domini assidue invocandum erit, ut is qui vult insidiari non habeat potestatem'. Quod videntes viri civitatis, veniebant et adferebant aegrotos, ponentes ante eum, et curabantur. Sed et de aliis civitatibus veniebant cum infirmis, et ipsi sanabantur et libenter audiebant verbum Dei.

28. Dum[a] haec agerentur, ecce quidam senex Nicolaus nomine, scissis vestibus, venit ad apostolum, dicens: 'Famule Dei, ecce 74 anni sunt vitae meae, in quibus non discessi ab inmunditiis et scorto ac[b] fornicatione, plerumque praeceps deductus ad lupanar, et[c] exercebam[d] inlicita. Et nunc tertia dies est, in qua audivi miracula quae agis et praedicationes tuas, quae sunt plenae verbis vitalibus. Cogitabam enim mecum, ut, relicto hoc opere, venirem ad te, ut mihi ostenderes meliora. Sed dum haec cogitarem, veniebat mihi alius sensus, ut haec relinquerem et non facerem bonum quod cogitabam. Luctante igitur conscientia mea, accepi euangelium[1] et oravi Dominum, ut haec aliquando me faceret oblivisci. Post dies vero paucos oblitus euangelii, quod super me erat, inflammante cogitatione perversa, abii iterum ad lupanar. Et ecce mulier meretrix videns me, ait: "Egredere, senex, egredere; angelus enim Dei es tu. Ne contingas me neque adpropinques in[e] hoc loco; video enim in te misterium magnum". Cumque ego obstupefactus cogitarem quid hoc esset, recolui, quod euangelium mecum habebam. Et conversus, veni ad te famulum Dei, ut miserearis erroribus meis; spes enim mihi est maxima, quod non peream[f], si oraveris pro humilitate mea'. Haec audiens beatus Andreas, cum multa contra fornicatione[g] deseruisset[h], prostratus[i] genibus, expansis manibus, tacitus orabat, emittens[k] gemitus cum lacrimis ab ora diei sexta usque in horam nonam. Surgens autem, abluta facie, nihil accipere voluit, dicens: 'Non gustabo, donec cognoscam, si miserebitur Deus huic homini, et si sit reputandus inter salvatos'. Et ieiunans altera die, nihil ei revelatum est de homine usque ad quintum diem, in quo flens vehementer, dicebat: 'Domine, pro mortuis obtinemus pietatem

Capp. 26—28. 1*a*. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*b*. 4*c*. 5.

Cap. 26. a) misit me 2. 3. 4. b) amplius *add.* 3. 4*b*; plus 4*c*.

Cap. 27. a) praeparare 5. b) quae 4*b*. 5. c) 1*b*. 2*b*. d) deicias 4*b*; detrudas 5*. e) *add.* Christum 1*a*. 4*b*. f) quem *B*.

Cap. 28. a) Cum 1*a*. 3*a*. 4*b*. 5. b) et 2*a*. 4*c*; et a 4*b*; a 5. c) *om.* 3. 4. d) exerceba: 2*a*; exercebar 2*b*; execrabar 3. e) *redit* 4*a*. f) pere:: 2*a*; pereor 2*b*. g) 1. h) disseruisset 1*b*. 2*a*. 3. *B*. i) prostratis 1. 4*c*; flexis 3. k) et mittens 1*a*. 4*a*. 5.

1) *Cf. supra p.* 839, 17.

tuam, et nunc iste, qui tua cognoscere desiderat magnalia, cur non revertatur, ut sanes illum?' Haec eo dicente, vox de caelis delata est, dicens: 'Obtines, Andreas[a], pro sene; sed sicut tu ieiuniis fatigatus es, ita et ipse studeat ieiunium, ut salvetur'. Et vocans eum, praedicavit[b] ei abstinentiam. Die vero sexta vocavit suos et rogavit, ut orarent universi pro eo. Qui prostrati solo, orabant dicentes: 'Domine pie, misericors, remitte[c] homini delictum suum'. Quo facto, et ipse gustavit et ceteros manducare permisit. Nicolaus autem rediens ad domum suam, omnia quae habebat distribuit indigentibus; ipse quoque multum se excruciavit, ita ut per sex menses nihil aliud quam aquam acciperet et pane arido vesceretur. Exacta enim digna paenitentia, excessit a saeculo. Beatus autem apostolus non erat praesens, sed in loco quo erat vox ad eum facta est, dicens: 'Andreas[d], meus effectus est Nicolaus, pro quo depraecatus es'. At ille gratias agens, narravit fratribus, Nicolaum excessisse de corpore, orans, ut in pace quiesceret.

29. In quo loco[1] dum commoraretur, venit ad eum Antiphanis[a] civis Megarinsis et ait ad eum: 'Si qua est in te bonitas iuxta praeceptum Salvatoris, quem praedicas, beate Andreas[b], nunc ostende et libera domum meam de insidia qua temptatur. Ecce enim valde turbata est'. Cui sanctus apostolus: 'Enarra', ait, 'nobis, homo[c], quae contigerit[d] tibi'. Et ille: 'Dum de itinere', inquid, 'reversus domui[e] fuissem et ingrederem[f] ianuam atrii mei, ecce audivi vocem ianitoris miserrime declamantem. Cumque interrogassem, quae essent haec[g] voces, narraverunt mihi qui aderant, ipsum cum uxore et filio male a daemonio torqueri. Ascendens vero ad superiora domus[h], vidi alios pueros stridentes dentibus et in me impetum facientes et adridentes[i] risos insanos. Quos cum praeterirem, ascendi iterum ad alia superiora, in qua coniux iacebat ab his verberata gravissime. Quae ita erat amentiae fatigatione turbata, ut, caesariem[k] super oculos dimissam[l], neque aspicere neque me cognoscere possit[m]. Hanc ergo, rogo, ut restituas mihi tantum, de ceteris vero curam non habeo'. Tunc sanctus apostolus misericordia motus, ait: 'Non est enim acceptio[n] personarum apud Deum, [Rom. 2, 11.] qui propterea venit, ut cunctos salvos faceret pereuntes'. Et ait: 'Eamus ad domum eius'. Cumque procedens a Lachedaemone[o, 2] venisset in Megara, ingressi sunt ianuam domus, et statim omnes daemones unius vocis impetu clamaverunt, dicentes: 'Ut quid nos hic, Andreas[p] sanctae, persequeris? Ut quid domum non tibi concessam adis? Quae tua sunt posside, quae nobis concessa sunt ne adicias penetrare[q]'. Sed sanctus apostolus nimis[r] de his admirans, ascendit in cubiculum quo mulier decubabat[s], et facta oratione, adpraehensam[m] manum eius, ait: 'Sanat[t] te dominus Iesus Christus'. Et statim surrexit [Act. 9, 34.]

Capp. 28—29. 1*a*. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5.

Cap. 28. a) 1. b) praedicabat 1*a*. 4*a*. *b*. 5; praedicabit 1*b*. c) huic *add.* 4*a*. *b*. 5. d) 1. 2*b*. 4*a*.

Cap. 29. a) Anthiphaniscius 1*b*; Anthiphanis 2; Antiphanes 3. 4*c*; Anthyphanus 4*a*; Antiphanus 4*b*. b) 1. 2*b*. c) o h. 3*b*. 5. d) contigerint 1. 2*a*. 4*b*. 5; contigerunt 2*b*. 3. 4*c*. e) 1. 4*a*. *c*. f) 4*a*. g) 1*a*. (*b*. 3*a*. 4*b*); *scr.* haec. h) domo 1. i) mittentes (em.) 4; immittentes 5. k) 1. 2. 4*a*. l) 1. 2. m) 1. n) pers. acc. 3. 5. o) a Macedonia 2*a*; a Lachedemonia 2*b*; a Lace daemonum 4*a*; Lacedemone 4*b*. 5; *om.* 4*c*. p) 1. 2. q) penitrare 2*a*. r) nihil *B*. s) decubebat 4*a*. 5; decumbebat *Lazius*. t) sanet 3*b*. 4*b*. *c*. 5.

1) In Chorintho *p.* 841, 30, *at cf. supra l.* 10. *et infra l.* 29. *cum adnot.; cf. etiam Lipsius l. s. p.* 588. 2) *Aut quaedam, quae in Actis relata erant* (ἐν πάσῃ τῇ τῆς Ἀχαίας περιχώρῳ *Lesbio comite apostolum illo tempore vagatum esse, dicit qui ex Actis hausit encomiographus codicis Paris. Gr.* 1463*), a Gregorio praetermissa esse (cf. supra l.* 10*), aut paulo supra nonnulla verba, quibus iter Lacedaemonium narraretur (ut locus supra l.* 14. *significatus sit Lacedaemon), intercidisse videntur, aut denique aliud agens Gregorius Lacedaemonem pro Corintho posuit.*

mulier a lectulo et benedicebat Deum. Similiter et singulis quibusque qui a daemonio vexabantur inponens manum, sanitati restituit habuitque deinceps Anthiphanem et uxorem eius firmissimos adiutores ad praedicandum verbum Dei.

30. Veniens vero beatus apostolus Patras civitate[a], in qua proconsul Egeas[b] erat, qui nuper Lysbio successerat, et accessit ad eum quaedam mulier Efidama[c] nomine, quae ex doctrina Sosiae cuiusdam apostolici[d] discipuli iam conversa fuerat, et amplectens pedes beati apostoli, ait: 'Andreas[e] sanctae, rogat te domina mea Maximilla, quae magnis febribus retenetur[f], ut accedas ad eam, libenter enim vult audire doctrinam tuam. Nam et proconsul, coniux eius, stat ante lectulum, flens gladiumque in manu tenens, ut, cum illa spiritum exalaverit, iste se mucrone perfodeat'. At ille, praecedente Effidima, venit ad cubiculum in quo mulier iacebat incommoda[g], et videns stantem
cf. Act. 16, 28. praesidem cum evaginato gladio, ait: 'Nihil tibi nunc mali feceris, sed reconde gladium
Matth. 26, 52. tuum in locum suum. Erit enim tempus, quando ad nos exerendus erit'. Sed nihil intellegens praesis, dedit accedendi locum. Tunc apostolus[h] veniens ante lectum infirmae, facta oratione, adpraehendit manum eius, et statim sudore perfusa est mulier, et discessit ab ea febris, iussitque ei apostolus dare cibum. Proconsul autem centum argenteos obtulit sancto Dei, quos ille nec aspicere voluit.

31. Inde discedens, vidit hominem iacentem in stercore debilem, cui multi e civibus stipem porrigebant, unde alimentum haberet. Et ait ad eum apostolus: 'In nomine Iesu Christi, surge sanus'. Qui protinus[a] surgens, glorificabat Deum.

32. Degressus vero in alio loco[a], vidit hominem caecum cum uxore et filio et ait: 'Vere diaboli hoc[b] est opus. Ecce enim quos et mente caecavit et corpore'. Et ait: 'Ecce ego vobis in nomine Dei mei Iesu Christi corporalium oculorum restituo lumen; ipse quoque mentium vestrarum tenebras reserare dignetur, ut, cognita luce,
Ioan. 1, 9. quae inluminat omnem hominem venientem in hunc mundum, salvi esse possitis'. Et inponens eis manus, aperuit oculos eorum. At illi procidentes, osculabantur pedes eius et dicebant, quia: 'Non est alius Deus nisi quem praedicat famulus eius Andreas'.

33. Videns autem haec signa quidam, ait ad eum: 'Rogo te, famule Dei, ut digneris accedere usque[a] portum; est enim ibi homo, nautae[b] cuiusdam filius, qui ab annis quinquaginta in debilitate nimia proiectus a domo, iacet[c] in litore, cui nullius[d] medici potuit cura valere. Ecce enim est ulceribus plenus et scatens vermibus'. Haec eo dicente, prosecutus[e] beatus apostolus, venit ad eum. Quem intuitus infirmus, ait: 'Forsitan tu es discipulus Dei illius qui solus salvare potest'. Cui sanctus apostolus ait: 'Ego sum qui in nomine Dei mei te sanitati restituo'. Et adiecit: 'In nomine Iesu Christi, surge et sequere me'. At ille, relictis pannis purolentis, in quibus tabis defluxerat, sequebatur eum, profluente pure cum vermibus a corpore eius. Cumque venisset[f] ad mare, ingressi sunt utrique in aquam[g]. Tunc sanctus apostolus abluens eum in nomine Trinitatis, ita sanum reddidit, ut nullum paenitus infirmitatis huius[h] corpori[i] resedisset indicium. Tantaque fide post accepta[k] sanitate accensus est, ut nudus per civitatem curreret, adnuntians, quia: 'Ille est verus Deus quem Andreas praedicat'. Et mirabantur omnes, congratulantes sospitati eius.

Capp. 29—31. 1*a*. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5. *Capp.* 32. 33. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5.

Cap. 30. a) 1. 4*a*. b) Egeatas 1*a*; Aegeatas 1*b*; Egiathas 2*a*; Aegeas 2*b*. 4*b*. 5. c) ::::::ma 1*a*; Effidama 1*b*; Edifima 3; Efidonia 4*a*; Efidania 4*b*; Efidamia 4*c*; Ephidama 5 (*aliis locis* Effidima *vel* Efidama 1*a*; Efidima 3). d) apostoli 3. 4. e) 1. 2. 4*a*. f) detinetur 3. 4*b*. g) incommodo 3; incomodae 4*a*. h) sanctus ap. 3. 4.

Cap. 31. a) *deficit* 1a.

Cap. 32. a) alium locum 3*a*. 4. b) est hoc 2. 4*b*.

Cap. 33. a) ad *add.* 1*c*. 2*b*. 3. 4*a*. 5. b) nauta 2; *om.* 1. 3. c) iacit 2*a*. d) nulli 4*a*. e) est *add.* 1*b*. 4*b*. f) venissent 1*c*. 3. *Lazius*. g) aqua 4*b*. h) heius 1*c*; in eius 3; eius 4. i) corpore 3; corporis 5. k) 1. 2*b*. 4*a*.

34. Cumque talia apud Patras per beatum apostolum agerentur, advenit Stratocleus[a], frater proconsulis, de Italia. Et ecce unus ex pueris eius Algmana[b] nomine, quem praetiosum habebat, ab inpulsu daemonis percussus, iacebat spumans in atrio; et ecce tumultus magnus factus est. Et nuntiata sunt haec Stratocleo[c], qui nimio animi dolore commotus, ait: 'Utinam me[d] prius mare obsorbuisset[e], quam haec vidissem de puero!' Videntes[f] autem eum dolentem Maximilla et Efidama, dicunt: 'Noli contristari, frater; mox enim puer recuperabitur. Est enim hic vir Dei, qui viam salutis ostendens, multos revocat ab infirmitate ad integram sanitatem. Mittamus ad illum, et statim reddit[g] puerum sanum'. Denique, arcessito apostolo, rogaverunt eum pro puero. At ille, adpraehensam[h] manum eius, ait: 'Surge, puer, in nomine Iesu Christi Dei mei, quem praedico'. Et statim surrexit incolomis. Stratocleus vero credidit in Domino[i] et confortatus est in fide et non discedebat ab apostolo, sed cotidie adherens[k] ei audiebat verbum salutis.

35. Omni enim die Maximilla ad[a] praetorium[1] veniens, vocabat apostolum et audiebat ab eo verbum Dei, quia proconsul discesserat a Patras et abierat in Machedonia[b]. Magna enim indignatione succensus erat contra apostolum, eo quod Maximilla, uxor eius, post acceptum salutis verbum non ei coniungebatur. Illo quoque redeunte, cum omnes in praetorio resederent et audirent[c] verbum Dei, turbati sunt valde, timentes, ne aliquam eis[d] vim inferret. Tunc sanctus apostolus oravit, dicens: 'Ne patiaris, quaeso, Domine, ingredere[e] proconsulem in hoc[f] loco, donec omnes egrediantur'. Extemplo proconsuli adfuit voluntas purgandi ventris[g]; cumque secessum petisset et moras innecteret, sanctus apostolus singulis manum inponens et signans eos, abire permisit, novissime autem se signans, et ipse discessit. Sed Maximilla, cum primum invenisset locum, statim veniebat ad sanctum apostolum, et suscipiens verbum Dei, regrediebatur ad domum suam.

36. Post haec conpraehensus beatus apostolus ab Egea[a] proconsule, positus est in carcere[b]. Ad quem[c] omnes conveniebant, ut audirent verbum salutis. At ille non cessabat praedicare nocte et die verbum Dei. Paucis vero diebus interpositis, eductus de carcere et[d] gravissime caesus, cruci[e] suspensus est. In qua cum per triduum[f] vivens penderet, non cessabat praedicare Dominum salvatorem, donec tertia die, populis flentibus, spiritum exalaret, quod lectio passionis eius plenissime declarat[2]. Cuius beatum corpus Maximilla accipiens, conditum aromatibus recondidit in sepulchro, assidue[g] super illum[h] depraecans Dominum et, ut ei[i] beatus apostolus memor esset, exorans.

37. De quo sepulchro manna in modum farinae et oleum cum odore suavissimo defluit, a quo, quae sit anni praesentis[3] fertilitas, incolis regionis ostenditur. Si exiguum profluit, exiguum terra exhibet fructum; si vero copiose processerit, magna

Capp. 34—37. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5.

Cap. 34. a) Stratoclus 1*c*; Stratocles 2*b*. 3. 5. b) Algama 2*a*; Alganana 3*a*; Algana 3*b*; Algmanas 4*b*; Almana 5; Aleman *Lazius*. c) Stratoclo 1*c*; Stratocli 2*b*; Stratocle 3. d) prius me 1. 2*b*. 4*a*. e) absorbuisset 2*a*. 3. 4*b*. 5. f) videns 1. 2. g) reddet 1*c*. 3. *B*. h) 1*b*. (*c*). 2*b*. i) Dominum 1*b*. 2; Deum 1*c*. 3. k) adhaerens 2. 3. 5.

Cap. 35. a) a 1*c*. b) 1*b*. 2*a*. 3. c) audierent 4*a*. d) ei 2 (?). 3. e) 2*a*. f) 1*b*. 3. 4. g) ventrem 3. 5.

Cap. 36. a) Aegea:: 1*b*; Egea:: (*eras.* ta) 2*a*. b) carcerem 1*c*. 3. 5. c) quam 1*b*. d) *om.* 1*b*. e) in cruce 3; cruce 4; in crucem 5. f) triduo (um *corr. prima m.*) 2*a*. g) autem *add.* 4. h) illud *A*. 5. i) eius 1*c*. 3. *B*.

1) *Cf. infra l.* 18; *haec mira sunt; supra p.* 836, 25. *et p.* 837, 3. *proconsul in praetorio habitare dicitur.* 2) *Cf. supra p.* 822, 41 *sqq.* 3) *Supra p.* 505, 27: sequentis.

fructuum[a] opulentia ministratur. Nam ferunt, hoc oleum usque ad medium basilicae sanctae decurrere, sicut in primo Miraculorum scripsimus libro[1]. Passionis quoque eius ita ordinem prosecuti non sumus, quia valde utiliter et eleganter a quodam repperimus fuisse conscriptum[b. 2].

38. Haec sunt quae de virtutibus beati Andreae apostoli praesumpsi, indignus ore, sermone rusticus, pravus conscientia, propalare, depraecans[a] eius misericordiam, ut, sicut in illius natale[3] processi ex matris utero, ita ipsius obtentu eruar ab inferno, et, sicut in die passionis eius sumpsi vitae huius exordium, ita me sibi proprium adscire dignetur alumnum. Et quia de maioribus meritis revocat nos pars magna facinoris, hoc tantum temerarius praesumo petere, ut, cum ille post iudicium dominico corpori conformatus refulget in gloria, saltem[b] obtineat pro inmensis criminibus mihi vel veniam non negandam[c].

Capp. 37. 38. 1*b*. 1*c*. 2*a*. 2*b*. 3*a*. 3*b*. 4*a*. 4*b*. 4*c*. 5.

Cap. 37. a) fructum 4*a*. b) conscriptam 1. 3. 4*b*.

Cap. 38. a) autem *add.* 4. b) saltim 4*a*. c) *add.* Explicit feliciter miracula de sancto Andre 1*b*; Expliciunt miracula sancti Andrea apostoli 1*c*; Amen 3*a*; Explicit de miraculis sancti Andree apostoli 3*b*; Explicit liber miraculorum sancti Andre apostoli 4*a*; Finit Gregorii Turonensis episcopi liber de virtutibus et miraculis beati Andreae apostoli 4*b*.

1) *Gl. Mart.* 30. *p.* 505, 25 *sqq.* 2) *Cf. supra p.* 822, 41 *sqq.* A quodam conscriptam *non potuit epistulam presbyterorum et diaconorum (Tischendorf, Acta ap. apocr. p.* 105*) dicere; itaque videtur alteram passionem legisse, cuius prima verba sunt:* Conversante et docente *(Lipsius l. s. p.* 546*).* 3) *Pridie Kal. Dec. Immerito offensus est G. Monod ('Études critiques' I,* 40*), nam satis constat, natalem dici diem passionis; cf. Herzog, 'Realencyklopädie' IX*[2], *p.* 120.

PASSIO SANCTORUM MARTYRUM SEPTEM DORMIENTIUM APUD EPHESUM

TRANSLATA IN LATINUM PER GEORGIUM FLORENTIUM GREGORIUM EPISCOPUM TURONICUM.

Passioni septem Ephesi dormientium quam Gregorius in Gl. Mart. c. 94. narravit haec verba subiecit: quod passio eorum, quam Siro quodam interpretante in Latino transtulimus, plenius pandit. *Quam cum qui de Georgio scripserunt*[1] *interiisse dolerent, non satis miratus sum, cum ad Miracula commentario instruenda Bollandianorum Acta perscrutatus, in hanc ipsam Passionem a Turonensi translatam, abhinc annos centum quinquaginta impressam, incidissem. Neque tamen tunc temporis inedita erat. Iam Mombritius eandem Passionem imprimendam curaverat, sed sermonem paulo meliorem reddidit neque scriptorem cognitum habuit. Hunc enim Bollandi successores e codice S. Audomari primum eruerunt, cui haec subiecta erant:* Explicit passio sanctorum martyrum septem dormientium apud Ephysum, translata in Latinum per Gregorium episcopum, interpretante Iohanne Syro, quae observatur sexto Kal. Augusti. *Erat itaque Iohannes Syrus, quo interprete Gregorius Passionem Syriacam in linguam Latinam transtulit. Acta Syriaca, auctore Iacobo Sarugensi, quae iam exstant*[2]*, ex exemplari, quo Iohannes usus est, excerpta videntur esse, in quibus nomina martyrum non traduntur, sed tabulae plumbeae commemorantur*[3]*. Ceterum sermo Passionis ita cum Gregoriano convenit, ut de fide codicis Audomarensis dubitari minime liceat. Textum, quem Bollandiani, AA. SS. 27. Iul. VI, p. 389. e*

1) codice S. Audomari[4] *ediderunt, eundem fere recepi, sed Mombritium, ubi cum Gl. Mart. c. 94. convenit, anteposui. Numerum 1 uncinis inclusi, quotiens quae Bollandiani scriptura codicis non laudata sive ex illo sive e coniectura ediderunt notis adscripsi.*

M) Mombritius, Sanctuarium, II, p. 267'. sqq., Passionem e codice edidit, cui clausula deerat.

Codex quoque, qui Ruinartio praesto erat, iam latet; cf. Gregorii Opp. p. 828: Aliam invenimus in mss., in qua nomina, sicut hic recenset Gregorius habentur; sed cum incertum sit, an ea sit ipsa quam Gregorius transtulit, nihilque novi habeat, eam edere superfluum fuisset. *Krusch.*

1) *Monod, 'Études critiques sur les sources de l'hist. méroving.' I, p.* 39; *Ebert, 'Gesch. der christ. lat. Literatur' I, p.* 548; *Teuffel, 'Gesch. der röm. Literatur'* §. 486, 4. 2) *Bollandianis Petrus Benedettus in Latinum transtulit; cf. AA. SS. 27. Iul. VI, p.* 387 — 389. 3) *Cf. supra p.* 551, *n.* 3. 4) *Quem in Catalogo impresso frustra quaesivi.*

INCIPIT[a] PASSIO SANCTORUM MARTYRUM SEPTEM DORMIENTIUM APUD EPHYSUM.

1. Cum per universum orbem persecutio christianorum exagitaretur[b], atque idolis vanis sacrificia funesta offerrentur, fuerunt septem viri in palatio regis primi et nobili[c] familia orti, id est Achillidis, Diomedis, Diogenis, Probatus, Stephanus, Sambatius atque Quiriacus. Hi cum saeva imperatoris scelera saepe conspicerent, ut pro Deo sempiterno idola surda et muta coli iuberet, conpuncti divinitus ad baptismi gratiam convolaverunt, appellatique[d] sunt regenerationis fonte Maximianus, Malchus, Martinianus[e], Constantinus, Dionysius, Ioannes, Serapion. Igitur adveniente Decio ad urbem Ephesum, iussit omni intentione ita christianum genus inquiri, ut posset[f], si fas esset, ipsum nomen religionis exstinguere. Denique praeparantur sacrificia, ipse inmolat suosque inmolare blanditiis terroribusque[g] instigat. Libabant cuncti hostias, totaque[h] civitas horrendarum caeremoniarum nidore fumabat. Quod videntes hi septem athletae[i] Christi, prostrati sunt in orationem cum lacrimis et, asperso super caput[k] pulvere, Domini misericordiam flagitabant, ut respiciens de caelo sancto suo, non sineret Domini[l] populum in hac perversitate subverti.

2. Quo conperto, persecutores nominis christiani venerunt ad[a] principem, dicentes: 'Imperii tui praeceptio, o rex, totius[b] terrae terminos percurrit[c], et[d] nullus iussioni tuae contraire praesumit, omnesque[e] diis inmortalibus sacrificia cotidiana delibant praeter septem viros, quos unico[f] affectu foves ac diligis'. Quibus imperator ait: 'Et[d] qui sunt illi?' Responderunt: 'Maximianus[g], filius praefecti, cum satellitibus suis'. Et statim, furente imperatore, onerati ferro adducti sunt in conspectu eius, effusos[h] habentes vultus lacrimis et pulverem super capita sua, sicut fuerant in conspectu Domini depraecantes[i]. Quos intuens imperator, ait: 'Tantane vos tenuit perfidia mentis pravae, ut audeatis nostris numinibus[k] contraire inmortalibusque[l] diis debita holocausta non reddere? Dico enim vobis per gloriam meam, quia experiemini diversa genera tormentorum pro contemptu deorum nostrorum[m]'. Responderunt[n] viri, dicentes[o]: 'Ipse est Deus[p] creator caeli terraeque[q] et maris, cui nos debitum cotidie laudis sacrificium inmolamus, pro cuius nomine et[r] mori parati sumus. Numina[s] vero[t], quae nobis[u] velut deorum nomine arguis adorare, nihil[1] prorsus esse novimus, quia, cum membra[v] sint artificum arte distincta, vegetandi[w] usum capere non[p] possunt, ideoque et qui adorant ea prophetica sanctione damnantur, ut similes illis fiant tam factores quam adoratores eorum'.

Capp. 1. 2. 1. *M.*

Cap. 1. a) *lemma addidi;* Septem revelatio dormientium, id est Maximi, Malchi, Martiniani, Constantii, Dionysii, Iohannis, Serapionis apud Ephesum quarto Idus Augustas. Temporibus Decii imperatoris cum *incipit M.* b) agitaretur *M.* c) nobiles, quorum nomina sunt haec: Achiledus, Diomedus, Eugenius, St. Probatius, Sambatus et Cyriacus *M.* d) mutatisque nominibus sacro fonte renati appellati sunt Maximus *M.* e) Martinianis, Constantius *M.* f) ut exstinguerentur. D. *M.* g) rebusque *M.* h) que *om. M.* i) servi *M.* k) capita eorum p. *M.* l) diu *M.*

Cap. 2. a) impiissimum *add. M.* b) orbis *add. M.* c) *sic M;* percucurrit 1. d) *om. M.* e) que *om. M.* f) unice (1). g) Maximus *semper M.* h) suffossos *M.* i) eum precantes *M.* k) nominibus 1; muneribus *M.* l) et i. *M.* m) Cui *add. M.* n) sancti *add. M.* o) Deus noster unus et verus est *add. M.* p) *om. M.* q) et t. *M.* r) etiam *M.* s) Nomina 1. t) deorum vestrorum *add. M.* u) nos urges ad. *M.* v) membris *M.* w) nullum vivendi usum *M.*

1) *Ita Chrodechildis, H. Fr. II,* 29*:* Nihil sunt dii quos colitis, qui neque sibi neque aliis potuerunt subvenire. Sunt enim aut ex lapide aut ex ligno aut ex metallo aliquo sculpti.

3. Tunc imperator furens, semotis[a] omnibus, dixit[b]: 'Abscedite, o furciferi, a nostri praesentia, donec agentes pro contumeliae[c] huius scelere paenitentiam, recipiatis[d] in palatio nostro, reconciliatique deorum miserationi[e], flore adolescentiae[f] perfruamini, quia non decet tantam venustatem[1] ac pulchritudinem corporis subdi tormentis'. Et discusso ferro a collo[g] eorum, iussit eos abire[h] liberos, donec ipse reverteretur[i] ad Ephesum. Accepta itaque septem viri indulgentia abeundi[k], discedente imperatore[l] ad aliam urbem, abierunt ad[m] domos suas, inspectoque[n] praesidio[o] domus[p], abstulerunt aurum argentumque et vestimenta cunctamque[q] supellectilem. Qua distributa pauperibus, abierunt in speluncam[2] montis Celei[r], portantes secum parum[s] pecuniae ad emendam victus necessitatem, elegeruntque Malchum[3], ut abiens clam in urbem[t], cibos emeret auscultaretque[u], quid imperator de christianis cotidiana[v] sanctione decerneret.

4. Inclusis igitur sanctis sub carceris privatim[a] custodia ac in assidua oratione vacantibus, iniquissimus[b] imperator redivit[c] ad Ephesum, inquisitisque ex more christianis, de Maximiano atque eius sociis interpellat. Parentes autem[d] eorum dixerunt, eos inclusos esse in quodam antro montis Celei[e], de quo facile possunt[f] erui, si imperatoris[g] regalis iussio emanarit[h]. Quod cum viri, nuntiante Malcho, cognovissent, exterriti valde prostraverunt se super terram et[i] cum lacrimis orabant, ut eos Dominus in fide[k] custodiens a conspectibus iniquissimi imperatoris arceret. Quibus orantibus, providens Deus, quod essent in posterum necessarii, exaudivit orationem eorum suscepitque[l] animas illorum. Et erant iacentes super humum, quasi suavi somno dormientes[m][4].

5. Commotus deinde[a] imperator, dixit suis: 'Ite itaque[b] et oppilate[5] os cavernae[c], ne rebelles illi deorum aditum[a] egrediendi habeant'. Abeuntibus autem[d] qui os[e] speluncae deberent oppilare, praecesserunt eos duo viri[6], Theodorus[f] et Ruben christiani, qui propter minas imperatoris Christum latenter colebant. Hi[g] scribentes in tabulis plumbeis omnem historiam sanctorum, posuerunt[h] eas in introitu cavernae intrinsecus, nemine[i]

Capp. 3—5. 1. *M.*

Cap. 3. a) remotis *M.* b) ait ministris suis: 'In nostri praesentia abscidite comam capitum eorum, donec *M.* c) contumaciae *M.* d) recipiamini *coni. Boll.*; recipiantur *M.* e) miseratione *M.* f) a. suae perfruantur *M.* g) cervicibus *M.* h) l. a. *M.* i) Ephesum rev. *M.* k) et *add. M.* l) ad a. u. i. *M.* m) ab. et ipsi d. *M.* n) unusquisque *add. M.* o) praedio *M.* p) suae *add. M.* q) cunctaque suppellectili dist. *M.* r) Chillei *M.* s) parvum pondus pec. quod comedendi v. necessitate haberent el. *M.* t) civitatem *M.* u) et diligentissime percunctaretur quid *M.* v) quottidie *M.*

Cap. 4. a) privata cust. et *M.* b) nequissimus 1. c) Ephesum rediit exquisitisque *M.* d) p. qui dix. *M.* e) Chillei *M.* f) possint *M.* g) imperialis iussio *M.* h) innueret *M.* i) lachrymisque *M.* k) recta *add. M.* l) in pace *add. M.* m) Hoc audito *add. M.*

Cap. 5. a) *om. M.* b) Ite et statim obturate *M.* c) speluncae *M.* d) eis *add. M.* e) qui iussa complerent praec. *M.* f) chr. T. et R. *M.* g) scribebant *M.* h) posueruntque in *M.* i) praeter illos *add. M*

1) *Cf. Gl. Mart. c.* 94: Imperator vero pro eligantia eorum, ne in momento perirent, spatium tractandi indulget. 2) *Cf. Gl. Mart. c.* 94: At illi in unam se speluncam concludunt, ibique per multos dies habitaverunt. Egrediebatur tamen unus ex eis et conparabat victus et quae necessaria erant exhibebat. 3) *Est* Ἰάμβλιχος *Photii, Iamlicus Act. Syriac.; cf. supra p.* 551, *n.* 2. 4) *Cf. Gl. Mart. c.* 94: Revertente autem imperatore in eadem civitate, isti petierunt ad Dominum, ut eos ab hoc periculo dignaretur eruere; factaque oratione, prostrati solo obdormierunt. 5) *Cf. Gl. Mart. l. l.:* Cumque imperator didicisset, eos in hoc antro morari, nutu Dei iussit os speluncae magnis lapidibus oppilari, dicens: 'Ibi intereant, qui diis nostris immolare noluerunt'. 6) *Cf. Gl. Mart. l. l.:* quidam christianus in tabula plumbea nomina et martyrium eorum scribens, clam in aditu cavernae, priusquam oppilaretur, inclusit. *Tabulae plumbeae in Actis Syr. laudantur; cf. supra p.* 551, *n.* 3.

sciente[a], dicentes: 'Quandoque[b] Deus voluerit beatos artus[c] athletarum suorum populis revelare, haec[d] doceant, quae pro eius[e] nomine pertulerunt'. Venientes autem[f] qui missi fuerant, advolventesque[g] lapides magnos, concluserunt aditum antri, abieruntque[h], dicentes: 'Hic fame deficiant propriisque se[i] morsibus devorent, qui contempserunt diis nostris debita exhibere libamina'.

6. Post haec, mortuo Decio, per[a] succedentia tempora in Theodosium[1], Arcadii[b] filium, imperii summa conlata est. Cuius in tempore inmunda illa Saducaeorum secta surrexit, volens evertere spem resurrectionis, dicens[c], quia: 'Mortui non resurgunt[d]'. Caput autem huius[e] heresis fuerunt Theodorus[2] et Gaius episcopi, qui etiam ipsius[e] imperatoris animum[f] voluerunt huic incredulitati coniungere. Unde factum est, ut hac causa valde adflictus[g] prostratusque solo[h], imperator depraecaretur Dominum, ut sibi quae[i] sequi debeat dignanter[k] insinuet. Erat autem[e] tunc apud Ephesum Dalius[l] quidam valde dives in pecoribus, qui circumiens montem Celeum[m], iussit pueros[n] suos, dicens: 'Praeparate hic caulas[3] ovibus nostris, quia opportunus est[o] hic locus ad pascenda pecora'. Ignarus enim erat, quid ageretur[p] in spelunca. Operantibus autem pueris[e] et revolventibus ingentia saxa, venerunt ad os speluncae, inveneruntque lapides magnos; quos revolventes facientesque[q] murum, non tamen introierunt[4] in antrum.

7. Dominus autem[5] iussit reverti spiritus in corpora sanctorum, et surrexerunt ac salutantes se de[a] more, putantesque se una tantum nocte dormisse, sederunt alacres atque robusti. Erant enim non[b] modo[c] corpora eorum venusta atque pulcherrima, verum etiam ipsa vestimenta integra atque inlaesa, sicut ante annos plurimos fuerant[d] ab his induta. Conversique ad Malchum, dixerunt: 'Enarra, quaesumus[e], nobis, frater, quae[f] hac nocte locutus est imperator, aut[g] si inquisiti sumus, ut[h] sciamus'. Quibus ille[i]: 'Requisiti', inquit, 'estis[k] ad sacrificandum diis'. Cui Maximianus ait: 'Nos omnes[l] mori parati sumus pro Christo[m]. Sed tu[n] accipe nunc argenteos et vade ad conparandas escas et ausculta diligenter et quae audieris renuntia nobis'. Accepta itaque pecunia, abiit[6]. Erant enim[o] argentei ex[p] nomine Decii superscripti. Appro-

Capp. 5—7. 1. *M.*

Cap. 5. a) apud se *add. M.* b) quando quidem vol. D. *M.* c) ath. s. artus *M.* d) edoceantur haec *M.* e) pro n. Christi *M.* f) itaque *M.* g) m. l. advolentes *M.* h) et abierunt *M.* i) m. se se consumant qui *M.*

Cap. 6. a) et succedente tempore *M.* b) Archadii *M.* c) dicensque quoniam *M.* d) resurgent. Capita *M.* e) *om. M.* f) animam h. i. conati sunt inclinare *M.* g) imperator Theodosius *add. M.* h) cylicio precabatur *M.* i) quam *M.* k) debeat insinuaret *M.* l) Dailus *M*; Ἀδόλιος *Photii; cf. supra p.* 551, *n.* 5. m) Chilleum *M.* n) pueris dicens *M.* o) hic l. est *M.* p) haberetur *M.* q) faciebant *M.*

Cap. 7. a) se et putantes una se *M.* b) novo *M.* c) non tantum *add. M.* d) p. induta perdurarunt C. *M.* e) *om. M.* f) quid *M.* g) an *M.* h) et *M.* i) respondens *add. M.* k) sumus *M.* l) quidem *add. M.* m) pro nomine domini nostri Iesu Christi *M.* n) frater *add. M.* o) autem *M.* p) *om. M.*

1) *Cf. Gl. Mart. c.* 94*:* Post multorum vero annorum curricula, cum, data eclesiis pace, Theodosius christianus obtenuisset imperium, surrexit hereses inmunda Sadduceorum, qui negant resurrectionem futuram. 2) *Aegarum episcopus; cf. supra p.* 551, *n.* 4. 3) *Cf. Gl. Mart. l. l.:* Tunc quidam civis Ephesius, dum caulas ovibus secum montem ipsum facere distinat ac lapides divolvit ad coaptanda earum septa, ignarus quae agerentur introrsum, patefecit ingressum eius. 4) *Cf. Gl. Mart. l. l.:* non tamen cognovit arcanum, quod habebatur intrinsecus. 5) *Cf. Gl. Mart. l. l.:* Dominus autem inmisit septem viris spiritum vitae, et surrexerunt, putantesque, quod una tantum nocte dormissent *et q. s.* 6) *Cf. Gl. Mart. l. l.:* miserunt puerum unum ex se, qui cibos emeret. Cumque veniens supra portam civitatis vidisset crucis gloriosae signaculum audissetque per Christi nomen iurare populum, obstipuit.

pinquans autem ad portam civitatis, vidit signum crucis supra[a] portam, et stupefactus, miratus est, dicens[b] infra se: 'Numquid ab[c] die hesterna post solis occasum, cum[d] ego egrediebar de urbe, cor Decii inmutatum est, ut crucis signaculo portam[e] civitatis muniret?'. Ingressusque urbem, audivit homines[f] per Christi nomen iurare atque ad eclesiam aspicere clericosque[g] per urbem discurrere moeniaque renovare[h], stupensque magis, dicebat ad semet ipsum: 'Putasne[i], quia in aliam urbem ingressus es?' Accedensque ad nundinas, protulit argenteos, depraecans[k] dari sibi escas.

8. At illi numisma argentei intuentes, dixerunt: 'Hic homo thesauros repperit antiquos[1]; nam ecce argenteos de temporibus Decii[a] profert'. Malchus vero haec audiens, volvebat[b] cogitationes in corde suo, dicens: 'Quid sibi volunt ista? Numquid somnium[c] video?' Viri autem eum[d] appraehensum ducunt ad episcopum[2] Marinum atque[e] ad praefectum urbis. Cui praefectus ait: 'Unde es, aut ex qua regione[f] venisti[g]?' 'Ex Epheso', inquit[h], 'si tamen haec civitas[i] est Ephesiorum, quam hesterna[k] die me vidisse commemoro[l]'. 'Unde[m]', ait praefectus, 'hos argenteos habes[n]? Respondit: 'De domo patris mei sumpsi eos'. Praefectus[o] dixit: 'Et ubi est pater tuus?' Et[p] nominabat parentes suos, sed nemo cognoscebat[q]. Praefectus dixit: 'Enarra nobis, unde habes hos argenteos? Sunt enim ex tempore Decii[r], qui mortuus est ante hos[s] annos. Unde manifestum est, quia inludere venisti sapientes Ephesiorum, ideoque subiciendus eris tormentis, quoadusque aperias veritatem'. Commotusque[t] Malchus, cum stupore et lacrimis ait[u]: 'Unum a[v] vobis signum, si dignum ducitis, velim interrogare. Decius imperator, qui persecutus[w] est christianos in hac urbe, ubi est?' Marinus episcopus respondit: 'Non est in hac urbe, fili[x] dilectissime, vir qui tempora Decii recolat; ante multos enim annos[y] defunctus est'.

9. Haec audiens Malchus, conversus ad se[a], dixit episcopo: 'Putabam, me cum fratribus meis una tantum nocte dormisse; sed, ut cognosco[b], multorum annorum super[c] somnum nostrum curricula transierunt. Et nunc suscitavit[d] me Dominus cum fratribus meis, ut cognoscat omne saeculum, quia[e] fiet resurrectio mortuorum. Sequimini ergo me, et ostendam vobis fratres meos, qui mecum resurrexerunt[f]'. Tunc stupefactus episcopus, cum praefecto et omni populo sequentes Malchum, venerunt ad speluncam[3]. Narrante autem Malcho fratribus[g] quae ei contigissent in urbe, ingressus episcopus,

Capp. 7—9. 1. *M.*

Cap. 7. a) *sic M. et Gl. Mart.*; super (1). b) nimis i. se dicens *M.* c) non *pro* ab *M.* d) o. egressus sum ab hac urbe et cor *M.* e) portae introitus muniretur *M.* f) omnes *M.* g) cl. — discurrere *om. M.* h) novare *M.* i) Putansne *M.* k) postulans s. d. *M.*

Cap. 8. a) imperatoris *add. M.* b) cogitabat in corde *M.* c) somnia *M.* d) appraehensum Malchum *M.* e) et *M.* f) r. huc advenisti *M.* g) Malchus respondens *add. M.* h) civitate sum *add. M.* i) *om. M.* k) hesterno (1). l) memoro *M.* m) P. ait u. *M.* n) Malchus *add. M.* o) Ait ad eum praefectus *M.* p) beatus Malchus *add. M.* q) Tunc *add. M.* r) imperatoris *add. M.* s) plures *M.* t) Tunc commotus M. *M.* u) dixit *M.* v) U. vos si dignum *M.* w) presecutor extitit christianorum *M.* x) urbe homo qui t. *M.* y) id est centum quinquaginta duos *add. M.*

Cap. 9. a) semetipsum *M.* b) video *M.* c) c. s. s. n. *M.* d) *sic M*; sciscitavit (1). e) ꝗ s t *(sic)* resurr. *M.* f) surrexerunt *M.* g) suis *add. M.*

1) *Cf. Gl. Mart. l. l.:* prolatisque nummis, quos a tempore Decii habebat, a mercatore conpraehenditur, dicente sibi, quia: 'Absconditos antiquitus thesauros repperisti'. 2) *V. Gl. Mart. l. l.:* At ille negans, deducitur ad episcopum ac iudicem civitatis. Μάρος *a Photio episcopus vocatur; cf. supra p.* 551, *n.* 8. 3) *Cf. Gl. Mart. l. l.:* Cumque ab his argueretur, conpellente necessitate, absconditum misterium revelavit et deduxit eos ad speluncam, in qua viri erant.

repperit scrinium duobus sigillis argenteis praesignatum, egressusque foras, convocans[a] multitudinem civitatis cum praefecto, aperuit sigilla et invenit duas tabulas[1] plumbeas, in quibus scripta[b] erat omnis passio eorum[c], sicut supra retulimus, et cognoverunt, quia vera erant quae a Malcho dicebantur.

10. Tunc ingressi invenerunt beatos martyres in angulo speluncae sedentes, et erant facies eorum tamquam rosae[a] florentes et sicut sol in[b] virtute fulgentes; nihil enim diminutum erat neque de vestimentis neque de corporibus eorum. Marinus autem episcopus cum praefecto procidit ante pedes eorum et adoravit eos, et omnis populus glorificavit[c] Deum, qui dignatus est tale miraculum ostendere servis suis. Sancti vero narraverunt episcopo et[d] omni populo quae eis tempore Decii accessissent[e]. Episcopus vero[f] cum praefecto miserunt[g] nuntios ad Theodosium[2] imperatorem, dicentes: 'Festina quantocius; potes[h], si vis, videre miraculum magnum, quod manifestum[i] est, tribuente Deo[k], temporibus tuis. Si enim veneris, cognosces, spem resurrectionis valde esse utilem iuxta sponsionem promissionis euangelicae'.

11. Haec audiens Theodosius imperator[a], surrexit cum[b] laetitia, et extendens manum[c] suam ad Deum[d], ait: 'Gratias ago[e] tibi, domine Iesu Christe, sol iustitiae, qui dignatus es tenebras mortalium tuae veritatis luce respergere; gratias tibi ago, qui non permisisti lucernam confessionis meae tetris[f] assertionum caliginibus obvelari'. Et haec dicens, ascensis equis, cum summa festinatione venit[g] ad Ephesum. Episcopus autem cum praefecto et omni multitudine civitatis exiit in occursum imperatoris. Ascendentibus autem illis omnibus[h], egressi sunt sancti martyres in[a] obviam augusto, et factae[i] sunt facies eorum tamquam sol in[k] virtute fulgentes; ceciditque augustus in terram et adoravit[3] eos glorificans Deum. Et[l] surgens, osculatus est eos ac flevit super collum uniuscuiusque eorum[a], dicens: 'Sic video facies vestras, tamquam si videam dominum meum Iesum Christum, quando vocavit Lazarum de monumento[4]; cui inmensas gratias[m] refero, quod non fraudavit[n] me spe resurrectionis'.

12. Maximianus autem respondit[a, 5]: 'Scito', inquit[b], 'imperator, quia ad confirmandam fidem tuam nos Dominus resurgere iussit. Ergo[c] iugiter et fidens in eum

Capp. 9—12. 1. *M.*

Cap. 9. a) convocansque *M.* b) *om. M.* c) sanctorum *M.*

Cap. 10. a) rosa florens *M.* b) sol fulgens *M.* c) glorificabat *M.* d) et o. p. *om. M.* e) accidissent *M.* f) autem *M.* g) n. m. *M.* h) *om. M.* i) manifestatum *M.* k) Domino *M.*

Cap. 11. a) *om. M.* b) s. de cylicio et *M.* c) manus suas *M.* d) Dominum *M.* e) t. a. *M.* f) tetrae assertionis caliginae violari *M.* g) Ephesum venit *M.* h) illis in montem *M.* i) visae *M.* k) fulgens in v. *M.* l) surgensque *M.* m) r. g. *M.* n) frustravit in me spem *M.*

Cap. 12. a) locutus est *M.* b) *sic M; om.* (1). c) Esto ergo fidens in eo et cognoscens *M.*

1) *Cf. Gl. Mart. l. l.:* Cumque ingrederetur episcopus, invenit tabulam plumbeam, in qua omnia quae pertulerant habebantur scripta. 2) *Cf. Gl. Mart. l. l.:* locutusque cum eis, nuntiaverunt haec cursu rapido imperatori Theodosio. 3) *Cf. Gl. Mart. c.* 94*:* At ille veniens, adoravit eos pronus in terram. 4) *Ioann.* 12, 17*; V. Patr. VI*, 7*; Gl. Conf. c.* 4. 5) *Cf. Gl. Mart. l. l.:* qui tali colloquio cum eodem usi sunt principe: 'Surrexit, gloriosae auguste, hereses, quae populum christianum a Dei promissionibus conatur evertere, ut dicant, non fieri resurrectionem mortuorum. Ergo ut scias, quia omnes iuxta apostolum Paulum repraesentandi erimus ante tribunal Christi, idcirco iussit nos Dominus suscitari et tibi ista loqui. Vide ergo, ne seducaris et excludaris a regno Dei'. Haec audiens Theodosius imperator, glorificavit Dominum, qui non permisit perire populum suum. Viri autem iterum prostrati in terram obdormierunt.

cognosce, quia fiet[a] resurrectio mortuorum, cum nos hodie videas post resurrectionem tecum[b] loqui atque enarrare magnalia Dei[c]'. Multaque[d] alia loquentes cum eo, iterum prostrati in terram, obdormierunt, tradentes animas suas Regi inmortali Deoque[e] omnipotenti. Haec audiens[f] imperator, ruit super corpora eorum et flens osculabatur eos, auferensque[g] vestimenta sua, posuit super illos, mandans fieri loculos aureos[1], in quibus reconderentur. Sed in ea nocte apparuerunt ei sancti, dicentes: 'Ne feceris, sed relinque nos super terram; de ea iterum suscitabit nos Dominus[h] in die magno resurrectionis omnis carnis'. Tunc imperator fabricavit[i] super eos basilicam magnam et fecit ibi receptaculum pauperibus, imperans eos[k] alere de publico. Convocatisque episcopis, celebravit festivitatem sanctorum, et omnes[l] glorificaverunt Deum[m], cui est in Trinitate perfecta honor et gloria in saecula saeculorum. Amen[n].

EXPLICIT[o] PASSIO SANCTORUM MARTYRUM SEPTEM DORMIENTIUM APUD EPHYSUM, TRANSLATA IN LATINUM PER GREGORIUM EPISCOPUM, INTERPRETANTE IOHANNE[2] SYRO, QUAE OBSERVATUR 6. KAL. AUGUSTI.

Cap. 12. 1. *M.*

Cap. 12. a) fit *M.* b) l. tecum *M.* c) et domini nostri Iesu Christi *add. M.* d) Multa quidem et alia *M.* e) que *om. M.* f) *sic M. et Gl. Mart.;* videns (1). g) audivitque dicentes eos: 'Ne feceris *M.* h) Deus *add. M.* i) aedificavit *M.* k) i. alimenta de publico *M.* l) omnis populus glorificavit *M.* m) imperatorem et gratias egerunt domino Iesu Christo, cui est honor et gloria *M.* n) *desinit M.* o) *quae sequuntur ex* 1 *add. Boll.*

1) *Cf. Gl. Mart. l. l.:* quibus cum Theodosius imperator sepulchra ex auro fabricare velit, per visum prohibitus est, ne faceret. 2) *Cf. Gl. Mart. l. l.:* quod passio eorum, quam Siro quodam interpretante in Latino transtulimus, plenius pandit.

GEORGII FLORENTII GREGORII EPISCOPI TURONENSIS

DE CURSU STELLARUM RATIO,

QUALITER AD OFFICIUM IMPLENDUM DEBEAT OBSERVARI.

Gregorius, H. Fr. X, 31, inter reliquos quos scripsit libros unum laudavit De cursibus ecclesiasticis: De cursibus etiam ecclesiasticis unum librum condidi. *Qui cum ad nostra usque tempora frustra quaesitus esset, felici casu contigit, ut Haase v. c. libellum pretiosissimum a. 1853. in codice vetustissimo fortuito reperiret, quem, etsi auctor nullus laudatus erat, ea qua pollebat sagacitate Gregorio nostro certo certius vindicavit. Fragmenta quidem huius libri iam antea edita erant, sed quis scripsisset, nesciebant. Et M. Haupt et A. Mai lacinias quasdam dignas duxerunt, quas usui publico traderent, et abhinc biennio Omont priorem huius libri partem ut plane ignotam iterum imprimendam curavit. Duorum enim operum, quae iam perierunt, fragmenta insunt: Iulii scilicet Titiani et Hilarii Arelatensis.*

Cum autem primum de septem miraculis mundi (c. 1—16), deinde de cursu stellarum (c. 17—46) in hoc opusculo agatur, titulus quem inscripsit non omnino convenit. Ut septem mundi miracula Noe arcam (c. 2), Babyloniam (c. 3), templum Salomonis (c. 4), sepulchrum regis Persici (c. 5), colossum Rhodium (c. 6), theatrum Heracleoticum (c. 7), pharum Alexandrinam (c. 8) descripsit. E quibus arcam et templum Salomonis Gregorius primus inter 7 miracula posuit, Dianae templo alioque gentili miraculo exstirpatis. Miraculis septem ab hominibus conditis alia septem adiecit, quae cum Deus ipse singulis vel diebus vel annis renovet, 'nulla aetate senescunt'. Sunt commotio oceani (c. 10), fructus terrae (c. 11), Phoenix (c. 12), Aetna (c. 13), fons Gratianopolitanus (c. 14), sol (c. 15), luna stellaeque (c. 16). Iam ad cursum stellarum describendum transiit, sed nominibus quae Romani sideribus indiderunt plane abiectis, cum superstitionem ethnicam olerent, alia protulit, 'quae vel usitate rusticitas nostra vocat vel ipsorum signaculorum expremit ordo, ut est crux, falcis vel reliqua signa'. Non, *inquit*[1], ego in his mathesim doceo neque futura perscrutare praemoneo, sed qualiter cursus in Dei laudibus rationabiliter impleatur exhortor, vel quibus horis qui in hoc officio adtente versari cupit debeat nocte consurgere vel Dominum deprecare. *Cum enim clericis, quibus officium divinum nocturnis horis agendum erat, Gregorii tempore horologia non suppeterent, quibus sole cadente atque nocte ingruente tempus observarent, e siderum motibus horas nocturnas computare eos necesse erat. Qua in re Gregorius noster ita eminuit, ut cui instrumenta omnino nulla*

1) *C.* 16.

praesto essent, Gallio teste rationem satis exactam inierit. Stellas crinitas c. 34. commemoravit duas, quae 'ante pestilentiam Arvernae regionis apparuit pendens per annum integrum super regionem illam' et quae, 'priusquam Sigibertus rex obierit, multis apparuit'. Easdem cum in H. Fr. IV, 31. et IV, 51. descripserit, quamquam in codice 1 auctor opusculi minime indicatus est, Gregorium id scripsisse luculente probatur. Est autem compositus post a. 575, quo Sigibertus obiit, et ante a. 582, quo alia stella crinita apparuit, quam in H. Fr. VI, 11. fuse descripsit.

Ut erat literis humanioribus apprime eruditus, in opusculo perparvo septem scriptores laudavit, inter quos poetae praevalent. Aetnaeorum ignium eruptionem versibus Vergilii descripsit: Publeus, *inquit*[1], Mantuanus in tertio Incidum libro *(Aen. III, 570–574)* ita ait. *Alias Maro a Gregorio appellatur, qui nomina stellarum postposuit,* quae his vel Maro vel reliqui indiderunt poetae. *Carmen de Phoenice, quod inter Lactantii opera editum est, cum docti quidam, num illius foetus esset, dubitaverint, Gregorii testimonio quaestio iam tractata videtur esse, qui tertium mundi miraculum ex illo deprompsit opusculo:* Tertium, *inquit,* est, quod de Phinice Lactantius refert. *Quamquam Omont carmen exscriptum esse diserte negavit, cum iisdem fere verbis Gregorius usus sit, id nullo modo dubium esse potest. Prudentii carmina ut in Miraculis*[2] *ubique laudavit, ita huic quoque libello eiusdem versus quosdam inseruit.* Prudentius, *inquit*[3], cum de nativitatis dominicae stella prudenter dissereret, haec in hymno sanctae Epyphaniae ait. *Locus qui sequitur e Prud. Cathem. XII, 21–24. petitus in codice unico pessime depravatus est. Denique de Hilario Arelatensi agendum est, quem 'versus fontis ardentis' scripsisse ex Vita intellegitur*[4]*:* Vita scilicet antistitis Honorati, homiliae in totius anni festivitatibus expeditae, symboli expositio ambienda, epistolarum vero tantus numerus, versus etiam fontis ardentis. *Carmen quidem periit, sed quattuor versus Gregorius in fonte Gratianopolitano describendo protulit, quibus haec verba praemisit*[5]*:* Hinc Elarius quidam ait. *Quoad fontes soluta oratione scriptos, praeter Bibliam sacram*[6]*, quam in arca Noe*[7] *et in templo Salomonis*[8] *depingendis adhibuit, Hieronymi*[9] *librum I, 17. adversus Iovinianum et Orosium, II, 6, 8, cuius historiam permagni aestimavit*[10]*, in Babylonia describenda adhibuit. Praeterea Iulii Titiani, quem 'provinciarum libros pulcherrimos' scripsisse, Iulius Capitolinus, V. Maximini 27, 5, retulit, chorographia usus est, unde Servius quoque Aen. IV, 42. locum excerpsit. Quae cum plane perierit, locus quem Gregorius memoriae tradidit pretiosissimus sane censendus est.* Meminet, *inquit*[1], et huius montis *(scil. Aetnae)* et ille Iulius Titianus his verbis dicens *et quae sequuntur. Qui cum in codice 3* lit libius *scriptus esset, de Tito Livio M. Haupt cogitavit atque Weissenborn, Livi Opp. VI, p.* VI, *fragmentum inter Liviana recepit.*

Inter eos qui de septem mundi miraculis scripserunt nemo cum Gregorio magis convenit, quam auctor libelli quem nuper ab Omont denuo editum Bedae perperam tribuunt. Uterque 'theatrum in Heraclea civitate' inter miracula recensuit et pharum Alexandrinam eodem fere modo descripsit. Neque tamen credam, alterum ex altero hausisse, cum quae de colosso scripserint minime concordent neque 'sepulchri regis Persici' a Pseudo-Beda mentio fiat, quod Gregorius forte cum Mausoleo confudit. Haec de miraculis ab hominibus factis, nam quae Deus renovare dicitur miracula Gregorius ipse primus collegit.

Codex unicus, qui librum integrum continet, est:

1) *B a m b e r g e n s i s bibliothecae regiae H. I. IV,* 15 *(olim nr. L), fol.* 103, *saec. VIII. in folio, litteris Langobardicis scriptus. Erat capituli Bambergensis, id*

1) *C.* 13. 2) *Cf. supra p.* 459. 3) *C.* 34. 4) *Ballerini, Leonis I. Opp. II, p.* 327. 5) *C.* 14. 6) *Constat, Gregorio Testamenti veteris versionem Italam, novi vulgatam praesto fuisse.* 7) *C.* 2. 8) *C.* 4. 9) *Auctorem non laudavit; cf. c.* 2*:* Quam arcam bicamaratam et tricamaratam l e g i m u s. 10) *Cf. supra p.* 460.

quod verba saec. XVIII. in folio anteeunte scripta testantur: Ad Bibliothecam Reverendissimi Capituli Bambergensis. *Fol.* 1′—67′ *Cassiodori Institutiones tenent, quae in codice praestantissimo his verbis finiuntur:* CASSIODORI SENATORIS INSTITUTIONUM DIVINARUM ET HUMANARUM RERUM LIBRI DUO EXPLICUERUNT FELICITER.

CODEX ARCHETYPUS AD CUIUS EXEMPLARIA SUNT RELIQUI CORRIGENDI.

Codex multis picturis ornatus est. Mallium Theodorum, qui fol. 68—75. *tenet, liber de cursu stellarum sequitur, quem Gregorii esse Haase probavit. Illum fol.* 82′—103. *Isidorus, De natura rerum*[1], *excipit. Quod ad Gregorium pertinet, saeculo IX. librarius quidam codicem nullo exemplari adhibito emendavit atque interpolavit, qui et sermonem barbarum rationemque scribendi rusticam expellere et textum ex Orosio ipso supplere studebat. Quas quidem interpolationes adnotare non neglexi, sed e reliquis lectionibus eas tantum selegi, quibus aut prior scriptura ita oblita est, ut plane legi nequeat, aut bonum aptumque procul dubio restitutum est. Ratio scribendi cum non omnino eadem esset, quam in reliquis Gregorii scriptis deprehendimus, a codicis auctoritate nonnumquam recedendum erat. Non admisi e pro ae et ae pro e, ut* Aprilę, cędrina, falcę, hięme *vel* hięmę, lucę, mensę, parięte, prophętas, quae (= et), — *e pro a, ut* celebreri, — *aspiratam omissam, ut* abebat, ac, is, ominibus, ora *saepe,* orreficis, umum, exortor, adtrait *saepe,* detrait, — *acutam pro leni, ut* nichilo, nichilominus, — *superfluam, ut* haereae, horiuntur, huriris, — *consonantem duplicem pro simplici, ut* emminentes, occiani, — *et vice versa, ut* sicum, oficio, stela, atigerint; — *v pro b, ut* admiravile, explicavis, lave, novilis, ovitu, praeviat, — *b pro v, ut* brebiores, fabillis, Nob., obserbabis. *Praeterea* gubitus *per g,* calli *per c,* co *pro* quo, set *per t (sic semper) spernenda mihi esse duxi, quae h. l. omnia collegi, quia talia et his similia singulis locis textui subicere taedet. Foliorum numeros margini adscripsi. Codicem benevole Berolinum transmissum ipse contuli.*

Codices qui sequuntur miracula tantum continent:

2) *Codex Parisiensis bibliothecae nat. nr.* 12277 *(S. Germani nr.* 815, *olim* 1101*) S. Mauri Fossatensis monasterii (nr.* 79*) erat. Saeculo XII. scriptus opuscula Bedae, Athanasii aliaque quae ad loca sancta spectant continet. Fol.* 81. De septem miraculis huius mundi *Gregorii c.* 1—9, *fol.* 82—82′. Item alia *Gregorii c.* 10—16. *tenent, quae tractatus de numero septenario sequitur; cf. Omont, 'Bibliothèque de l'école des chartes'* 1882, *p.* 45*: 'un troisième opuscule paraissant former une continuation des deux premiers et relatif à l'influence du nombre sept dans la génération et la vie de l'homme'. Codicem A. Molinier v. c. nobis contulit.*

3) *Codex Vindobonensis, olim Bobiensis, saec. VIII/IX, unde M. Haupt a.* 1838. *fragmentum inscriptum* De septem miraculis mundi *cum Ovidii Halieuticis Gratiique et Nemesiani Cynegeticis edidit. Sunt Gregorii c.* 9—16. *Cum Hauptii liber mihi praesto non esset, ad editionem Haasii recurri, qui 'scripturam codicis illius, quotiens ab Hauptio non recepta est, D littera indicavit; H littera significavit quicquid Hauptius edidit sive codicem secutus sive suam emendationem'. Ego quidem litterae D numerum* 3 *substitui, qui uncinis inclusus cum littera H Haasii convenit. Codici iam Haase fidem detraxit.*

4) *Codex Vaticanus, de quo Mai, Script. vet. nova collectio e Vatic. codd. edita III,* 2, *p.* 239*:* ego autem nuper legebam in vaticano codice satis vetere, ubi opusculum quoddam scribitur de mundi miraculis. *Mai fragmentum quoddam e cap.* 13. 14. *selectum, auctore nullo laudato, imprimendum curavit. Codicis neque de Rossi v. c., quem Bordier adiit, neque Mau v. c. a nobis petitus vestigia ulla in Vati-*

1) *Cf. editionem Gustavi Becker p. XXIIII.*

cana bibliotheca indagarerunt, sed verisimile est, cum ut librum 3 nihil nisi septem mundi miracula habuisse.

In libro recensendo codicem 1 potissime secutus sum, a quo plerumque recessi, quotiens 2 et 3 convenerunt. Codex 4 magis cum 1 quam cum 2. 3 consentit; locus quidam in omnibus libris scriptis depravatus est[1].

Editionem principem eandem omnibus fere numeris absolutam paravit

Frid. Haase, Prof. Vratislariensis, 'S. Georgii Florentii Gregorii Turonensis episcopi liber ineditus de cursu stellarum ratio qualiter ad officium implendum debeat observari sive de cursibus ecclesiasticis. Adiectae sunt stellarum figurae et scripturae specimen e cod. Bamb. Vratislariae venumdant Ios. Max et Soc.' 1853. Is codice 1 et fragmento, quod e codice 3 Haupt edidit, usus, successoribus vix quidquam addendum reliquit. Ego quidem quantum ex hac editione profecerim, grato animo profiteor. Commentarium uberrimum, quem Galle astronomus celeberrimus suis observationibus auxit, ubique adhibui. Sed ab Haasio hac in re aliquantulum dissentio, quod priorem codicis 1 scripturam magis quam ille servandam esse duxi.

Ex ipso fluxit

H. L. Bordier, 'Les livres des miracles et autres opuscules de Georges Florent Grégoire'. Paris, Jules Renouard et C. 1864, t. IV, p. 1—27. Cf. dissertationem quam Bordier v. c. ephemeridi inseruit, quae 'Bulletin de la Société de l'Histoire de France' inscripta est (1855, p. 124). Haase a. 1856. editionem suam societati ad explorandam historiam Francogallicam Parisiis constitutae misit, epistola eleganti addita, in qua fragmentum a Maio editum societatem edocuit.

Fragmenta libri quasi incerti auctoris, sicut supra monui, prodita sunt.

A. Mai, Script. vet. nova collectio e Vat. codd. edita 1828, III, 2, p. 239, e cod. 4. cap. 13. et 14;

M. Haupt, Ovidii Halieutica Gratiique et Nemesiani Cynegetica 1838, e cod. 3. cap. 9—16;

H. Omont, 'Les sept merveilles du monde au moyen âge', 'Bibliothèque de l'école des chartes' 1882, p. 50—55. e cod. 2 cap. 1—16. Is libellum triginta annis post Haasium plane ineditum duxit; cf. p. 44: 'Le second e le troisième de ces opuscules sur les sept merveilles du monde étaient, je crois, jusqu'aujourd'hui complètement inconnus'.

Denique scias, capitum numeros a me additos et quae e Gallii observationibus deprompsi littera G distincta esse. *Br. Krusch.*

*IN[a] CHRISTI NOMINE INCIPIT DE CURSUM STELLARUM RATIO, QUALITER AD OFFICIUM IMPLENDUM DEBEAT OBSERVARI. *f. 75'.

(1) Plerique philosophorum, dum studiis litterarum vacant, quasi plus ceteris septem scripsere[b] miracula, ex quibus mihi quaedam praemittere[c] et alia[d] plus admiranda libuit memorare, quorum haec habentur vel formae vel opera.

(2) PRIMUM ERGO miraculum ponimus[a] Noe arcam, quae Domini ore[2], qualis fierit, est mandata; cuius lungitudo trecentorum[b], latitudo quinquagenta[c], altitudo tre-

Capp. 1. 2. 1. 2.

Cap. 1. a) De septem miraculis huius mundi *titulum praemisit* 2. b) scripserim *corr.* scripserint 1. c) *sic* 1. 2; *corr.* prętermittere 1. d) aliis 2.

Cap. 2. a) ponemus 2. b) cubitorum *add.* 2. c) sexaginta 2.

1) *Cf. c.* 13. 2) *Gen.* 6, 15—20.

genta[a] cubitorum est habita. Quam arcam bicamaratam et tricamaratam legimus[1], cuius omne opus in cubito consumatum est. Fenestram sive ostium a latere habuit. In eam enim de omnibus volatilibus caeli ac besteis terrae sive reptilibus cum hominibus octo ad reparatione mundi per inluviem cataclysmi[b] genera reservata[c] sunt.

(3) SECUNDUM ponimus[a] Babiloniam, cuius iuxta Horosium[b. 2] haec est expositio[c]: *Mira campi planitie undique conspicua*[d], *laetissima*[e] *castrorum faciem*[f], *moenibus*[g] *paribus per quadrum disposita; murorum eius vix credibilis relatu firmitas et magnitudo*[h], *latitudine cubitorum* 50, *altitudine quater*[i] *tantum. Ceterum ambitus* *f. 76. *eius* 470[k] **stadiis circumvenitur; murus coctili e lapide*[l] *adque infusu*[m] *bitumine conpactus*[n]; *a fronte murorum centum portae aereae. Ipsa autem longitudo*[o] *in consumatione pinnarum, utroque latere habitaculis defensorum aeque dispositis, media intercapidine vicinas*[p] *quatrigas capit; domos intrinsecus quater geminae, habitationes*[q] *minaci*[r] *proceritate mirabiles.* Haec prima post humani generis reparatione a Nebroth[3] gigante condita est.

(4) TERTIUM est templum Salomonis, qui non tantum in magnitudine fabricae, quantum in ornamentis miraculum fuit. *Aedificavit*[a. 4] *parietis domus intrinsecus tabolatis cedrinis a pavimento domus usque ad summitatem parietum et usque ad laquearia, operuitque lignis intrinsecus et texuit pavimentum domus tabulis abiegnis. Aedificavitque* 20 *cubitorum*[b] *ad posteriorem partem templi tabolata cedrina a pavimento usque ad superiora et fecit interiorem domum oraculi in sancta sanctorum. Porro*[c] 40 *cubitorum erat ipsum*[d] *templum pro foribus oraculi, et cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habens tornaturas*[e] *et iuncturas suas fabricatas et celaturas eminentes; omnia cedrinis tabulis vestiebantur, nec omnino lapis*[f] *apparere poterat in pariete. Oraculum autem in medio domus interiore*[g] *fecerat, ut poneret ibi arcam federis Domini. Porro*[h] *autem oraculum habebat* 20 *cubitos longitudinis et vigenti cubitos latitudinis*[i], *operuitque illud adque vestivit auro purissimo; sed et altare vestivit cedro. Domum quoque ante altare operuit auro purissimo et adfixit*[k] *laminas clavis aureis. Nihilque erat in templum quod non auro tegeretur; et totum*[l] *altare oraculi texit auro. Et fecit in oraculo duo Chaerubin*[m] *de lignis olivarum decem cubitorum altitudinis; quinque cubitorum ala Chaerubin una*[n], *id est decem cubitos habentes a summitatem*

Capp. 2—4. 1. 2.

Cap. 2. a) quinquaginta 2. b) caclismi 2. c) reserata 1, *corr.;* generare servata 2.

Cap. 3. a) ponemus 2. b) *sic* 2 *cum H. Fr. I,* 6*;* Orosiam *corr.* Orosium 1. c) *sic* 2; expositionem in campi *corr.* positio campi 1; Haec *pro* Mira *Or., sed cf. H. Fr. I,* 6*:* mira campi planitiae. d) conspicut 1, *corr.*; natura loci *m. al. add.* 1 *cum Orosio; om.* 1 *(prima m.).* 2. e) latissima 2. f) et *add.* 1; facile 2. g) noenibus 1, *corr.* h) id est *ex Or. m. al. add.* 1. i) ter tan *in litura prima m. scr.* 1. k) *sic Greg. h. l. et H. Fr. I,* 6; quadringentis octoginta *Or.;* trecentis septuaginta 2. l) *sic* 1. 2 *(ubi* e *deest); corr. m. al.* cocti latere 1; ex coctili latere *H. Fr.;* coctili latere *Or.* m) *corr.* interfuso 1; *sic Or., sed* infuso *H. Fr.* n) fossa extrinsecus lata patens vice amnis circumfluit *m. al. in marg. superiore ex Or. suppl.* 1*; in* 2 *et H. Fr. desiderantur.* o) *sic* 1. 2; latitudo *Or.* p) sui citas *Or., sed* vicenas *Bobiensis Or.* q) habitacionis 2. r) ci *m. al. scr.* 1.

Cap. 4. a) enim *add.* 2. b) rū *m. al. in litura scr.* 1. c) Porticorum 1. d) ipsius 1. e) orn. 1, *corr. m. al.* f) lapides 1. g) *corr. m. al.* interius 1; interioris 2. h) Porro — valde eminentes *om.* 2. i) et 20 cubitos altitudinis *add. Vulg.* k) adfixi 1, *corr. prima m..* l) to *m. al. suppl.* 1. m) i *m. al. in litura scr.* 1. n) et quinque cubitorum ala cherub altera *add. Vulg.*

1) *Hieron., Adversus Iovinianum I,* 17 *(Migne, Patr. Lat. XXIII, p.* 247*):* Simulque si arca plures habuit mansiones et nidulos et bicamerata et tricamerata et diversas bestias *et q. s.* 2) *Oros. II,* 6. 8. *Eundem locum Greg. H. Fr. I,* 6, *laudavit.* 3) *Cf. H. Fr. I,* 6*:* Haec est Babilonia a Nebron gygante aedificata, filio Chus. 4) 3. *Reg.* 6, 15—35.

alae usque ad alae alterius summitate. Decim quoque cubitorum erat Chaerubin secundus mensuram parem[a], **posuitque Chaerubin in medio templi interioris texitque* *f. 76'. *eos*[b] *auro. Et omnes parietes per circuitum scalpsit et*[c] *variis caelaturis et turno et fecit in eis Chaerubin et palmas et picturas varias quasi prominentes de pariete et egredientes, sed et pavimentum domus texit auro intrinsecus et extrinsecus. Et in ingressum oraculi fecit ostiola de lignis olivarum, postes quadrangulorum*[d] *quinque et duo ostia de lignis olivarum, et sculpsit in eis pictura Chaerubin et palmarum species*[e] *et anaclifa valde prominentia et texit ea auro. Fecitque introitum templi postes de lignis olivarum quadrangulatos et duo ostia de lignis abiegnis altrensecus; utrumque ostium duplex erat et se invicem tenens operiebatur*[f]. *Et sculpsit*[g] *Chaerubin et palmas et celaturas valde eminentes.* Multa[h] quidem et alia inibi fecit admirabilia[i], quae[k] prosequi longum videtur.

(5) QUARTUM est sepulchrum regis Persici[1] ex uno lapide amitisto cavato miroque opere sculptum ac interrasile et[a] extrinsecus habens effigies[b] hominum, bistiarum seu avium in[c] foris prominentes; arbores quoque sculptas habet cum foliis et pomis opere celato[d].

(6) QUINTUM est statua colossi Rodo insolae[a] collocata ex aere fusile, cuius tam inmensa est altitudo, ut vix lapidem capiti eius aliquis possit inicere[b], et[c] deaurata est. Ferunt quoque multi, per tibiam eius usque ad capud hominem posse ascendere[d], si aditum unde ingrederetur haberet[e]; adserunt etiam, capud huius statuae recipere posse tritici[f] choros duos et viginti.

(7) SEXTUM est theatrum quod in Eraclea[2] habetur ex uno monte factum, ita ut omne ex uno latere sit expletum, tam extrinsecus parietes quam intrinsecus arcus, foveae, gradus, sedilia; et omne[a] opus eius ex lapide uno conpletum est; est autem marmore Heracleo[3] vestitum.

(8) SEPTIMUM est[a] pharus Alexandrina[4], quae super quattuor[b] mirae magnitudinis cancros constructa habetur; *nec enim hi parvi esse poterant, qui tam inmensum *f. 77.

Capp. 4—8. 1. 2.

Cap. 4. a) pariae (tum *m. al. suppl.*) 1; in mensura pari *Vulg.* b) s *in litura m. al. scr.* 1. c) *ras.* 1; *om. Vulg.* d) angulorum *Vulg.* e) specis 1, *corr. m. al.* f) aperiebatur *Vulg.* g) culpsit *corr. m. al.* scalpsit 1. h) *in* Multa *redit* 2. i) admiranda 2. k) qua 2.

Cap. 5. a) *om.* 2. b) effices 1, *corr.* c) *sic* 2; *eras.* 1. d) nimis *add.* 2.

Cap. 6. a) insula 2. b) *sic* 2; i:i::ri *prima m.* 1; iacere *m. al.* 1. c) et d. est *om.* 1. d) ascendere: 1; conscendere 2. e) haberent 1, *corr. m. al.* f) *prius* t *in litura m. al. scr.* 1.

Cap. 7. a) omni 1.

Cap. 8. a) *om.* 1. b) uor *in litura scr.* 1.

1) *Mausoleum sine dubio intellegitur, quod Mausolo regi Cariae dicatum erat.* 2) *Cuius theatri nemo quoad scimus mentionem fecit nisi qui De septem miraculis mundi ab hominibus factis opusculum composuit, quod inter Bedae opera plerumque editum nuper ad codd. mss. recensuit Omont, 'Les sept merveilles du monde au moyen âge' ('Bibliothèque de l'école des chartes'* 1882, *p.* 48*):* V. Quintum est theatrum in Heraclea civitate de uno marmore ita sculptum, ut omnes cellulae, mansiones, muri et antra bestiarum ex uno solo lapide conspiciantur, quod super septem cancros de ipso lapide sculptos pendens sustinetur. Et nemo intra ipsum tam secrete solus aut cum aliquo loqui potest, ut omnes ipsum non audiant, qui in gyro huius aedificii consistunt. 3) *De marmore Heracleo v. Vitruv. X,* 2, 15; *Gl. Mart. c.* 64; *Gl. Conf. c.* 100. 4) *Haec quoque cum opusculo quod Bedae male attribuitur fere conveniunt:* II. Secundum est pharus Alexandrina, quae super quattuor cancros vitreos passibus viginti sub mare fundatum est. Quomodo tam magni cancri fusi sint, — — nunc cancri quare non franguntur aut quare non lubricat desuper fundamentum, hoc magnum miraculum est.

sustinent vel altitudinis vel latitudinis pondus. Nam ferunt, super unum quemque brachium cancri si homo extensus iaceat, eum operire non[a] possit. Pharus autem iste, datis de publico paleis, nocte succenditur, scilicet ut nocturno[1] tempore errantes nautae vento[b] vel imbre, si stellas videre non potuerint, sciant, qua parte dirigant vela.

(9) Sed[a] ista, licet quaepiam iussionem Dei, quaepiam autem adinventionem humana[b] constructa sint[c], ab hominibus[2] tamen constat[d] esse fundata, ideoque et[e] quaedam deruerunt, quaedam autem[f] ruinae sunt proxima. Nam sunt alia quae ipse omnipotens Deus noster[g] proprio opere in hoc mundo vel[h] per dies[i] singulos renovat, vel post[h] transacto[k] anni curriculum[l] repraesentat, quae et in locupletatione ostenduntur muneris, ut[h] est[h] commotio[m] oceani et fructus[n] terrae; alia vero in ostensione[o] proferuntur virtutis, ut est[h] sol, luna, stellae, Phinix; et[p] quaedam ex his peccatores arguunt et ignem infernalem figurant, ut est[h] Ethna, fons Gratianopolitanus. Haec sunt enim[f] miracula, quae nulla aetate seniscunt, nullo occasu occidunt, nulla[q] labe minuuntur, nisi cum Dominus mundum dissolvi praeciperit[r].

(10) PRIMUM est[a] ergo omnium maris oceani commutio[b], in qua[c] ita per dies singulos dilatatur, ut accedens ora litoris repleat rursumque recedens siccum praebeat iter; tunc populis per humum aridam gradientibus[d] piscium sive diversorum liguminum multitudo copiosa collegitur. Hoc primum miraculum Deus humano generi praeparavit, quod et admiratione praeclarum sit[e] et congruum servituti[f].

(11) SECUNDUM est simile huic, de granis[a] scilicit[b] frugum et de fructibus arborum, cum iacta[c] terrae simina et sulcis operta, adveniente aestate eriguntur in culmina[d], ornataque comis et spicis lacteo[e] intrinsecus adipe saginantur, quae Dominus[f] spiritalis doctrinae sator de profecto verborum suorum, quae in populos iaciebat,
*f. 77'. *parabolice commutavit, dicens: *Sic est[g] verbum Dei, quemadmodum si iactet homo*
Marc. 4, 26—28. *semen, et exurgat nocte et diae; ultro enim terra fructificat, primum herbam*[h], *deinde*[i] *spicam, deinde plenum granum in spicam.* Paulus autem apostolus de resurrectione
1.Cor.15,36. hanc rationem[k] figuravit[l], dicens: *Quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur.*
ib. 42. 43. *Sic est,* inquit, *et*[m] *resurrectio mortuorum: seminatur in infirmitate, surgit in virtute,* et cetera. Aequa est enim[n] et arborum natura, quae, ut puto, ipsam resurrectionem signat[o], cum in hieme nudatae foliis tamquam mortui[p] habentur, verno vero[q] tempore ornantur foliis, decorantur floribus, pomisque aestate replentur. Quod miraculum quamquam[r] hac utatur similitudinem, ad[s] praesens tamen beneficium populis praestat, ut cognoscat homo, ab illo se accipere victum, qui eum creavit ex nihilo.

Cap. 8. 1. 2. *Capp.* 9—11. 1. 2. 3.

Cap. 8. a) *prima m. superscr.* 1. b) *om.* 2.

Cap. 9. a) *incipit* 3: Incipit de VII miraculis mundi. Ista sunt quaepiam in visionem Dei. b) humanam 3. c) sunt ad homines 3. d) constantes semefundata 1. e) et *om.* 2. f) *om.* (3). g) nobis 2; nos (3). h) *om.* 2. i) s. d. revocat (3). k) transactum mundi (3). l) circulo 2. m) commotatio 3. n) fructuum (3). o) ostentione (3). p) *om.* 2. (3). q) nullo tempore m. 2. r) Item al. *lemma add.* 2.

Cap. 10. a) ergo o. est 2; est *om.* (3). b) commotavit 3. c) in quarta per 2. d) g. in qua piscium diversorumque l. 3. e) est (3). f) suae virtuti *coni. Haase.*

Cap. 11. a) grano 2. b) f. s. (3). c) iactu (3). d) culmos (3). e) c *m. al. superscr.* 1. f) D. s. *om.* (3). g) es 1, *corr. m. al.* h) herba d. spica (3). i) d. sp. *om.* 2. k) sationem 2. l) praefiguravit (3). m) *om.* (3). n) a. est autem arb. (3). o) significant (3). p) tamquamortui 1, *corr. m. al.;* mortuae (3). q) vero:::, *ras.* tem 1. r) quamvis 2; hac (*om.* 3). s) et praesens (3).

1) *Cf. Plinius H. Nat. XXXVI,* 83*:* Usus eius nocturno navium cursu ignis ostendere ad praenuntianda vada portusque introitum. 2) *Item Pseudo-Bedae libellus inscriptus est:* De septem miraculis mundi ab hominibus factis.

(12) TERTIUM est, quod de Phinice Lactantius refert. 'Magna est[a]', ait[1], 'cor- v. 117.
pore et[b] decora plumis unguibusque[c] et oculis, quae alterius[d] avis non est iuncta[e] con- v. 134. 137. 142.
sortio nec iuncta[f] coniugio[g]; nam et nescire homines manifestum est, cuius sit generis, v. 163.
masculus an femina sive neutrum. Haec postquam mille transierit annos, petit locum v. 59.
omnibus locis[h] mundanis celsitudinem[a] praeminentem, in quo habetur locus[i] viridi[k] v. 8.
comam verno hibernoque perdurans, in cuius medium[l] fons est magnus et[m] ubertate v. 25.
profluus et lenitate praeclarus. Huius in litore arbor[n] nobilis reliquas luci arbores pro- v. 69.
ceritate[o] praecellens; in huius arboris vertice haec avis de[a] diversis pigmentorum[2]
generibus[p] construit sibi seu[a. 3] nidum sive sepulchrum, insedensque in medio eius ore v. 77.
odoramenta adtrahit seque ex his tegit. Tunc diversis modolis incipit[q] cantos effun- v. 45
dere[r] suaves, ac de nido exiliens, aquarum se undis inmergit. 'Quod[s] cum ter quaterque * f. 78.
repetierit, ascendit iterum super[a] nidum[a] adtrahitque denuo super se odoramenta, quae
detulit. Imicante autem sole primum ei iubar inferit[t] ignem, adprehensumque nidum, v. 98.
tota[u] integre concrematur[v]. Tunc pulves[w] exustus[x] ad[y] se collegitur et[a] in unam v. 99.
massam quasi in ovi speciae[z] conglobatur; hac[a] exinde iterum surgens[b], resumta[c] vita,
nutritur, nec cuiquam homini, dum inplumis[4] est, pascere cura[d] est. Tantum[e] caelesti v. 110.
rore nutrita[f], ad pristinam speciem revocatur et ipsius figurae, eisdem[g] plumis eidemque[h] colore reparata progreditur, ut prius fuerat ante morte'. Quod miraculum resurrectionem[i. 5] humanam valde figurat et ostendit, qualiter homo luteus redactus[k] in pulvere, sit[l] iterum[m] de ipsis favillis tuba canente resuscitandus.

(13) QUARTUM[6] est Ethna mons Siciliae insulae datus[a], qui vivis[b] ardoribus exaestuat[c], flammasque evomens[d] validas, ac[e] terribiliter[f] regione sulphor eructuat; de quo[g] Publeus[7] Mantuanus[h] in tertio Ineidum[i] libro ita[k] ait:

Portus ab accessu[l] ventorum inmotus et ingens
Ipse[m], sed horrefecis iuxta tonat Ethna ruinis,
Interdumque atra[n] prorumpit ad aethera nubem

Cap. 12. 1. 2. 3. *Cap.* 13. 1. 2. 3. 4.

Cap. 12. a) *om.* (3). b) et d. *om.* 1; *habent* 2. 3. c) que *om.* 2. d) n. a. a., *om.* est 2. e) coniuncta (3). f) *sic* 2. (3); vincta 1. g) coniungio 1. h) m. l. (3). i) *sic* 1. 2. k) viridum v., *om.* c. 2. l) medio 2. (3). m) *om.* 2. n) est *add.* 2. o) ta *m. al. in litura scr.* 1. p) generis 1, *corr. m. al.* q) incipiit 1; incipiet 2. r) s. e. (3). s) idem (3). t) infer:t, *ras.* i? 1; inferet 2; ingerit igneum (3). u) totum 2. v) concremat 2. w) penitus 2. x) exustum? *corr.* exustę 1. y) a 2; ex (3). z) speciem 2. (3). a) in *add.* 1. b) resurgens (3). c) sumpta 2. d) est c. sed t. 2; c. subest sed r. t. c. (3). e) nutu Dei et *add.* 2. f) *sic* 2; nutrimenta *corr. m. al.* nutrimento 1; nutritur et ad (3). g) e. p. *om.* 2; his denique p. (3). h) eiusdem coloris 2. i) m. nostrae resurrectionis fidem adfirmat et manifeste ostendit (3). k) l. in pulveremque r. i. (3). l) sit. iterum 1; i. sit 2; i. — resusc. sit (3). m) Dei *add.* 2.

Cap. 13. a) d. q. *om.* (3). b) semper mancipatus *add.* (3). c) *sic* 2; exustat *corr. m. al.* exustuat 1; aestuat (3). d) *sic* 2. (3); evomit 1. e) *om.* (3). f) t. praedictae regionis accolis ignea cotidie sulphora (3). g) co 1; quibus (3). h) *prius* a *e corr. m. al.* 1. i) Ineid:um *corr. m. al.* Eneidrum 1; *om.* (3). k) sic (3). l) ac *m. al. suppl.* 1; ascensu 3, *corr.* m) ipsa 2. n) atrum 3.

1) *Carmen de Phoenice, quod Gregorius iam Lactantio attribuit, edidit Riese, Anthologia latina nr.* 731. *Negavit quidem Omont l. l., Gregorium carmine usum esse, sed id luce clarius patet; cf. Ebert, 'Gesch. der christ. lat. Lit.' I, p.* 94. 2) sucos et odores *Lact. v.* 79. 3) *Cf. ib. v.* 77*:* Construit inde sibi seu nidum sive sepulcrum. 4) *Ib. v.* 110*:*

Nec cuiquam inplumem pascere cura subest.
Ambrosios libat caelesti nectare rores.

5) *Quod Gregorius ipse adiecit neque ex parte quadam perdita carminis hausit, id quod Riese l. l. Praef. p.* XXVII. *contendit.* 6) *Fragmentum, quod Mai, Script. vet. coll. e Vat. codd. edita III,* 2, *p.* 239, *protulit, sic incipit:* Quartum miraculum Aethna, cuius montis meminit et ille Iulius Titianus his verbis dicens; *desinit in versibus Hilarii:* alta manus, et reliqua. *Codicem numero* 4 *distinxi.* 7) *Verg. Aen. III,* 570—574.

Turbine fumantem piceo et candente favilla,
Adtollitque globos flammarum et sidera lambit.

Sed et si qua in foraminibus[a], unde haec egrediuntur[b] flammae, iniecta fuerint, mox evomuntur. Meminet et[c] huius montis et[d] ille Iulius Titianus[1] his verbis, dicens: *Montes maximi in Sicilia*[e] *quattuor, Ericus*[f], *Nebrodes*[g], *Neptunius*[h] *et Ethna, quem videns*[i] *saepius*[k] *flammas e vertice volvere, idque*[l] *sentire orbis*[m] *prope fide*[n] *credentium*[o], *quamquam id: cum primum*[p] *Romae nuntiatum est, arsisse Ethnam*[q], *in monstris procuratum est*[r].

(14) QUINTUM est de fontibus[a] Gratianopolitanis[2], de quibus simul et latix manat[b] et ignis. Nam[c] videas[d] limphis flammas supervolare[e], hauris[f] aquam de medio
* f. 78'. foci[g] nec *uriris, bibis nec incenderis, portas nec ab igne conprehenderis[h]. Quod si cereum[i] vel tedas admoveas, protinus ut flammas adtigerint[k], conprehenduntur; manum[l] quoque si inicias[m], non crematur. Hinc Elarius[n, 3] quidam[o] ait:

Si vere exurunt[p] *ignes, cur vivitis*[q] *undae?*
Si vere extingunt undae, cur vivitis[r] *ignis?*
Limpharum in gremiis inimicus condidit ignis,
Communesque[s] *ortus imperat alta manus,* et reliqua.

O admirabile potentiae divinae misterium! Una vena fontis et ignis producit[t] et latices[u], scilicet ut cognoscant omnes dominationi[v] eius[w] et refrigerium gloriosae[x] vitae et iudicium aeternae mortis adsistere, intellegantque, incendiis licentiam esse non datam ad nocendum corpus humanum, quod[y] post iudicium, si peccato obnoxium[z] fuerit, accepturi erunt perpetualiter exurendum.

(15) SEXTUM est illud, quod licit ante ista[a] Dei opere[b] fuerit conditum, tamen pro ratione huius rei locatur[c] extremum, hoc est, quod de[d] solis officio creatur omnium

Capp. 13. 14. 1. 2. 3. 4. *Cap.* 15. 1. 2. 3.

Cap. 13. a) foramina (3). b) f. e. f. i. (3). c) etiam (3). d) montis titlibius his 3; Titus Livius *coni. Haupt atque locum inter fragmenta Liviana Weissenborn recepit.* e) Silicia 1. f) Ericius 3, *corr.* g) Nebrodis 2. h) Neptunus 4. i) vident 2. (3). k) s. a summo f. v. evolvere (3). l) *om.* 4. m) urbes 3, *corr.* n) *sic* 1. 2. 3. 4*; locus corruptus videtur esse*; finem *coni. Haase;* idque Centuriporum urbis propinquae fide credendum *coni. G. Hermannus.* o) creditum est 2; credendum (3). p) primo 4. q) Ethos *corr. m. al.* Ethuā 1; et hoc iam 4. r) *om.* 2. (3).

Cap. 14. a) fonte Gratianopolitano, de quo 4. b) emanat (3). c) cum *add.* 2. d) videtur (3); vides e nymphis 4. e) supervolvere (3). f) haurire 3, *corr.* g) fonici 1; fonte, curris, bibis 4. h) cremaris (3). i) c̈irocum vetus admovetur 3. k) attigerunt 4. l) manus quamquam si (3). m) ini:as *prima m.* 1; si in aquas miseris (3); mittas 4. n) Ilarius 2. o) quidem 4. p) exur::: (*ras.* et?) *prima m.*, exurit *m. al. corr.* 1. q) bibitis undas 2. r) bibitis ignes 2. s) communis ortus (3). t) perducit 1. u) ces *m. al. in litura scr.* 1. v) dominationis 3. w) *om.* (3). x) v. g. (3). y) quia per (3). z) obnoxii fuerint (3).

Cap. 15. a) sta *in litura scr.* 1. b) opera (3). c) colatur 2; profertur (3). d) *om.* (3).

1) *Iulius Titianus, cuius chorographiam Servius, Aen. IV,* 42, *'provinciarum libros pulcherrimos' Capitolinus, Maximin.* 27, 5, *laudaverunt, a Sidonio Apoll. Ep. I,* 1, *Frontonianis adnumeratur. De quo v. Teuffel, 'Röm. Lit.'* §. 364, 10*; Haase p.* 37. 2) *Cuius iam Augustinus, De civ. Dei XXI,* 7 *(Migne, Patr. lat. XLI, p.* 719*), meminit:* Et illum quidem fontem non inveni, qui in Epiro vidisse se dicerent, sed qui in Gallia similem nossent non longe a Gratianopoli civitate. *Fons, quem Boissieu, Lusus poetici de septem Delphinatus miraculis (Miscella II, p.* 83 *sqq.), inter septem Delphinatus miracula enumeravit, prope vicum Saint-Barthélemy (comm. Gua) situs sex leugas a Gratianopolitana urbe distat. J. Tardin opus quod inscripsit 'Histoire naturelle de la fontaine qui brusle près de Grenoble', Tournon* 1618, *edidit; cf. Omont l. l. p.* 46. 3) *Auctor V. S. Hilarii Arelat. (Leonis I. Opp. ed. Ballerini II, p.* 327*) inter opera eiusdem 'versus etiam fontis ardentis' laudavit, quibus Gregorius procul dubio usus est. Versus ex editione Hauptii, Ov. Halieut. p.* 67, *repetivit Riese, Anthologia lat. nr.* 487. 487*a.*

Deus praecepit[a] caelebrari; nam non sine grande admiratione cernitur, quod[b] ipse sol omnibus[c] diebus quasi famulans mundo ingerit lumen, quod orientem occidentemque perlustrat[d], quod calore suo terras[e] fecundans, frugem[f] gignere facit.

(16) SEPTIMUM est[a] enim[b] miraculum, qualiter luna in ter[c] quinis diebus vel crescit ad integritatem vel ad[d] exiguitate minuitur[e]. Admiramur et illud, quod stellae[f] oriente ortae decedunt occidenti, et quaedam ex his in medio caeli apparentes, quaedam aquilone propinquantes, in circuitu rotentur nec rectam faciant viam, et quaepiam toto[g] videantur anno, quaepiam[h] menses in quibus appareant[i] habeant definitos. De quo cursu, si[d] Deus[k] iubeat, velim[l], de quanto experimentum accipi, rationem nescientibus dare[m]. Sed nomina quae his vel[d] Maro[n] vel reliqui indiderunt poetae postpono, tantum ea vocabula nuncupans, quae vel usitate[o] rusticitas nostra vocat vel ipsorum signaculorum[p] expremit ordo, ut est crux, falcis vel reliqua signa; quia[q] non ego in his mathesim[r] doceo neque futura perscrutare praemoneo, sed, qualiter cursus in Dei laudibus rationabiliter impleatur, exhortor, vel quibus horis qui in hoc officio adtente[s] versari *cupit, debeat nocte consurgere[t] vel Dominum deprecare[u]. *f. 79.

(17) SOLIS AUTEM haec ratio, qualiter aut quantis horis in singulis luceat mensibus; et quamquam omni tempore horae duodicem conputentur, non tamen aequalem habet mensuram; si vero aequalem vis tenere mensuram, erunt, ut diximus, in diebus longis horae 15.

Lucit[a] autem[a]:

mense[b] Ianuarius[c] hora 10.

mense Februarius hora 11.

mense Martius hora 12[e].

mense[b] Iulius hora 14.

mense Augustus hora 13.

mense September hora 12.



mense[d] Aprilis hora 13.

mense Maius hora 14.

mense Iunius hora 15.

mense Octuber hora 11.

mense November hora 10.

mense December hora 9.

Capp. 15. 16. 1. 2. 3. *Cap.* 17. 1.

Cap. 15. a) praecipit (3). b) quia (3). c) o. d. *om.* 2. d) praelustrat (3). e) terram (3). f) *sic* 1. 2.

Cap. 16. a) m. est, *om.* enim (3). b) scripturam *add., sed del.* 1. c) inter 1. 2. (3). d) *om.* (3). e) *sic* 2. (3); minuatur 1; et *add.* (3). f) st. illa oriente apparent, decedunt (3). g) t. v. a. q. *om.* 1; *habent* 2. (3). h) quae 2. i) apparent 2. k) Dominus 2. l) vel quanto inde e. 2. m) conabor *add.* 2. n) niaro? 1. o) usitare 2. p) signorum 2; exprimit 2. (3). q) quoniam ego (3). r) non *add.* (3). s) adten::te 1. t) surgere (3). u) *desinunt* 2. 3; Finit. Deo gratias *add.* (3).

Cap. 17. a) :::: *corr. m. al.* habet igitur 1. b) menses 1. c) *corr.* Ianuario, *quod m. al. iterum corr.* Ianuarius 1, *et sic deinceps.* d) mensis 1. e) 11. 1.

(18) LUNAE AUTEM ratio haec est:



prima lucit	ς	8.	6	15.	12
				16.[e]	11
2.	1ς	9.	7ς	17.	10
3.	2	10.	8[b]	18.	9ς[f]
4.	3	11.	8ς	19.	8ς
5.	4	12.	9ς	20.	8
6.	5	13.	10	21.	7ς
7.	5ς	14.	11	22.	6

23. 5ς. | 24[a]. 5. | 25. 4 — 26[c]. 3. | 27[d]. 2 — 28[g]. 1ς 29. ς[h]

30. latet.

Illud autem sciendum est, quod luna in aestate, quando noctes breviores sunt, illum currit tramitem quem sol in hieme tenet; hieme vero in prolixioribus noctibus illum ordinem tenet quem sol in aestate percurrit.

(19) STELLARUM[a] QUOQUE CURSUS hoc modo est observandus, quem etiam fucis [b]colorum credidi[c] pingendum in singulis locis.





(20) HAEC STELLA in Septembre oritur et matutino apparet, quae *f. 79'. a quibusdam *robeola[1] vocatur, tamen prius[a] initium apparet noctis et sic iterum oretur mane; ergo[b] lucit in Septembre hora 1, in Octubre hora 2, in Novembre 3, in Decembre et in Ianuario 8, in Februario 8, in Martio 7, in Aprile 6, in Iunius[c] 4, in Iulio 3, in Augusto 2, Septembre[d] primum, ut diximus, oritur; habet tamen alia minorem[2], quae praecedit.

Capp. 18—20. 1.

Cap. 18. a) XX(.IIII.V.) XX.V.(IIII), *quae uncinis inclusi m. al. in litura scr., post* IIII *ras.* ς 1. b) 8:, ras. ς? 1. c) XXV (I. III.) 1. d) 24. 5 *corr. m. al.* 27. 2. 1. e) 16. 11. *postea inser.* 1. f) *m. al. in litura scr.* 1. g) XX V(III). 1. h) XX. VIII (I . .) 1.


Cap. 19. a) Stell *m. al. in litura scr.* 1. b) *stellae minio pictae sunt* 1. c) credidit 1, *corr.*

Cap. 20. a) *m. al. add.* in 1. b) :ergo, *ras.* t 1. c) *sic etiam infra* 1. d) *sic coni. Haase;* set primum 1.

1) *Arcturus. G.* 2) *Stella* η *sideris Bootae. G.*



(21) HAEC STELLAE symma[1], id est stefadium, vocantur a quibusdam. Egrediente Octubre, cum primo sero appareant, occidunt[a], tamen et mane oriuntur, lucent hora 2. In Novb. iam apparent in initio noctis, sed mane oriuntur, lucent hora 4. In Decemb. hora 6, in Ianuario[b] 9, in Feb. 8[c], in Martio 7, in Aprile 6, in Madium[d] 5, in Iunio[e] 4, in Iulio 3, in Augusto mane parum, sero plus.



(22) HAEC STELLAE ω[2] vocitamus, quia cum significant; et secuntur priores, praecedunt vero crucem maiorem.



(23) HAEC STELLAE crux maior[3] quae ad orientem iacens apparet, pro eo quod in primordio mundi iacuerit, id est inter prophetas *patriarchasque pronuntiata * f. 80.

Capp. 21—23. 1.

Cap. 21. a) occident 1. b) I *miniator superscr.* 1. c) 9 *corr.* 8 1. d) Mahium? 1. e) I *superscr.* 1.

1) *Symma, i. e. sigma, idem significat ac stibadium, lectum scilicet ad mensas rotundas accommodatum; cf. Forcellini h. v. In schol. ad Attonis polypt. n.* 49. *interpretamentum exstat hocce:* Stephadium signum est in caelo quod rustici praesepe dicunt. — *Sed potius Coronam, quae est prope Booten eumque sequitur et septem stellas comprehendit, intellegi vult. G.* 2) *Lyra, quae sex stellas comprehendit, inter quas Wega* (α) *lucidissima est. Infra c.* 39. *Greg. formam sideris accuratius delineavit. G.* 3) *Cycnus, in quo sidere stellas* α ε γ δ β *crucis figuram effingere notum est; minus conspicuae sunt reliquae duae* φ *et* η. *G.*

quieverit, ad occidentem vero erecta apparet, scilicet quod ad suscipiendum Dominum in occiduum mundi esset tempore erigenda.



(24) HAS STELLAS quidam crucem minorem[1] dicunt, quidam autem alfam[2] vocant, pro eo quod ad sinistram crucis maioris sunt, et propter duas minores, qui deorsum apparent, quas praecedit trion[a].



(25) HAEC STELLAE vocantur trion[3]. Stellae ergo, quas ω significari diximus, haec mense Decembre in initio noctis apparent, occidunt et mane oriuntur; lucent hora 3, in Ian. hora 4, in Feb. hora 5, in Mar. 6, in Apri. 7, in Maio 9, in Iunius 10. Iam in Iulio primo sero quasi in hora 5 apparent, lucent hora 4; in Aug. lucent 7, in Septb. 5, in Oct. 4, in Novb. 3. Habent tamen unam ceteris clariorem, sicut supra[4] indicavimus. Crux vero istas sequitur quasi post unius horae spacium. Illae[a] vero quae alfam significant istas post alterius horae spacium prosecuntur, de quibus scribere non est necesse per singula; tramitem vero ipsum tenent quem sol mense Iunio.




Capp. 23—25. 1.
Cap. 24. a) t *m al. suppl.* 1.
Cap. 25. a) illas 1.

1) *Delphinus, infra quem sunt duae stellae minores, in figura non expressae, quae Delphino adiungi solent. G.* 2) *Itaque Delphinus, Cygnus, Lyra illud* α ┼ ω *efficiunt.* 3) *Aquila duas Delphini stellas minores praecedit. G.* 4) *Potius infra c.* 39.


(26) Has stellas signum Christi[1] vocant[a], quia ipsum signant, sed habent unam
clariorem. In Aprile mense primum apparent mane, lucent hora 2, Mai. 3, Iun. 5,
*Iuli. 6. In Augusto primo sero apparent, lucent tota nocte; in Septembrio hora 7, in *f. 80'
Octubrio 7, in Novembrio 6, in Decembrio[b] 5, in Ian. 4, in Feb. 3. A medio Mar.
lucent hora 2, tenent tamen superiorum viam; Aprile tamen et Maio primo sero apparent, occidunt et mane oriuntur.



(27) HAEC STELLAE a quibusdam anguis[2] vocantur; in Augusto primo mane apparent et lucent hora prima, in Sept. hora 3, in Oct. hora 5, in Novb. 6, in Dec. 8, in Ian. 10, in Feb. 8, in Mar. 7, in Apri. 5, in Mai. 2; in Iun. Iulioque latere solent.



(28) HAS STELLAS quidam massam vocant, nonnulli Pliadas[3], plerique vero butrionem[4]. Mense Iun. egrediente oriuntur et lucent mane hora 1, in Iul. hora 3, in Aug. hora 4, in Sep. hora 6, in Oct. hora 7, in Nov. 8, in Decb. hora 9, in Ian. 8, in in Feb. hora 7, in Mar. hora 3, in April. hora una, in Maio latent.



(29) HAS[a] STELLAS quidam arte[b] feretrum[5] vocant, quae superiores secuntur. Oriuntur autem mense in Iulio medio, duabus tantum horis a superioribus discrepant; ipsum tamen viae tramitem tenent.

Capp. 26—29. 1.


Cap. 26. a) voca 1, *corr. m. al.* b) Decebrio 1.

Cap. 29. a) Ha 1, *corr.* b) *sic* 1; massae *vel* arcae *vel* Mariae *coni. Haase.*

1) *Auriga cum Capella et Haedis, quorum figura infra c.* 43. *accuratius delineata est. G.* 2) *Gemini videntur esse, ab Auriga non longe distantes. G.* 3) *Septem Pliadibus Gregorius duas adiecit.* 4) *Cf. Isid. de nat. rerum c.* 26, 6*:* Pliades sunt multae iuges stellae, quas etiam botrum appellamus a multitudine stellarum. 5) *Forte Hyades Pliadibus propinquae; figura tamen non accurate convenit. G.*



(30) HAEC STELLAE Kals. Augusti oriuntur primum, quas quidam
*f. 81. falcem[1] vocant. *Duas hor. tardius a superioribus[a] surgunt, quarum cursum ideo per singulos non descripsimus menses, quia sufficere arbitrati sumus dixisse a superioribus duarum spatio horarum[b] esse disiunctas. Sciendum tamen, quod mense Maio Iunioque et Iulio latent et, cum ortae fuerint, ipsam viam, quam sol mense Maio vel Augusto pergit, tenent.



(31) ISTAE VERO stellae[2] falce secuntur, in hoc discrepantes, quod duabus tantum horis postergum secuntur, ipsam tenentes viam, quam sol vel in Septembre vel in Aprile. Lucent primo sero, sed parum.



(32) HAEC STELLAE ad imam australem plagam surgunt a tergo superiorum[a] horae unius intervallo, quas quidam quinionem[3] vocant, ipsam viam quam sol Februario mense tenentes.

Capp. 30—32. 1.


Cap. 30. a) superiobus 1. b) *prima m. superscr.* 1.

Cap. 32. a) superiorę 1.

1) *Orion intellegendus est. G.* 2) *Orionem Canis minor sequitur. G.* 3) *Sine dubio Canis maior, praeter Sirium quinque stellas comprehendens. G.*



(33) DE IIIS[a] STELLIS, quas rustici plaustrum[1] vocant, quid dicere possumus, cum non ut reliquae stellae oriuntur aut occidunt? Sed tamen quantum ex ipsis intellegimus non silemus. A sapientibus septentrio vocatur propter numero, unde et plaga illa, in qua habentur, a quibusdam ex eorum nomine vocitatur; nos vero aquilonem dicimus. Apparent ergo haec stellae a parte aquilonis omni tempore. Cum in aestivo noctes[b] fuerint breviores, istae humilius habentur et ad lucem thimonem[2] ad occidentem faciunt; cum vero autumnum versus proficientes, noctes crescere ceperint[c], et haec altiora continent caeli et sic usque diminutione[d] reiterata[e] nocteum faciunt. Hoc tamen sciendum, quod in hieme adpropinquante luce thimonem vertit ad orientem; noscendum etiam est et illud, quod omnibus annis aequaliter[f] oriuntur.



(34) *HAEC STELLA comitis vocatur a plerisque peritis. f. 81'. Non omni tempore, sed maxime aut in obitu regis[3] aut in excidio[a] apparet regionis. Qualiter ergo intellegatur, haec est[b] ratio. Cum capud[c] crinitum deadimate apparuerit fulgorans, regalem adnuntiat letum; si autem gladium ferens, rutilans, cum negrore sparserit comas, patriae monstrat excidium[d]. Sic enim et ante[e] pestilentia Arvernae regionis[4] apparuit, pendens per 565. Iul. annum integrum super regionem illam. Quod enim has proferat tristitias, Prudentius[5]

Capp. 33. 34. 1.

Cap. 33. a) histellis 1. b) nocte 1, *corr. m. al.* c) ceperit 1, *corr. prima m.* d) dimunutione 1. e) re *eras.* 1. f) equali 1, *corr. m. al.*

Cap. 34. a) exi:dio *prima m.*, excidium *altera m.* 1. b) *prima m. superscr.* 1. c) apud *corr. m. al.* caput 1. d) excitum? *prima m.*, excidium *altera m.* 1. e) a te? *corr. m. al.* ad 1.

1) *Ursa maior, sed timon in parte dextra inferiore est. G.* 2) *Gall. 'timon.'* 3) *Cf. H. Fr. IX,* 5*:* Et multa alia signa apparuerunt, quae aut regis obitum adnunciare solent aut regiones excidium. 4) *Cf. H. Fr. IV,* 31*:* Nam et stilla, quam quidam comiten vocant, radium tamquam gladium habens, super regionem illam per annum integrum apparuit, et caelum ardere visum est, et multa alia signa apparuerunt. *A.* 565. *d.* 24. *Iul. in China stellam crinitam observaverunt, quae per* 100 *dies in caelo apparuit; cf. J. Williams, 'Observations of comets, extracted from the Chinese annals'. Lond.* 1871, *p.* 35. *Clades Arverna a.* 571. *facta est. Cf. Marii Chron. a.* 566*:* Hoc anno signum apparuit in celo per dies 70; *a.* 571*:* Hoc anno infanda infirmitas atque glandola *et q. s.* 5) *Prud. Cathem. XII,* 21—24*:*

Tristis cometa intercidat.
Et si quod astrum Sirio
Fervet vapore, iam Dei
Sub luce destructum cadat.

cum de nativitatis dominicae stella prudenter dissereret, haec in hymno sanctae[a] Epyphaniae ait:

Tristis comita intercedat,
Et sicut astrum sibi
Offeruerit vapore, iam Dei
Sublucendis tractu cadat.

574. Mai. Nam et priusquam Sigibertus[1] rex obierit[b], crinita multis apparuit.

(35) SCRIPSIMUS DE ORTIS VEL OCCASIBUS sive cursibus stellarum, pauca signa, quod[a] arbitrati fuimus sufficere, praeponentes; nunc ea pandimus, qualiter ad officium Dei observandum possit devotio humana consurgere. Et forsitan detrahit aliquis, cur non a mense Martio vel ab ipso nativitatis dominicae die sumpserimus exordium; noverit, quia stella quae mense Martio[2] observatur[b] in alio oritur mense.

(36) SEPTEMBER.



In mense Septembre oritur ergo stella  splendida, quam supra[3] robeola diximus, alia prope se habens minorem praecedentem. Ergo quando in Septembre oritur, si signum moveatur ad matutinus, quinque psalmis in Dei laude concinere[a] in antyphanis[b] potest. Iam vero, si ad medium noctis vis signum caeleste requirere, falcem observa, et cum in hora diei quinta[4] advenerit, surge. Certe si vigiliam perpetim celebrare volueris, si consurgas, cum stellae apparent, quas butrionem[c] superius[5] vocitamus, explicias nocturnos cum galli cantu, octoginta[d] psalmos in antyphanis[b], priusquam matutinus incipias, explicabis.

(37) OCTUBER. In Octubre vero falcis illa cum oritur, mediam noverit esse noctem; deinde celebratus nocturnus cum gallorum cantu, nonaginta in antiphanis[a] concinere poteris psalmus; deinde adtende rubeolam, quae cum hora diei venerit secunda, si signum ad matutinum moveas, decim poteris concinere psalmos.

(38) NOVEMBER. Mense Novembre iam prolixioribus noctibus falcis[a] hora noctis quinta oritur. Quod si sic consurgas, celebratos nocturnos gallique cantum, cento 10 psalmus psallere poteris. Rubeola vero cum hora tertia venerit, si signum sonit, duodecim nihilominus psalmus in antyphanis explicabis ad matutinos.

* f. 82. (39) *DECEMBER. Mense Decembre falcis[a] hora noctis oritur quarta. Si illa hora consurgas, dictis nocturnalibus hymnis vel galli cantum dupliciter, hoc est 60 in

Capp. 34—39. 1.

Cap. 34. a) sc̄ę, *sed* ę *m. al. in litura scr.* 1. b) oberit 1.
Cap. 35. a) *sic* 1. b) olobservatur 1.
Cap. 36. a) continere *corr. m. al.* canere 1. b) *sic fere* 1; *cf. supra p.* 100, *l.* 6: antefanam. c) butronem 1. d) ta *m. al. in litura scr.* 1.
Cap. 37. a) *sic h. l.* 1.
Cap. 38. a) falx, *sed* x *m. al. in litura scr.* 1.
Cap. 39. a) falx, *sed* x *m. al. in litura scr.* 1.

1) *V. H. Fr. IV,* 51: In eo anno fulgor per caelum discurrisse visus est, sicut quondam ante mortem Chlotharii factum vidimus. Sygiberthus vero *et q. s. Stella crinita in China a.* 574. *die* 31. *Maii observata est, sed Sigibertus anno demum sequenti obiit; cf. J. Williams l. l. p.* 37. 2) *Unde constat, Gregorio mensem Martium primum fuisse.* 3) *Supra c.* 20. 4) *Cum de nocte agatur, locus potius is indicatur, quem sol interdiu hora illa occupat. G.* 5) *Supra c.* 28.

his duobus cursibus psalmis, quia ante dominicum natalem maturius consurgere debes, tunc relicum psalterium in antyphanis decantabis. Signum ad matutinus si moveas, cum[a] oritur rubeola, 30 psalmos expedite[b] decantandum. Post eas[c] oriuntur stellae, quas simam[1], id est stephadium, diximus. Deinde oriuntur in hoc mense stellae[d] illae, quae crucem maiorem praecedunt, quas ω nominavimus[2], in quibus est una aliarum clarior hac lentior, quam cummodius poteris observari.



(40) IANUARIUS. Mense Ianu.[a] post dictos nocturnos stellae istae oriuntur, inter quas, ut superius diximus, quae est clarior, observatur; [si[b]] ad hora die tertia venerit, si matutinus incipias, 15 psalmos poterit psallere.

(41) FEBRUARIUS. Mense Februario, quando oritur stella illa quam inter stellas superiores diximus clariorem, si nocturnos incipias, mediam esse intellegas noctem. Cum stella ad horam diei quartam advenerit, si signum ad matutinus commoveatur, 12 psalmos poteris explicare.

(42) MARTIUS. Mense Martio cum quadragensima advenerit, et maturius consurgere debes. Quando stella est in hor. 2. diei, si surgas, dicis nocturnus et galli canto, quae dupliciter, ut superius diximus, hoc est in directis[3] 60 psalmos. Quibus expeditis, psallis in antyphanis 20 psal., et stilla illa venit ad horam 5. diei. Quod si sic inchoas matutinus, 30 decantatis[a] cum antyphana psalmis, luciscit.

(43) APRILIS. Mense autem Aprile, si adhuc quadragesima est, similiter observabis quae praeterita. Si tardius consurgere volueris, observabis stellam quam inter eas, quae signum Christi faciunt diximus[4] clariorem. Quae cum orta fuerit, si signum commoveatur ad matutinus, octo psalmos poteris in antiphanis expedire.

Capp. 39—43. 1.

Cap. 39. a) coritur *corr.* cum oritur 1. b) expeditem, *ras.* m 1. c) as 1, *corr.* d) stelles quas quassimam 1.

Cap. 40. a) *prima m. superscr.* 1. b) si *m. al. superscr.* 1.

Cap. 42. a) decan: *prima m.*, decantatis *altera m.* 1.

1) *Cf. supra c.* 21. 2) *Supra c.* 22. *Sed figura cum ea quam supra delineavit non convenit.* 3) *Sunt psalmi, qui directe sive continue unico vocis tono et sine modulatione dicuntur; cf. Benedicti Reg.* 17: Qui psalmi directanei sine antiphona dicendi sunt; *Forcellini ed. de Vit II, p.* 729. 4) *Supra c.* 26. *Figura, quae subiecta est, accuratior illa est, quam supra delineavit.*

f. 82'.



(44) MAIUS. Mense Maio cum orta fuerit, nocturnos celebrabis cum galli cantu, expeditisque et reliquis cursibus, cum ad horam tertiam venerit, si matutinus incipias, 7 psal. in antiphana explicabis.

(45) IUNIUS. Mense Iunio cum surrexerit[a], similiter celebrabis, et cum in hor. 4. venerit, matutinus incipiens, 5 psalmos poteris decantare. 8. autem Kalendarum Iuliarum[b] stellae illae quas butrionem vocitavimus oriuntur, quas in sequentibus mensibus rectius observabis.

(46) IULIUS. Mense vero Iulio potestatis tuae erit temperandum, quia noctes breviores habentur, si tota nocte vigilis, si media nocte consurgas; tamen, cum stellae istae apparent, si signum sonet, sex psalmos expedis.

(47) AUGUSTUS. Mense Augusto cum haec stellae[1] oriuntur, nocturnos reliquosque cursos adimple; dehinc cum ad hora tertia diei venerit[a], si matutinus incipias, 7 psalmos in antiphanis explicabis. Quod si nocte tota vigilare volueris, totum psalterium decantabis.



Capp. 44—47. 1.

Cap. 45. a) *sic* 1. b) Iuniarum 1; Iuliarum *probe Haase emendavit, cum de mense Iunio agatur; v. supra c.* 28: Mense Iun. egrediente oriuntur. *Sed cf. Veget., De re milit. V,* 9: post ortum Pliadum a die VI. Kal. Iun.

Cap. 47. a) venerint *coni. Haase.*

1) *Sunt Pliades, quas hoc quoque loco novem delineavit; sed figuram spatio coartatus aliam in partem vertit ac supra c.* 28.

GEORGII FLORENTII GREGORII EPISCOPI TURONENSIS

IN PSALTERII TRACTATUM COMMENTARIUS.

Opera quae se scripsisse Gregorius, H. Fr. X, 31, ipse testatus est omnia nostra viderunt tempora praeter unum quem de Psalmis commentatus est: In psalterii, *inquit,* tractatu librum unum commentatus sum. *Cuius commentarii nihil nisi parva fragmenta in lucem vocata sunt, i. e.*

a) explanatio de titulis psalmorum,

b) index libri ad c. 89,

c) fragmenta duo e textu excerpta.

Maximam huius libri partem

1*) codex Andecavensis nr.* 280 *(olim nr.* 253*) in* 4°, *saec. IX. scriptus continet, qui e monasterio S. Albini originem traxit. Insunt* 21 *opuscula diversa, inter quae ultimum locum, fol.* 197—199. *Gregorii* explanatio de titulis psalmorum (psalmatorum *c.*) *et index libri ad c.* 89. *obtinent. Codex mutilatus in verbis c.* 89*:* Quod ipse populi refu | (resu? *c.*) *desinit, reliquis abscisis. Tria folia Coelestinus Port archivarius in usum Bordier v. c. descripsit, qui ex hoc ipso codice indicem primus edidit, 'Les livres des miracles' III, p.* 402 *sqq. Codice destituti hac editione usi sumus. Numerus (*1*) uncinis inclusus textum indicat, quem Bordier aut e coniectura aut codice usus edidit.*

2*) Codex Vaticanus nr.* 4228, *membranaceus formae octavae, saec. XIII. duabus col. scriptus, post prologum Hieronymi (inc.:* Psalterium Rome*) explanationem Gregorii Tur. de titulis psalmorum continet, quae in verbis* fidelis intentio *desinit. Sequuntur epistolae Damasi (Jaffé ed. alt. nr.* 242*) et Hieronymi. Fragmentum Gregorii a V. Cl. Iosepho Thomaso erutum Ruinart p.* 1257 *sqq. edidit; Mau v. c. nobis contulit.*

3*) Codex ms. S. Martini Tornacensis vetustissimam collectionem de virtutibus et vitiis continebat, e qua Mabillon duo huius libri fragmenta a Ruinartio p.* 1260. *edita enucleavit. Laudatur enim in illa collectione 'Greg. Toronensis in Comm. in Psalm.', et 'Greg. in Expositione Psalmorum'. Quae ut Bordier l. l. p.* 409. *capitum indici subieci.*

Textum codicis 1 *et incuria librarii et iniuria temporis pessime depravatum e codice* 2 *et ex Vulgata ut potui emendavi.*

Rationem in Psalterio commentando Gregorius satis simplicem iniit, cum Psalmos omnes de Christo interpretatus sit.

Krusch.

INCIPIT EXPLANATIO FLORENTII GEORGII[a] GREGORII DE TITULIS PSALMORUM[b].

Denique psalmi, qui fugam persecutionemque David explicant, percipiunt[c] persecutionem passionemque dominicam. Illi autem qui *In finem* inscribuntur[d] perfectionem bonorum operum ostendunt[e], quia hic finis dissimilis est aliis finibus, cum illi[f] habent
Rom. 10, 4. terminum, hic replimentum: *Finis enim legis est*[g] *Christus,* ait[g] apostolus[g], *ad iustitiam omni credenti. Pro*[1] *torcularibus* pro aeternorum munerum fructibus hymnus est. *Pro his qui*[h] *hereditabuntur*[2] retributionem sanctorum sive eclesiae, quae est corpus Christi, ut[i] hereditatem capiant et regna caelorum, docent. *Pro octava*[3]. Quidam hunc numerum euangeliis deputant, eo quod contenentur in his octo beatitudines, per quas venitur ad[k] regnum Dei, sive illius arcae octo animae. *In consummatione*[l. 4] vel *dedicatione*[5] *tabernaculi*[6] perfectio eclesiae intelligitur. *Pro his qui commutabuntur*[7] populo[m] Iudaico ac gentili vel synagogae et[n] eclesiae commutationem praevidet[o]. *Pro occultis*[8] de adventu Filii Dei pronuntiat, qui Iudaeis occultus fuit. *Canticum resurrectionis*[9], id[p] est ipsius dominicae resurrectionis veritatis[q]. *Oratio*[10] *Moysi hominis Dei* ad legem Dei revertitur, eo[r] quod ipsa nos Redemptoris resurrectione[s] sociare pronuntiat. *Psalmus*[11] *in Salamonem*[t], id est pacificum quod est in Christo, qui est pax nostra[u]. *In confessione*[12] vero[v] docet, ut iugiter homo Deum et voce fateatur et corde. Illi sane qui res gestas secundum litteram[w] narrant veritatem spiritalis[x] intellegentiae cognoscuntur habere. *Psalmus*[13] *filiis*[y] *Core* per passionem Christi redemendum populum praefiguravit, quia Core interpretatur calvitium, sicut dominus noster Iesus Christus in loco Calvariae crucifixus est. *Pro*[14] *verbis Chusi, fili Gemini*[z], hoc est, quod Chusi[a], relicto David, ad Absalon[b] transiit[15], qui erat hostis patris sui, sicut Iudas Christi. *In*[16] *assumptione matutina,* quia Dominus resurgens mane, assumptam reduxit captivitatem ab[c] inferis. *In*[17] *prima sabbati,* in ipsa resurrectione. *Priusquam*[d. 18] *lineretur*[e], antequam resurrectione clarificaretur. *In*[19] *rememoratione* delictorum utique suorum. *Canticum*[20] *graduum* namque caelestem designat ascensum. Psalmus ergo ille qui in medio canticorum graduum est[f] tamquam turris pulcherrima ponitur.

Sed nec[g] hoc sine mysterio arbitror esse, quod hic liber in tribus quinquagenariis[21] constat scriptus, quorum hoc[h], ut opinor, ratio est: Primus enim remissionem[i] criminum praestat, secundus ad spem nos[k] regni caelestis invitat, tertius nos ad regnum aeternae beatitudinis in civitatem mittit.

Praef. 1. 2.

Praef. a) sancti *add.* (1); et *add.* 2. b) psalmatorum 1. c) *sic* 2; ostendunt *Ruin.* d) scribuntur (1). e) produnt (1). f) illic 2. g) *sic* 2; *om. Ruin.* h) quae (1). i) et — capiat (1). k) *sic* 2; in *Ruin.* l) d. vel c. vel t. (1). m) populi Iudaici ac gentilis (1). n) *om.* (1). o) *sic* 2; providet. Pro octavis 1. p) id est *om.* (1). q) vitatis? 2. r) et ipsa (1). s) *sic* 2; resurrectionem satiare 1. t) Salomone hoc est pacifico quae 2. u) cantatus intelligitur *add.* 2. v) vera 2. w) litterae 2. x) spiritualem intelligentiam cognoscunt 2. y) filiorum 2. z) Geminis 2. a) Cusi 2. b) Abysalon (1); *cf. H. Fr. IV,* 20. c) ex (1). d) Priusquam — resurrectione *om.* 2. e) *sic* (1). f) *om.* (1). g) ne 2. h) haec (1). i) remissione nos c. (1). k) *om.* (1).

1) *Cf. Ps.* 8, 1. 80, 1. 83, 1. 2) *Ps.* 5, 1. 3) *Ps.* 6, 1. 11, 1. 4) *Ps.* 58, 1. 5) *Ps.* 29, 1. 6) *Ps.* 28, 1. 7) *Ps.* 44, 1. 68, 1. 79, 1. 8) *Ps.* 9, 1. 9) *Ps.* 65, 1. 10) *Ps.* 89, 1. 11) *Ps.* 71, 1. 12) *Ps.* 99, 1. 13) *Ps.* 46, 1. 48, 1. 86, 1. 14) *Ps.* 7, 1. 15) 2. *Reg.* 18, 23. 16) *Ps.* 21, 1: Pro susceptione matutina. 17) *Ps.* 23, 1. 18) *Ps.* 26, 1. 19) *Ps.* 37, 1. 20) *Ps.* 109—133. 21) *Sunt psalmi* 150.

Diapsalmae[1] vero, quae 'semper' interpraetantur, docent, ut animae semper in his exerceatur[a] fidelis intentio[b].

1. Primus psalmus ostendit, quod ipse[2] sit lignum vitae.
2. Secundus, quod ipse in hereditatem capiat omnes gentes a patre.
3. Quod ipse pro nobis in mortis somno obdormiat et resurgat.
4. Quod ipse post resurrectionem sit a Deo patre glorificatus.
5. Quod ipse sit inhabitator sanctorum et exauditor eclesiae.
6. Quod ipse sit expugnator inimicorum nostrorum.
7. Quod ipse sit omnium scrutator conscientiarum.
8. Quod ipse Filius hominis paululum in passione minoratus sit ab angelis.
9. Quod ipse sacro adventu suo oppressurus sit Antichristum.
10. Quod ipse unumquemque secundum iustitiam aequitatemque discernat.
11. Quod ipse propter inopias nostras miseriasque surrexit.
12. Quod ipse oculos nostros, ne[a] in aeterna morte obdormiant, inluminat.
13. Quod ipse plebi suae captivitatem avertat.
14. Quod ipse sit mons, in quo animae iustorum requiescant.
15. Quod ipse pro nobis passus, in inferno non sit derelictus.
16. Quod ipse extra urbem eiectus, a Iudaeis sit circumdatus.
17. Quod ipse fundator sit eclesiae et eam a temptationibus multis eripiat.
18. Quod ipse virginalis talami* ingressu processerit, oculta hominum deleturus.
19. Quod in ipso resurgimus et laetamur.
20. Quod ipse clibano infernali consumendos tradat iniquos.
21. Quod ipse transfixus clavis, vestimenta sua sorte dividi permiserit.
22. Quod ipse eclesiae suae pascua praeparat sempiterna.
23. Quod ipse eclesiam suam sanguine suo redemptam[b] collocavit super fluctus saeculi.
24. Quod ipse distructum corporis sui templum post tres reparet dies resurgendo.
25. Quod ipse eclesiam suam innocentia melioris vitae[c] constituit.
26. Quod ipse[d] inluminatio, protectio et salus sit sperantium in se famulorum.
27. Quod ipse adiuvatus a patre florescente, de sepulchro carne resurrexit.
28. Quod ipse ob[e] aulam Scripturarum Sanctarum solitudinem errantes per Spiritum sanctum pandat.
29. Quod ipse planctum eclesiae resurgendo in gaudia aeterna vertat.
30. Quod ipse cruci adfixus, spiritum manibus Patris commendavit, velociter recepturus.

*) Thalamus Graece, Latine voluptas; inde dicitur locus, ubi devirginantur virgines *m. al. adnot.* 1.

Praef. 1. 2. *Index.* 1.

Praef. a) exerceantur (1). b) *desinit 2, ubi epistolae Damasi et Hieronymi sequuntur.*

Index. a) *om.* 1; qui *suppl. Bordier;* ne *Vulg.* b) redempta collo et super 1; redempta [m deferat] collo et super *Bordier:* super maria fundavit eum *Psalm.* c) vita *Bord.* d) $\overline{\text{ps}}$ (?) 1; presens, *forte* pars *Bordier: malim* Christus; *cf. infra n.* 2. e) *forte* opacam scr. s. solitudinem, *cf. Ps.:* revelabit condensa.

1) *Cf. Hieron. Ep.* 28. *ad Marcellam (Migne, Patr. Lat. XXII, p.* 133)*:* Quidam diapsalma commutationem metri docuerunt esse; alii pausationem spiritus; nonnulli alterius sensus exordium. — — Nobis nihil horum videtur, cum Aquila, qui verborum Hebraeorum diligentissimus explicator est, 'sela', hoc est 'diapsalma' — — 'semper' transtulerit. 2) *Nescio an* Christus ($\overline{\text{XPS}}$) *pro* ipse *semper scribendus sit.*

31. Quod ipse festinus remissionem tribuat peccantium, si pura sit confessio delictorum.

32. Quod in ipso, qui est verbum Patris, caeli virtutesque eorum firmati sunt.

33. Quod ipse iustos in diversis tribulationibus angelica opitulatione custodiat.

34. Quod ipse nos spiritalibus armis muniat ac defendat.

35. Quod ipse fons vitae sit et lumen aeternum.

36. Quod ipse sit iustorum omnium in se sperantium salus.

37. Quod ipse temporis passionis ab amicis et proximis relictus sit.

38. Quod ipse nos propter iniquitatem corripit, ut emendet.

39. Quod ipse in capite Testamenti Veteris sit scriptus.

40. Quod ipse pro nobis aegenus et pauper factus intelligendus est.

41. Quod ipse sitim nostram baptismi ablutione restinguat.

42. Quod ipse sit lux mundi, via, veritas et vita.

43. Quod ipsius virtute et non nostro brachio sumus liberati.

44. Quod ipse speciosus forma pro filiis hominum a Deo patre coniunctam eclesiam benedicat et ungat.

45. Quod ipse spiritali flumine laetificat animae[a] civitatem.

46. Quod ipse obtensis[b] gentibus in sempiterna gloria locutus sit.

47. Quod ipse Dominus magnus regat nos in saecula sempiterna.

48. Quod ipse sit sapientia Patris, quae[b] prophetae locuntur.

49. Quod ipse deorum Deus discernat iustis[b] ab impiis.

50. Quod ipse sine peccato pro peccatis populi iudicatus, vicerit iudicantes.

51. Quod ipse omnem impietatem aut bonitatis[1] suae divitiis dissidentem exterminet et emigret.

52. Quod ipse salutem adventu suo praestiterit.

53. Quod ipse ad caelos ascendens, inimicos facie adversa respexerit.

54. Quod ipse Deus ante saecula ab unanimo discipulo venundatus sit.

55. Quod ipse nos a peccati lacrimis et a lapsu perditionis eripuerit[c].

56. Quod ipse resurgens diabolicae damnationis dentes infringat.

57. Quod ipse sanctis suis de impiorum nece vindictam iuditio iusto retribuat.

58. Quod ipse nobis per resurrectionem matutinam laetitiam praestat matutinam.

59. Quod ipse sit oportunum in tribulatione praesidium.

60. Quod ipse sit turris fortissima ab inimici facie collocata.

61. Quod ipse sit adiutor, in quem conventus eclesiae debet sperare.

62. Quod ipse sit, in quem per[d] splendorem memores[e] debeamus in matutinis meditationibus exercere.

63. Quod ipse innocentes animas a sagittis eruat impiorum.

64. Quod ipse sit spes cunctarum finium terrarum.

65. Quod ipse sit a cunctis gentibus adorandus.

66. Quod ipse credentium lumen sit.

67. Quod ipsi soli omnia regna terrae decantent.

68. Quod ipse esca fellis et asperitate aceti sit potitus pro nostra salute.

69. Quod ipse adiutor ac liberator sit in se credentium alumnorum.

1) Vulg. Esth. 2, 23; Macc. 4, 51; Iob 26, 7.

nomine Decii superscripti 850, 25; protulit argenteos 851, 5; numisma argentei intuentes 851, 5; argenteos de temporibus Decii 851, 5.

arioli 204, 15. 563, 10; harioli 582. 601. 658, 30.

aripennis = *semiiugerum* 37, 1 (agripennum *B 1*). 222, 15.

arrha, arrhabo: dedi arram 181, 5; pro neptae suae orfanula arras accepisse *(Iudicium Pictav.)* 428, 10; arram puellae, quasi uxorem accepturus, daret 741, 15. — datumque arrabone 54, 1; arrabo quod pater puerorum misit 832, 5.

arte feretrum (?), *stellae* 867, 10.

arula (= lebes): pro iniuria hiemis arulam[1] cum carbonibus retenebat 793, 15.

ascella = *axilla* 128, 1. 168, 5. 169, 1. 310, 1. 635, 30; ascella = *ala*, *Gall.* '*aile*' 82, 20 [*Cf. Ducange ed. Favre I, p.* 416].

ascensor 246, 1. 753, 25.

asphaltrus 499, 5. *Cf. supra p.* 927, *l.* 55.

aspicere = pertinere: Franci, qui quondam ad Childebertum aspexerant seniorem, 186, 5. — aspiciebant ad regem Guntchramnum 257, 5. — civitates, quae ad Chilpericum prius aspexerant, 295, 1.

auctoritas regalis, *diploma* 62, 15.

audenter 81, 10; audienter 545, 30.

audientia sacerdotalis 209, 5; habita audientia 218, 10; se ab audientia subtraxisset 241, 40.

auditor = *iudex* 789, 10.

augmentare *(Pact. Andel.)* 376, 10.

aureus, *nummus* 49. 63, 25. 64, 10. 80, 5. 122, 20. 135, 20. 137, 15. 162, 10. 170, 10. 180, 15. 206, 1. 245, 20. 276, 15. 338, 10. 385, 5. 412, 25. 433. 536, 1. 571. 667, 15. 699. 755, 20. 789. 800, 20; aureum in similitudine triantis vidit 659, 30.

aurum: sicut cogit auri sacra fames *(= Verg. Aen. III,* 56. 57*)* 276, 15; quid pectora humana non cogat auri sacra fames? 339, 25.

avaritia: quid agis, o infelix avaritia? 528, 5. *Cf.* aurum.

avellana: avillanorum flores 322, 5.

averte, aversarius *cf. supra p.* 929, *l.* 15.

avulsio oculorum 287, 5.

axis = *caelum (Verg. Aen. II,* 512*)* 572, 25.

bacchinon = vas vel urceus: cum duabus pateris ligneis, quas vulgo bacchinon vocant, 383, 5 [*Cf. Ducange ed. Favre I, p.* 509].

bacae catenarum 600, 20; bacis catenarum disruptis 804, 5 [*Item in Verg. codd.* baca *scriptum est; cf. Ribbeck, Proleg. p.* 391].

bacellum = *bacillum* 725, 25; bacello accepto 775, 10, adprehenso 624, 5, arrepto 574, 1; bacellis — sumptis 669, 25.

baiola: baiolarum obsecundatio 680, 5.

bannus: bannos iussit exigi 221, 20.

barbari *(i. e. Franci)* 170, 1. 308, 20. 574, 15. 581, 15. 629, 5; barbarus quidam 677, 25; barbarorum mos 347, 10; barbarorum cruda rusticitas 580, 20. — barbarica vallaretur obsidione 529, 1. — barbaries 123, 5; barbaries proxima libamina exhibens, usque ad vomitum cibo potuque replebatur 681, 15.

barbatoria: barbaturias intus eo quod celebraverit *(Iudicium Pictav.)* 427, 20 [*Cf. Petron. fragm. Tragur.* 73: Amici, inquit, hodie servus meus barbatoriam facit. Itaque usque in lucem coenemus. *Est primam barbam ponere, quod solemni ritu fieri solebat; cf. Forcellini ed. de Vit I,* 531].

1) *Cf. Vulg. Ierem.* 36, 22: posita erat arula coram eo plena prunis.

basilicaris ditio 553, 20; basilicaris famulus 571, 25.

basterna 126, 1. 132, 10.

benefactor Dei 44, 10.

beneplacitum *v.* placere.

bicamarata arca 858, 1 [*Cf. Hieron. adv. Iovinianum I,* 17].

bidentis mugitus 765, 20 [*Cf. Verg. Aen. IV,* 57. *VII,* 93. *XII,* 170].

bissus *v.* byssus.

blasphemare legem 236, 5; blasphemare sermonibus 238, 20; blasphemat Deum 840, 10. — blasphemium 171. 345, 20. 353, 20. 397, 20. 416, 5; blasphemias in sanctum evomere 787, 5; blasphemias effundere 787, 10.

blattea tunica 102, 10.

Brachio, quod in eorum lingua interpretatur 'Ursi catulus', 712, 15.

breve sacramentorum 181, 15; brevibus conscriptis 703, 25; brevem illum accipere iubet 703, 25.

buccellarius 72, 10.

butrio *(= botryon)*, *stellae Pliades* 867, 10. 870, 15. 872, 5.

buvalus *v. supra p.* 921, *l.* 45.

byrrus, *tunica* 60, 5.

byssus: indutus diademate et purpora et bisso 269, 15; bissi duplicati fila 702, 10.

cadivus: rustici vero cadivum dixere *(scil.* morbum*)* 615, 5 [*Cf. Marcell. Empir.* 20: dicitur cadivus, qui caduco morbo laborat].

caelia, *potio ex tritico facta (cf. Oros. V,* 7, §. 13*)* 748, 25.

caelus: caelum ardentem se vidisse 233, 10; caelos 33, 25. 36, 20. 51, 25; caelorum 34.

caesores 242, 5.

calcaneus (sic saepe in Glossis, alias calcaneum*):* urguens calcaneis cornipedem 151, 1; calcaneorum ictibus urguens 221, 1. — calcanei ad crura contraxerant 617, 10; calcaneos ad crura coniungeret 613, 25, diverterent 639, 15; calcaneis ad crura deductis 646, 25.

calceamenta sponsae deferre, praebere: num poculis frequentibus etiam calciamenta deferret 725, 1; dato sponsae anulo, porregit osculum, praebet calciamentum 741, 25.

calculi ars 180, 10 [*Cf. Capitolin. Pertinax* 1, 4: Puer litteris elementariis et calculo. inbutus].

caldaria lignea 747, 1; caldaria 810 [*Cf.* 1. *Reg.* 2, 14: Mittebat eam in lebetem vel caldariam].

calx: calces coctos antiquitus 715, 1.

camararii 146, 5. 162, 5. 285, 20 [*Ministri regii; cf. Waitz, 'VG.' II,* 2^3, *p.* 73].

campania: in suburbana urbis *(Convcn.)* campania 315, 20; campania illa *(Divion.)* 688, 20. — campanensis *(scil. Remensis)* dives 577, 25. *Cf.* Remus *supra p.* 905.

campus: campum pugnae praeparare deposcit 88, 5; campum praepararet ad bellum 209, 1; campum deiudicat rex 418, 10.

cancellarius regalis Claudius 648, 25; cancellarii regales 656, 15 [*Cf. Waitz, 'VG.' II,* 2^3, *p.* 82].

cancellus *(= tribunal)*, in quo sanctus dicitur stetisse, 752, 5.

cancer: (pharus) super quattuor mirae magnitudinis cancros constructa 859, 25; super unumquemque brachium cancri 860, 1.

candelula: candelulas ex cera ac papiro formatas 644, 15.

canna (cannae 669, 1) Davitici carminis 669, 1. 728, 5 [*Item Fortunatus*].

canon sacerdotalis 545, 35; canon sancxit antiquus 729, 20; canonum decreta 794, 15. — canonica mensa 703, 15; canonice 161, 10.

cantareda (Hisp. 'cantarida', Gall. 'cantharide', Ital. 'cantarella'): cantaredarum cataplasmam nimium validam ponens 259, 10.

capitellum (= breve capitulum psalmorum): capitellum unum adque alterum ac tercium dicit 362, 10; capitellum tantum — non explevi 591, 10; alleluiatico cum capitello expleto 685, 10; dicto etiam capitello 751, 5; capitello psalmi dicto 789, 15.

capitolatio *(= index capitum)* 108, 5.

capitularius, in quo tributa continebantur, 385 [*Infra scripsit:* Ecce librum prae manibus habemus, in quo census huic populo est inflictus; *cf. Ducange ed. Favre II, p.* 140].

capitulum: capitulis psalmorum dictis 509, 5. *Cf.* capitellum.

cappa autem huius indumenti *(casublae)* ita dilatata erat 696, 1.

capsa: euangeliorum capsas — detulit 117, 20.

capsus *(scil.* ecclesiae*)* 82 [*= navis; cf. Ducange ed. Favre II,* 146].

captivare 110, 20. 318, 1. 435, 15.

car— *v.* char—.

caracta: caractae fasces 833, 1 [*Vox obscura. Nescio utrum* carecta — loca caricis plena, *Gloss. Amplon. — an* carecto — papyrio, *Gloss. apud Mai, Class. Auct. VI,* 514 — *sit. Utrumque locum significat, dum de planta agitur*].

carceralis: carcerali custodia coartat 178, 5; carcerale ergastulum 654, 10. 659, 20. 700, 5; carcerali supplicio detruserat 834, 20; carcerales tenebrae 300, 10.

carcerarii = *carcere inclusi* 199, 10. 405, 10. 607, 35. 648. 649, 1. 700, 5.

carere = *evitare:* ut maledictum — carere possit 266, 15.

carnalis nativitas 513, 25, voluptas 767, 10. — carneus homo 237, 1.

carpere iter 655, 5. 737, 30; carpens viam 742, 10 [*Item Hor. et Petron.*].

casso *adv.* 617, 35. 644, 15. 841, 15 [*i. e.* in cassum].

castanea: castaneum diu aridam 537, 5.

caster *v. infra p.* 947, *l.* 20.

casubla, *Gall. 'chassuble'* 696.

catacliza (= κατάκλειστα) in ipso *(calice)* fuerant solidata [*lapilli solidius vasi inserti*] 785, 10.

cataclysmus 858, 1.

cataplus Massiliensis 177, 20.

cataractae (scil. oculorum): cataractis decedentibus 198, 20. 615, 35. 624, 10; reseratis cataractis 616, 1. 739, 20.

catasta 561, 1 [*Stat. Silv. II,* 1, 72: turbo catastae].

catechumenus: catecuminus 424, 25.

caulae dominici gregis 53, 35.

causa *(= res, Gall. 'chose'):* huius causae hunc esse signiferum 302, 15.

causari = *expostulare, queri:* causaturus es nobiscum coram Domino 139, 5; causatusque cum custodibus 332, 15; causaturus contra eam accessit 415, 25.

cauterium (instrumentum): cauteria candentia 187, 1.

cedere = indulgere: cessit utrisque 263, 1.

celebre verbis additum: ut celebre ferunt 555, 15; manifestum est hoc celebre ferri 419, 20; sicut (ut) celebre fertur 37, 15. 370, 5. 508, 25; celebre fertur — deportatum pignus fuisse 539, 20; caelebre tunc a fidelibus ferebatur, quod — accessit 379, 25; celebre ferebatur — — orasse Martinum 721, 10. 753, 15; celebre ferebatur in populo, eum — exalasse 798, 20. — celebre fama profert 541, 25. — celebre vulgatum est 554, 10.

cellariolum basilicae 579, 5 [*Cf. Hieron. adv. Iovin. II,* 29: Sunt et culinae in templo, sunt et cellariola et torcularia].

centenarium: centenaria auri 216, 20. 217, 1. 223, 20. 784, 25.

cereferale = candelabrum: cereferalia 796, 5.

cereolus = cereus: cereolos tres — portavimus 604, 35; de cereolis illis 609, 30; unum ex cereolis 610, 1.

character: ut de clave ferrea, quae ostium oratorii recludebat, caracteres caballis inponerent 640, 20 [*Cf. Colum. XI,* 2: His etiam diebus maturi agni et reliqui fetus pecudum nec minus maiora quadrupedia charactere signari debent].

charaxare = scribere, pingere: caraxare 316, 5. 360, 15. 524, 1. — *i. q. cavare:* cultros ferreos fieri praecepit, quos etiam caraxari profundius et venino infici iussit 342, 1.

charisma: carismata divinorum beneficiorum 736, 1; carismata gratiarum 669, 5. 818, 10.

charta (scil. papyracea): carta 196, 15; carta pura 205, 5. — carteum volumen *(Vitae S. Nicetii Lugdun.)* 701, 30.

chiragricus: ciracrica 607, 1; ciracrici umoris dolor 610, 15.

chlamys, χλαμύς: clamide 102, 10.

chorus, mensurae annonariae species: anonas quasi choros tres 169, 15; choros duos et viginti tritici 859, 20.

chrisma: crismate 93, 5. 200, 25; crisma benedicere 338, 15; crismatis unctio 371, 5; chrysma desuper conspersum 502, 10; fronte chrysmatis inscriptione signatam 514, 20.

chrismare: crismata 93, 15; chrismata 163, 15. 164, 5; crismaretur 96, 15. 230, 15; crysmatus 596, 5.

chrismarius, vas ad sanctorum reliquias includendas: chrysmarius 658, 5.

christicola 47, 1; christicolum gregem 62, 10 [*Item Fortun. carm. II,* 8, 12: et pia christicoli semina ferret agri].

chronica 34, 20. 37, 15. — chronicalis numerus 449, 20.

ciborium sepulchri 504.

cicindelum, cicendilis, cicendile: cicendilis — accensus 698, 1; cicendile *nom.* 490, 20; *gen.* cicindelis 170, 30, cicendilis 584, 25; *acc.* cicindelum 167, 25, cicendilem 498, 15; *abl.* cicendile 498, 15. 597, 25 [Cicindelia vitreas lampadas vocamus, *Gloss. Pap. Cf. Schuchardt, 'Der Vokalismus des Vulgärlateins' I, p.* 34].

cigneus *v.* cycneus.

cinctura: a cinctura deorsum se iudicare non poterat 147, 5 [*Cf. Cassiod. in Ps.* 29: Cingulum significat, quod ad iudicis pertinet dignitatem: nam cincta potestas in ipso vocabulo noscitur constituta. Sic enim cinctum dicimus iudicem, quando eius fasces honoresque declaramus].

cippus: cippo teneretur vinctus 241, 15 [*Cf. Gloss. Ioan. de Ianua:* cippus instrumentum, quo reorum pedes constringuntur].

circa = erga, in: clementiam circa omnes — cernens 137, 10 [*cf. Iustin. XIV,* 1]; de munere Theudoberti circa Virdunensis cives 108, 5.

circulus: circolus ille, qui pluviam plerumque significat, circa eam *(scil.* lunam*)* apparuit 219, 15 [*est Iris*]; circuli loricae 319, 10.

circumcisio: circumcisionem inducit 34, 10.

circumlocare 799, 10.

circummanere: circummanentes vicini 799, 10.

circumsitus 178, 20.

circumurere: circumoritur 589, 5.

circumventio = *oppressio, deceptio* 215, 20. 448, 1; circumventio diabolica 438, 10.

civi? = *civitate:* in civi (vici *A* 1) illius suburbana 118, 15;

civi (A 1, civis B 1. 2, vici C 1. D 5) Iuliensis, *sed procul dubio* vici *h. l. scribendum est* 312, 5.

civitas: qui (*castrum scil. Divionense*) cur non civitas dicta sit, ignoro 129, 20.

clanculo *adv.* 443, 5. 755, 20.

clarificare 198, 20. 618, 20. 874, 25.

claudus: clodus 233, 30. 421, 15. 491, 5. 568, 15. 585, 30. 607, 10. 608, 5. 672, 1. 697, 5. 783, 20 [*Sic Firmic. Mathes. VI,* 3; *codd. Italae, cf. Rönsch, 'Itala und Vulgata'* 1869, *p.* 464; *Arator, Act. Apost.* 266; clodus *Fortunatus quoque scripsit*].

clausum paschae: nullus ad clausum paschae pertingere potuit 776, 30 [*Cf. Sacrament. Gelasian. I,* 58: Post clausum paschae].

clericus = *monachus* 681, 1. — clericatus 156, 1. 257, 15. 278, 25. 333, 30; clericatus ordo 727, 25.

clibanus ad coquendas basilicae ipsius calces 671, 20 [*Cf. Sulp. Sev. Dial. I,* 18, 4].

clodus *v.* claudus.

coaeternus 34, 1. 64, 20.

coaptare: coaptantur ad dominici nominis mistirium 234, 15.

coclearium = *cochlear* 542, 5.

coctio = *res cocta* 748, 25.

cocus: cocorum praepositus 731, 25.

codices *v. supra p.* 928, *l.* 1.

codicilli imperiales *(Renatus)* 76, 15; codecillos de consolato (*B* 3. 4, consolatione *B* 1. 2, consolatu *B* 5) 102, 5.

coemeterium: cimiterium igitur apud Agustidunensim urbem Gallica lingua vocitavit, eo quod ibi fuerint multorum hominum cadavera funerata *(= polyandrion?)* 790, 15. *Cf. supra p.* 925, *l.* 25.

coepiscopus 214, 10.

cohabitatio 80, 15.

colina (culina): colinae regiae deputatur 239, 10.

colligere = hospitio excipere: quem ille prumptissime colligens 95, 1; ab Austrasiis non est collectus 206, 10.

colobium, *vestis ecclesiastica* 361, 20. 692, 20.

colonica = mansus coloni: colonicae basilicae 570, 25.

columba aurea 536, 5.

comans: comantes segites 815, 1.

(comes) urbem his diebus potestate iudiciaria gubernabat 693, 10; ex comite domesticorum *(Renatus)* 71, 20; comes palatii 215, 15. 384, 10. 650, 35; comes palatii regis 369, 1; comes stabuli 136, 10. 232, 20. 392, 10. 413, 5. — comitatus 170, 5. 172, 15. 175, 10. 190, 5. 228. 238, 30. 239. 285, 15. 337. 675, 30. 687, 10; ex comitatu 220, 5; comitatum regere 628, 35; comitatum municipii regebat 175, 5; comitatus apostolici senatus 668, 20; comitatus stabulorum 239, 15; comitatus urbis 150, 1.

cometes: comitis stilla 233, 15. 869; stilla, quam quidam comiten vocant, 167, 15; stilla, quem comitem superius nominavi, 258, 5. *Cf. crinita et supra p.* 924, *l,* 35.

commendare: quod vero conmendatum habuit, publicatum est 303, 5.

commodare auxilium 35, 1.

commonere: hic senodum illam — fieri commonuit 278, 25. — commonitio 163, 15.

communicare: communicatur Nanthinus ab aliquibus episcopis 229, 10; de sacrificiis communicare 279, 10.

comparativus v. p. 940, *l.* 30. 946, *l.* 60.

concatenatus: concatiniti (concatinati *B* 5) gelu torrentes 139, 20; in lacum gelu concatenatum 552, 15.

concides *v. supra p.* 924, *l.* 40.

concivis 625, 10 [*Cf. Fortun. Carm. V,* 6, 4. *VII,* 7, 61. *VII,* 14, 9. *IX,* 13, 9.]

concordanter 400, 10.

condecibiles: non condecibilia detractabat 231, 15 [condecibilius, convenientius, *Gloss. apud Mai, Class. auct. VI,* 517].

condensitas spinarum 799, 25.

condium = *congius* 711, 5.

confabulari 116, 10. 210, 1.

conflatilis vitulus 78, 1 [*Cf. Exod. XXXII,* 4].

confortare 145, 1. 252, 30. 639, 35. 646, 35. 684, 25. 705, 25. 737, 10. 743, 1. 834, 15. 836, 30. 839, 20. 840; confortatus corpore 624, 35; confortata ab incommodo 392, 5; confortati sunt in fide 522, 5; confortatus est in fide 845, 10. — nec ei erat cibus confortatio 582, 5; confortatio cibi 605, 30; confortatio sumptuosa 609, 5.

confractio: confractionis ullius gravitas 761, 10. *Cf.* fractio.

confrequentatio populi 547, 1.

confringi: ardor quievit incommodi, nec ab eodem ultra confractus est 621, 5; confractus — ab hac infirmitate *(typo scil. quartano)* 684, 5.

confugium ab urbe facit *(= fugit)* 138, 20.

congaudere: congaudens munus caeleste 711, 5.

congratulari: congratulantes sospitati eius 844, 40.

congregatio *(scil.* monasterii*)* 419, 5.

conhibentia = *connivenlia* 154, 10; conibentia 202, 5 (convenencia *B* 2, conibenentia *B* 3, conbenentia *B* 4). 293, 25; si — meo consilio conhibentiam praeberis 785, 5; conhibentia spiritalis dilectionis 792, 1.

coniecturae pauperum, *tributum* 285, 15.

coniugatio Brunichildis 193, 5.

coniugatio:

praeterita contracta:

coniugatio 1:

- adnuntiasse 147, 5.
- adorasti 93, 1.
- aegrotasset 138, 15.
- ambulassent 221, 20.
- convivasse 428, 10.
- debellasset 183, 5.
- denuntiasse 203, 20.
- ditastis 285, 1.
- elevassemus 214, 5.
- excitasse 47, 1.
- exclamasse 160, 5.
- exalasset 287, 5.
- firmassent 270, 5.
- fugasse 87, 5.
- honorassent 185, 10.
- inlustrarunt 49, 20.
- levasse 276, 1.
- mandasset 195, 10.
- migrasset 156, 5.
- migrarunt 48, 20.
- perpetrasset 287, 1; perpetrassent 177, 20.
- pronuntiassent 215, 1.
- properassent 172, 10.
- pullularunt 45, 10.
- reluctasset 334, 1.
- suscitasse 93, 5.
- trucidasse 248, 1.
- vacasse 145, 20.

coniugatio 2:

- deflessit 164, 15.

coniugatio 3:

- petisse 228, 5. — expetii 334, 15; expetiit 96, 15. 163, 15. 202, 1. 283, 5. 321, 20; expetissem 80, 15; expetisset 203, 10.
- quaesisti 268, 10. — adquisierat 184, 20; adquesierat 130, 5.

coniugatio 4:
audisset[1] 230, 15. 257, 10; audissent 281, 20.
degluttisset 786, 10.
enutrisse 113, 1.
obdormisse 56, 10; obdormissem 204, 10; obdormissent 182, 1.
oboedieris 87, 1.
eo: abisti 265, 5; habisset 201, 20; abissent 230, 10. — adisti 161, 15; [*at* adivit 163, 1]. — circuisset 168, 10. — interisse 58, 20; interissem 228, 5. — introisse 147, 5; introisset 284, 10. — redisset 137, 10. — transire (= *transierunt*) 315, 5; transisse 81, 5; transisset 184, 15; [*at* transivit 195, 1].
3. *pers. plur. perf. act.:*
agnovere 77, 15.
apparuere 73, 15. 75, 1. 116, 1.
dixere 76, 15.
fecere 161, 10. 225, 10.
finxere 77, 20.
fuere 58, 25. 219, 20. — profuere 156, 10.
habuere 90, 15.
potuere 90, 15.
reliquere 77, 1.
venere 75, 20.
adquiverunt 120, 1.
aieret 640, 10.
aperierunt 386.
arcessire 181, 5. 209, 5. 232, 1. 275, 10; arcessibant 139, 5; arcessiri 92, 5. 94, 15. 540, 10.
audiebam: audebam 92, 10.
— *cido:* accesserit 840, 5; accessissent 852, 10. — incessit 103, 5.
concatiniti (concatinati *B* 5) 139, 20.
confringeram *(B 2)* 335, 1.
contingerit (contigerit *B* 5) 103, 15.
delatur *(B* 2. 5, delabitur *B* 1, delegatur *A)* 223, 5.
deperiet[2] *(fut.)* 144, 25. 684, 20.
depixit 238, 5 *(A 2)*. 743, 15.
desecasti 213, 10.
diriperunt 389, 25.
egrediemini *(ind. praes.)* 547, 30; egredieretur 365, 10.
elicebat 712, 5.
— *ent:* coerceunt 40, 10; exerceunt 42, 10. — expleunt 538, 10.
— *eri:* commovi 625, 10. — indulgi 776, 20. — tundi 263, 15 *(B* 2. 5, tondi *B* 1*)*. 503, 20; tondi 703, 10.
expetiunt 206, 20.
extinguit *(perf.)* 167, 20.
ferreretur 646, 40; fereretur 833, 1. auferreretur *(B* 5. 56, 5*)*. 536, 20. — defererentur 548, 5. — offereretur *(A* 1. *B* 2. 5, offerretur *B* 1, offeritur *A* 2*)* 237, 10.
fixus: ficta 198, 1. 754, 5; fictam 635, 10; confictis 661, 5.
foedare: foederetur 166, 1.
fugire *v. supra p.* 924, *l.* 1.
fulcivit 238, 5.
inf. pass. 3*:* aleri 520, 20. 602, 10. 606, 20. — ambigeri 491, 25. 501, 5. 654, 10.
memini: memineat 58, 20; oportet te meminere[3] 234, 15; meminetur etiam cerae particulam — delatam 589, 5; nihilque de parentibus meminens[4] 832, 35.
minuatum[5] est 340, 5.
necatus cum deriv.: magis luto necti quam gladio trucidati sunt 416, 25. — enectum 840, 15; enecatam 510, 15.
posso *(B* 1. 2. *C* 1, possum *B* 3. 4. 5*)* 212, 15.

prorupuerunt 325, 20.
protrivit: proteruit 282, 15.
recensuit: recensivit 45, 5.
refugebat 688, 5.
sancsexissent (sanxissent *B* 5) 209, 10; sanccitum 67, 10.
solviturum 95, 15.
spopondimus (A 1*):* spondimus *(B* 5. *C* 1, spondemus *B* 1*)* 62, 5.
tollo: tultum est 377, 10. — principis est tulta *(B* 5, stulta *B* 1. 2, ulta *quod praeferam A* 1. *B* 3. 4*)* iniuria 162, 10.
— *unt:* asserent 40, 1; cognuscent 105, 15; intellegent 78, 25; recedent 545, 1.
Cf. supra p. 922 *sqq.*

coniunctivus loco accusativi cum infinitivo:
aiunt, — — ipsum — expetitum esse, sed, praesertim cum — abissit, ipsum in Galliis invitassit 313, 5.
credo, interitum Merovechi pronuntiassent 215, 1; credo, aliqua fuisset virtus angelica 592, 25.
intellege itaque et tu, heretice, haec pars nostra — conpleverit 542, 25.

coniunctivus loco ut: melius sibi fieri, esset inter monachos occultus 289, 20.

conlactaneus 841, 1.

conludium = fraus: huius conludio pater eius est interfectus 270, 1; conludio huius mulieris 419, 1.

conpaginatus versu *(scil.* libros*)* 97, 15.

conpauper 518, 15.

conperitus *(= peritus)* ratione dispositionis 234, 1.

conpetere = invadere: conpetit villam eius 789, 5.

conponere = restituere: pars parti conponeret 271, 5. — conpositio 263, 5. 324, 5. *Cf.* fretum.

conpresbyter 610, 30.

conprovinciales, conprovintiales 253, 15. 404, 10. 685, 10. 686, 1.

consacerdotes 330, 1.

consalutans: cumsalutantes 208, 5.

consempiternus 34, 1.

consensus *(civium pro episcopatu)* 162, 1. 170, 5. 407, 15. 682, 15; consensus civium 339, 30. 380, 25; consensus populi ac decretum regis 728, 25; consensum, quem in Burgundione nepote suo fecerat, 258, 25; consensu facto in Eufronio presbitero 152, 10; consensum fecere in Heraclium 161, 10. *Cf. genus mutatum infra p.* 947, *l.* 55.

consentanei *= socii* 570, 5.

consepelire: consepulti sunt 778, 10.

consiliari = consilium dare: consiliatus sum magnificentiam vestram 213, 5.

consimulare 239, 10.

consubstantialis 34, 1. 64, 20.

consuetudinarius: consuetudinaria ope subveniret 647, 10.

consularis: consolares *(scil. annales)* 77, 5.

consulatus *v.* codicilli.

contenebrare: contenebratum est caelum 517, 30. 594, 20. 676, 35; contenebrata est — terra 815, 5.

contenebricare: contenebricata est luna 233, 15.

contestari: (illos) ab eclesia segregare contestor 33, 20. — contestatoinem expeditam 613, 30 [*Praefatio seu oratio quae canoni praemittitur; cf. Ducange h. v.*]

contractura: contracturae nervorum molliuntur 618, 15.

contribulis 808, 15.

contus: contu inpiger *(Renatus)* 72, 1; elevatoque contu 221, 1.

1) *Cf. Quintil. I,* 6, 17. 2) *Sic Eccli.* 31, 7. 3) *Sic Regula Bened.* 2. 4) *Sic saepius Sidonius, Ep. II,* 10. *IV,* 12. *VI,* 3. *VII,* 6. 5) *Dipl. Childeberti I. (DD. I, p.* 5, *l.* 11*):* aut aliquid de rebus aut de terminis minuare cogitetis.

convenentia = *pactum* 274, 10.

coopertorium: coopperturium Sarmaticum 701, 1; coopperturium tumuli 625, 1.

cophinus: amotus a pistillo, promovitur ad cophinum 239, 10 [*Cophino inter cetera ad necessaria victui asportanda utebantur. Quamobrem 'culinae regiae deputato', postquam a pistillo remotus est, victui necessaria asportandi cura commissa est*].

coralis: rusticiores vero coralis hoc puscolas nominabant 226, 10 [*Corallis Plinio, H. Nat. XXVII*, 153, *est gemma minio similis*].

cornipes 151, 1. 777, 15 [*Cf. Verg. Aen. VII*, 779].

cornu: cornua ensis 173, 1; cornu, cuius voce vel Molosos collegere vel illa corneorum *(malim* cornuorum*)* arboreorum armenta effugare consueverat, 804, 1 [*De cervis agitur; cf. Verg. Aen. I*, 194].

corona clerici 728, 10.

cortina = *Gr.* περιπέτασμα: curtina 91, 1. 92, 15; cortina sirica 671, 1.

coruscum = *fulgur:* splendor corrusco similis 620, 1 [*Cf. Fortun. Carm. III*, 4, 2*:* oculos, quos mihi aperuistis tonitruo, clausistis corusco].

corvus oculum corvi non eruit 211, 10.

corydalus (Gr. κορυδαλός*)*: coredallus avis, quam alaudam vocamus 167, 20.

cothurnus: coturno vanae conflatus gloriae 145, 20; coturno vanitatis elatus 148, 5; coturno altiore dispicere 425, 5; coturnus iactantiae 728, 5. — cuturnosi tauri 577, 5; cotornosi atque elati viri 666, 5; coturnosa iactantia 721, 1. 722, 5 [Cothurnus superba gloria, *Gloss. apud Mai, Class. auct. VI*, 518].

crapulatus = *inebriatus* 303, 15; crapulatus a vino 69, 20 [*Sic Ps.* 77, 65].

crates: cratis pectoris 423, 20.

credentes = *christiani* 47, 20.

creditor soceri mei 123, 20 [*Curator, cui creditur res aliqua administranda; cf. Ducange ed. Favre III, p.* 613].

creditus = *fidelis:* puero, quem valde creditum Mummolus habens, haec ei commendaverat 320, 25; creditos tuos 367, 15; puer eius, quem tunc creditum habebat, 536, 1; per hominem creditum diregit eclesiae 785, 1.

credo *sermoni intersertum:* quod, credo, providencia Dei fecisset 338, 30; inportuna et, credo, indigna 526, 1. — credo *cum indicativo:* credo, haec causa obstitit 170, 1; credo, infilici ea res maximum fuit inpedimentum 303, 15; credo, non erat acceptum martiri 312, 1; credo, ob hoc — non potuit emendare 442, 10; credo, non sic honorabatur 605, 5. — credo *cum coniunctivo v. supra p.* 938, *l.* 20. — credentibus, ne — consumeretur 98, 1.

credulitas = *fides* 638, 1. 727, 15. 755, 20; credulitas catholicorum 727, 5; credulitas Dei 765, 1; credulitas certa 696, 5, haeretica 381, 10, integra 501, 1, pura 33, 15; credulitatibus utriusque partis discussis 370, 20.

criminatus: criminati emendatio 438, 25.

crinitus: criniti reges 77, 1; crinita *(stella scil.)* 870, 5.

crumelum, *herbae genus hactenus ignotum* 810, 5.

crux: antemnae, quae modolum crucis gestat, 544, 1; antemna resedet, quae beatae crucis signaculum praeferebat 594, 1. — *stellae:* crux maior 865. 866, 1. 871, 5; crux minor 866.

cubicularius 186, 20. 298, 5. 301, 10. 302, 10. 405, 15. 418.

culeus parricidae 829, 25.

culmen: culmina 860, 20 [= *culmus, ut Ov. Fast. IV*, 734].

culpabilis 253, 25. 254, 1 270, 1 273, 1. 287, 5

cultura: quae eis videbatur exercere cultura *(deorum scil.)* 354, 25.

cum *particula cum indicativo:* cum — insit 155, 15; cum — maculas et — praedicas 236, 10; cum ei praestitum fuit 268, 20.

cum *praepositio pro ablativo:*

ferire: cum contis — feriunt 101, 15.

plenus: ampullam cum oleo plenam 335, 10.

repellere: quo cum vectibus illis — repulso 96, 1

cum *loco praepositionis* apud *posita*[1]:

accipere: placitum accipientes cum Chilperico rege 274, 10. accusationibus cum rege temptavit obruere 300, 5.

adsequi: cum quo numquam insticiam — — adsequi potuerunt 352, 10.

esse: primum ei monasthirium cum Mediolanensibus fuit 57, 1; potentes cum rege fuerant 301, 15 [apud collegas — potens *Tac. Hist. I*, 10].

excusare: si cum rege excusare non possint 318, 10.

habere: dignitatem cum eodem habere 164, 5; magnum cum regibus honorem habere 367, 10.

invenire: cum omnibus enim inveni iustitiam et tecum invenire non possum 211, 15.

obtinere[2] *(= impetrare ab aliquo):* quod vitam illius cum rege obtineret 220, 10; nihil aliud potuit obtinere cum rege 301, 10; cum homine obtenere non queunt 355, 10; obtentum fuit cum principibus, ut — reconderentur 368, 1; obtentaque cum eo rei huius vita 645, 15; re iam obtenta cum principe 691, 15; cum iudice obtenta culpa 700, 1; vitamque cum iudice obtenta 812, 5. [*at:* obtenuit apud Dominum adhuc esse in mundo 708, 25].

tribuere: tantamque ei Dominus gratiam cum[3] populo illo tribuit 292, 10.

cuneus unus hostium 100, 20; cum coneo sociorum 413, 20.

cuniculum pontis 349, 30.

cupiditas: o scelerata cupiditas quid agis? 572, 30.

cur nos deseres, pastor bone, vel cui nos quasi orphanos derelinquis? 85, 30; cur nos deseris, bone pater, filios? 147, 20. — *Cf.* cui nos, pater sanctae, relinques? 724, 1; et cui nos, mater sancta, relinques? vel cui conmendas filias, quas — congregasti? 739, 25; cui nos orfanas, mater sancta, relinques? cui nos desolatas conmendas? 814, 15.

cura palatii = *curator (Renatus)* 71.

cursus (scil. ecclesiasticus): cursum caelebrandum 495, 15. — cursu impleto 688, 1; ad implendum cursum oratorium fuisset ingressus 692, 15; post impletum in oratorio cursum 771, 5; qualiter cursus in Dei laudibus rationabiliter impleatur, exhortor 863, 10. — ad cursum reddendum 335, 15. — cursus horae tertiae 808, 15. *Cf.* matutinus, nocturnus.

curtis *(Iudicium Pictav.)* 429, 15.

cycneus: cigneo capite 523, 20; cigneo crine 628, 15.

dactylus: dactali 249, 25.

daemoniacus 587, 15. 729, 30. 826, 40.

dare: de quibus — ultio divina data est 66, 10; unde intelligi datur 411, 10.

dativus pro genetivo:

memini: cui supra meminimus 71, 1. 75, 10. 84, 25. 85, 1. 89, 15. 126, 5. 127, 10. 152, 20. 164, 15. 266, 20. 276, 5. 278, 25. 296, 15. 327, 1. 381, 5. 518, 25. 686, 10. 690, 20.

---

1) *Saepissime, id quod nuper castigavit Geyer, 'Beiträge zur Kenntnis des Gallischen Lateins' in Wölfflin, 'Archiv'* 1885, *p.* 31.
2) *Cf. Avitus ep. ad div.* 46: quod apud domnum meum — obtinuisse me suggero.
3) neque apud divum Augustum gratia caruit *Tac. Dial.* 13.

699, 20. 722, 5. 792, 20. 813, 1; cui in libro superiore meminimus 296, 10; cui in superiore libro meminimus 390, 5; cui in libro miraculorum meminimus 326, 25; cui in alio libro meminimus 350, 5; cui etiam in — libro memini 580, 25; cui in superioribus libellis meminimus 650, 30; cui initium libri martyrum meminimus 814, 10; memini huic caeco in libro 584, 1. — [*At* Iohannis baptistae meminimus 498, 25; Vasatinsis urbis meminimus 496, 1; meminet et huius montis 862, 1. — de quo superius meminimus 575, 15; de qua supra meminimus 39, 1; de quibus — memini 435, 15; meminimus de his 55, 10].

memoriam facere: cui — memoriam fecimus 154, 10.

dativus pro accusativo:

adiuvare: neutre adiuvans parti 104, 10; mihi — possit aliquid adiuvare 106, 5; adiuvante ei — milicia 350, 20.

contestari: contestatus est autem omni exercitu 100, 15; contestantes Chilperico regi, ut auferret 284, 10.

exorare: duobus episcopis — exorat 138, 20.

heu nobis: 267, 20.

[increpare: increpant nobis *B* 1. *C* 1. 36, 1.]

interrogare: interrogare multis 308, 20; interrogant episcopo, si — haberet 433, 15; interrogabant autem mulieri 535, 1; cui iterum interrogat 597, 5; aliquibus interrogat 597, 1.

offendere: beato Martino offendimus 99, 20.

piget: accedere ad me ei non pigeat 162, 15.

precari: praecor veniam legentibus 33, 10; praecabantur Deo 133, 10.

salutare: me peccatori humiliter salutabant 291, 1.

sciscitari: sciscitatus autem emptor rudi famulo 123, 1.

dativus pro ablativo:

comparativo gradui raro genetivum, plerumque dativum Gregorius adiunxit, nonnunquam praepositione a *usus est:* brevior esse Iohanni 837, 30. — humanae luci clarior 804, 5. — inferiorem sibi 235, 15. — iuniorem sibi beatum Martinum 361, 10. — tamquam maiorem sibi 543, 15. — minorem esse filium patri 34, 15; minor morti humilitas 275, 20; cui se minorem dicit 234, 5; minor est patri 234, 20; Spiritum sanctum minorem Patri vel Filio 371, 5; minorem Filium Patri Spirituique sancto 371, 5; minorem Patri Filium 543, 15. — utiliorem tibi 80, 15.

condignus: huic mysterio esse condignam 49, 10; condignam sibi regisque prolem 163, 20.

indignus: sibique semper indignam 67, 1; nihil gessi indignum tuae solemnitati 537, 35.

dativus pro a:

flagitare: saepius parentibus flagitaret 756, 25.

petere: peto caritati tuae 541, 30; petimus potentiae vestrae 667, 10; veniam peto legenti 623, 20; veniam peto legentibus 668, 25.

quaerere: noli nobis quaerere quicquam 818, 25.

dativus pro in *cum acc.*, ad, super:

conferre: regno se regis Sygiberthi conferrent 177, 5; villae se contulit 397, 1; fisco conlatae sunt 122, 5; conlatae sunt fisco 150, 15.

corruere: terrae corruit 658, 30.

decumbere: formolae decumberet 346, 10; lecto decubuit 126, 1.

deicere: terrae deiecit 89, 10. 250, 20; terrae deiecerit 399, 10.

devolvere: devolutus terrae 622, 25.

diffundere: terrae diffudit 155, 20; terrae diffunditur 561, 20.

dispergere: aquis ac terrae — dispergatur 420, 25.

mittere: ego altero te regno non mittam 240, 20.

proicere: proiecerunt se terrae 124, 20.

prosternere: prostratusque pedibus eius 273, 1; prosternamus terrae[1] 124, 20.

provolvere: pedibus tuis provoluti 343, 1.

redigere: facultates eorum fisco suo redegit 207, 20.

redire: patriae redire 95, 10.

referre: ripae relati sunt 245, 15.

remeare: litori — remeavit 536, 5.

sternere: cumque pedibus eius fueritis strati 342, 5.

sumere: ipsa exinde potui sumpsit 640, 35; de — pulvere — potui sumpsit 647, 1; herbae — potui sumptae 226, 10; sed de hoc pignore potui sumptu 647, 20.

transponere: nos ripae alteri transponere debeat 614, 5.

dativus pro in *cum abl.:*

deponere: culleum — ripae deposuit 278, 5.

oriri: Pannoniae ortus fuit 229, 20.

ponere: positaque carta pectori eius 589, 15.

stabilire: telluri sunt stabiliti 794, 5.

de *praepositio loco genetivi:*

rationem de omni annorum serie 34, 20.

parietes de cellola 44, 5.

flumina currerent de sanguine christiano 47, 15.

strages de credentibus fuit 47, 20.

pagum unum de regno 110, 15.

aliqua de dominatione regni nostri portio 120, 15.

aliquid de pecunia 137, 15.

de Toronicam regionem maximam partem incendit 183, 5.

capitula de libro sexto 243, 15.

terciam porcionem de Parisius *(Pact. Andel.)* 375, 5.

duas porciones de Silvanectis 375, 15.

vigilia de transitu confessoris 620, 20.

de *praepositio loco accusativi:*

ei tam de virtutibus Christi quam de passione — insinuat 45, 5.

parvi pendens de interfectione 128, 10.

nec haberet de proprio 137, 10.

nisi prius se de aversariis ulto irent 207, 5.

ultusque est Deus velociter de fraude eclesiae 785, 15.

de *praepositio loco ablativi (cf. infra p.* 952, *l.* 45*):*

artem —, de qua — sum inbutus 33, 10.

de sanguine p. pasta 43, 20.

de quorum vocibus Pectavi expergefacti 56, 10.

de sanctorum sanguine pastus fuerat 66, 5.

infectum de proprio sanguine sudarium 117, 5.

albecabat tota civitas de grege candido 201, 1.

orbata de filiis 231, 20.

sacramenta f. exegite de nomine nostro 270, 15.

solatio fretus de imperatoris 282, 5.

plenum de radicibus 362, 20.

de *loco praepositionis* a:

de hac vero captivitate — liberantur 41, 25.

de custodia — liberabatur 44, 5.

de suis — elongatus esset 114, 1.

de praesentia regis advenientes nuntii 120, 5.

de fide risillis 128, 5.

tam de pecoribus quam de hominibus denudavit 178, 20.

de omni poena corporali liberi 194, 5.

de quo — relaxati sunt 202, 15.

magnum de me munus accipies 204, 15.

de qua separatus fuerat 259, 15.

de *loco praepositionis* ex:

de lapidibus — aedificavit 39, 1.

---

1) *Sic Vergilius scripsit; cf. Forcellini ed. de Vit V,* 68.

de exilio rediit 46, 10.
de Hispaniis venire 75, 15.
de tanta regione venisset 80, 15.
de utero meo genitum 91, 5.
de quibus nonnulli 118, 20.
auferens de potestate 146, 20.
redeunte Marileifo archietro de praesentia regis 203, 5.
legati de Hispaniis reversi 267, 1, *et sic frequenter.*
de longinquo contemplabamus 290, 25.

de *cum adiectivis in modum adverbialem transit:*
de praesenti 95, 15. 213, 15.
de quanto ad memoriam recolo 585, 35; de quanto — vidimus 592, 30; de quanto ad nos pervenit 818, 5; de quanto experimentum accipi 863, 5.

de *praepositio substantivo postposita:*
solatio fretus de imperatoris 282, 5.
furto alterius de sepulchri 757, 15.

deauratus: deauratum aereum 105, 5; (basilica) deaurata 530, 5; deaurata carruca 835, 1; (statua) deaurata 859, 15.

debacchare *v. infra p.* 942, *l.* 45. — debaccationes 731, 10.

debere = *oportere:* in quo loco eum transire deberet 100, 10. — *debere loco coniunctivi nudi:* ne — debeat pullulare 213, 5; sed ad custodiam debeat deputari 213, 10; ut eos cum armatis custodire debeant 218, 20; spes per quam regnare debueras 231, 20; rogat, ut — consecrare deberem 259, 1; elegam, qui rei publicae praeesse debeat, 269, 5; emissum fuisse, ut rex deberet interfici 356, 5.

decantatio psalmorum 666, 20. 678, 25.

deceptor 785, 5.

decisio: decisione capitis desecatur 61, 20; decisio cervicis 533, 20.

declamatorie: declamaturiae 87, 5.

declinatio 1:
dat. abl. plur.: animabus 784, 25. — eclesiabus *(Pact. And.)* 377, 10. — monachabus *(Iudicium Pict.)* 429, 15. — de villabus reliquis 419, 15.
infamia: infamio notemur 278, 25.
testa: testo disrupto 530, 1.
palpebra: dolore palpebrium resedato 559, 5; coniunctis palpebribus 641, 30. 646, 10.

declinatio (cf. infra p. 947*)* 2:
gen. sing.: fili *(saepe B* 1, *ut* 58, 10*)* 64, 25. 74, 5. 121, 10. 127, 15. 142, 5. 276, 5. 280, 20. — *nomina propria (at -ii plerumque B* 5*):* Aeti *(B* 1. 3. 70, 5*)*. 72, 10; Arcadi 55, 10; Artemi 80, 20; Chlothari 141, 5. 143, 15. 159. 162, 5; Egidi 88, 1; Euvodi 150, 1; Helari 100, 15. 156, 5; Honori 55, 10. 71, 5; Horosi 36, 25; Laurenti 265, 1; Licini 106, 10; Maxenti 100, 20; Sidoni 86, 25. 87; Sulpici 72, 10; Vincenti 133, 20. 134, 5. 156, 20. 287, 10. — [*at* Dinifii 106, 15; Helarii 100, 18; Magnacharii 207, 15; Salustii 151, 1; Wiliacharii 155, 5].
[*acc. plur. neutr.* am *pro* a: *B* 4. incultam — armam 89, 10; *B* 3. 4. inter tormentam 105, 20].
arbustum: arbustae fructus 708, 10.
fundus: de fundere fluvi 588, 30; de alvei fundere 614, 5.
nullus: v. infra p. 954, *l.* 5.
periurus: periuris illius 328, 5; de periuribus 563, 1; in periuribus 336, 15. 512, 30. 555, 20. 580, 15; periuribus — apparuit 500, 5.
terminus: cum terminibus *(Pact. Andel.)* 375. 376, 20.
typus: suique typus speciem 35, 25.

declinatio 3:
nom. sing.: falcis 863, 10. 870. — gliris 349, 30. — cuncta maris operuit 340, 15. — matrisfamilias 583, 10. 750, 30. — sues 712, 20 713, 10 — urbis illa 97, 20.
abl. sing. -e: debile 103, 1. — febre 153, 1. — felice 48, 20. — fusile 37, 1. — grande 71, 1. 158, 10 — iuvenile 149, 35. — secure 105, 15. — de Meroliacensae (Meroliacense *B* 5) castro 107, 10; a Rothomaginse urbe 213, 1; in Silvanectense territurio 258, 15; episcopo Viennense 96, 15; in campo Vogladense *(B* 1. 2. 4, Vogladensi *B* 3. 5*)* 101, 10.
abl. sing. -e *et* -i: igne 98, 1. 157, 5. 182, 5. 184, 15; igni 158, 5. 226, 1. — navale 110, 15; navali 111, 1. — in sequente 111, 5; die sequenti (sequente *B* 2) 133, 1; anno sequenti 172, 15. — simile 135, 15; simili *(B* 1. 2. 3. 4, simile *B* 5*)* 105, 1. — tale 250, 20; tali 122, 15.
gen. plur.: ensuum 544, 25. — mensuum 295, 1. 628, 25. 634, 15. 641, 15. — ossuum 531, 20. 543, 10.
diadema: diademam — inponens 102, 10.
frigus: frigoras habens 700, 10; frigoras passi 763, 25; a frigoris 655, 10. 802, 20.
harundine: harundo 492, 15.
lampades (B 2*):* lampadas *(B* 3. 4. 5*)* refulgebant 201, 1.
marmor: marmorem exhibe 533, 5; marmorem, quod super erat positum, humectabat 790, 1.
October: mense October 231, 5.
pater: Sigivaldi patri eius 132, 5.
pauper: contemptor pauperorum[1] (pauperum *B* 4. 5) 173, 10.

declinatio 4:
decl. 4 *in* 2. *mutata (cf.* o *pro* u, *supra p.* 926, *l.* 60*):* in arcorum modo transvoluta 511, 30. — clericati honor 725, 20. — episcopati 609, 1 *(alias A* 1*)*. — hinniti equini 546, 15. — interitum *nom.* 576, 1. — laci Limanni 538, 30. — in medio portici 558, 30. — nihil poti 525, 15; nihil potui 614, 10; usu poti 603, 25. — rediti *n. pl. (Pact. And.)* 375, 20. — [secessi *A* 1]; secessorum fetores 363, 1. — sensum aliquod habere 577, 10. — si sensa adversitate turbata reddat hominibus 652, 10. — tonitruum sonuit 571, 1; tonitruum validum *(nom.)* 731, 15; tonitrui 133, 10. 575, 30; cum tonitruo 154, 5. 749, 20; de tonitruo 562, 25; tonitrua 219, 20. 258, 5. 567, 20. 575, 30. 594, 20; tonitruorum 545, 10; a tonitruis 570, 5; cum tonitruis 133, 5. 762, 10.
dat. sing. -u: satisque fuit exercitu *(B* 3. 4. 5*)* 99, 20; omni exercitu 100, 15 *(B* 1. 3. 4, exercitui *B* 2. 5*)*. 345, 5; promittens — exercitu 118, 5. — ut planctu (planeto *B* 1. 2) conpararetur Aegyptio 284, 10. — et voci redditur et sensu 658, 15. — suoque eam copulavit stratu 131, 1. — propinquum transitu 723, 30. 733, 1.
domus: domi proximus 123, 15; domi — fuisse redditam 605, 30.
manus: pedum manumque 642, 10.

declinatio 5:
congeries: congeriorum oppleta multitudine 518, 20.

declinatio nominum propriorum:
-childis: *gen.* Leuvichilde 325, 30; Theudechildae 773, 1. — *dat.* Clodechildae 375, 20.
-undis: *gen.* Fredegundae 215, 20; Ingunde 378, 15; Radegundae 268, 20. 357, 10; Radegunde 267, 5; Rigunthae 244, 30. — *dat.* Radegundae 398, 15; Rigundae 315, 5. — *abl.:* a Fredegundae (Fredegunde *B* 2) regina 186, 15.

declinatio oppidorum:
1. *oppida gentium, quarum nomina declinationis* 2. *erant, in* — us *desinunt atque plerumque indeclinabilia sunt:* veniente — Andecavus 83, 10; per Andigavus regressus 182, 15. — Arvernus adduxit

1) *Cf. Probi App. (ed. Keil l. l. p.* 197*):* pauper mulier non paupera mulier.

266, 10, adveniens 83, 15, advenit 86, 25, dirigens 147, 10, veniens 49, 25; Dinamium Ecolisnae vel Venerandum Arvernus 81, 1; Arvernus sonuit 116, 15; fuit autem Arvernus 84, 1; ad Arvernus dirigit 102, 1; apud Arvernus 76, 10. 80, 20. 84, 10. 152, 25. — apud Lambrus vicum sepelivit 187, 5. — Meledus urbe teneri praecepit 192,1. — Parisius abiit 266,15, accedens 155,5, adlata 117, 15, advenerunt 284, 10, deportata 142,10, ingreditur 159, 1, ingrederetur 266, 15, regressus 284, 1, venit 102, 10. 127, 5. 142, 1. 185, 15, visitans 106, 15; adesse Parisius 127, 1, custodire 233, 10, est 287, 10, moraretur 126, 20, resedebat 191, 15; apud Parisius moraretur 103, 1, obiit 106, 5, succedit 156; citra Parisius sunt positae 186, 5; de Parisius egresso 274,10, progressa 285, 5; per Parisius transire 270, 10. — Pectavus *(B* 3. 4. 5, Pectavis *B* 1. 2. *C* 1*)* dirigit 99, 15; eas Pectavus civitatem perduxit 220, 1; Pectavus civitatem venit 153, 10, veniens 183, 1; apud Pictavus 100, 15. — usque Remus civitatem 155, 10; usque Rhemus accessit 185, 10. — usque Rutinus accedens 130, 5. — Treverus concessit 74, 10, perlatum est 72, 20. — apud Tungrus oppidum 66, 15. — Toronus (Turonus) adveniens 158, 10, advenit 195, 5, advenisset 279, 1, pervadit 183, 1, pervasisset 179, 20, est regressus 102, 5, transmisit 201, 5, venit 102, 15. 106, 10. 141, 30, veniens 161, 10. 180, 1; egressus autem a Toronus 102, 10; apud Toronus dicedente 126, 5. — Venetus quoque civitatem refudit 221, 15.

Ex iis ut singularia declinationis 2. Andecavus, Arvernus, Pectavus *nonnumquam declinantur, sed mihi quidem plerisque locis magis de territorio quam de oppido agi videtur:* Andecavo — delatur 223, 5, venit 57, 15. 83, 5. — Arvernum — mittens 131, 15, pervenerunt 177, 10, redit 181, 15, regressus est 172, 15, reversus 265, 5, venit 180, 15; Arverno detulit 264, 20, regressus est 120, 10, veniens 118, 10; Arverno relictam 131, 15, contigerit 199, 30; ab Arverno discendens 120, 1, rediit 117, 1, regressus 153, 10; apud Arvernum resedebat 149, 30; in Arverno habitaret 125, 20; per Arvernum rediit 201, 10. — Pectavum accessit 180, pervasit 220, 5; Pectavo abiit 196, 1, auferre 220, 15, remisimus 203, 10; de Pectavo regressi sunt 285, 20.

Ablativus pluralis non occurrit nisi rarissime: Pectavis *(B* 1. 2. *C* 1, Pectavus *B* 3. 4. 5*)* dirigit 99, 15; Toronus, Pectavis vel reliquas civitates — pervadit 183, 1; Toronus ac Pectavis pervasisset 179, 20. — *Similiter* Aurilianis pugnas egit 83, 5; Aurilianis adgreditur 68, 15, transmisit 160, 10, venit 57, 15 *(B* 5, Aurilianus *B* 1*)*. 324, 10. — apud Caenomannis civitatem 105, 20.

2. *oppida gentium, quarum nomina declinationis* 3. *erant, more Graeco in* — as *desinunt atque constanter indeclinabilia sunt:* Bitoricas obsedebant 271, 10; Bituricas urbem petiit 118, 15; de Bituricas — expulsi 83, 5. — accedens usque Namnetas 259, 1. — usque Sanctonas transiit 201, 10. — Sessionas deferentes 158, 15, rediit 192, 15; Sessonas — translatus 187, 10; Sexonas — fecisti 89, 10; apud Sessionas atque Parisius circus aedificare 209, 1.

declinatio pronominum (cf. genus mutatum, infra p. 947 *sq.): hic: nom. pl. masc.* hii 48, 20. 63, 20 *(B* 5. *C* 1*)*. 78, 5. 81, 10 *(B* 3. 4. 5, hi *B* 1. 2*)*. 94, 5. 15 *(B* 4. 5*)*. 96, 1 *(B* 3. 5*)*. 99, 10 *(B* 3. 4. 5, hi *B* 1. 2*)*. 101, 1. 151, 15. 201, 1 *(saepe B* 5. *C* 1, *fere B* 1*. 2**)*. — *nom. plur. masc.* hic 97, 25. 411, 5. 776, 25. — *nom. plur. fem.* haec[1] 40, 10. 865. 866, 5. 867, 5. 868 [haec frondes *C* 1. 104, 15].

1) *Sic Vergilius quoque; cf. Ribbeck, Proleg. p.* 425.

qui: abl. sing. fem. quae de causa 175, 1. — *acc. plur. neutr.* qua: pomis, qua — vocant 124, 15; milia — qua ille accipiens 137, 20; et qua movere poterant 415, 5; per loca diversa, in qua eius reliquiae collocatae sunt 506, 5; (corpora), qua cum — sepelire — non haberent 531, 20; praesidia, qua fideliter petiit 626, 15; qua *(scil.* adiuvamenta*)* — es solitus denegare 638, 1. — *abl. plur.* quis: in quis 816, 10. — *abl. plur. neutr.* qua: haec iuscella paravi, in qua — continetur 212, 1.

quidam: quaedam enim die 203, 10.

uterque: utroque nostrum lucrum inferunt 549, 15.

declinus 103, 15.

decubare: decubasset 156, 20. 569, 20. 804, 10; decubantes 673, 15; d. lectulo 156, 20. 204, 10; decubans in terram 123, 15.

deditus: vir in omni avaritia deditus 173, 10 [*Sic Lucretius Catullusque*].

defensor *(ecclesiae)* 684, 1.

delusus: soror — delusa a pueris reginae 232, 15.

demancatus: caesos expoliatusque ac demancatos reliquid 300, 5. [*Antea* demanicatos *h. l. scriptum erat, i. e. manicis nudatos. Vero tale quid postulatur, nam alium spoliatum 'nudatumque vestibus ac balteo' esse Gregorius l. l. retulit*].

deopertus: deopertam 217, 5.

deorsum: deursum subieci 31, 15.

deplanans campum 712, 5.

deponentia:

deponentia usurpata ut activa[1]*:*
adipiscis 204, 1.
admirare 694, 10; admirabam 304, 25.
adsequere 531, 10; adsequi *passive* 833, 35.
amplectisset 423, 20.
arbitrabam 840, 25.
calumniabant 581, 30.
cohortare 335, 15; cohortato populo 92, 1.
commorare 230, 5; commoraret 100, 15.
conplexuit 641, 20.
conquireret *(= conquereretur)* 104, 15.
consolare 93, 10.
conspicaret 569, 1; conspicasset 510, 20.
contemplare 44, 20. 65, 1; contemplabamus 290, 25; contemplares 753, 25; contemplaret 523, 25. 818, 10; contemplarent 200, 1; contemplabis 770, 5; contemplabit 549, 25; contemplaveritis 556, 10; contemplasse 555, 15; contemplatur *passive* 751, 25.
debachare 617, 30; debacchare 787, 10; debacchabat 655, 10; debacchassit 616, 10.
depopularet 684, 15; depopulatae sunt *passive* 87, 15. 168, 15.
depraedatae sunt *passive* 88, 10.
detestasse 44, 15.
egrederes 707, 25.
aepularet 134, 10; epulavit 192, 15.
experire 345, 5; experiere *(perf.)* 588, 10.
fari *passive* 31, 10.
fatere (facere *B*) 275, 5.
fruitur *passive* 712, 1.
furavit 485. 503, 5. 562, 20; fuisse furata *passive* 212, 25.
imitare 98, 10.
indignate 113, 1 *(at* indignamini 114, 15*)*.
ingredere 694, 20.
iniuriati sunt *passive* 531, 25.

1) *Admisi verba quae ab antiquis activa, a Cicerone deponentia habebantur.*

lamentabat 436, 25; lamentabant 330, 15; lamentaret 275, 1. 331, 1.

largire 211, 5.

lucraret 819, 15.

machinare 694, 10.

medere 249, 1; mederentur *passive* 379, 20.

metasset 678, 20.

minare 529, 20.

minitaret 242, 25.

miraretur *passive* 85, 1. 131, 20.

nanctus ab interempti germano 697, 10

negotiasset 656, 25.

oblivisceerem 303, 10.

obtestabat 184, 20; obtestaverat 337, 10

operasse 724, 25.

opperiebat 175, 1.

ordire 180, 5.

osculant 716, 20; osculavit 231, 1. 548, 15.

peregrinare 222, 15.

pervagavit 49, 20; pervagata est *passive* 71, 1 (*at* pervagatur 49, 25).

pollicimus 411, 20.

praeconavi 545, 20.

praestolare 308, 1; praestolabant 689, 5; praestolaret 223, 10.

proficisceret 594, 15.

refragavit 652, 25.

remunerarem 209, 25.

sciscitaret 785, 1.

tuere 333, 10.

tuta 561, 5; tutavit 321, 15; tutari *passive* 582, 1.

ulciscere 302, 15. 329, 1. 347, 20. 348, 1.

vaticinasse 491, 10.

vociferat 211, 20; vociferarent 544, 5.

activa usurpata forma deponentis:

accendere: lumen accendimur 634, 25.

adpropinquare *(imperat.)* feretro 783, 5.

continere: quae sanctorum pignora contenebatur 539, 1.

debere: denique nec nos pro viris haberi debemur 329, 1.

implere: civitatem vocibus impletur 494, 15.

migrare: migraberis a corpore 67, 10; ex hoc mundo migrati sunt 352, 20.

nequire: nequebatur extrahi 574, 25.

obsecrare: ibi obsecramini 739, 15.

perire: ne pereamur a fame 495, 1; ne mecum pariter periamini 347, 10.

perpetrare: scelus perpetrati sunt 155, 5.

potare: ut potati — fuerint 566, 1; potatique ex eo pulveris modicum 812, 15.

propitiare: propitiaris iniquitatibus 624, 10.

relevare: relevamini adpenso 651, 15.

tardare: ne tarderis 85, 20.

deposcere: campum pugnae praeparare deposcit 88, 5; quae hic fieri deposcebat 195, 10.

depositus ab honore 137, 1.

derigescere: diriguit manus una 765, 10; tamquam aeneus diriguit 773, 5; diriguisse ut ferrum 768, 5.

desaevire = devastare: urbem Narbonensim validius desaeviebat 274, 5.

describere: discriptam urbem Turonicam 384, 15.

descriptio = taxatio: discriptiones Chilperici 189, 15; discriptiones novae et graves 222, 10; arreptis quoque libris discriptionibus 222, 20; discriptiones iniquae 227. 266, 20. — discriptores 358, 10. 384, 10.

deserare: ut vix vel deserrari ostium possit 495, 5.

desiderabiliter *(Ep. ad Radegundem data)* 395, 10.

desolantes = *devastantes* 364, 5. — desolatio templi 41, 25; dissolatio 154, 15. 187, 15.

desperare: adpropinquantem mundi finem disperant 33, 10 [*i. e. desperati exspectant*].

desponsare: iunior Chilperici regis filiam disponsaverat 230, 1; disponsatam eam habuerat 259, 15; qui sororem illius disponsatam habebat 283, 5. — disponsatio 181, 5

desub terra consurgens 144, 5.

desuper: plaustro — inponi desuper 162, 5. — desuperius 282, 5.

detegere: partem capitis eius a capillis et cute detexit 273, 15.

detestari = vovere: detestati sunt nullum — incisurum 207, 5.

detrahere: coepit filias eorum stuprose detrahere 80, 1; detrahere filias senatorum 149, 35.

devagare 572, 25.

devastatio 364, 1.

devenire: quid thesauri — devenissent 320, 20.

devirginare *v.* thalamus.

dexter: dextrae partis cornu occupat 541, 35. *Cf. supra p.* 928, *l.* 5.

diabolica seditio 424, 25.

diaconus *semper: gen.* diaconis 621, 5; *acc.* diaconem 59, 10. 328, 1. 621, 15. 682, 15; *abl. plur.* diaconibus 620, 30. — diaconatus 145, 25. 283, 5. 409, 10. 766, 5; diaconatus gradus 711, 10, honor 721, 15, officium 681, 25. 694, 1. 703, 15.

dialectica ars 31, 5.

diapsalmae vero, quae 'semper' interpraetantur, docent 875, 1.

